


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT EMANUELE
12
26 S
6


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT EMANUELE ROMA
M 55
51
6



BONONIAE, Apud Victorium Benatium M.D.CXVI.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
D. CAROLO
MADRVCIO
S. R. E. CARD. AMPLISSIMO
TRIDENTINORVM EPISCOPO.
ET PRINCIPI CLEMENTISSIMO.







EA est non modò ingenitæ, sed etiam acquisitæ benignitatis tuæ vis, Cardinalis ac Princeps Augustissime, vt præsentes in tui obsequium, absentes in venerationem alliciat singularem. Hanc ego, præ cæteris, & boni genij ductu, & proprij iudicij compulsu mente indutam nunquam exui; quinimmo illud animo semper agitaui, vt intimis inhærentem affectum, exterioribus, quibuscunque liceret, indicijs aperirem. Vnde ab re minus me fecisse sum opinatus, qui Aldrouandi Philosophorum omnium sapientissimi de piscibus operis prælo à me traditi, Illustrissimoq; Salisburgensi Archiepiscopo, ac Principi dicati exemplum ad te miserim. Jllud verò duplici de causa: altera, quoniam eiusmodi munus, & maiora etiam liberalitati tuæ debebantur, quæ Salmerini piscis ad nos missione librum locupletiorem, & ob id litteratorum Senatui gratiorem effecerit: altera, quoniam, cum nulla vel disertissima lingua meam obseruantiam posset exprimere, hanc ipsam tibi, æquè ac meo Numini, elingues animantes humili silentio testarentur. Quid de authore cum cæteris bonarum litterarum Mecœnatibus sentires, optimè cognito, statim animum appuli, vt eiusdem de solidæ vngulæ quadrupedibus lucubra-

tiones, quarum diuturno desiderio Resp. litteraria angebatur, in lucem editas tibi, Illustrissime Carole, sacrarem; cuius præter Cardinalitiæ dignitatis splendorem biceps in Episcopatu Tridentino auctoritas authoris demortui famam longè, latèq; propagatam in æuum tueretur sempiternum. Neque renues, confido, & propter iucundam scriptoris memoriam, cui studiosissimè faues, & propter libri argumentum non vulgare; cuius lectione animum tuum mirificè detineri non ignoro. Quadrupedes igitur ad te veniunt, ea spe concitati, vt à maioribus tuis gregibus non arceantur. Equus certè non excludetur, cuius generosò tergo toties insederunt Ioan. Gaudentius, Aliprandus, Fortunatus, Georgius Io. Federicus, Renatus Emanuel maiores tui, armorum peritia in Belgio, Illyrico, Insubria, Germania, Mauritania adeo illustres, vt fortem, ac prudentem belligerandi normam posteritati reliquerint vniuersæ. Istam ad viuum exprimit Comes Gaudentius, qui adhuc mortalis duplicis Germanorum legionis Tribunus, & Tyrolensis militiæ Imperator infracto animi robore ad immortalem famam iter est aggressus. Quod Equus à te liberaliter, Elephas, credo, impetrabit: Enimuerò se tibi mansuetissimus sistit, &, nisi naturæ vinculis teneretur, ad maiorem venerationem genua curuaret, vt oculis tibi obijciat typum Ludouici in Cardinalatus, Præsulatusq; fastigio prædecessoris tui meritissimi: quem assiduo pietatis, religionis, nec non temperantiæ cultu virum sanè augustum Gregorius XIII. P. M. agnoscens Augustanis comitijs præfecit, Hispania suorum Cardinalium Ductorem sapientissimum, Germania vigilantissimum Protectorem habuit: quem, (vt vnico verbo expediam,) in hæretica prauitate, cuius supremus Inquisitor fuit, abolenda Catonis mores, vt in cæteris publicis muneribus renouantem, ne Roma in Vaticano aliquando maximum videret, eius sola magnitudo repugnauit. Ecquis inficiatur, hunc totis viribus æmulatum merita Cardinalis Christophori Tridentinæ, Brixinensisq; Ecclesiæ Episcopi, & Principis omnium fama celeberrimi? Hic sacrosancto Cardinalium Collegio à Paulo III. adscriptus primæ Concilij generalis sessioni sub eodem Pontifice in propria Ecclesia, iterum sub Iulio III. interfuit, &, quoniam animi celsitudine, grauitate, doctrina, sapientia, rerumq; gerendarum dexteritate plurimùm vigebat, grauissimis Marcelli II. & Pij IV. iussu legationibus functus est, cum non pauca munera ad Romani Imperij gloriam Caroli V. Imp. plurima eius filij Regis Hispaniarum Philippi II. nomine admirabili prudentia obiuisset: ex quibus illud satis fuerit in medium attulisse, quòd Mediolani Gubernator arcem in summa rerum angustia nutantem ammoto Custode proprij consilij, & vigilantiæ munimentis Regiæ ditioni confirmauit. Præclaras maiorum tuorum vir-

tutes

tutes eo libentiùs attingo; quòd aliæ in alios dispertitæ, omnes in te vnum confluunt, & virum perfectum in publica hac orbis scena certatim ostendunt. Talem te vidit, qui Reip. Christianæ gubernaculum tenet, Paulus V. cum Ratisbonensi cœtui Legatum interesse voluit: vbi quantum prudentiæ, dictorum, factorumq; constantiæ specimen dederis, omnes, qui aderant, absentibus magna cum laude prædicarunt. Quid verò Monoceroti sperandum? Eum quæso, ne reijcias; cuius imago humilitatem virtutum omnium fundamentum effingens, præter stemma gentilitium, tuos mores apprimè deceret: in tui namq; demissionem adeo propendes, vt laudes etiam meritas quàm maximè auerseris. Auersaris profectò, sed quid proficis? ampliorem laudatoribus de te loquendi materiam ingeris: cum merenti multo laudabilius sit nolle, quàm debere laudari. Restant, qui propriæ impuritatis conscientia clarissimam aspectus tui non audent subire maiestatem, Mulus, Asinus, & Zebra. Hosce Christianæ Religionis oppugnatorum petulantiam referentes ad te, (quæ tua est humanitas,) amanter compelle: vt istic morum nequitia defæcata, mundissimis quibusq; armentis aggregentur. O felices quadrupedes, si vobis aditus pateat ad alteram Arcam refugij Carolum Madrucium Cardinalem, Episcopum, & Principem, seu potius dicam, ob clementem in rebus administrandis iustitiam, Tridentinorum parentem amantissimum! Si læto vultu excipiamini ab eo, & per Italiam, & vltra montes sine vllo periculo licebit diuagari. Felices quadrupedes nuncupaui, sed me feliciorem nomino, si quorum clientelam suscepi, eosdem apud te patronos experiar: si quos tibi, Purpuratorum Patrum sapientissime, do, dico, & sacro, gratiam tuam non minùs optatam, quàm speratam mihi concilient. Id vnum supplex obsecro, atq; obtestor; quod si impetraro, satis superq; mihi retributum arbitrabor. Diu Apostolicæ Sedis, ac Tridentinæ Ciuitatis splendori, Amplissime Princeps, viue, & vale.

Bononiæ X. Cal. Sept. MDCXVI.

Cliens tuus addictissimus

Hieronymus Tamburinus.


HOc opus excellentissimi, & celeberrimi Vlyssis Aldrouandi Patricij Bononiensis, de Quadrupedibus, solidipedibus volumen integrum perlegi diligenter. Ego Don Marcellus Baldassinus Clericus regularis Congregationis Sancti Pauli, pro Archiepiscopali Curia Bononiensi reuisor deputatus, & quod nihil contra sanctæ fidei dogmata, vel probatos mores, aut sacri indicis regulas contineret, vt typis mandaretur probaui.

Idem qui supra Don Marcellus Baldassinus.

EGo Fr. Hieronymus Onuphrius Romanus, ex Conuentu S. Mariæ Gratiarum Doctor collegiatus, & Lector publicus, ac sanctissimæ Inquisitionis consultor, mira quadam animi oblectatione, atque attentione totum hoc aureum opus, ac satis copiosum, inscriptum de Quadrupedibus, solidipedibus, & conscriptum ab Illustrissimo, atque Excellentissimo Viro Vlysse Aldrouando Patricio Bonon. perlegi; cumque in eo nihil repererim, quod aut pias piorum hominum aures offendat, aut sit contra ecclesiasticas regulas, ac sanctiones, quin potius multum vtilitatis inde toti homini emergere cognouerim, ideo in Dei gloriam, ac communem omnium vtilitatem typis excussum in lucem prodire censui.

Imprimatur igitur.

Idem qui, & supra Fr. Hieronymus, &c. nomine Reuer. P. M. Pauli de Garess. Inquis. Bonon.



Summa Priuilegij S. Cæsareæ Maiestatis.


PRiuilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis cautum est, ne quis aliquam historiarum Vlyssis Aldrouandi Bonon. quæ agunt de animalibus, & per consequens, etiam de Quadrupedibus solidipedibus, vel in parte absque voluntate, & proprio authoris, aut eius hæredum consensu, intra decennium, à die quo absolutum fuerit volumen inchoandum, recudat, aut alibi recusam vendat, sub pœna, quotiescunq; deprehensus fuerit, priuationis omnium librorum, & decem marcharum auri puri, prout latiùs patet in dyplomate Cæsareo dato in arce regia Pragæ, die prima Aprilis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Rodulphus Imperator.

Rodulphus Coradutius.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium
Io. Barnitius.

IOANNES CORNELIVS VTERVERIVS DELPHO BATAVVS BENEVOLO LECTORI. S. P.





VIT semper author noster ita publicæ vtilitatis appetens, vt in ijs obeundis, quibus omnium commoda procurari poterant, nec laboribus parceret, nec sumptibus, id quod tam ex editis, quàm deinceps edendis lucubrationibus eius notissimum vnicuiq; esse non ambigo. Arduum enim, ac supra omnem propemodum mortalium cõditionem difficile fuit, ex tam varijs antiquorũ, recentiorumq; scriptis tam diuersas sententias, seu flores mauis vocare, colligere, transcribere, suis quasque locis aptè ordinatimq; disponere, connectere, ac tandem velut aulæis quibusdam inde confectis, prælo publicare. Quàm verò ingens, ac regius planè sumptus fuerit, tot fossilium, plantarum, animaliumq; millia inuestigare, emere, corradere, parietibus affigere, chartis agglutinare, abacis recondere, conseruareq; , & vt proprijs, ac natiuis coloribus exprimerentur, moxq; rursus quàm artificiosissimè in ligneis tabellis delinearentur, atq; exsculperentur, curare, ac tandem describere, & de singulorum nomenclaturis, differentijs, loco natali, natura, vsu, ac viribus quàm accuratissimè disserere, ijs præsertim, qui harum rerum scientes sunt, haud difficile fuerit æstimare. Quamobrem cùm esset ipse tantis sumptibus impar, homo scilicet nobilis quidem ac patritius, cæterùm animi magis, quàm fortunæ opibus ornatus, non semel ab illustrissimo huius vrbis Senatu, & à viris alijs splendidissimis, D. Io. Baptista Campegio, episcopo Maioricensi primùm, mox ab illustrissimo Cardinale Montalto, ac tandem à Serenissimo Francisco Maria Vrbinatium Duce, munificentissimè adiutus fuit. Supersunt nihilominus plantarum simulacra exsculpẽda, estq; earum tantus numerus, vt vix fidem apud te Lector humanissime sim meriturus, si eum indicauero: quæ vt exactissimè delinearentur, elegantiaq; ab alijs editas vincerent, peritissimum simul ac ingeniosissimum pictorem, nulla prorsus mercedis habita ratione, quantumcunq; modum excederet, Francofurto acciuit, ac omnem in id operam nauare iussit, vt earum esset minimè fallax imitatio, & quæ repræsentarent, imaginis veritate & venustate spectantium oculis approbarentur. Si quis itaq; heroũ illorum liberalitatem imitatus, in plantis istis exsculpendis impensas faceret, & in medicorum, aliorumq; herbariæ rei studiosorum gratiam istiusmodi commentarios typis euulgandos susciperet, is me herculè immortalem sibi apud omnes laudem compararet: & vt longè nunc lateq; omnes oræ partesq; terrarum illorum munificentia ita personant, vt & viui gloria sua perfruantur, & cùm è vita discesserint, magis magisq; in ore doctorum, aliorumq; præclarissimorum virorum sint versaturi; eodem pariter modo etiam is sempiternæ hominum memoriæ traderetur. Ego saltem si abundantia ingenij eloquentiaq; præstarem, & cæteris præterea rebus instructus, paratusq; essem, quæ laudare aliquem instituẽti necessariæ sunt, eniterer tantorum virorũ rebus præclarè gestis, ac priuatim tantæ liberalitati dare testimonium laudis æuiternum: cæterùm aliũ illi præconem, aliam in laudando virtutem & copiam desiderant, nec vulgari aliquo & obsoleto, sed accurato, exquisitoq; ac bonis artibus instituto genere orationis exsequendi sunt, vt rerum ipsarum splendor & dignitas verbis explicetur. Cùm verò omnis labor, vt Ambrosius ait, suo aliquando fructu permutetur, ne hilum dubito, quin & isti labores suum sint habituri Mæcenatem. Quæ enim trophæa, quæ statuæ & currus, quæ imagines diuturniores, quàm doctorum virorum lucubrationes, quæ nunquam pereunt, & nunquam eorũ sinunt perire nomina, à quibus promouentur? nec desunt hodieq;, qui olim, laudis quidam gloriæq; igniculi ita in multorũ animis à natura ingenerati, vt exoptent æternitatis nominis sui, aliorumq; post mortem memoriam, id quod tum maximè fit, cùm euulgatum ab eruditis volumen aliquod magnis viris consecratur. Accipe interea Lector candidissime eadem qua editos fronte labores istos de quadrupedibus solipedis, curiosos, iucundos, atq; vtiles omnibus, sed nobilibus maximè, qui istiusmodi animalibus, equis (inquam) mulis ac elephantis vehi gaudent, ac superbiunt: quin & Carneades referente Plutarcho dicebat, regum & diuitum liberos nihil magis decere, quàm equitandi scientiam, de qua in hoc volumine abunde agitur, quantũq; sæpenumerò illis hęc profuerit, docetur, sicut & è contrario quãtopere probro data sit eiusdem imperitia, vel vnus ille Ramirius ex monacho in Hispania in regem cooptatus demonstrauit, cùm eapropter equo simul & imperio spoliaretur. Habent præterea nobiles multa præclara alia, nominatim de ludicris certaminibusuè curulibus Græcorum, Romanorumq;, ac aliarum gentium, de vsu item equorum in bello, & in triumpho: quæ tamen & alijs quoq; ita accepta fore, mihi confido, vt vel ob hosce solos labores & authori & mihi benè sint precaturi, qui in ijs in lucem emittendis non semel sudaui, & alsi, quod si cognouero, propediem alterum de bisulcis volumen, quod nunc præ manibus est, euulgabo, vt tandem de digitatis cùm viuiparis, tum ouiparis, quod postremum erit volumen, tibi parturire queam. Vale.

ILLV-



ILLVSTRISSIMI CARDINALIS BARBERINI

In laudem Auctoris Epigramma.



Οὐκ Ἀλδοβράνδος ποιέει ξένη γνώριμον εἰκὼν
　Σοὶ μόνον, ἀλλὰ βίβλον καὶ δόμεν ἐστιν ὁρᾷν
Ποικίλα εἰ ποθέεις ἴδμεν βλαστήματα γαίης,
　Χερσαίων, πτηνῶν, νηχομένων τὸ γένος.
Βίβλον ἄνοιγε, βλέποις κόσμου κειμήλια, λάμπει
　Ἀνδρὸς ἐκεῖ σοφίη, μέτριος ὧδε βίος.
Ζηλωτὸς βίος, ἐν πενιχρῷ γὰρ πλούσιος οἴκῳ
　Παγγενετείρας ἦν τῆς φύσεως ταμίας.

Eiuſdem in eumdem.

MVltiplices rerum formas, quas pontus, & æther
　Exhibet, & quicquid promit, & abdit humus,
Mens haurit, ſpectant oculi, dum cuncta ſagaci
　Aldobrande tuus digerit arte liber:
Miratur proprios ſolers induſtria fœtus
　Quamq; tulit moli ſe negat eſſe parem:
Obſtupet ipſa ſimul rerum fœcunda creatrix,
　Et cupit eſſe ſuum, quod videt artis opus.



VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIEN. DE QVADRVPEDIBVS

LIB. I. CAP. I.



ORDINIS RATIO.


EDES brutorum animantium, quibus Natura sanguinem largita est;
vel bini sunt, vt auibus, vel quatuor, vt quæ quadrupeda Latini, Græci
τετράποδα, Aristoteles etiam πεζὰ, nuncuparunt. Si quod enim vel
plures, vel pauciores acceperit, id in monstris haberi, naturæq. erratum
C appellari debet. De auibus aliàs dictum à nobis est abundè: nunc qua-
drupedum tractationem præ manibus assumpsimus. Horum tria sunt *Quadrupedum diuisio.*
summa genera, vnum ἀσχιδὲς, id est, non scissum, integris nempe pedi-
bus, ideoq. μονώνυχον siue μώνυχον, aut μονόνυξ siue μῶνυξ dictum, Eu-
ripidi etiam μονόχηλον, quasi vna tantùm præditum vngula, seu simpli-
ces aut indiuiduas vngulas habens, Plinius solidipedē, Theodorus Gaza
solipedem vocat: alterum quorum pedes binis fissuris vtrimq., hoc est à parte priore, & posteriore
deducuntur, vnde bisulca Latini, δίχηλα Græci vocauerunt, qualia chelas Aristoteles siue forcipes
pro vngulis habere dixit: tertium πολυσχιδὲς & πολυδάκτυλον, quasi multifidum, & multipliciter di-
gitatum; quandoquidem pedes manuum nostrarum instar multifidos habent: digitata non incon-
gruè dicentur, nam & Plinius auium alias digitatas esse dixit, alias palmipedes. Omnibus quidem *Pedum usus*
pedes ad ingressum dati sunt: sed digitata prioribus præterea ad manuum officia vti nituntur, quod
solipedes posterioribus facere Aristoteles annotauit; sed & bisulca id facere quotidie obseruamus.
Quæ anterioribus cibum ori admouent, Galenus ferè carniuora esse putat, & ex rapto viuere; cæte- *Lib. 3. de*
D ra herbiuora: Cuniculus tamen, & lepus herbis victitant. Carniuora omnia digitata sunt. Mouentur *Vsu part.*
in omnibus posteriora (inquit Aristoteles) ad priora per diametrum. Post enim dextrum prius, *cap. 2.*
sinistrum mouetur posterius; causa est, quoniam si priora simul & prius; distraheretur sane aut pro- *Motus.*
cidua esset ambulatio, & quasi tractis extensione posterioribus: præterea etiam non progressus hu-
iusmodi esset, sed saltus: difficile autem est mutationem continuam facere salientem; huius autem
rei signum, quòd citò lassescunt equi illi, qui hoc mouentur modo, vt ij qui in pompis agitantur,
seorsum quidem prioribus ob hoc non mouentur. Si autem vtrisque dextris primis; extra sanè ful-
crorum fierent sustentacula, ruerentq. Pariunt alia viuum animal, alia ouum. Hæc ᾠοτόκα, id est *Partus.*
ouipara, illa ζωοτόκα, id est viuipara nominantur. Ouipara cortice teguntur, viuipara pilis, quan- *Tegumentum.*
quam erinaceus & histrix aculeos pro pilis habeant, nam aculei, vt Philosophus ait, in his, quod-
dam pilorum genus putandum est, propterea quod pilorum, non pedum vicem, vt fit in echinis
marinis, præstent. Ouipara, etsi totidem habeant, quot viuipara sensus, ingenio tamen constat *Sensus.*
esse hebetiore: quare pleraq. eorum in terræ hiatibus degere Natura voluit, vt lacertos, vel aqua
abdi, vt crocodilum, vel alijs locis, longè ab humano consortio remotis, vt terrestrem testudinem:

ideoq. in vltimum hiſtoriæ noſtræ locum iſthæc reijciemus; à viuiparis ceu multò præſtantioribus exorſuri, vtilioribusq., inter quæ præcipuam nobis vtilitatem præbent, quæ à iuuando noſtras operas iumenta Latinis appellari meruere; Græci, quod equidem ſciam, ſimile vocabulum non habent; nam κτῆνος latiorem habet ſignificationem, cùm ſit omne ipſis illud pecus, quod mactari, atque immolari ſolet, aut in quo præcipuæ priſcorum ſitæ erant diuitiæ. Aeſchylus tria quadrupedum genera enumerabat, quæ noſtris quàm maximè laboribus ſubeunt, fœtus equorum, aſinorumq., & boum genus. Aſino autem quantum præſtet equus, ſciunt omnes. Priſci autem præſente equo, tam vile, tam bardum ſtupidumq. brutum ne nomine quidem dignabantur. Et Simonidem poetam teſtatur Ariſtoteles, in mulorum certamine, cùm is qui vicerat, dixiſſet exile pretium pro carmine recuſaſſe, indignantem nimirum aſinorum ſobolem ſuo celebrari carmine: verùm vbi victor dediſſet ſatis magnum pretium, carmen tale feciſſe: χαίρετ᾽ ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων, id eſt, Saluete volucripedum ſoboles equarum: ſiluiſſe enim, quod ex aſinis etiam eſſent nati, & quod honeſtius erat, expreſſiſſe, equarum filios appellando. Bos verò ſuas etiam laudes habet, atque nonnullas etiam quibus equum fortaſſis ſuperat, nam quod boue pluribus modis victum iuuet humanum, animal equidem nullū eſt: vnde apud Homerum negat Achilles ſeſe Troianis moleſtum iniuriumq. fore, quoniam nunquam ei vel boues, vel equos, id eſt, bina omnium animantium vtiliſſima, ſubduxiſſent. Iuxta enim antiqui ſeculi ritum, cùm vita mortalium adhuc eſſet paſtoralis, prima belli mouendi cauſa fuere abacta pecora.

Iumēta quæ. *Aſinus.* *Lib. 3. Rhetor.* *Bos, & equus præcipua iumenta.*

E

F

Οὐ γάρ πώποτ᾽ ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους.

Non enim equos vnquam mihi ſubduxere bouesq.

Cæterùm ſi conferantur inter ſe vſus omnes, quos nobis equus, & bos præbent, equum, licet vno & altero vincatur, pluribus ſemper vincere fatendum erit, animal nempe, quod à Deo ipſo in oraculo laudatum Plato teſtatur, in Hippia maiore. Bos domi tantùm vtilis: equus domi foriſq. vtiliſſimus. Si arandum, boui minimè cedit, ſaltem in planitie: currui iunctus, boui præſtat, tardus enim huius greſsus eſt, equi celerrimus: ſi dorſo ferendum, ſolis cedit elephanto, & camelo: vbi bos planè inutilis: atque hinc puto eſt, quod pleriq. veterum equum peculiariter, & quadam prærogatiua iumentum vocauerint, & diuinus poeta quadrupedem, quaſi non aliud ſit πολυχρηστότερον, & præſtantius: & Propertius equum ſumpſit pro re quapiam præ omnibus ex alijs exoptanda, ac deſideranda, inquiens.

Lib. 2. Eleg. ad Cynthia.

Quod ſi vera mea comitarem caſtra puella,

Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.

G

Generoſum verò etiam quiddam, magnificumq. & ferocitate exultans in hoc in primis animali conſpicitur, fides item atque amor erga dominum ſuum, facilitaſq. ad multiplices vſus & obſequia. In bello nullum animal aptius, ideoq. virilem, non fœminilem ſexum decens, quin fœminis legimus, non item viris naturæ quodam inſtinctu, equos timori eſſe: imbelle autem muliebre genus eſt. Apud Theocritum Gorgo, Eunoe & Praxinoe teſtum ſpectaturæ Adonidis, cùm prodirent equi regis, totæ pauidæ, animo conſternuntur, & vbi mox ſeſe nonnihil recepere, vna earum ait:

Bello aptum eſſe. *In Syracuſis.*

Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δεδοίκω,

Ἐκ παιδός. id eſt:

Equum enim & frigidum anguem ſemper timui,

Inde vſque à puero.

Fuiſſe tamen etiam nobilioris animi mulieres certum eſt, quæ non ſolùm non timuere equos, ſed vti etiam potuere viriliter, vt Camilla, & Pentheſilea à Virgilio celebratæ, &, vt Amaſones taceam, Cynisca Archidami regis filia, cuius ad Plataneium, vt Pauſanias ſcribit, heroicum fuit monumentum, quod prima fœminarum omnium equos alere inſtituiſſet, primaq. ludis Olympicis de quadrigis palmam meruiſſet. In equo verò teſte Ariſtotele in libris Ethicorum ea præcipuè virtus laudatur, quod ſit ad currendum, portandumq. hominem apprimè idoneus, & ad inuadendum, expectandumq. hoſtem minimè formidoloſus: ita & Galenus prævalidum animal dixit & generoſum, cùm ἰσχυρὸν dicit, neque ἄθυμον eſſe. Aegyptijq. animoſitatis typum equum fecere. Et in ſacris literis legimus: *Equo virtutem dedit Deus, & ſoluit de ceruice eius formidinem, vt exultet in campo, & occurrens regibus irrideat, odoretur bellum, eminus excitetur ſono tubæ.* Inſuper Plutarchus tradit equum ſolum omnium animalium in partem certaminum, & coronarum venire: quandoquidem ſolus in prælio homini adſit. Quid mirum ergò ſi militare animal Plinius, ſi duellicam equorum prolem Lucretius appellārit. Gloriatur Demoſthenes ſe non lapidibus, non latere coƈto vrbem muniuiſſe, ſed ſi meas (inquit) munitiones conſiderare velis, arma inuenies, equos atque ſocios, quaſi ſine equis vrbs tuta ſecuraq. eſſe non queat: id quod & alios credidiſſe, nobis perſuadet Hippocrates in epiſtola ad Damagetum, inquiens: *Alij canes emunt, alij equos, alij multam regionem circumſcribentes propriam ſibi inſcribunt, & multis imperare volentes, ne ſibi ipſis imperare poſſunt.* Equidem Ammonius equi perfectionem

Mulieres animoſæ. *In Laconicis.* *Cur bello aptus.* *Equus inter vrbis munitiones recenſitus.*

H

A ctionem esse asserit, velocem esse, acrem, & bello idoneum. Atqui hinc etiam est, quòd in multis regionibus lege cautum sit, ne quis equum, militiæ tantoperè idoneum extra prouinciam emittat: sed & vrbium curatoribus, quorum est omnia recensere, quæ domi forisq. necessariam functionem habent, equos quoque recensere præcipitur: hinc in Codice, equorum productio, siue vt Græci dicunt, hipparchia. *Lex de equis vendendis.* Apud Romanos in primis huius animantis semper fuit summa cura, adeo vt in emptione eius dena æris millia è publico persoluta fuisse legamus: publicum enim equum miles habebat, habebant & equestris ordinis viri, aureo a militibus, quibus ferreus erat, annulo distincti, quem cum patricijs & Senatoribus cõmunem habebant, quòd ex ipsis senatorius ordo suppleretur, quanquam ex plebeis etiam Senatores, quandoq. fierent: sed hi annulum quidem retinebant Senatores facti, equum verò publicum minimè; vnde equum possidere pro ex equestri ordine esse poëtæ aiunt. *Equestris ordo.* Horatius. *In arte poëtica.*

Offenduntur enim quibus est equus, & pater, & res,
Nec si quid fracti ciceris probat, & nucis emptor,
Aequis accipiunt animis.

id est, diuites & qui ex ordine sunt patritio, & equestri, offenduntur (si quid obscœnè dicatur) etsi popel-

B lus, qui fracto cicere, & nucibus viuit, probet. Publicus ille equus à censore assignabatur, vt notum est ex hoc Liuij. *Senatusconsultum factum est, vt consul cum tribunis plebis ageret, vt ad plebem primo quoque tempore ferrent, vt P. Ebutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, neuè censor ei equum publicum assignaret.* *Lib. 39.* *Equus publicus.* Quod si verò vel malè curarent, macilentumq. & strigosum habere deprahenderentur, siq. ipsi nimium pingues, atque adeo bello inutiles essent, vel si minus strenuè se in bello gessissent; vel aliud quicquam commisissent, equus eis censoria seueritate adimebatur: testis est idem Liuius: *Illis* (inquit) *equi adempti, qui publicum equum habebant.* *Equus quibus adeptus.* *Lib. 24.* Imò verò, & censoribus ipsis equos per ignominiam adeptos inuenio. In Arniensi enim siue Narniensi tribu cum Liuius censor nomen ferret, à Claudio Nerone, cum quo censuram frequētem iurgijs egit, quòd non syncera fide secum redijsset in gratiam, equum vendere iussus est, atq; ita illatæ sibi prius ignominiæ talionem reddidit; quippe Liuius citato nomine Claudij in Pollia tribu, ob veterem simultatem equum vendere coegerat. Meminit quidem huius quoque rei Liuius, sed aliter narrat. *Lib. 29.* *Equitum* (inquit) *deinde census agi cœptus, & ambo fortè censores equum publicum habebant: & Nero M. Liuium collegam censorem, quia populi iudicio esset condemnatus, equum publicum vendere iussit.* Equus idem publicus honoris causa ob rem bene gestam donabatur; quin & eorum parentibus, qui equo stipendia iusta

C meruissent, prætextam concessam fuisse discimus ex Macrobio, etsi minus ex patritijs essent, cùm alijs ea esset interdicta. *Lib. 1. Satur. cap. 6.* Amissa verò mox repub. cùm omnia ab vno Imperatore & darentur & expectarentur, quoniam magni æstimabatur, quidquid beneficij munerisuè loco ab illo acciperetur, vt opinor, acceptus equus publicus inter primos honores connumerari cœpit; quasi Cæsaris de equite Romano accipiente iudiciũ quoddam præclarum beneuolentia plenum fieret, aut certè census ipsius testimonium. Extant equo publico donatorum sexcentæ lapidum inscriptiones, non solùm magnorum hominum, verùm interdum eorum quoque, quos existimes ex ijs verbis ab Imperatore in ordinem equestrem lectos; cùm aut equites antea non fuissent, aut censi non essent, credasq. equum publicum videri, quod reipub. temporibus annulus fuit, quo donabantur, quicunque in equitum numerum recipiebantur. Moris verò etiam fuit florente repub. vt equites, cùm constitutum legibus tempus militassent, equos in forum ad censores adducerent, redderentq. & quoties & quibus sub ducibus meruissent, enarrarēt, quocunque tandem ex ordine essent, seu patritio, seu equestri, seu plebeio; *Equus publicus redditus.* nam & Cn. Pompeium, qui fuit ex primarijs, legimus, cùm aliquando consulatum gereret, equum ad censores, Gellium, ac Lentulum deduxisse, interrogatumq. pro more; Omnesne obijsset

D militias, respondisse, omnes, & quidem sub me ipso imperatore. Catonem verò refert Plutarchus, equum quo in expeditionibus vsus fuerat, ne reip. imputaret naulum, reliquisse in Hispania. Consulis verò etiam aut cuiuslis imperatoris præcipuum erat ornamentum equus phaleris pulcherrimè exornatus, vt Dionysius Halicarnassæus asserit, qua parte de L. Quinctio agit dictatore electo. *Equus phaleris ornatur.* *Vt paulo propior* (inquit) *erat, equos ei phaleris decorè ornatos adduxerunt, & secures cum fascibus, vestesq. purpureas, & alia insignia, quibus olim regium imperium decoratum erat, obtulerunt.* *Lib. 10. de antiq. Rom.* Similiter cum eodem ornatu, consulari nempè per exercitum cuiusq. ducis, dummodo eum aliquando magistratum gessisset, transducebantur, ad dignitatis splendorem, vt habemus apud Plutarchum de Crassi infelicis cum Parthis certaminis omine; ait enim, *Equus ex imperatorijs insigniter ornatus, tracto per vim rectore, in flumen submersus disparuit.* *Lib. 15.* Tacitus de Cæsonio Pæto in eodem Parthos ducente: *Turbatus equus qui insignia consularia gestabat, retrocessit.* Hosce quoque phaleratos equos ex publico fuisse, Lipsio facilè crediderim. *Dictator cur equo non veheretur.* Dictatori verò, cuius alioqui apud Romanos dignitas tam sacrosancta erat, vetusta quadam lege, nefas fuit, nisi cùm ad bellum proficisceretur, equo vehi, siue quòd maiores vires pedestribus copijs inesse arbitrarentur, ideòq. oportere imperatorem in phalange perma- *Plutarchus in Fabio.*

nere, neque locum deserere, siue quòd eius principatus authoritas & magna esset, & quodammodo tyrannica in reliquarum omnium rerum administratione, voluerint tamen in hoc dictatorem populo inferiorem videri. Fabio tamen Maximo dictatori designato post cladem ad Thrasymenum acceptam, primùm equus concessus in tanto rerum discrimine, quo principatus magnitudo, ac moles ostenderetur, maiorisq. apud omnes authoritatis haberetur. Aliàs lege Curiata, qua dictator creabatur, vt ascendere equum liceret, ad populum nominatim ferendum erat, id quod Liuius etiam ostendit, de M. Iunio dictatore agens. *Dictator M. Iunius* (inquit) *rebus diuinis perfectis, latoq. (vt fieri solet) ad populum, vt equum ascendere liceret*; Est enim equus animal superbum, & equitare, magnificum iudicabant; quamobrem etiam in equis triumphabant à superatis hostibus. Cùm verò omnium militarium artium peritissimi haberi vellent, equitandi quoque peritia alios quosq. vincere studuerunt, à pueris huic arti serio seduloq. omnem nauantes operam: quòd equitandi studium tetigit Horatius, dum canit:

Fabio Max. dictatori equus concessus.
Lib. 3. dec. 3.
Equitādi ars Romanorū.
Lib. 1. Car. Od. 8.

Lydia dic per omnes
Te Deos oro, Sybarim cur properas amando
Perdere, cur apricum
Oderit campum patiens pulueris, atq. solis
Cur neq. militares
Inter aequales equites, Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis. F

Quin Vegetius author est iuniores apud Romanos in equis ligneis, sese quoque exercuisse, atque adeò vt non solùm à dextris, sed etiam à sinistris partibus, & insilire & desilire scirent, euaginatos tamen gladios aut contos interim manibus tenerent. Cæterùm sicuti in alijs omnibus equitandi peritia laudi vertebatur, ita maior adhuc inde gloria accedebat reipub. regnorumq. rectoribus. Neroni plurimum quidem semper sermonem fuisse scribit Suetonius, de Circensibus, quanquam vetaretur, sed & equorum studio vel ab ineunte ætate præcipuè exarsisse, laudandum innuens, quòd equitandi peritus esset, damnandum, quòd cùm de hominibus regendis, quod imperātis est, meditari debuisset, de quadrigarijs regendis, quod est aurigæ, cogitaret continuè. Iulius Cæsar, testante eodem, huius artis fuit peritissimus; Plutarchus verò equitandi vsum ita ei facilem fuisse affirmat, vt reflexis in tergum manibus, equum velocissimis concitare cursibus posset. Ne verò quis apud Romanos tantùm militaris huius animantis, equitationisq. studium excultum fuisse existimet, de alijs etiam populis aliquid proferendum. De Græcia canebat Horatius:

Nero equitādi peritus.
Iulius Cæsar.
Lib. 2. Epist.

Vt primùm positis nugari Græcia bellis
Cœpit & in vitium fortuna labier æqua.
Nunc in athletarum studio, nunc arsit equorum. G

Audistin, inquit Plato, *Themistoclem filium suum Cleophantum in equestri facultate strenuum effecisse, adeò vt equis rectus insisteret, rectusq. ex equo iacularetur cæteraq. permulta perficeret stupenda, in quibus ille diligenter erudiri curauit, sapientemq. in singulis quæ præceptores eruditi callebant, effecit.* Alexander Magnus, adolescens adhuc, Bucephalum equum insignem, à patre nuperrimè emptum, cùm à nullo subigi posset, vt equitem pateretur, primus indomitæ peruicaciæ domandæ rationem ostendit: mox præter omnium opinionem quadrupedem ascendit, & citrò vltroq. effusis aperto campo habenis ad lassitudinem agitauit, vt suo pòst loco ex Plutarcho ostendemus. Hoc etiam nomine illustris fuit Alcibiades, vt est apud Thucydidem & eundem etiam Plutarchum: nec enim alium meliores equos aluisse aiunt, aut septies Olympijs cucurrisse, vicisseq. *Alnit* (inquit Plutarchus) *equos cum splendore, & nomine, etiam ob multitudinem curruum. Huius studij admiratione plurimum ei vel hostes detulerunt.* Gelo tyrannus, cùm aliquando lyra in conuiuio circumferretur, eamq. conuiuæ ordine componerent, atque canerent, ipse equum iussit adduci, & in eum facilè insiluit, vt idem Plutarchus prodidit. Nestor verò ἱππηλάτης cognominari meruit, quòd equorum moderationem apprimè calleret. Mithridates rex Ponti, vt apud Iustinum, aliosq. legimus, sexiuges equos regere poterat. Persæ referente Xenophonte filios suos tria potissimum docebant, equitare, sagittare & vera dicere. Parthos verò etiam Iustinus tradit adeo equorū studio teneri, vt equis omni tēpore vectentur, illis bella, illis cōuiuia, ac priuata peragere officia, super equos ire, consistere, mercari, colloqui consueuisse. Apud Indos, vt Arrianus ait, regiū erat elephanto vehi; proximus honor quaternis equis, tertius camelis: vno equo vile habebatur. Massyli, & Numidæ populi Libyæ, tantam habuere equitandi scientiam, vt equos non freno, sed virga gubernarent, vt meminit Lucanus, inquiens: H

In Menone.
Themistocles.
Alexander Magnus.
Alcibiades.
Gelo tyrannus.
In apophthegmat.
Nestor.
Mithridates.
Persæ.
Parthi.
Indi.
Lib. de reb. Ind.
Massyli.
Numidæ.
Lib. 4.

Et gens quæ nudo residens Massylia dorso
Ora leui flectit, frenorum nescia, virga.

Vnde Virgilius infrenos vocat Numidas. Meminit eorundem etiam Silius:

Hic passim exultant Numidæ, gens inscia freni,
Queis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.

Procopius de agilitate Totilæ Gothorum regis, eo ipso die, quo cum Græcis acie dimicaturus erat, sic

A ,, sic ait: Armis indutus processerat auro abundè cælatis, & ex equo, vt ornatissimis phaleris, ita & *Lib. 3.*
,, pilo, & lancea nobilitabatur, purpureaq. & regia veste, & ex prædicto equo præcipuè, quo miræ *Totilas.*
,, magnitudinis vehebatur. In medio autem campo, vt bellicæ (equestris, Sigonius) artis peri-
,, tus, ac ludibundus processerat, equum diuersim calcaribus concitando in orbem frenis agiliter
,, agere, obequitandoq. telum in auras sursum versus aptè diuerberare, & ipsum iterum rursum ad ter-
,, ram delatum impigrè per manus transuerum, gloriæ id artis plurimum ducere, supinandoq. se de-
,, super equum, inclinandoq. vtrimque ad terram, & vicissim in latera, vt qui à puero fuisset desul-
,, tandi, ac tripudiandi artem edoctus, & ludicra peragendi. Gothis autem istiusmodi exercitatio- *Gothi.*
nes iam indè à prima iuuentute familiares tradit Olaus Magnus. Temporibus Romani III. Imp.
quendam fuisse scribit Cedrenus nomine Philoræum, qui iniecta veste equo celerrimo, ei insiste- *Lib. 8. c. 15.*
bat rectus, gladium manibus gestans, quem equo concitatissimè currente rotans, euripum Circi per- *regni Se-*
currebat, gladiũ sursum, deorsumq. versans, & ne minimũ quidem vestigio suo elabens. Admiran- *ptent.*
dam quoque equitandi scientiam in Galeacio Bardassimo equite quodam Siculo sub Alphonso se-
niore Neapol. rege celebrat Fulgosus, cum nempè armis tectum, ephippio inter coxas accepto, in-
gentem equum crinibus apprehensum saltu conscendisse, statimq. nullis firmato vinculis ephippio, *Lib. 3. c. 2.*
B equum ad cursum adegisse, coxarum, ac crurum firmitate pro cingulis vsum. Carolo V. Cæsari tan-
ta fuit, teste Iouio, cum dignitate equitandi peritia, vt nullus eo armato, atque equum incitante, & *Carolus V.*
in gyrum reflectente, vel pulchrior, vel viuidior, vel in ferendo armorum pondere patientior eques *Lib. 27.*
reperiri posset. Quemadmodum itaque laudi vertitur equitandi ars, ita contrà ignominiæ est vi-
ro nobili, nescire equitare. Refert Collenutius Ramirum, nothum Sanctij maioris, è Monacho *Equitãdi im-*
Hispanorum regem factum, contra Saracenos suscepta expeditione, cùm sinistro brachio scutum, *peritia qui-*
dextro lanceam adaptasset, mox frena equi apprehensare iussum, respondisse: qui possim, vtraque *bus ignomi-*
manu occupata, nisi dentibus hæc retinenda quis porrigat? ideoq. irritum à proceribus propter re- *niæ.*
rum imperitiam, regni & filię tutelam Alphonso VII. Castulonensi commisisse, & ad monachos *Lib. 1. hist.*
redijsse. Sed vt ignominiam taceamus, non semel ex imperitia equitandi vitæ periculum subse- *Neap.*
quitur, maximè si ferοculus fuerit equus, vt magnorum virorum esse ferè solet, quare pulchrè dice-
bat Carneades, referente Plutarcho, diuitum & regum filios nihil rectiùs discere quàm equitare, *Equitatio re*
cùm præceptor inter literarum exercitationes ijs palpari possit, & antogonistę in palæstra se commit- *gibus cur v-*
tere, & vinci sinere: equus verò sitne princeps an priuatus, diues an pauper sessor, ignoret, indo- *tilis.*
ctumq. moderatorem dorso excutiat. Etsi enim equus sua natura hominis amans sit, tamen nisi
C probè curetur, atque tractetur, infensus fit, & alienus, vt idem ille clarissimus author asserit, in libro
de fraterno amore. Minus ergò mirum videri debet, si cùm regia planè sit equitandi sciẽtia, equus
fuerit in summo semper honore, & pretio. Verùm, vt fit in omni alia re, cùm alij pluris, alij minoris
æstimentur pro bonitate singulorum, sic ignominiæ dabatur viro ingenuo, ac nobili, si equos vilio-
res, paruiq. pretij aleret. Hinc Isæus: *nunquam equum habuisti pluris quàm trium minarum.* Romæ
talento generosos equos emptos habemus apud Varronem Sesquiulisse his verbis: *nunc emũt Trof-
suli nardo nitidi, vulgò Attico talento equum.* Alicubi etiam equum publicum mille assariorum esse
ait. Theognis verò equos inter præcipuas opes recenset, inquiens:

> Ἴσον τι πλυτῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστι
> Καὶ χρύσος καὶ γῆς πυροφόρυ πεδία,
> Ἵπποι θ' ἡμίονοί τε. id est
> *Aequaliter diuites sunt, is cui multum argentum est,*
> *Et aurum, & terra farrifera arua,*
> *Et equi, & muli.*

D Quamobrem etiam tùm ob pretium, tùm ob maximas quæ equis alendis insumuntur, impensas, vt *Alere e-*
olim, sic & hodie, qui eos alunt, diuites censentur, ac illustres. Cassiodorus quendam tanta patrimo- *quos, quo-*
nij vbertate gloriatum esse scribit, vt inter reliqua bona equinis gregibus principes vinceret, eosq. *rum sit.*
cùm in Gręcia, tùm in Italia nobilissimos habitos, quorum maiores alendis equis famam quæsissent. *Lib. 1. Epist.*
Dolet Iulitta (inquit D. Basilius) quia non est patricia, neque septem è maioribus numerare po-
test, qui fortunas omnes alẽdis equis, aut gladiatoribus exhauserint. Nec defuere certè quos equo-
rum studium, & in eos impensæ ad extremam vsque compulere miseriam: idq. in primis fabula do-
cet Glauci Potniæi, quem, cùm magnis sumptibus equos aluisset, atque in extremam tandem ege- *Glauci fabu-*
statem esset redactus, fingunt ab equis suis laceratum, Virgilius: *la, & Dio-*

> *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,* *medis.*
> *Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci* *Lib. 3. Geor-*
> *Potniades malis membra assumpsere quadrigæ.* *gicor.*

Nec alio sensu equos Diomedis Thraciæ regis, quòd in eos omnes suas opes prodegisset, amici
ἀνθρωποφάγους appellarunt: indeq. etiã fabulis datum, quòd equos suos hospitũ sanguine saginaret,

cùm videlicet ſubditorũ etiã opes exhauriret. Apud Spartanos igitur, inter ſæuiſsimas execrationes E
fuiſſe ἱπποτροφεῖν, quam caballationem recentiores vocant, id eſt equorum enutritionem, ſcribit
Lib. 23. cap. 22. Alexander ab Alex. eò quòd magno ſtaret impendio, & homines ſuaui captu ad perniciem duceret. Nam modus alendi equos (inquit ille) non pauperes, vt aiunt, ſed atua ſumptuoſa ſectatur. Certè
Lib. 6. Tolit. 7. rectè dixit etiam Ariſtoteles, equos alere proprium eſſe eorum, qui ampla patrimonia habent. quamobrem & iuxta Græcam legem opulentioribus præcipi ſolere legimus, vt equos alerent, nõ tam ad ornamentum ciuitatis, quàm ad reip. commodum; ad quem ritum alludens Pindarus, Xenocratem, equitatum Græcorum more, curare cecinit. Solon, vt annotauit Suidas, populum Athenien-
Atheniensium populorum diuiſio. ſem in quatuor claſſes deſcripſit, pro ratione cenſus, & rei familiaris; quarum prima nomen habebat à D. medimnis, quòd nimirum tantum frugis è rure ſuo excolerent: hiq. diuites erant: altera erat equitum, qui de CCCC. medimnorum reditu, ſi eſſet neceſſe, ſingulos equos poſſent alere. Horum ſacrificia θυσίαι ἱππάδος inde dicebantur, id eſt equeſtria, hisq. licuit & honores petere & comam alere. Tertia Zeugitarum, quorum bini vnum equum præbebant; Quarta mercenariorum, ſeu proletariorum, & capite cenſorum, quibus nullus magiſtratus conceſsus erat. Apud Plutarchum quoque in Chalcidenſium repub. ἱπποβόται dicuntur, qui opibus & gloria inter alios excellerent, quales ἱπποτροφοῦντες dicebant Athenienſes: ex quibus cùm eſſet pater Polemonis, Antigo- F
Lib. 1. ſat. 6. nus Cariſtius apud Laërtium, eum ex primarijs ciuitatis eſſe colligit. Ita & Horatius ſe neque diuitem eſſe, neque nobilem ſignificare cupiens, ait:

Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rure caballo,
Sed quod eram, narro.

Et Ariſtippus apud eundem, vt Diogenis vilitatem damnet, inquit eſſe

Splendidius multò, equus vt me portet, alat rex.

Huc ſpectat illud Strepſiadę de prodigo ſuo & hippicæ dedito filio, ἱππάζεταί τε καὶ ξυνωρικεύεται, celere vehitur, & iam in animo ſuo perpendit, quomodo in Olympijs victoriam acquirat: vel equos educat, ceu heroes, & inſigniores equites quorum animi ad Olympicam palmam aſpirant: non animaduertens ſe Strepſiadæ filium eſſe. Antiſthenes philoſophus referente Laërtio, ſicubi ornatam vidiſſet mulierem, ad domum illius proficiſcens, iubebat virum equum proferre & arma, vt ſiquidem hæc illi eſſent, delicijs eam vacare ſineret, ſin aliàs, cultum amoueret: quaſi diuitis, ac nobilis viri potius ſit equum alere, quàm bene ornatam habere vxorem. Xenophontis æuo apud Perſas moris erat, vt nullus ex claris pedes incedere conſpiceretur: atque ita nobiles à vulgo diſtingui. Et Iuſti- G
nus tradit inter ſeruos, & liberos hoc diſcriminis eſſe apud Parthos, quòd illi pedibus, hi niſi equis incederent. Circaſsos quoque equos plebeis permittere hodieq. negant: & Cairi, teſte Bellonio, peregrino equiti ingredi non licet, niſi illuſtris ſit aut ſatrapas. Sub regibus primùm Romanorum, pòſt libera ciuitate, demum principibus, præſertim florentiſsimis, quandoq. nullum equorum vſum
Lib. 9. Romæ triumph. fuiſſe in vrbibus, & in itinere, præterquam apud nobiles, & patritios, ſcribit Blondus, maximè ſi aliquando magiſtratum aliquem geſsiſſent: vt minus miremur, ſi in Menam Pompeij libertum qui prius ſectus flagellis triumuiralibus præ toris ad faſtidium, mox ab Auguſto eques factus,

Arat Falerni mille fundi iugera,
Et Appiam mannis terit.

inuectus ſit Horatius. Pœna itidem abactorum ex legibus Valentiniani, & Valentis affectos eſſe
Lib. 37. cap. 5. annotauit Pet. Gregorius Toloſanus in ſuo Syntagmate iuris, qui equum, equamue præter ſenatores, honoratos, adminiſtratores prouinciarum, & decuriones conſcenderent. Claudius etiam Cæſar
Leges de equis. edicto vetuit, teſtante Suetonio, viatores, ne per Italiæ oppida, niſi pedibus, & ſella, aut lectica tranſirent: denique Iulius Capitolinus affirmat, M. Antoninum Pium in ciuitatibus ſedere in equis, aut H
In Pompeio. vehiculis prohibuiſſe. In caſtris verò etiam equo vehi non licebat, authoremq. habeo Plutarchum,
Tigranes. neminem vnquam viſum qui in caſtris equitauerit, ideoq. Tigranem Armeniæ regem, cùm eques ad Pompei caſtra veniſſet, duos Pompeianos lictores equo deſcendere, peditemq. ire ad Pompeium
Equo deſcendere, qui, & quando cogebantur. iuſsiſſe. Notum item à lictoribus dictatori, aut conſuli, aut prætori præeuntibus pro imperij maieſtate, ciuium quemq. ſemita cedere, denudare caput, & maioris obſequij honorisq. cauſa equo deſcendere iuſſos: Hinc enim illud Senecæ: *Si conſulem videro, aut præterem, omnia quibus honor haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput aperiam, ſemita cedam.* Apuleius quoque ritum hunc graphi-
Epiſt. 65.
Lib. 3. Floridor. cè depinxit, inquiens: *Si quem conſpicantur ex principalibus viris, benè conſultum, benè cognitum quanquam oppidò feſtinant, tamen honoris eius gratia cohibent curſum, releuant currum, retardant equum, & ilicò in pedes deſiliunt: fruticem, quem verberando equo geſtant, eam virgam in læuam manum transferunt: itaq́ expedita manu adeunt, ac ſalutant.* Tanti autem deſcenſum ex equo fecere, vt Dio teſtetur Seruilio Iſaurico, cùm fortè obuius quidam equo non deſcendiſſet, re delata ad iudices, cauſam ſatis idoneam viſam hominis eius damnandi. Digniores tamen, conſpicuis virtute, & amicis

eundem

A eundem nonnunquàm honorem reddidisse discimus ex hoc fragmenti Salustiani loco: *Quibus de causis Syllam in victoria dictatorem, equo descendere sibi vni, assurgere de sella, caput aperire solitum.* Loquitur autem ipse Pompeius: nisi dicamus id adulationis præcipuæ causa factum à Sylla; nam aliàs nec patris ratio habebatur, vt constat Q. Fabij exemplo, qui Fabium Maximum patrem ad se venientem descendere ex equo per lictores iussit. Simile quid legimus de Iudæis: Erat enim Hierosolymis, vt notauit Christianus Adrichomius, porta equorum nominata, quod ad illum vsque locum equitare homines possent, sed inde dimissis equis, in templum pedites procederent. Perseus Macedoniæ rex, magno prælio ad Pidnam victus à L. Aemilio, cum equitibus fugiens, vt cum amicis colloqueretur, ex equo descendens, equum manibus traxit, quod officium nunquam ante sibi ipsi præstiterat: Author Plutarchus. Quare cùm magnificum haberetur, & magnorum tantum virorum, in equo conspicuum esse, non pauci ab equitatione sibi omnino temperarunt. Seneca id ostendit, de Catone Seniore: *O quantum erat (inquit) seculi decus, imperatorium, triumphalem, censorium, quod supra omnia est, Catonem vno caballo contentum, & ne toto quidem: partem enim sarcinæ ab vtroq. latere dependentes occupabant.* Iuniorem verò Catonem tradunt peditem legationem per Asiam obiuisse, & in Demetrium Pompeij libertum turma equitum sociatum incidisse. Platonem etiam,

Equorū porta. — In Theatro terræ sanctæ. — Equitare magnificū esse. — Cato senior. — Cato iunior.

B cùm equum aliquando conscendisset, dixisse ferunt, vereri se ne ἱπποτυφίᾳ id est, equino fastu contaminaretur: & Masinissam testatur Cicero, cùm equo descēdisset, vt iterum ascēderet, adduci non potuisse: quin & ipsum Ciceronem Tyroni scripsisse legimus. *Equum & mulum Brundusij tibi reliqui.* Superbum enim animal equus est, & maximo fastu tumidum, ideoq. humilibus sibi, ipsisq. & qui exemplari vitæ sanctimonia conspicui fuere, abominabile, imo & Deo ipsi, quia non pauci in equis maiorem sæpius, quàm in Deo spem fiduciamq. collocasse arguuntur: vnde in sacris literis legimus. *Hi in curribus & in equis, nos in nomine Domini inuocabimus:* ideo Israëlitarum regibus multitudo equorum fuit interdicta, vt habetur in Deuteronomio, ne propter illorum studium populus reduceretur in Aegyptum equorum feracissimam, & cum Aegyptijs conuersaretur, qui nimium in his animantibus, & in armis potius quàm in Deo fidebant. Equidem D. Basilius in hæc Psalmistæ verba: *Fallax equus ad salutem: in multitudine autem virtutis suæ non seruabitur:* eiectus (inquit) est, & exclusus ab vsu sanctorum equus: sed ne Israel in obeundis bellis quamuis prosperè se gesserit, videtur vsus aliquando equestri potentatu: nec sanctorum aliquis priuatim equo vti pulchrum existimauit. Pharao, equestri vsus exercitu, & Sennacherib superbus, equorum multitudine narrantur. Quamobrem Pharaonis equum, & ascensorem Deus deiecit in mare, & Sennacherib mili-

Plato. — Masinissa. — Lib. de senect. — Cap. 17. — Homil. 33. — Sāctis equus prohibitus.

C tes dormitauerunt, qui ascenderunt equos. Et lex per Mosem promulgata de regibus sanxit. *Non multiplicabit sibi equum.* Idem Basilius in hoc Esaiæ: *Et repleta est terra, & non erat numerus curruum eorum.* Nullo non loco (inquit) scripturæ obseruauimus Sanctos deuitasse vsum equorum, quin etiam de his qui in procinctu instruuntur ad bellum, neque reliquis istius vitæ indigentijs accensetur numerositas equorum. Quia enim volebat Deus, vt toti penderent à suo præsidio, & succursu, non item illi in medio conflictu consistentes, spem suam reponerent in suo militari apparatu, & ob hoc vetuerat fieri, dum dicit lex; *ne quando multiplicaueris tibi equum;* quin tandem repræhensi sunt, quòd sibi tantam comparassent equorum multitudinem, adeò vt numerum supergrederentur. Vnde etiam est, quod in Salomone rege luxuriæ ascribitur, quòd citra omnem bellicū vsum tot millia equorum aleret, præsertim iugatorum. Qui verò à luxu, pompisq., alijsq. huius sæculi delicijs, honoribusq. sibi temperare, veteresq. Sanctos æmulari student, hodie equos quoque conscendere respuūt, etiamsi duriora asperioraq. facienda sint itinera. Bonifacius Misniæ inferioris Archiepiscopus, vt testatur Marulus, cùm ad illas gentes euangelizaturus proficisceretur, equitantibus qui cum illo erant, ipse medio brumæ tempore sine equo nudis pedibus incessit: Cùm verò ad asperiora montium itinera peruenissent, equum quidem conscendit, sed tamen calceamenta minimè in-

Sanctis equitatio excisa. — Equi cōtempti. — Lib. 3. c. 10.

D duit, ita vt sæuiente hyeme, & niue quæ pedibus insederat, gelascente, plantas de stapede amouere non potuerit, donec aqua feruente superfusa, glacies solueretur. Cauisse verò etiam Ecclesiæ antistites, ne equi vsu à diuino cultu abstraherentur, nemo nescit. Britannos scribit Beda, & prælatos Anglos circa annum sexcentesimum trigesimum primum cœpisse equis ire, cùm prius (inquit) pedites, & in necessitate non nisi super equas veherentur. Et Pierius Valerianus perseuerasse ait in nostra vsque tempora, vt primores antistites equo per vrbem vehi solemnibus præsertim diebus, contra morem, & decorem haberetur, præterquàm vno maximè omnium festo die, quo nouus Pontifex Max. ad Lateranum (inquit) deducitur. Tunc enim in albis equis omnes præsules conuehi moris esse. Volaterranus tamen, & Polydorus testantur Innocentium Quartum circa annū M.CCLIIII. publico decreto sanxisse, vt Cardinales equis deinceps insidentes rubro vterētur galero, quo maior huic ordini accresceret maiestas, quæ nunc eousque efferbuit, vt ducentis quandoq. antecedentibus equis egrediantur, ipsi verò vehuntur mannis & Asturconibus: Sed & abbates numerosis equis vti ostendit D. Bernardus, inquiens: *Mentior si non vidi abbatem sexaginta equos, & eò amplius in suo du-*

Cardinaliū pompa.

cere

cere comitatu: Dicas ſi videas eos tranſeuntes, non patres monaſteriorum, ſed dominos caſtellorum, non E
rectores animarum, ſed principes prouinciarum. Sublimes autem huius ſeculi honores per equum ſi- *Honores ſeculares per equum indicati.*
gnificari etiam D. Auguſtinus teſtatur, hoc Dauidicum explicans: *Hi in curribus, & hi in equis:* Hi
(ait) volubili ſucceſſione temporalium bonorum trahuntur, & in ſuperbis præferuntur honoribus,
atque in his exultant. Nec aliam ob cauſam equus ipſe apud poëtas nobilis, cæſareus, μεγαλοπρε- *Pſal. 19.*
πὴς, ſiue magnificus, ſeu potiùs magnos decens, & potentes viros, & περίβλεπτος, conſpicuus, illu- *Equi magnifica epitheta.*
ſtris, & qui admirationi eſt, vocatur, & ἱπποβάμονα ῥήματα apud Ariſtophanem dicuntur grandia
verba, & quæ quaſi equo inuehuntur ſublimi, & magnifico. Quemadmodum ergò regium quid &
ſublimioris animi viri habitum ſemper fuit equitare, eodem pariter modo equorum curam gloriæ, *In Ranis.*
honoriq. vertebant non vulgares homines, adeo, vt Plutarchus teſtetur, eum qui equi gubernandi *Lib. de Fortuna.*
ignarus eſt, equitare dedecere, non aliter, ac muſicæ ignarum, canere fiſtula. Ipſi enim viri princi-
pes equilia ſedulò, ſtricq. curabant, vt generoſæ notæ equos ad Circum, & bellum haberēt. Atheas *Equos curare non ignobile.*
Scytharum rex, ipſe equum ſuum ſtrigili purgabat, vt idem Plutarchus meminit, & cùm Philippi
Macedoniæ regis legati ad eum veniſſent, rogauit, an hoc quoque rex eorum faceret. Idem rex *In Apophthegm.*
Ameiniam tibicinem præſtantiſſimum cùm aliquando cepiſſet, canere iuſſit quidem, ſed admiranti-
bus qui aderant, dicebat ſe maiori cum voluptate equos audire hinnientes. Alcibiades, referente F *Atheas rex.*
eodem Plutarcho, equos, quibus in Olympia vteretur, tāta cura, & ſtudio ipſe enutriuit, vt ad quin- *Alcibiades.*
quennalem ludorum celebritatem ſeptem quadrigas perduxerit, quod antea nemo (inquit) vel re-
gum, vel priuatorum hominum adhuc fecerat. Vnde equorum (quos eò duxerat) alacritate quar-
tùm victor euaſit, vti indicant verſus Euripidis, quos ibidem Donatus Acciaolus latinos fecit. Pin-
darus Hieronem Syracuſanorum regem ἱπποχάρμαν vocat, quaſi equis gaudentem, idq; duplici *Hierò.*
ſenſu, gaudentem ſcilicet equis, quod celete in Olympijs viciſſet, & quòd ſumma equos cura aleret,
curaretq. Andromachen Hectoris coniugem tradit Homerus, ſuis ipſam manibus, fœnum, & aue- *Andromache.*
nam, mariti ſui equis præbuiſſe, quòd delectari ijs eum ſciret, & in bellorum vſum accuratiſſimè, &
indulgenter alere. Oenomaus Eleorum rex, narrante Plutarcho, omnium regum ſtudioſiſſimus *In quæſt. Græcis.*
equorum, hæc animantia, ita dilexit, vt multa, & dira execraretur in capite equorum, qui ineunt Eli-
de equas. Iuba verò author eſt equum à Semiramide tam ardenter adamatum, vt ſe ei ſubmittere *Oenomaus rex.*
poſſe exoptaret, quaſi animal eſſe, quod humanis non indignum eſſet amplexibus, indicatura. Non
minor erga hoc animantis genus amor, ſeu potius inſania fuit Caij Caligulæ, qui equum ſuum no- *Semiramis.*
mine Incitatum ad cœnam adhibebat, eiq. in aureo vaſe hordeum apponebat, in poculis aureis vi- *Caligula.*
num propinabat, ſalutem eiuſdem, & fortunam curabat, conſulem eum facturum ſe pollicitus, quod G
ſi vixiſſet, præſtitiſſet etiam, ſi Dioni credimus; & Suetonio, qui tamen paulò aliter iſthæc enarrat:
Incitato (inquit) *equo* (cuius cauſa pridie Circenſes ne inquietaretur, vicinia ſilentium indicere ſo-
lebat) *præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterq. purpurea ornamenta, ac monile è gemmis,*
domum etiam, & familiam, & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur: conſu-
latum quoque traditur deſtinaſſe. Addit inſuper idem Dio, eundem Caligulam cùm aliquando Deum
ageret, ipſeq. ſuiipſius ſacerdos eſſet, equum collegam aſſumpſiſſe. Cuſpinianus dicit Theophila-
ctum Lacapeni Imp. filium, Patriarcham Conſtantinopolitanū habuiſſe vltra duo millia equorum; *Theophilactus Patriarcha.*
& in alendis fuiſſe perpetuò intentum, ſed neque fœnum propoſuiſſe edendum, neque hordeum,
ſed inter alios fructus, piſtachia, pineas, palmulas, & vuas paſſas, & caricas, eaq. omnia lectiſſima, vi-
no fragrantiſſimo temperata, admixtis etiam croco, cinnamomo, alijſq. pretioſiſſimis aromatibus,
in hoc luxu Verum Imp. ſuperans, qui, vt ait Capitolinus, equo ſuo nomine Volucri vuas paſſas, & *Verus Imp.*
nucleos in vicem hordei in præſepe ponebat. Fuit autem in Theophylacto minus id damnandum,
ſed quòd allato nuncio, quòd nobiliſſima equarum peperiſſet, ſacrificans & iam preces recitans my-
ſteriorum, præ nimio gaudio re ſacra needum abſoluta ad ſtabulum accurreret, vt Cedrenus teſta-
tur, viſoq. pullo recens nato ſatiatus ſpectaculo, mox in templum rediret, vt rem ſacram ad finē per- H
duceret, ferri æquo animo à pio homine non poteſt. Impium verò etiam, atque planè execrandum
in Genſerico Vandalorum principe, quòd cùm Carthaginem cepiſſet, omneſq. opes interfectis in- *Genſericus rex.*
colis in ſuum ius vertiſſet, adiecto ad Eccleſiarum ſpoliationem animo, equorum ſuorum eas ſtabu-
la fecerit, cuius rei teſtis Victor, & ex eo Rauiſius Textor. Iam & hoc quoque impium eſſe videtur,
quòd equos multis in locis, honore ſepulchri, non apud barbaros tantùm, ſed apud Græcos etiam, *Equi ſepulti.*
atque Romanos affecere. Cimon Miltiadis F. Athenienſis equabus ſuis, quibus tertiùm vicerat in
certamine Olympiaco, ſepulchrum propè ſuum monumentum, ſtatuendum curauit, vt ex Plutarchi *Cimon.*
Catone refert Pontanus, meminitq. etiam Herodotus. Agrigentini tanti ſuos faciebant equos, vt *Agrigētini.*
poſt mortem non ſolùm ſepelirent, ſed tumulis etiam eorum pyramides erigerent, vt Plinius ait. So-
linus verò eorum populorum regionem, equorum ſepulchris frequentem eſſe tradit, idq. ſupremo- *Parthenia, & Eripha equæ.*
rum meritis datum credi. Partheniam & Eripham equas fuiſſe Marmacis ferunt vnius ex procis
Hippodamiæ, eaſq. ab Oenomao puellæ patre iugulatas, ſed poſtmodum ſepeliri iuſſas. Pauſanias

etiam

A etiam de Tyndarei equo terræ commisso sic loquitur. *Progressis paulò longiùs* (ab Achillis fano, quod à Sparta in Arcadiam rectà euntibus sese offert,) *est equi monumentum; quo in loco Tyndareus dicitur conuocatis Helenæ procis, super execti equi testibus iusiurandum concepisse, cuicunque Helena desponsaretur, armis se illius iniuriam, si à quopiam nuptiæ illæ violatæ fuissent, vindicaturum: cùm hoc illos sacramento adegisset, equum eo ipso in loco defodit.* In Patrocli rogo comburebantur etiam equi apud Homerum. Bucephala, siue Bucephalia Indiæ vrbs fuit, iuxta Hydaspen fluuium, ab Alexandro condita (inquit Strabo, & meminit etiam Plinius) sic appellata a Bucephalo equo, quo vicit Porum, & eo ipso in loco sepultus est. Equum Augusti à domino suo etiam sepulturam meruisse Romana testatur historia: de quo Germanici Cæsaris carmen extitisse, Plinius tradit: quòd cùm interciderit, aliud de eodem recitabo ex Ausonio, quod tale est

In Laconicis. *Tyndarei iuramentum.* *Equi combusti.* *Iliad. Ψ.* *Alexander.* *Augustus.* *In Epitaphijs heroũ.*

Phosphore, clamosi spatiosa per æquora Circi,
Septenas solitus victor abire vias.
Improperanter agens primos à carcere cursus,
Fortis praegressis, vt potereris equis,
Promptum & veloces erat anticipare quadrigas:
Victores etiam vincere laus potior.
Hunc titulum vani solatia sume sepulchri,
Et gradere Elysios præpes ad alipedes.
Pegasus hinc dexter currat tibi, læuus Arion.
Funis & ad quartum des tibi Castor equum.

B Borysthenes equus fuit Hadriani Imper. quo in venando propter alacritatem plerunq. vtebatur. Dio asserit, mortuo, ab Imperatore sepulchrum factum, columnamq. erectam cum inciso etiam epigrammate. Verus quoque Volucri suo aureum, vt Capitolinus testatur, simulachrum fecit, idq. semper secum portauit, ac tandem sepulchri honore cohonestari voluit, & quò grauius stomachemur (inquit Petrarcha) in Vaticano, tot inter sacra ossa ibi condita & condenda. Scythæ, authore Herodoto, cùm rege defuncto, aliquam eius pellicum strangulatam sepeliunt, & eum qui vina miscebat, & cocum, & hippocomum, & ministrum, & qui erat à nuncijs, necnon equos, & alias res. Circumacto anno rursum hoc agunt. E famulis regis, qui ingenui Scythæ sunt, intimos sumunt. Horum quinquaginta cùm strangularunt, ac totidem præstantissimos equos, eductis intestinis, expurgatis paleis replent, ac consuunt. Et vbi dimidium fornicis super duo ligna resupinatum statuerint, alterumq. dimidium super altera duo ligna, & item alia multa huiusmodi defixerint, tum super ea equos imponunt, crassis tignis in longum ad ceruicem vsque traiectos, ita vt priores fornices sustineant armos equorum, posteriores verò iuxta femora suscipiant vteros, vtrisque cruribus supernè pendentibus. Equos infrenant, eorumq. habenas ad palos extentas alligant. Dehinc desuper eorum singulos quinquaginta iuuenum strangulatorum, hunc in modum. Vnicuique eorum rectum stipitem per spinam ad ceruicem vsque transfigunt; quod inferius stipitis extat vltimum, infigunt tigno illi quo equus traiectus est. His equitibus sepulchro circumpositis abeunt. Hunc in modum reges sepeliunt. Hucusq. Herodotus. Maior verò etiam equis exhibetur à Mexijs Tartariæ populis honor, qui constituto, & solemni quotannis die equum post aliquot cæremonias corio exuunt, carneq. in mensa absumpta, palea implent, & mox erectæ aræ impositum ceu propitium numen adorant, pellesq. pretiosiores offerunt, vt Iosaphat Barbarus in suo tradit itinerario. Apud Persas quoque equi, vt apud Molossos, canes sepulchra, & exequias meruerunt, vnde Statius:

Borysthenes equus. *Volucer equus.* *Dial. 31. de equis.* *Scythæ vt reges sepeliũt.*

C (at "ctum stipitem per spinam")

— Cemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidosq. canes fleuere Molossi;
Et volucres habuere rogum, ceruusq. Maronis.

Lib. 2. Sylu.

Eosdem Persas scribit Alexander ab Alex. detonsis coniugibus, lugubri vlulatu, corpora extulisse, & in funere etiam clarorum virorum seipsos, equosq. atque alia iumenta totondisse. Herodotus autem de morte loquens Masistij, quem Græci Macisium vocauere, Vbi in castra (inquit) rediere D ingens luctus cùm omnem exercitum, tùm verò Mardonium honoratissimũ tam apud Persas, quàm apud regem impleuit, ita vt eiulatus eorum omnem Bœotiam peruaderet, seq. ipsos, & equos tonderent. Itaque & Plutarchus Alexandrum asserit in luctu mortui Hiphæstionis equos mulosq. totondisse: cumq. moris etiam esset apud priscos, detonsa, vel euulsa coma, funera eorum honestare, quibuscum aliquam haberent necessitudinem, ita etiam Thessali cum sua coma equorum quoque iubas detondebant, vt Plutarchus meminit. Ne quis verò priscam tantùm, non modernã istiusmodi amentiam esse suspicetur, redire ei ad memoriam iubet Petrarcha, nec longè, seu loco, seu tempore requirendum. Adhuc enim (inquit) viuit, necdum senuit: & in terra Italica nobiscum degit is, quem nominare non est necesse: fortunæ vtiq. vir ingentis, nec parui ingenij, consilijq. vir, alioquin magni animi, nec insulsi, vbi quid seriò agendum incidit, qui tamen ægre tanti equo quẽ amabat, aureum puluinar, ac sericum cubile substrauit. Cumq. ipse interim podagra vinctus, atq. immobilis medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen, aut seruorum vectus manibus, aut equo altero vix iniectus, & suos medicos secum ducens, equum ægrum suum bis terq. quotidiè visitabat, illi suspirans, atque anxius assidebat, illum leniter manu tractans, blando murmure solabatur. Quid multa? Nullum medicinæ genus intentatum, nil languenti amico debitum prætermissum fuit.

Lib. 3. c. 7. *Equi vbi tonsi.* *Lib. 9.* *In Pelopida.* *Aureũ puluinar equo substratum.*

Fabulam

Fabulam fortaſſis poſteritas vocet: vera res,& magno in populo nota eſt. Sic vir fortis curam equi geſſit,vt propriam, ſic extinctum luxit,vt filium. Quidam ſanè apud Suidam ait, ſe alia ex alia regione fugere, ſæui domini metu, qui equos plus quàm homines curaret. Idem verò etiam amor ſtudiumq. ex ornatu cognoſcitur,quo vt olim,ita & noſtro tempore equos cohoneſtant. Tradit Ludouicus Romanus Narſingæ regis potentiſſimi equum tanti pretij eſſe credi,quanti eſt quæpiam ex noſtris vrbibus: propter incredibilē margaritarum,quibus oneratus eſt, copiam. Latinus rex apud Virgil. donat Aeneæ legatis

Ornatus equorum. *Lib. 4. Nauigat. c. 11.* *Lib. 7. Aeneid.*

Inſtratos oſtro alipedes,pictiſq. tapetis
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent
Tecti auro,fuluum mandunt ſub dentibus aurum.

Iſtiuſmodi monilia,ornatiſſimas ceruicis equorum diuitias appellat Apuleius. Caij principis equus ornatum habebat ex purpura, & gemmis,& Verus Volucrem ſuum niſi ſagis fuco tinctis ad ſe adduci patiebatur: apparetq. vulgatiſſimum iſtiuſmodi fuiſſe ornatum,nam & Ouidius ait:

Lib. 6. Metamor.

Conſcendunt in equos, Tyrioq. nitentia ſucco
Terga premunt, auro grauidis moderantur habenis.

Nunc Cardinales purpura equos,mulosq. inſternunt, quod primùm fieri voluit, teſtante Platina, Paulus Secundus, qui pontificio apparatu maiores omnes ſuperauit. Poppæa Neronis vxor cùm equis delectaretur delicatiſſimis,eorū ſoleas nō ferro,ſed puriſſimo auro fecit, vt Tacitus,& Suetonius prodiderūt:& Sigonius refert quendam Marchionem nomine Bonifacium circa annum 1057. cùm ad ſponſam ducendam proficiſceretur,equos omnes argenteis calceatos ſoleis habuiſſe. Hiſce modò quæ hucuſq. dicta ſunt,omnibus; multorum erga equos humanitas haud præter rationem addi poterit, vt maior adhuc equi dignitas, & erga eum ingenuorum virorum affectus declaretur: dignumq. ſcitu in primis, quod prodidit Pontanus de Ferdinando Aragonio, quia nempe equum ſuum, quo egregiè fuerat aduerſus inſidiantes vſus, freno liberauit, vacuumq. labore omni eſſe voluit, ſtabulario cuidam data paſcendi eius cura. Similiter Selimus Baiazetem patrem imperio ſpoliare conatus, victuſq. ab eo prope Bizantium, cum paucis incitato perniciſſimi equi curſu, ſeſe vtiq. fatis ſuis referuans, Varnam profugit: (inquit Iouius.) Erat is equus vnicolor abſoluta nigritie, cui Carabulo, id eſt, atræ nubi nomen fuit. Huic poſtea rerum mortuo patre potitus, tanquam emerito vacationem dedit,ſic vt in honore habitus,ſine ſeſſore, ſola ex textili auro ſtragula tectus, ad Perſas vſque & mox in Aegyptum deueheretur,eiq. demum mortuo ad Memphim, Alexandri Magni exemplum ſecutus ſepulchrum condidit, regio quidem animo, niſi necati ab eo fratres ſepulturæ honore caruiſſent. Alexander tantiſper dum in acie inſtruenda, vel dandis imperijs, vel monendo, vel inſpiciendo obequitabat, alio quam Bucephalo vehebatur equo, quoad Bucephalo velut emerito,& qui iam ætate grauis eſſet,parceret. Vbi verò prælium iniret,admouebatur ille,in quem cùm tranſiliſſet,ilicò iubebat claſſicum canere,vt apud Plutarchum legimus. Mexicani verò, cùm pro rege ſuo,& pro libertate dimicantes contra Ferdinandum Corteſium, nulla magis re extimuiſſent, quàm equeſtris turmæ impetu, equitemq. integrum eſſe animal Centauri ſpecie putaſſent,poſtquam equi duo Indicis confoſſi ſparis, mactatiq. clauarum ictibus concidiſſent, deprehenſo errore, detracta ſtatim equi ſcoria vſque adeo exactè tomento repleuerunt, vt viuorum effigiem repræſentarent, & in templo tanquam admirabilis rei ſpectaculo ſuſpenderunt, vt Iouius refert.

Poppæa. *Lib. 8. de regno Ital.* *Humanitas erga equos.* *De liberal. cap. 36.* *Ferdinādus rex.* *Selimus Imperat.* *Carabulus equus.*

Tanta verò etiam huius animantis inter alia præſtantiora eſt prærogatiua,vt nullum aliud gratius donum nobilioribus offerri queat, ideoq. Agamemnon iracundiam Achillis remiſſurus,duodecim pingues perniciſſimosq. equos ei donat:ipſe verò etiam Aetham à Sycionio illo accipit,eumq. propterea immunem à militia reddit: Cuius exemplo poſtea Ageſilaus, cùm aliquando equis deſtitueretur,opulentis iniunxit,vt pro ſe quiſque equum,virumq. præberet; ipſe verò vacationem haberet. Ita etiam videmus reges à Romanis,& hos quoque à regibus,equis phaleratis donatos fuiſſe. Latinus rex è trecentis,altis in præſepibus ſtantibus,centum electos legatis Aeneæ donat apud Maronem,vt modò recitaui. Et vt de noſtri temporis principibus etiam aliquid dicamus. Pace ad Vercellas compoſita (inquit Iouius) cùm Mantuanus princeps Carolo VIII. Gallorum regi priuato nomine pacem congratularetur, certatumq. vtrinq. eſſet muneribus, Mantuanus regiæ liberalitati minimè ceſſit; nam cùm duos eximiæ proceritatis equos quorum alter mille aureis venerat, dono accepiſſet,aliud ipſe nobiliſſimum equorum par regi dedit, quorum alter ſpadiceo erat colore,natus in Calabris,qui incredibili ad ſeſſoris nutum agilitate & in gyros circumflexus, & curſu,& ſaltibus incitatus, ſtupentibus Gallis, regem magnopere delectauit. Idem Iouius teſtatur Galeacium II. Mediolanenſium Ducem Leonato Clarentio Britanniæ regis filio inter alia pluſquam regalia munera,ſeptuaginta equos inſignes argenteis, & ſericeis ephippijs ſtratos dono miſiſſe. Huc ſpectat facetum illud à Ludouico XI. factum donum,de quo Aegidius Corrozetus ſic ſcribit. Gallus quidā nobilis animaduertens regem illum pro rapo ſibi à ruſtico quodam donato, mille donaſſe

Lib. 34. Hiſtor. *Equi donati.* *Lib. 13.* *Donum facetum.* *Lib. de dict. & fact. memorab.*

aureos,

A aureos, beneficium fœneraturus, generosum equum regi dono dedit. Hilari eum animo rex suscepit, & rapum syndoni inuolutum ex ærario depromptum homini dari iussit. Explicatoq. munere, cùm indignabundus nobilis se delusum conquereretur. Quæ verò hæc ludificatio, inquit rex, mille emptum aureis rapum equo centum aureorum pretium vix æquanti opposuisse? Fiebant verò potissimùm munera ob egregie domi, forisq. nauatam operam, & ne à patrum nostrorum memoria recedamus, Benedictum Pilauricum, tradit Iouius, Magno Consaluo Veneti Senatus nomine ob benè, feliciterq. præstitam in oppugnanda Cephalenia operam, inter alia regia dona, decem Thracios equos dono obtulisse. *Consaluus magnus.* Cn. Martius Coriolanus ob captum oppidum Volscorum Coriolos, ex omnibus quæ illi oblata sunt ab Imp. muneribus, nihil præter vnius captiui hospitis salutē, & equum quo in acie vteretur, accepit, vt de eo testantur Liuius, & Plutarchus. *Coriolanus.* Clœliæ puellæ Romanæ datus equus à Porsenna rege, referente eodem Plutarcho, ob fortitudinem, quòd obses cum nouem alijs virginibus ipsi data fluuium equo traiecisset, suoq. exemplo ad idipsum conandum inuitasset reliquas. *Clœlia. In Publicola.* Ouidius, quia aliquando ab Augusto equum dono accepisset, sese illi prius gratum, & amicum fuisse colligit, inquiens:

At memini, vitamq. meam, moresq. probabas,
B *Illo quem dederas prætereuntis equo.*

Dignum verò etiam memoratu est, quòd scribit Petrus Gregorius Tolosanus in Syntagmate iuris de Theophilo Orientis Imp. *Lib. 36. cap. 37.* ducem nempè quendā dignitate spoliasse, & perpetuo insuper damnasse exilio, quòd militem strenuū equo, quo sepè se incolumē periculo extulerat, priuasset, & tanquā suum Imperatori donasset, eiusq. equi inopia, miles suis suis postea interijsset: iussisseq. viduæ militis restitui equum, & bona ei, liberosq. eius adiecisse. *Miles propter ablatū equum punitus.* Cùm igitur reges terreni, atque mortales, sita sibi deuotissimos (inquit D. Chrysostomus) remunerare consueuerint; quanto magis omnipotens Deus, quia rex regum, & dominus dominantium est, Eliam suum tota se corporis, & animæ deuotione zelantem, post multorum laborum sudores, post dirarum persecutionum magnas illustresq. victorias, opima de mundo, & diabolo spolia referentem, igneo curru, & flammantibus equis impositum triumphali gloria præfulgente ad sua regna voluit peruenire? *Homil. de Ascens. Eliæ. Elias.* Ingens verò etiam honor, & pretium equi inde cognoscitur, quod non pauci vbiq. ferè terrarum militare hoc animal tributi nomine sibi solui volunt. Pipinus Francorum rex victis Saxonibus eam dedit parendi legem, vt quotannis trecentos bellatores equos ad Francum perducerent. *Equi pro tributo.* Eisdem & Gotricus Danorum rex hanc quoque tributi legem edixit, testantibus Saxone, & Crantzio, vt eorum Duces, quoties C apud Danos regni mutatio obuenisset, centum equos niueos nouo regi penderent: Quòd si verò nouus Saxonibus Dux daretur, is quoque consimili pensione subiectionis suæ solenne præberet indicium. Vladislaum Polonorum regem tradit Cromerus Valachis tributum centum equorum, quadringentarum purpurarum, totidem boum, ducētorum curruum in singulos annos imposuisse. Henricus verò Secundus Imp. Babenbergæ scribit Cuspinianus, in honorem DD. Petri, & Pauli, ac martyris Georgij episcopatum erexisse, prædijs ditauisse, instituisseq., vt quotannis albus equus Romano præsuli tanquam eius sedis defensori ab episcopo mitteretur. Iam & hoc amplius est, pro non solutis equis vrbium excidia subsecuta inuenimus. Hercules Ilium cepit, destruxitq. cùm Laomedon Trois equos, quos pro filiæ salute fuerat pollicitus, non soluisset. *Ex equis nō solutis damna.* Huc referri potest memoratu digna vindicta cuiusdam equitis propter ereptū sibi equum, quam nobis in hæc ferè verba recitauit Sigonius: *Lib. 8. reg. Ital.* Ardouinus Lombardus spectatæ virtutis, atque ingentis animi vir, a Ducliano Græci Imper. Catapano, grandi data pecunia Candidati honore affectus, & oppidis quibusdam Apuliæ præpositus fuerat. *Vindicta pro pter ereptū equum.* Is cùm in Siciliensi expeditione Saracenum quendam in Sicilia prostrauisset, insignem D eius equum, quem sibi pugnās pepererat, à Maniaco Catapano, Ducliani præcessore impetrare non potuit, verùm eo cum dedecore spoliatus est. Huius vlciscendæ iniuriæ cupidus consilium eripiendæ Græcis Apuliæ cepit. Itaque simulate voti causa Romam itinere, Auersam ad Ranulphum comitem genere Normannum, se contulit, atque eius animum ad Apuliam inuadendam accendit; effœminatos appellans Græcos, terram opulentam, Normannos iam numero, armisq. præstantes, turpe esse exiguis parui atque obscuri oppidi finibus esse contentos. Consilio comprobato Ranulphus strenuos et duces duodecim cum trecentis militibus, pactu, vt quæcunque occuparentur æqua inter omnes sorte diuiderentur; quibus rebus sacramento firmatis, repente omnes impetū in Apuliæ fines fecerunt, atque imparata omnia nacti Melphim totius Apuliæ claustrum, atque inde Venusium, aliaq. oppida ceperunt. Hucusq. ille. Præ cæteris verò, quæ hactenus recitauimus, maximè equorum gloriæ etiam ascribi debet, quòd non solùm amissos, furtoq. ablatos in omni terrarum angulo non sine vitæ periculo seriò, seduloq. quærerent, sed etiam ob repertos dijs immortalibus templa erigerent, cuius rei de Vlysse testimonium præbet Pausanias, inquiens. *Templa propter repertos equos erecta. In Arcadicis.* *Vlysses equos per totam Græciam quærens, tandem reperit, illicq. loci Dianæ templum erexit, quam Eurippen inde cognominauit, addito item equestris Neptuni signo.* *Diana Eurippe.* Possim modò non paucas rationes alias adducere, cur primum


in hac

in hac noſtrâ hiſtoria locum equo dederim, ſed quantum cæteris præſtet corporis, ac animi potiſſimùm dotibus, robore nempè, curſu, agilitate, pernicitate, ingenio, docilitate, magnanimitate, fide, amoreq. erga dominos, in proſequenti tractatu diligenter oſtendemus; nunc tamen hoc vnum ceu pro epilogo adijciemus, quòd, ac ſi equos continuò cogitarent, per ſolam pleriq. Hipponam equorum præſidem iurarent; id quod teſtatur Iuuenalis: *Iurat Solam Eponam & facies olida ad præſepia poſtas.* Quin & de ſuo etiam nonnulli nomine equorum greges appellabant, vt ad poſteros ſui memoriam, equorum propagatione tranſmitterent, vt Baſilius meminit. E

Per equorũ Deam iurare.

SYNONYMA. ÆQVIVOCA.

Sus. Suſah.



SVS, Hebræis, equus eſt, Suſah verò equa: & quemadmodum ἵππος apud Græcos in fœminino genere, tùm equam, tùm equitatum ſignificat, ita quoque Suſah nonnulli primo Canticorùm, equitatum, vel multitudinem equorum exponunt. Sus autem nonnulli equum dici credunt quaſi à gaudio; alij verò, quòd in bello ſit agilis, & non caput tantùm, ſed & corpus totum, & vocem attollat, à Nus, quam etymologiam improbat Pagninus. Apud Hieremiam loquentem de auibus, quæ tempus ſuum norunt migrandi, & redeũdi, Sus, vel Sis exponitur grus, Ionathan tamen reddidit equum: ſicuti etiam Aquila; D. Hieronymus alibi pro eadem voce Miluum, alibi Hirundinis pullum: Septuaginta & Symmacho eſt χελιδὼν, id eſt hirundo. Mihi magis placet, vt ſit grus, quoniam apud Eſaiam, vbi dicitur: *Sicut grus, & hirundo, ſic garriebam, meditabar ſicut colũba,* pro grue Hebraicè Sus legitur. Pro Sus Exodi nono Chaldaicè legitur Suſuatha. A Sus συσίας factum etiam videtur, quo nomine Syris equum vocari Varinus tradit. ReKeſch ſunt qui equum præſtantem, & qui annis minimè ſit confectus, exponũt, quidam etiam equum velociſſimum, cuius ſit vſus in bello: alij verò vertunt mulum, D. Hieronymus veredarium, ſed in Geneſi per reKeſch intelligit equitatum, per reKuſch verò poſſeſſionem. Idem Achaſtranim Eſther 8. vertit veredarios, alij mulos, alij camelos celeriter currentes. Dicuntur verò etiam equi per excellentiam, ſicuti & tauri, abirim, id eſt robuſti. RamaKim dicunt pro equo Chaldei, Arabes RamaKa, quo modo etiam Iſmaëlitica lingua vocari equum inuenio. Syluaticus pro faras exponit equum, & hara faras ſtercus caballinum, & anſeſcalſeras coagulum caballinum, & dheneb hachil, caudam equinam herbam, vt hachil equus ſit, nam dunab ſiue denab pro cauda apud alios quoque reperitur. Græci ἵππον dicunt, & vt Etymologus vult, παρὰ τὸ ἵεσθαι τοῖς ποσὶ, quòd pedibus mittatur: additq. π. duplicari ad differentiam τοῦ ἶπος, quæ vox laqueum ſignificat. Atticis tàm fœminino, quàm maſculino genere proferri, necnon & poëtis Lexicographi paſſim tradunt; quæ tamen res non paucis cauſam præbuit, vt modò equum, modò equam redderent, prout ſcilicet Græcè prolatam eam vocem offenderent: nec contenti etiam nonnulli dixiſſe τὴν ἵππον, addere etiam θήλειαν volunt, nõ ſine eruditorum riſu. Iones verò addunt diſtinctionem, nam cùm τὴν ἵππον, τὴν ὄνον &c. dicunt, iſtiuſmodi animantium greges, ſiue armenta indicant. Oppianus equam ἱππάδα vocat. Iam verò quemadmodum equitem pro equo veteres quidam poſuerunt, vt Virgilius: *Atq. equitem docuere ſub armis inſultare ſolo,* vt Ennius apud Nonium Marcellum: *At non quadrupedes equites, &c.* & equum pro equite, vt idem Virgilius.

Cap. 8. *Cap. 38.* *Suſuatha.* *ReKeſch.* *Cap. 14.* *Achaſtranim.* *Abirim.* *RamaKim.* *Faras.* *Hachil.* *Eques pro equo, & equus pro equite.* *Lib. 3. Geor.* *Lib. 8. Aeneid.*

F

G

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab alto
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu
Vtq. acres concuſſit equos, vtq. impulit arma.

Sic & ἵπποι pro ipſis equitibus dicuntur apud Homerum in hoc verſu:

Ὀτρύνων ἱππῆάς τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας, id eſt, H

Inſtigans tùm equites, tùm viros ſcutatos, hoc eſt pedites armatos: & equitare tàm de equite, quàm de equo ipſo dicitur, vt notat Nonius ex hoc Lucilij:

Equitare.

Quis hunc currere equum, non æquè equitare videbat?
His equitat, curritq. oculis. Alij ſic citant ex Lucilio:
Nempe hunc currere equum nos, atque equitare videmus.

Sic enim citat Macrobius. Ἵππος præterea alias habet ſignificationes: eſtq. in primis ſyderis nomen apud Proclum: de quo Cicero hos verſus recitat ex Arato:

Libro 2. de nat. Deo.

Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summum contingit caput aluo, ſtellaq. iungens
Vna.

Pegaſus.

Hunc equum Aratus, vt Higinus refert, & alij complures Pegaſumj Neptuni & Meduſæ Gorgonis filium dixerunt; qui in Helicone Bœotiæ monte vngula ſaxum feriens, fontem aperuit, qui ex eius nomine

A nomine Hippocrene est dictus: alij verò dicunt, quo tempore Bellerophontes ad Prœtum Abantis filium, Argiuorum regem deuenerit, Antiam regis vxorem hospitis amore inductam, petijsse ab eo, vti sibi copiam faceret, promittens ei coniugis regnum. Quæ cùm impetrare non potuisset, verita ne se ad regem criminaretur, occupat, eum sibi vim afferre voluisse Prœto dicit: qui quòd eum dilexerat, noluit ipse supplicium sumere, sed quòd æquum esse sciebat, mittit eum ad Iobatem Antiæ patrem, quam alij Sthenobœam dixerunt, vt ille filiæ pudicitiam defendens, Bellephorontem obijceret Chimæræ, quæ eo tempore Lyciorum agros flamma vastabat. Vnde *Chimera.* victor profugiens post fontis inuentionem cùm ad cælum contenderet euolare, neque longè iam abesset, despiciens ad terram, timore permotus decidit, ibique perisse dicitur: equus autem subuolasse, & inter sydera ab Ioue constitutus existimatur. Alij non criminatum ab Antia, sed ne sæpius audiret quod nollet, aut precibus eius moueretur, profugisse Argis dixerunt. Euripides autem in Menalippa: Hippen Chironis Centauri filiam, Thean antè appellatam dicit, quæ cùm aleretur in monte Pelio, & studium in venando maximum haberet, quodam tempore ab Aeolo Hellenis filio Iouis nepote persuasam, concepisse, cumque iam partus appropinquaret, profugisse in syluam, ne patri, cùm virginem speraret, nepotem procreasse videretur. Itaque cùm parens eam *Hippe.*
B prosequeretur, dicitur illa petiisse a deorum potestate, ne pariens à parente conspiceretur. Quæ deorum voluntate, postquam peperit, in equam conuersa, inter astra est constituta. Nonnulli eam vatem dixerunt fuisse, sed quòd deorum consilia enunciaret, in equam esse conuersam. Callimachus autem ait, quòd cum desijsset venari & colere Dianam, in equam ab ea conuersam esse. Hęc dicitur etiam hac re non esse in conspectu centauri, quem Chirona nonnulli esse dixerunt, dimidiamque apparere, quòd noluerit viri se fœminam esse. Hæc itaque omnia Higinus. Ptolemæus verò duos in cælo equos collocat, aut vt rectiùs dicam (inquit Ioan. Stœflerus) duas equorum *Comm. in Sphæram Procli.* partes. Vnus dicitur prior equus, aut caput equi, cui Ptolemæus numerat quatuor stellas occultas, suo tempore in Capricorno, nostro in Aquario, de eo præter commemoratos, alij verbum *Equus prior.* non faciunt. Alter Arabicè Alpheratz, latinè equus secundus; aërius, volans, Pegasus, equus *Equus secundus.* dimidius, cuius prior pars patens vsque ad vmbilicum. De ortu huius equi sic cecinit Manilius. *Lib. 14.*

Piscibus exortis cùm pars vicesima prima
Signatum terræ lumen fulgebit & orbi,
Aëreus nascetur equus, cæloque volabit,
C *Velocesque dabit sub tali tempore partus,*
Omne per officium vigilantia membra ferentes,
Hic glomerabit equo gyros. Et rursus: *Lib. 5.*
Vilibus ille etiam sanabit vulnera succis
Quadrupedum, medicas artis in membra ferarum
Nouerit, humanos & quæ nascentur ad vsus.

In vulgari Athenæi codice ἵππος legitur pro pullo gallinaceo, his verbis: καὶ γὰρ ὀρνίθων πλῆθος τῶ ἀεὶ καὶ χηνῶν· ἔτι δὲ τῶν νεοσσῶν ὀρνίθων, οὓς ἵππους τινὲς καλοῦσι; id est, *erat & gallinarum & anserum ingens multitudo, tum etiam pullorum gallinaceorum quos quidam equos vocant.* Sed hîc Dalechampius pro ἵππους restituit πίππους, quo nomine appositè & significanter dici posse putat pullos per onomatopœiam; pipiunt enim. Hermolaus tamen Athenæum arbitratur harum auium pullos ἵππους quasi equulos dixisse: pulli enim propriè sunt equorum, vt modò patebit: Et reuera κόττος non solùm etiam est gallinaceus, sed idem quoque ἵππος teste Hesychio dicitur, & non *Pullus gallinaceus.*
D incongruè gallinaceus dicetur equus, cùm sit æquè alacer, æquè animosus, instabilis, & salax. Ἵππος quidem Aristoteli auis genus est, quam Gaza piponem reddidit, vt in Ornithologia nostra ostendimus: & ἵππος Hesychio & Varino magnus est piscis marinus: & Athenæus citat Numenij versus & Antiphanis Colophonij, qui hippos inter pisces numerant; cæterùm is dubitat, an hippi pisces ijdem sint, quos Epicharmus ἱππίδια cum epitheto λεῖα vocat, id est, equuleos læues, nimirum sine squamis: & ipsi etiam Hippidion genus piscis esse docent. Nos verò suo loco cancros in Phœnice ἵππους vocari diximus, id est, equites, & sic vocari ex Plinio ostendimus, quòd tantæ sint velocitatis, vt consequi non sit. Est verò ἵππος etiam oculi affectus ab ipso ortu proueniens, quo instabiles sunt oculi ac semper mouentur, vtique motum sustinentes in concussu & tremore assiduo consistentem. Accidit oculum firmanti musculo, qui visorij instrumenti basim complexus est. Meminit eius affectionis præter authorem definitionum medicarum Galeno attributarum, ipse quoque Galenus his verbis: *Stridere dentibus ex natura, simile est affectui oculorum insito quibusdam, quem appellitant equum, cùm nullo tempore manere possint requieti* (nimirum à motu illo sursum deorsumque facto, qualis equitantibus contingit) *sed in modum intremiscentium subinde micant.* Postremò ἵππος accipitur pro pudendo cùm viri, tùm mulieris, cuius significationes fortassis ratio dari potest, quòd vterque in libidinem apprimè

Hippos auis. Pipo auis. Hippos piscis. Cãcer equus. Oculi affectus equus dictus. Comm. in Prognost. Hipp. c. 9.

Pulli Veneris. pronus est: nam & meretrices, item adolescentes, puellaq; & virgines πῶλοι, quasi τῆς Ἀφροδίτης πῶλοι teste Hesychio dicuntur, id est Veneris pulli. πῶλος autem propriè de equino pullo dicitur poëtis equus simpliciter, vnde πωλεύειν & πωλοδαμνεῖν est pullos equorum domare, vel domandos locare, & πωλεία apud Vlpianum in tractatu de ædilitio edicto armentum. Latini quidem etiam pullum dicunt de cuiusq; animantis paruo fœtu, siue id quadrupes sit, siue auis, frequentiùs tamen iumentorum fœtus, vt equi, & asini, pullos appellant; quin Hermolaus pullos propriè equorum esse asserit: & Scholia apud Aristophanem in Pace, vbi πώλων meminit, πῶλος addunt propriè dici fœtus equorum, & aliarum quadrupedum, quas κτήνη Græci nominant. Ἄλλα Caribus equum significabat: hinc Allabando cuidam nomen, quòd in equestri prælio strenuè nauasset operam, ab alla scilicet, id est equo & banda, id est, victoria, vt legitur apud Stephanum, qui ab eo Alabandam vrbem conditam fuisse addit. Κακκάβη olim vocabatur Carthago; quam quoque vocem incolarum lingua caput equi significare Stephanus tradit. Κάλπις Hesychio, & Varino exponitur ἵππος βαδιστὴς καὶ εἶδος δρόμου, equus gradarius, & genus cursus: δάμνος verò eisdem secundum Ligures equus est, vti etiam ἵππος Etymologo in ἱπποσύνη. Μωρίαι verò illis sunt equi & boues secundum Arcades, & μίτωον, πώλιον, φοράδες, αἱ θήλειαι ἵπποι, id est equæ; Σκάλακες genus quoddam equorum, & talpæ significantur eadem voce. Καβάλλος eidem Hesychio (nam Græci alias καβάλλην ferè dicunt,) est ἐργάτης ἵππος, id est operarius equus: in quo sanè sensu acceptisse etiam videtur Plutarchus, dum ait: ὄνῳ τινὶ τῷ τυχόντι καὶ καβάλλῃ χρώμενος, non expectans videlicet ἱπποσύνας μηδὲ ὀχήματα ζυκτά. Similiter apud Latinos quoque caballus vilitatis ferè significationem habet. Seneca de Catone: *O quantum erat sæculi decus, imperatorium, triumphalem, censorium, & quod super omnia Catonem, vno caballo esse contentum*. Lucilius.

Alla.

De vrbibus.

Caccabe.

Calpis.

Moria.

Polion.

Scalaces.

Lib. de non fænerando.

Caballus.

Succussator tetro, tardiq; caballi. Horatius:

Aut Olitoris aget mercede caballum.

Idem elegantissima metaphora indicauit Ausonius, inquiens.

Cui subiugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali saxa voluunt pondere
Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

D. Hieronymus explicatus. Hinc falli Cælium innotescit, qui caballos intelligi à Diuo Hieronymo putat maiores equos, sicuti mannos (inquit) accipimus minores. Verba Hieronymi hæc sunt. *Vt statim cernamus tiaras galeis, caballos equis cedere*. nam horum verborum sensus est: sicuti galea militare capitis velamentum validius est tiarà in pace apud Persas & Medos gestari solita: sic equus quasi per excellentiam de animoso, & bellatore equo dictus, caballo præfertur, qui pacis tempore ad diuersos labores seruit. Est tamen etiam quando caballus pro equo bellico accipitur, *In castris permansi inde caballum reduxi ad censorem*. Apud Græcos paullò antiquiores caballi vocem non reperias, apparetq; à Latinis accepisse, id quod etiam ex diuersitate scribendi arguitur, nam modò β. duplicant, modò etiam per simplex λ. efferunt: quemadmodum & in alijs plerisq; Latinis scribendis Græci plurimùm variare solent. Suidas tamen à Græcis etymoligiam petit; καβάλλης (oxytonum, non proparoxytonum, vt Etymologus habet) ὁ ἀπὸ κάπης ἅλις ἐσθίων. καλεῖται δὲ καββαλῖνος. ἐγκεῖται δὲ ἡ κάπη, καὶ τὸ ἅλις. περίττωμα γάρ ἐστι τῶν ἀπὸ κάπης ἐσθιόντων ἀλόγων. hoc est, vt vertit Gesnerus, Caballis, nomen compositum est à nomine κάπη, quod præsepe sonat, & aduerbio ἅλις, quod est abundè. Ferè enim tanquam abundans aliquid in terram delabitur iumentis quæ ex præsepibus pascuntur. Latini aliam nominis rationem reddunt, alij caballum dictum dicentes, quòd cauet terram vngula impressa. Sic enim Isidorus: *Caballus à cauando dictus, propter quod gradiens vngula impressa terram concauat, quod reliqua animalia non habent*. Camerarius verò vocem ab antiquis fictam conijcit à sonitu, quem edunt pulsu vngularum. Ἴννος, hinnus, & γίννος ginnus ferè confunduntur & pro pumilo equo accipiuntur; sed haud scio an bene. Vtramque enim vocem pro specie ab equo diuersa, in equino tamen genere accipi certo certiùs noui. Hinni patrem habent equum, asinam verò matrem: ginni contrà matrem equam, patrem mulum. Vtraque assertio veterum testimonio authoritateq; roboratur. *Muli & hinni* (inquit M. Varro) *bigeneri, atque insitiq, non suopte genere ab radicibus: ex equa enim & asino fit mulus, contrà ex equo, & asina hinnus, vterq; eorum ad vsum vtilis, partu, fructu, ventre*. Et paulò pòst: *Hinnus minor est quàm mulus corpore, plerunq; rubicundior, auribus vt equi, iubam & caudam similem asini habet*. Columella. *Qui ex equo & asina concepti generantur, quamuis à patre nomen traxerint quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt*. Plinius: *Equo & asina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant: contraq; mulos quos asini & equæ generarent*. Alterius sententiæ author est Aristoteles: *Mulus* (inquit) *cum equa coniunctus γίννον* procreauit, Gaza Innum reddidit, Plinium fortassis secutus, qui hoc ita transtulit: *In plurium Græcorum est monumentis, cum equa muli coitu natum,*

Caballus vnde dictus.

Lib. 12. Etymol. c. 43.

Hinnus.

Ginnus.

Ginni ortus.

Lib. 8. c. 44.

quem

A *quem vocauerint hinnum, id est paruum mulum.* Vbi quoque hinum scribit per simplex n. Cæterùm omnes Aristotelis Græci codices γίννον habent. Est verò etiam eidem Aristoteli ginnus, pumilio equus, vel pumilio asinus: *Ex equo, & asino* (inquit alibi) *ginni proueniunt, cum conceptus in vtero ægrotauit.* Et rursus: *Prodeunt quos ginnos vocant, ex equa, cùm in gerendo vtero ægrotauit, more pumilionum in ordine hominum, & porcorum, quos post humos vocant: & quidem vt pumilio, sic ginnus modum suo genitali excedit.* Vnde Varino & Suidæ ἴννοι sunt οἱ κολοβοὶ τῶν ἵππων, νάνοι verò οἱ κολοβοὶ τῶν ἀνθρώπων, id est pumili: In quo sensu etiam ὕννος scribitur apud eundem Varinum, necnon Hesychium, ἴννος, πῶλος ὁ ἐν τῇ γαστρὶ νοσήσας πρὶν κυηθῆναι, id est pullus in ventre ægrotus, antequam prodit. Quia verò sic natus pullus, semper pumilio erat, neque ad solitam magnitudinem excrescebat, factum puto, vt postmodum pumiliones equi omnes ginni dicerentur, atque hinni, quia hinnos a ginnis nescirent distinguere, & haud scio, nunquid etiam Hesychius, & Varinus formata inde voce νίννον exponunt τὸν καβάλλην ἵππον. Notandum verò omnes hinnum vocari dicere, quasi de mare tantùm intelligant. Nonius tamen, vt & Hermolaus obseruauit, capite de cornu cerui apud Dioscoridem, si ea mella sit ex asina concepta, equi coitu, hinnas appellauit. Alibi etiam Aristoteles ἴννον à ginno manifestissimè distinguit, quæ sunt iumenta de-
B cens: *Generis* (inquit) *quadrupedum quæ animal gignunt, plures quidem species intelliguntur, sed nullis ferè notata nominibus. Singulorum enim nomina habentur, vt hominis, leonis, equi, cerui, canis, reliquorumq́; ad hunc modum. Nullis ferè inquam, quoniam genus vnum, vel super ijs omnibus, quæ iumenta nominamus, vt equo, asino, mulo, ginno, hinno, & mulis, quas terra Syria fert, &c.* Hinnulus idem quod hinnus, sed præter ex equo & asina genitum Plinio authore, est etiam fœtura capreolorum, caprarum, damarum, leporum, similiumq́; , vt errauerit (inquit Hermolaus) qui distinctionis studio continxit, hinnulos ceruini generis esse pullos, equini verò inulos vocari: quin si mutare oportet, verius sit inulos per simplex n. & sine flatu ceruinos pullos accipi: hinnos autem & hinnulos per duplex n. & cum aspiratione ex asina conceptos equi coitu. Hesychius ἴννις præterea exponit παῖδας, item ἴννιν κόρην μικρὰν καὶ τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, significans dici de puella paruula, item de pupilla oculi: quibus addi iubet Henricus Stephanus ἴννις, quod vocabulum idem Hesychius exponit υἱὸς νέος, παῖς βρέφος, ἀπόγονον, νήπιος. Hινις verò ei est βοῦς ἡ ἐνιαυσιαία, bos annicula, ἵππος, τελεία, νέα. Κέλης non simpliciter equus est, sed qui ab vno sessore agitatur, & regitur, & vt Eustathius, & Varinus aiunt, ὁ ἄζυγος, siue ἄζυξ, ὁ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐλαυνόμενος, ᾧ εἷς ἀνὴρ ἐπικάθηται, ὁ μονάμπυξ, καὶ δρομικὸς, ὁ νῦν σελλάριος λεγόμενος καὶ γυμνός· hoc est, equus singu-
C laris, non iunctus ad currum, idoneus ad currendum, qui nunc sellaris, seu sellarius dicitur, & nudus. Aristophanis interpres celetem ait esse equum generosum, quem ad certamen alerent equites, quoue ipsi sigillatim vterentur, quique ad bigas, aut currus non submittitur. Sunt qui desultorium equum Latinè interpretentur, desultorios autem aiunt esse ephippiatis equis contrarios, hoc est, sine ephippijs, quales scilicet ἀμφίππους Græci dicunt, sed desultorij potiùs sunt, qui cùm bini, vel plures etiam ab equite trahuntur, alternatim insidentur, prout hic vel ille insidentis, aut cursu, aut onere lassus est, vt suo loco fusiùs ostendetur, celes verò vnicus tantùm semper intelligitur, quasi μόνιππος, præterea desultorij ἀμφίπποι erant, cum celes tam de strato, quàm non strato intelligatur. Homerum tamen celetes pro desultorijs dixisse certum est, & ab multis annotatum. Κέλητες verò etiam dicuntur ipsi equitantes, qui non bigis, aut quadrigis, sed vno tantum equo certabant. Hinc equites Romanos, qui postea Trossuli dicti sunt ab oppidi nomine, quod hi ipsi opera sine peditatu expugnassent, prius Celeres dictos esse Iulius Cæsar Scaliger dicit. Dictus autem κέλης videtur, vel à verbo κελεύειν, quod exponitur iubere, hortari, & excitare voce, vel a verbo κέλλειν, quod est τρέχειν siue βαδίζειν, id est currere, vel quòd διεσκελισμένον, id est diuaricatis
D cruribus insidere mos sit. Quia verò celete equo vnus tantùm sessor vehitur, nauigium paruum, quod vnicum ferè tantùm ferre potest, κελήτα etiam & κελήτιον vocauerunt. Bayfius ait nauigium esse actuarium, quod vno remo, non binis, aut ternis per sedilia agebatur, cùm tamen plures (ait) remiges haberet. Celocem Latini interpretantur authore Gellio. Hesychio item nauigij pars est. Χρυσάμπυξ epitheton potius est, quam synonymum equi verum, siquidem sic dicitur propterea, quòd ἄμπυξ teste Eustathio dicitur σειρὰ κατὰ χρύσος τὰς περὶ τὸ μέτωπον τρίχας τῶν ἵππων συνδέουσα, id est, catena, seu funiculus auratus, quo comæ in equorum frontibus sparsæ colligantur: cæterùm non solùm equis tribuitur hæc ἄμπυξ, sed & mulieribus, vt idem Eustathius indicat, dicens ἄμπυκα fuisse mulierum διάδημα τι πρὸς ἀνάδεσιν τριχῶν, ὡς περιστέλλεσθαι αἱ παλαιοὶ ὑπὸ τοῦτον ἦγον, nam his verbis indicat ampyga nominatum fuisse, & vinculum illud quo constringuntur fluxi crines, & verò etiam vittam, quæ comis iam colligatis superinducebatur. Nunc Latina prosequemur. Sunt qui hoc animal equum Latinis vocari volunt ab æqualitate, siue paritate, eò quòd pares antiquitùs iungebantur, sed Isidorus dictos ait equos eò, quòd quando quadrigæ iungebantur, æquabantur, paresq́; forma & similes cursu copulabantur. Ab equo fit equulus siue equuleus, vt ab

Lib. 6. de gener. animal. Lib. 6. Hist. 24. Porci posthumi. Hynnus. Ninnus. Hinna. Lib. 1. Hist. cap. 6. Iumenta. Hinnulus. Inulus. Hinis. Celes. Sellaris equus. Equus desultorius. Iliad. O. Lib. 1. poet. cap. 22. Lib. de re nauali. Celetium nauigium. Celox. Chrysampyx. Equus vnde dictus. Lib. 12. cap. 43.

Equulus. Equuleus. ἵππος, ἱππάριον, ἱππίδιον, ἱππάριον, quibus nominibus equus nouellus, aut pullus equinus intelligitur: ἱππίδιον tamen Varino, & Heſychio piſcis nomen eſt. Cicero aliquando equuleū, vt dum ait: *Vt fama debilitetur equuleorum nimis effrenata vis*: &, *vt iniecto equulei freno repentè exagitatur nono*: aliquādo equulum, dixit: *vt Equulos argenteos nobiles,qui Q. Maximi fuerunt, aufert*. Et: *Omnia in perfectis, & maturis decet eſſe meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in viro quam in puero*. Liuius equuleum dixit, *Bos equuleum peperit*: Varro equulum. *Sunt qui dicunt poſt annum, & ſex menſes equulum domari poſſe*. Hic & equulam; Hermolaus equilam legit: & reuera eiuſdem Varronis verba citantur apud Nonium ex lege Menia, hoc modo: *Nemo eſt tam negligens, quin ſumma diligentia eligat aſinum qui ſuam ſaliat equilam*. Equi vis pro ipſo equo apud poëtas loquendi modus vſitatus vtriuſque linguæ. Hinc apud Ciceronem in Arato, vbi habetur:

Equula. Equila. Equi vis.

Serius hac obitus terrai viſit equinis.

Lib. 8. Aduerſ. cap. 17. Hadrianus Turnebus legit equi vis. Iam verò equus apud Horatium accipitur pro ipſo coitu, & amplexu, vbi ait:

Lib. 2. ſat. 7. Equus pro coitu. Lib. 11. Epigram.

Te coniunx aliena capit, meretricula Dauum,
Peccat vter noſtrum cruce dignius? acris vbi me
Natura incendit; ſub clara nuda lacerna
Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ,
Clunibus, aut agitauit equum laſciua ſupinum,

Nec non apud Martialem:

Maſturbabantur Phrygij poſt oſtia ſerui,
Hectoreo quoties ſederat vxor equo. F

Pro labore. Lib. 4. Eleg. Et quia equus animal eſt nulli non operi faciendo aptum accipitur etiam pro ipſo ſudore, ac labore. Propertius:

Sacra dieſq; canam, & cognomina priſca locorum,
Has meus ad metas ſudet oportet equus.

Lib. 7. c. 36. Pro machina murali. Equuleus quale tormentum. Lib. 4. de finibus. Lib. 5. Tuſcul. Lib. 5c. Plinius tradit equum fuiſſe vocatam muralem eam machinam, quæ ſuo tempore aries appellabatur, eamq; ab Epeo ad Troiam inuentam. Arietem à Carthaginenſibus excogitatum Vitruuius, & Tertullianus quidem memorant, Higinius tamen Troianum equum, machinam oppugnatoriam fuiſſe ſcribit. Sed plura de equo Troiano, inde loco inter prouerbia dicentur. Equuleus verò etiam tormenti genus, vt meminit Cicero: *Nec ſi tibi ſapiens* (inquit) *ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum, & [illegible] perdidiſſet*: Et rurſus: *Hac etiam in equuleum inijciuntur, quo vita non aſpirat beata*. Seneca. *Sæuitia commenta eſt equuleos, cruces, vncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam*. Quale autem tormenti genus eſſet alij aliter tradunt. Sunt qui machinam ligneam fuiſſe dicunt, & Sozomeno ξύλον βασανιστήριον appellari his verbis: καὶ δημοσίᾳ προσαγαγὼν πρὸς τὸ βασανιστήριον ξύλον ἀποξεῖσθαι προσέταττεν. ex quibus tamen verbis de forma tormenti nihil expiſcari poteſt; βασανιστήριον tamen ξύλον exploratorium lignum non malè vocari potuit, ſi verum eſt, quod etiam ſtipes, qui velut equo reis imponebantur, ac variè torquebantur, & cruciebantur, & diſtendebantur, ſicuti ex Prudentio oſtendit Turnebus, qui cùm in D. Romani martyrio ſcripſiſſet: *Iuſſeras* G

Euiſcerandum corpus equuleo eminus
Pendere & vncis vinculiſq; creſcere: Subijcit:
Iubet amoueri noxialem ſtipitem.

Lib. 2. Epiſt. 14. Lib. 2. Miſcell. cap. 9. Seneca verò ſtipitem longè aliud tormenti genus facit: *Cogita* (inquit) *hoc loco carcerem, & cruces & equuleos, & vncum & adactum per medium hominem qui per os emergat, ſtipitem*. Brodæus verò equuleum putauit, cùm vinctis ſupernè alicui rei manibus, vtrique pedi grauiſſima pondera appenduntur. Apparet autem id colligi poſſe ex Ammiani Marcellini his verbis: *Intenduntur equulei, expediuntur pondera plumbea*. Sed non eſt neceſſe: duorum enim tormentorum meminiſſe ſic poteſt: præterea pondera non ſemper pedibus, imo & manibus appendebantur: Plautus. *Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes*. Habeo ego inter rariores picturas cocleatum tormentum binis fultum cochleatis ſtipitibus, in quo homo manibus, pedibuſq; alligatus hinc inde latiſſimè quadratim diſtenſus à terra ſuſpenditur: hoc autem veterum equuleum eſſe mihi perſuadent hæc Nonij verba: *Et vbi inſilui in cochleatum equuleum, vbi ſolutim torter*. De hoc etiam tormento loqui apparet Prudentium in vita Sancti Laurentij martyris. *Vinctum retortis brachijs ſurſum, ac deorſum extendite; Compago donec oſſium Diuulſa membratim crepet*. Item Plautus in Milite: *Ducite iſtum ſi non ſequitur, rapite ſublimem foras, Facite inter terram, atque cælum, vt medius ſit, diſcindite*. Cur verò equuleus dicatur iſtiuſmodi tormentum, non video, niſi quòd eius qui quatuor alligatus equis, in totidem artus diſcerpitur, ſimilitudinem gerat. Sunt tamen qui eculeum malunt ſcribere. Calepinus eſſe ſcribit, qui ardentem laminam eſſe tradunt, qua homines cruciabiliter torqueantur. Ab iſtiuſmodi modò tormētis, quæ recenſui, differt omnino illud equi plane figura ex ære, quod his verbis recēſet Plutarchus: In Aegeſta ciuitate Siciliæ Aemilius Cenſorinus crudelis tyrannus dona conferebat in illos, qui noua tormentorū genera fabricaſſent. Cùm autē Aruntius Paterculus equū æreum à ſe conflatum ei dono dediſſet, vt ſontes includeret, tyrannus eum primum iuſſus,

In Aſinaria. H

In Parallelis.

A iustius, muneris authorem primum iniecit, vt quod alijs excogitasset tormentum, ipse experiretur. Similem historiam de vacca aut boue Perilli suo loco recitabimus. An modò Plutarchus scribens *In Lucullo.* fœnore pressos à publicanis coactos pati χωνισμοὺς, χελιδόνας καὶ ἵππους, istiusmodi æneos equos intelligat, aut equuleos, arduum omnino iudicatu est. Gesnerus considerans, quòd κήλων Varino sit fur manifestarius, quoniam per tormenta aculei, siue stimuli eis admouebantur, ἵππους Plutarcho nihil aliud esse conijcit quàm istiusmodi aculeos, vt vna litera mutata aliqui eculeos dixerint, alij equuleos, id quod non animaduertentes Græci ἵππον potius quàm κήλωνα transtulerint: nisi quis (inquit) inde potius hippos, & eculeos dictos putet, quòd homines eis stimularentur, vt equi stimulis, & calcaribus. Sed vt ad synonyma reuertamur. Apud Firmicum Eniochus legitur pro *Eniochus.* equus, vt notat Scaliger filius. Canterius, siue (vt alij efferunt) cantherius, quamuis propriè sit *Canterius.* equus spado Vegetio dictus, cui scilicet adempti sunt testiculi, tamen simpliciter pro equo accipitur, vt constat in primis ex veteri prouerbio, *Minimè scis canterium in fossa?* Arnobius cantherios vbiq; *Lib. 7.* vocat equos currentes in Circo. Ab alijs ferè pro viliori potius equo accipitur. Seneca: *M. Cato Censorius cantherio vehebatur.* Plautus: *Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos, Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cantherio.* *In Captiuis.* Vbi cruciantem interpretantur succussatorem. Et rursus:

B *Ego faxim muli pretio qui superant equos, sint viliores Gallicis canterijs.* Hieronymus tamen canterios Gallicos tanquam probioris notæ equos dixisse videtur: *Illi gaudeant* (inquit) *Gallicis canterijs, nos solutus vinculis asellus Zachariæ delectet.* Nonius etiam cantheria dixit: *Præsepia, non tantum quibus, aut cantheria, aut iumenta cætera, aut vetera animalia pabulantur: sed & omnia loca clausa, & tuta dicta præsepia.* *Cantherium.* Apud Varronem Aboriginum citante eodem Nonio legitur cantherus his verbis: *Sed neque vetulus cantherus, quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus.* *Cantherus.* quo loco Gesnerus legendum conijcit cantherius. Cælius canterios à multis intelligi tradit mulos, quos ad vellaturam pascere moris est, atque hordeum inde cantericium (canterinum potius) dici, sed vt hordeum canterinum, vt Ruellius etiam sentit, potius sic dictum videtur, quòd folliculo castratum enascatur, ita ego canterium pro mulo non reperio, dici tamen posse, non nego. *Căterius qui multis. Hordeŭ canterinum.* Canterium autem ab eo, quòd castratus est dici quasi carenterium, quòd semine careat, author est M. Varro, inquiens: *Canterius vnde dictus.* *In vijs habere malunt placidos: propter quod discrimen maximè institutum, vt castrentur equi. Demptis enim testiculis fiunt quietiores: & ideo, quòd semine carent, ij canterij appellati, in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi.* Quia verò cauterium ijs inuri solet, nonnulli vocem inde trahi opinati sunt per vnius duntaxat elementi demutationem. Iam verò canterium non de equis tantùm, seu

C equino genere, sed de alijs etiam animantibus dici, Turnebus colligit, ex Pomponio, qui canterium de homine dixisse videtur his verbis: *Magnus manducus, Camillus canterius:* *Lib. 17. Aduersar. c. 23.* quanquam hic (inquit) in quibusdam libris camelus etiam scriptum reperio. Cælius & in vitibus canterium esse docet ex Columella, iugum simplex, cum depositis hostilibus (vt hic scribit) adnectuntur singulæ per transuersum perticæ in vnam ordinis partem. Id ferè Plinius quoque prodit. Pedamentum etiam canterium vocant, vnde apud eundem Columellam canteriolus in cepinis, id est, ceparum locis, munimentum scilicet ceparum, ne thalli earum ventis prosternantur: sicuti in rapinis etiam cantherios dicit, cùm operiuntur rapæ, vt à pruinis semina defendantur. Vitruuius denique cantherios in architecturæ ratione nominat; *Lib. 5.* nec non Columella his verbis: *Et cantherij prominentes ad extremam suggrundationem, super cantherios templa.* *Lib. 5.* *Deinde quæ pedaminibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.* Cælius Vitruuij locum explicans ait vulgo crassiores, & robustiores ramos canterios appellari, nil deluxato admodum verbo. Veredus *Veredus.* qui, & quare dicatur equus, alij aliter intelligunt. Festus & Isidorus rhedarios esse volunt, quod enim veherent, id est ducerent rhedas, veredos ab antiquis dictos attestantur, addit præterea Isi-

D dorus, vel quòd vias publicas currant, per quas etiam rhedas ire solitum erat. Turnebus cùm prius *Lib. 18. c. 1.* communem eam opinionem, qua à rhedis ratio vocis deducitur, à præceptoribus acceptam secutus fuisset, tandem re diligentiùs inuestigata veredum credidit equum esse, qui neque rhedam, neque cisium trahit, sed vice tamen rhedæ est, idq; adeo ex Martiale, & Ausonio conijci licere: ille enim inquit:

Parcius vtaris moneo rapiente veredo
Prisce, nec in lepores tam violentus eas:

Non enim vt opinor (inquit ille) qui venabatur, rheda vectabatur: sed & equum esse non rhedam, sequens versus indicat:

Decidit excussus, nec rediturus equo.

Ausonius autem apertissimè id etiam indicat his verbis:

Non cisium, aut pigrum cautus conscende veredum
Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi.

Iterum. *Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum.*

B 3 Vbi

Vbi in equis viatorijs numeratur veredus. Sed & in antiquo Lexico exponitur πῶλος. Hæc ille, E
quibus & hoc quoque Martialis addo:

Stragula ſuccincti venator ſume veredi,
Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.

Procopio verò equus eſt curſus publici,& veredarius,qui celeriter, aut celeri equo inuectus regum
Mannus. literas,aut mandata prouehit. Manni quoque frequens apud veteres mentio. Acron & Porphy-
rio apud Horatium mannos exponunt paruos equos, aiuntq. dici, quòd manſuetudine manuum
familiariùs ſequantur. Vſus eorum quandoq. iunctorum,quandoq. ſolutorum,vt indicat hoc Pli-
In Epiſt. nij: *Habebat puer mannulos multos,& iunctos & ſolutos.* Solutos puto tollutares cognominat Seneca:
Epiſt. 88. alias tamen mannos à tolutaribus equis diſtinguens,inquit: *Ita non omnibus obeſis mannis,& Aſtur-*
Lib. 3. *conibus & tolutarijs præferres vnicum illum equum ab ipſo Catone defrictum?* Frequentior, vt conij-
cio,iunctorum fuit vſus, Martialis: *Nuſquam mulio, mannuli tacebunt.* Horatius: *Et Appiam man-*
nis teris. Lucretius: *Currit agens mannos ad villam.* Propertius:

Huc mea detonſis auecta eſt Cynthia mannis.

Burdo. Iſtiuſmodi puſillos equos alias burdones,& burichos vocari,ſiue burdes aut buridos ſcribunt Por-
Burichus. phyrio,& Acron: & Cælius à iuriſconſulto quoque burdones dici videri annotauit:ſed & apud Ve- F
Digeſt. 32. getium minores equos buricos vocari legimus. Geſnerus burdum dictum conijcit ἀπὸ τῶν φόρτων,
& 3. deleg. id eſt oneribus: nam & Græcè (inquit) apud quoſdam recentiores ὁ φόρτων legitur, vel quòd bar-
Lib. 4. c. 1. dum,id eſt, ſtupidum, & fatuum ſit animal, aut fortè ab Hebraica voce pered,quæ mulum ſignifi-
ficat: cæterùm mannos fuiſſe in delicijs,& pueris potentum,atque diuitum paratos conſtat, & ob
Lib. 12. paruitatem ferendis oneribus parum vtiles: & ſtupiditas equi naturæ parum conuenit. Iſidorus
Gygenius. mannum interpretatus breuiorem equum,vulgo brunitum,vel brunitiũ vocari tradit. Strabo equos
puſillos gygenios appellat, ſed hos Hermolaus Ariſtotelis ginnos eſſe vult, qui matris, & vteri vitio
breuiores quàm deberent,procreantur: ſed & idem Hermolaus hinnulum, qui ex aſina, & equo
Muſimon. ortum habet, aliquibus bardones vocari aſſerit. Quærendum an mannis idem eſt muſimon, cuius
mentio apud Lucilium: *Pretium emit,qui vendit equum muſimonem:* & apud Catonem: *Aſinum,*
aut muſimonem,aut arietem: nam Nonius: *Muſimon* (inquit) *aſinus, mulus, aut equus breuis.* dicti
autem forſitan fuerint equi muſimones,quòd iiſdem ex locis haberentur,vnde muſimones,ſeu po-
tius muſmones oues, nempe ex Hiſpania, quam inter alios etiam paruos miſiſſe equos notum eſt,
Quadrupes. quales Aſtures, & Aſturcones nominabant. Iam verò quadrupes, etſi pro equo paſſim ſumatur,
Sonipes. vti etiam ſonipes,& cornipes,epitheta tamen potius ſunt,quàm ſynonyma:Quintilianus enim qua- G
Synonyma drupedem in proſa de equo dici negat. Nobis Italis equus vulgò etiamnum cauallo quaſi cabal-
aliarum gen- lus nominatur, Arioſto tamen etiam equo hoc verſu: *Hicchi di gente,& quei d'equino gregge.* Aliàs
tium. apud poëtas deſtriero ferè dicitur, quaſi dextrarius, vt Hermolaus credidit; Dignum eſt (inquit)
notatu dextratio verbum apud Solinum (de curſu equorum quadriiugum) vnde modò equos ma-
ximè bigarios,Hetruria dextrarios appellat. Mihi poetis inſigniores celetes ſic potiſſimum appel-
lari certum eſt. Palafreno interpretantur mannum, vnde palafreniro ſeruus qui equitantem do-
minum comitatur: Acchinea Aſturconem, mannus tamen vulgò etiam roncino dici poteſt, quan-
Runcina. quam Hermolaus iſtiuſmodi equuleos ab agreſti vulgo runcinos dici putet,idq; à runcinis,quę Pli-
nio ſunt maiores ſerræ, quibus fabri materiarij ſecant arborum moles, ſubiectis canterijs. Caual-
lino verò equi pullus eſt. Galli quoque mutuato à Latinis nomine equum Cheual dicunt; Pau-
Marca. ſaniæ tempore Marcam dicebant,vnde Marcomannis nomen factum exiſtimatur: hinc & Italo-
rum marchiare,id eſt migrare,quod tamen militum profectioni deſtinatum verbum eſt: noſtro qui-
dem tempore Germani ſuperiores Mar ſiue Mer, de equo,de equa Meri etiam dicunt,Angli mare,
In Saxoni- Illyrij mrcha,alioqui apud Germanos equus frequentiùs Roſs vocatur, exiguo, vt ait Ioan. Goro-
cis. pius,ſoni quadrati in rotundum deflexu, à ras, quòd eſt celer: à quo etiam fit (inquit) rus,vento- H
rum vehementi & procelloſo impetu ſpirantium proprium: nonnullis etiam hors, nonnullis guil,
& gaul. Apud Saxones hodie equus caſtratus appellatur Vuallachus,quod ex ea regione (Vual-
lachia) quæ olim Dacia erat, habeantur. Belgæ ſi mas eſt Peert, item heinſt dicunt, ſi fœmina
Merri,ſi caſtratus ruyn,ſi admiſſarius, ſprincKheinſt. Indi pacos dicunt, Vandali & Illyrij etiam
Kobyla,Angli horſe,Bohemi Kum,Poloni Kony,Hiſpani Italos ſecuti cauallo. Vandali eum, qui
merces portat, Saumar, fortè à ſummarijs aſinis.



GENVS.

A

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Descriptio.



EQVORVM duo genera apud veteres, & recentiores quosdam reperio, domesticum vnum, ad quod historia ferè tota pertinet, alterum syluestre, & ferum, quod ἱππάγρον propterea Oppianus, Plinius equiferum nuncupauit, alicubi tamen etiam equum ferum, vt dum ait: *Septentrio fert & equorum greges ferorum.* Sed alij alijs etiam in regionibus reperiri tradunt. Erasmus Stella quidem Plinio subscribens, hodieq; in Brussia equos syluestres esse scribit, neque à Græcis, neque à Latinis descriptos, penitus equis similes, nisi quòd dorsa satis mollia habent, & ad insidendum inepta: neque temerè cicurari vnquam. Esse autem edendo, nec esse eorum carnes palato insipidas. Et Olaus testatur apud Moscouitas agrestes equos esse. Et Herodotus apud Hypanim Scythiæ fluuium equos ait esse syluestres colore candido. Gordianus Imp. inter alias feras rariores, equos syluestres triginta in sua enutrijsse sylua scribitur; vt meminit Pontanus cap. 14. de magnificentia. Strabo verò alpes dum dicit equos agrestes habere, in omnibus alpibus reperiri indicare videtur, quod tamen alij non tradunt, nec verum esse putem. Idem Hispaniam syluestribus equis abundare testatur, quòd & Varro affirmat, in citerioris Hispaniæ regionibus dari eos tradens. Aristoteles Syriam eosdem ferre ait, famamq; esse, iunioribus qui ad fœminas accesserint, testiculos mordicus abscindere, cursu persequentes, & capite per posteriora crura immisso. Quem locum Plinius nō viderit, de equiferis Græcos scripsisse negans, quoniam illa terra non gignebant. Et renera multa in libris de mirabilibus leguntur, quibus fides haberi non potest. Equos tamen feros dari Aristoteles meminit in problematibus. Hos colore cinereo esse, per dorsum linea fusca è capite ad caudam porrecta scribit Albertus. Feris quoque annumerandi sunt, de quibus sic meminit Herodotus: *Trans Istrum plagam vastam, atque ignotam solos audio habitare homines Sigynas veste Medica vtentes, eorumq; equos toto corpore hirsutos esse ad quinque digitos altitudine pilorū, eosdemq; pusillos ac simos, inualidosq; ad viros gestandos, sed currui iunctos esse pernicissimos; atque his curribus indigenas vehi.* Cardanus etiam equos feros apud Scotos, & Orcades asinis maiores esse negat. Inuenio & apud Psyllos vocatos populos Indiæ hircorum esse magnitudine. Herodotus Indiæ equos Medicis minores esse scribens, de domesticis intelligit, miratur verò paruitatem, cùm cæteræ quadrupedes, atq; volucres multò quàm in cæteris locis grandiores ibi esse soleant. Haud scio ferine' an potiùs domestici fuerint illi quos Franciscus Aluarez, qui diù apud Preteiānem legatione Christiana functus est, scribit ei principi ex Aegypto missos triginta numero, elephantorum magnitudine. In domesticis quidem magnitudo nulla certa statui potest: ad quos, cùm Plinius domesticos simpliciter equos vocari debere indicet his verbis: *De equiferis non scripserunt Græci, quoniam terra illa non gignebant: Veruntamen fortiora omnia eadem quàm in equis intelligi debent*, quæ deinceps dicentur, omnia referri volo. Columella totum hoc equinum pecus tripartito diuidit. *Est enim* (inquit) *generosa materies, quæ circo sacrisq; certaminibus equos præbet. Est mularis quæ pretio fœtus sui comparatur generoso: est & vulgaris, quæ mediocres fœminas maresq; progenerat: vt quæq; est præstantior, ita vbere campo pascitur.* Varro verò etiam alios ait idoneos ad rem militarem, alios ad vecturam: itaque peritum belli alios eligere atque alere, ac docere; aliter quadrigarium, ac desultorem; & aliter rursum qui vectarios facere vult. Sed ad animum isthæc referenda, nam ad belli, & circorum vsum generosam, animosamq; sobolem requiri suis locis ostendetur. Differunt verò etiam gradiendi modo: Alijs enim gressus, atque incessus mollis, & quietus, alijs durus, & inquietus, qui succussatim, & subsultim molestè ingredientes equitantem quàm maximè inquietant, caput offendentes, collumq; dorsum, & nates, quales equos Germania frequentes producit; succussores, succussonesue', & succussatores propterea dicti, cùm succussare authore Marcello sit sursum frequenter excutere. Quare & gressum ipsum quoque succussaturam vocant nonnulli. Nonius eosdem vel saltem consimiles tortores vocauit, vulgus nunc teste Hermolao trotones, (video & trottonarios vocari Vegetio & trepidarios) Ausonius cruciantes. Qui verò molliter incedunt, & sine succussatura gestant, Simon, quem sæpenumero Xenophon citat, ἐυδρόμως & ἐυθύδρομως nominabat, Latini gradarios dicunt, quare Ciceronem Seneca per metaphoram vocauit gradarium, quòd oratio eius lentè incederet & molliter. Vt verò succussatores improbabantur, vt ostendit Lucilius:

> *Succussatores tetri, tardiq; caballi.* Et alibi:
> *Campanus sonipes succussor nullus sequatur.*

ita gradarij erant in pretio: Hinc idem poëta:

> *Ipse equus non formosus, gradarius optimus victor.*

Margin notes: *Hippagrus.* *Equiferus.* — *Lib. de Brussor. origin.* — B — *In Melpomene.* — *In Mirabilibus.* — *Lib. 5.* — *De variet. rer.* — C — *Lib. 3.* — *Cap. 117. sui itinerarij.* — *Differentia ab vsu.* — D — *Agressu.* — *Succussores.* — *Tortores.* — *Lib. 1. c. 56.* — *Gradarius.* — *Epist. 40.*

Tollutaris. Plautus: *Demum Hercule iam de hordeo, tollutim ni badizas.*
A gradario tolutarem nihil, vel parum saltem differre putem, fure tolutarium: nam Varro, *Qui te gradu* (inquit) *tollutim* (aliàs tolutili) *melius quàm cutè molliter vectus, citò relinquas.* A pedum volubilitate vocari docet Nonius, *tolutim quasi volutim, hoc est volubiliter dictum asserens.* Plinius thieldones, siue (vt Hermolaus legit,) Tieldones, & Asturcones vocare videtur, his verbis: *In Hispania Gallica gens, & Asturica equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma Asturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis, alterno crurium explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte.* Seneca in epistolis mannos etiam tollutares vocat, & alicubi etiam tolutarium à mannis, & Asturconibus distinguit, inquiens: *Ita non omnibus obesis mannis, & Asturconibus, & tolutarijs praeferres vnicum illum equum ab ipso Catone defrictum?* tolutarios fortè hoc loco cum tieldonibus eosdem faciens, vt tolutares sint manni, Asturcones & Tieldones. Ad Tieldonum vocem accedere videtur Belgis à numerandis gressibus vulgò tellenaer, Germanis zeltner dictus equus, (quem Iunius Asturconem interpretatur,) nam quod tollutim incedere Varro, & Plinius tollutim carpere incessus dixit, id Martialis de Asturcone ad numerum colligere vngulas, hoc versu: *Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit vngues*, Virgilius gressus glomerare vocat. Sunt qui vulgò exponunt andar à lambro, vel ad agio, vel etiam il tracco. Memini autem etiam alicubi me legisse ὑποκρέκειν de molli ingressu equi gradarij, & tollutaris, qui cùm ad numerum ferè factus esse videatur, quidam in Lexico Graeco Latino ὑποκρέκειν exponit resonare, placidè pulsare fides in concinnanda ad numeros cithara, ex interprete scilicet Pindari. Inuenio & in Lexico Graeco, sed sine authoritate ἱπποφορεύς pro gradarius. Hermolaus verò pro tieldones apud Plinium, aliquando scribendum putauit Tyddones, à Tydda oppido citerioris Hispaniae, Graecorum originis iuxta Gallecos; sed nec discerno id (inquit) magnoperè, nec refello. Arlumnus equum mannum, thieldonem & Asturconem, Italicè exponit vbino, & chinea, malim acchinea, vt sit Germanicae originis, aut Gallicae quasi hacquenè aut hacKeneij a sono nimirum, quem alternatim eleuatis pedibus similem edit illi qui auditur, cùm olera, aut aliquid quippiam geminis cultris minutatim super abaco ligneo inciditur; quod Germani hacKen dicunt, Galli hacquer. Ratio huius illiusq; incessus alias reddetur. Inuenio & in partibus quibusdam differentiam: nam praeterquam, quòd multae his grandes, illis paruae sunt, puta caput, oculi, aures, iuba, cauda, pes, vngulae, Absyrtus tanquam praecipuam differentiam ponit, quòd τὴν ῥάχιν ἄτομοι καὶ κοῖλοι, id est, indiuidua, & caua spina sint equi Argolici & Istrij; Hispani verò ἴσωμοι. Vngula verò etiam alijs mollior, alijs durior, vt mox fusiùs ostendetur inter probioris equi notas, quibusdam etiam tam dura, atque solida, vt soleis ferratis non egeant, vt Paulus Venetus testatur his verbis: Balasciae (Galasciam alij vocant) prouincia, cuius reges ab Alexandro Magno originem duxisse feruntur, equos habet multos & optimos, magnos & veloces, qui tam duras, ac fortes in pedibus habent plantas & vngulas, vt ferramento opus non habeant, etiam quantumlibet per saxa & montes currant. Hos itaque si cognouissent poetae, priuatim χαλκόποδες siue aeripedes appositissimè nominassent, & cornipedes, quamuis alioqui haec epitheta non solùm qui firmis, validisq; sunt vngulis conueniant, sed etiam qui pedibus resonant, vt sonipes etiam apud alios. Equum describere superuacaneum duxi, electioris (qualis hic exprimitur, prae caeteris spectatissimus, quòd cùm frons illi sit alba, stellam in ea habeat vndecim radiorum caesij coloris, cuius & totum corpus est, praeter iubam quae fuluescit.) postmodum notas traditurus, cùm sit notissimum animal: partes tantùm quasdam enumerabo, a pedibus sumpto exordio. Est autem equino generi vngula indiuisa, vnde μώνυχες ἵπποι dici ostendimus, vnde & centaurus quidam Iuuenali monychus nominatur. Eleganter id ostendit Ouidius in Ocyroë Chironis filia in equam immutata:

Differentia e partibus. Spina. Vngula. Lib.1.c.34. Monychus. Sat.1. Manni. Epist.40. Thieldones. Asturcones. Tyddones. Chinea.

Tum digiti coeunt, & quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula.

Ὁπλὴ quidem etiam pro cuiusuis quadrupedis vngula accipitur: nam & apud Hesiodum de boue, apud Xenophontem de sue, apud Aristophanem de agno dici legitur, tamen significantiùs priuatim de vngula dicetur equina; Varinus enim ὅπλας dictas esse ait ἁπλᾶς, id est simplices, quòd nec bifidae, nec multifidae sint, vt in alijs quadrupedibus. Concauitatem vngularum χελιδόνα hoc est hirundinem vocant, a nido hirundinis, vt ait Absyrtus interprete Ruellio; *In asino* (inquit) *admissario requiritur vngula dura, subter concaua, interiore sinu paruo, quā à nido hirundinis chelidona vocant.* vbi Graecè sic legitur: παχὺν τὸν ὄνυχα, καὶ κάτωθεν κοίλην τὴν ὁπλὴν, καὶ χελιδόνα μικρὰν ἔχουσαν. Qui in canibus etiam dici volunt, authorem puto nullum habent. Idem Absyrtus de hordeatione scribens, partem quandam vnguis aut vngui proximam βάτραχον, id est ranam vocat, *Frictio* (inquit) *secundum pilos ad imas partes spectet: si quidem per pedes huiusce morbi impetus erumpere creditur, quapropter pecus vngulas abijcit: in quibus partes illae, quas batrachos, id est, ranas vocant, tenerae fiunt & sanguinem emittunt, quas inferius scarificare & circumcidere oportet.* Ruellius hoc in loco

Hirundo. Cap.14. Cap.8. Rana.

aliter



aliter vertit,& ranas incrementa linguæ (vt in homine accipi solent) interpretatur, absurdo sensu, inquit Gesnerus,quod enim vngulæ pars sit,ostendit ex Geoponicis Græcis,vbi pulli eligendi signa *Lib.16.c.1.*
ex Absyrto traduntur,& inter cætera laudantur ὁπλὴ ἐυπερίγραφες καὶ πάντοθεν ὁμαλῶς συμπεπτηγυῖα, βάτραχος μίκρος, ὄνυξ στερεὸς. Vegetius etiam vngulæ partem, vel saltem proximam fecit, in- *Lib.1.c.56.*
quiens: *Oportet ferramento concisorio soleas ranulasq. purgari*, vbi tamen in vulgaribus codicibus ramulas legitur,sine vllo sensu. Arbitratur itaque Gesnerus batrachon siue ranam eam partem esse,quæ clauis sæpe solearum malè adactis læditur; teneritas (inquit) quædam ossium est referens formam vngulæ,quam nutrit etiam, eiusq. radices in se continet. Ruffius & alij barbari scriptores *Tuellum.*
tuellum vocant,Germani indigite voce Kernen quasi nucleum,nimirum quòd mollior intra duriorem tanquam nucleus in testa sua contineatur, nisi quis à carne nomen deductum malit, quòd carnis substantia constet. Andreas Lacuna batrachon escharam singulis cruribus adnatam transtulit.
D A batrachos apud Absyrtum verbum legitur βατραχίζειν, quod Ruellius tanquam sibi ignotũ præterit nonnunquam,aliàs etiam vertit,distrahi,vt innatantes ranas imitetur,vt hoc loco: *Deterit au-* *Cap.26.*
tem vngulam tractim ingrediens ὀλισθήσῃ, καὶ πεσὼν διασυρῆ, καὶ ὃ λέγουσι, βατραχίσῃ, vertit ille, *cùm cursitans lapsatur, & ita caducus distrahitur, vt innatantes ranas imitetur*, id βατραχίζειν Græca *consuetudine nominant*; cùm ipsi vertendum fuisset; ad ranulam sic dictam pedis partem offendere. Si vngulæ pleniores fuerint, carnosæq; citra cauitatem, Xenephon testante Cælio γαυράς vocat. Commissuram vngulæ cum pede,vel vngulæ exortum, Græci στεφάνην, id est coronam dicunt. Hip- *Cap.117.*
pocrates etiam τῦ ὄνυχος ἁρμονίαν, quo loco περιστεφανίδος quoque meminit, inquiens, αἷμα λαμβάνων ἀπὸ τῆς περιστεφανίδος, Ruellius vertit, *è parte coronam cingente*: sed fortassis vena quædam eò loci sic vocetur. Sunt & κύνες Hesychio, & Varino vngularum in equis pars: alij verò non vngula- *Cynes.*
rum partem,sed vicinam eis esse volunt, ideoq; etiam κύνοπλον appellari. Gesnerus à Laur. Russio *Cynoplon ,*
putat appellari falcem, dicit enim (inquit) locum esse delicatum & neruosum, parumq. carnosum, *Falx.*
sed hæc forsan potiùs fuerit μεσοκυνίον, cynoplon verò idem quod corona, id quod & ipse quoque Gesnerus credidisse prius videtur ex his Absyrti verbis: Στρέμματος γινομένου ἐν τῷ μεσοκυνίῳ ἢ κυνόπλῳ λεγομένῳ πρῶτον ἀφαιρεῖν αἷμα ἐκ τῦ μεσοκυνίυ τὸ δὲ κύνοπλον ὁ στεφάνην λέγουσι μὴ κεντεῖν. *Mesocynion.*

Hinc

Hinc (inquit) apparet coronam etiam cynoplon dici, mesocynion verò proximam (superiùs nimi- E
rum paulò) partem, & ipsam quandoq; propter vicinitatem eodem nomine venire. Ruellius in

Calces.

harum vocum translatione admodum variat. Est enim vbi mesocynia calces reddidit, vt hoc loco: *Asinus admissarius habeat* τὰ μεσοκύνια μὴ λίαν ὑψηλὰ, μηδὲ ταπεινὰ, μηδὲ κυνοβάτης ἔστω: *calces neque praeter modum altos, neque nimium depressos, sed neque nixus talis ingrediatur*, quasi κύνες tali sint, quos tamen alicubi etiam transtulit pro μεσοκύνια, vt hoc loco: Ἐπὶ κριθιάσεως διακόπτε τὰς ἐν τοῖς μεσοκυνίοις τοῖς ἐμπροσθίοις φλέβας, ἐκ τοῦ ἐντὸς μέρους ἢ τοῦ ἐκτός. *In hordeatione* (vertit) *morbo venae sub anterioribus talis interna, vel externa parte feriantur*. In capite verò de domitura pulli, vbi Absyrtus habet, καὶ οὕτως τὰ μεσοκύνια χθαμαλὰ γίνεται, Latinè habet, *id quod pedis articulos, ac suffragines infirmat*. Et mox in sequenti capite, στρέμματος γινομένου ἐν τῷ μεσοκυνίῳ ἢ κυνόπλῳ, habet, *si os luxetur in articulo pedis, aut corona*: & ibidem ἐκ τοῦ μεσοκυνίου *ab articulo suffraginis*. Rursus alicubi ἐν τοῖς μεσοκυνίοις, *in suffraginum articulo*, & mox, *ý vngulas ad internam calcium partem, seu malleolos potius vocare places*, vbi Graecè legitur κυνοπόδων ἢ σφυρῶν λεγομένων. Alicubi etiam apud eundem Absyrtum μετακύνιον legitur, vbi articulum reddidit, Gesnerus vocem corruptam esse ait pro μεσοκύνιον, coniicitq; κύνας & inde deriuatis nominibus has partes appellari, à colligando quod Graeci (inquit) κυνοῦσθαι dicunt: siue quoniam vngula illic adnata sit carni, vt κυνοδέσμιον, vbi F praeputium glandi alligatur: siue quoniam ea in parte numellis, & vinculis astringi solent equi. Leoniceno tamen alia etymologia placet, quod calli illic tanquam in caninis pedibus subsint. Vertens.n. hoc Xenophontis, τὰ ἀνωτέρω μὲν τῶν ὁπλῶν, κατωτέρω δὲ κυνηπόδων ὀστᾶ, vertit, *Ossa quae sunt*

Lib. 5. c. 11.

supra vngulam infra talos, qua parte, vt in caninis pedibus, callus subest, κυνήποδας dixere. Et Pollux

Equi cynepoda.

Tali.

etiam inter nomina à cane deriuata equos κυνήποδας recenset. Istiusmodi autem ossa Gesnerus, vel totam hanc partem μεσοκύνιον appellari arbitratur. Talos verò an habeat equus dubitandum, Xenophon quidem eos ei tribuit, vt Pollux testatur, caeterùm Aristoteles solipedum nulli astragulum, siue talum esse dicit, & ne asino quidem, praeterquam Indico, cui cornu a fronte eminet. Suf-

Suffrago.

frago verò id est in posterioribus pedibus quae tum pedum, quod in prioribus genu, vel est nodus, aut articulus sub crure, quo pedis vertitura constat, tibiaq; ita annectitur pes, vt verti possit, id quod spectamus in bobus, equis, & alijs armentis. Dictae suffragines, quòd suffringantur, hoc est in altum frangantur, vel quod ad gressum suffragentur. Constat sanè genua animalium, quae animal gene-

Poplites.

rant, ante se flecti, suffraginum verò artus in aduersum. Quemadmodum igitur poplites dicti sunt, quod post plicentur: ita suffragines quòd subter frangantur. Barbari suffraginem garrectum no- G

Garrectus.

Bases.

Perone.

minant. Ruellius in hoc loco Absyrti εἰς τὸ ἐντὸς μέρος τῆς ἀγκύλης ἐν τῇ ἰγνύι transtulit, *interno poplitis sinu, aut interiore crure*. Vegetius ossa quaedam sub tibijs, bases vocat, calcaneos fortassis intelligens. Περόνην in equo, quidam pedis commissuram vertunt, in qua significatione ego hanc vocem non reperio, Galeno est alterum tibiae os, exterius & tenuius, aitq; interdum sic appellari ossis huius epiphysim, interdum & eius protuberantiam, quae non sit aliud quam malleolus: vnde etiam Gesnerus in equo os tibiae esse putat, quod radium vocant, vt in homine etiam, & sic alibi

Cirrus.

quoque Ruellius apud Absyrtum transtulit: alij similiter fibulam vertunt. Cirros pedum nominat Vegetius his verbis: *In equis non solùm vtilitas, verùm etiam decoris ratio seruanda est. Nunquam enim nisi necessitas passionis exigit, de articulis resecandi sunt cirri. Naturale enim ornamentum pedum natura in illis constituit*. Est vbi subcirros etiam vocat. Idem Vegetius crura equi, aliorumq. iu-

Subcirrus.

Gamba.

Campe.

mentorum gambas vocat, quasi campas (inquit Hermolaus) Nam & Aristoteles campen nominat in pedibus, qua suffragines poplitesq; habentur. Hippiatri Graeci βραχίονας & σκέλη vocare videntur, etsi tamen interdum distinguat Ruellius, vt dixi, pro μεσοκύνια ἐν βραχίοσι vertit, suffra-

Brachiola.

Coxendix.

Probl. 13 1.

Cur ephippium iuxta humeros amet.

gines in cruribus, & alibi etiã pro βραχίοσι crura reposuit, Vegetius etiam Latinè brachiola in equis dixit. Coxendices maximas, & validissimas habet, ijsq; plurimùm valet, indeq; fieri putat Ambro- H sius Nolanus, quod sessorem ephippiumuè iuxta humeros amet, contrà ac asini, & muli qui ob earundem partium debilitatem ea libentiùs admittunt in lumbis. Sed verba eius adscribam. Quaerens itaque cur equi super humeris equitem sedere amant, & ob eam rem ephippium ad equi spatulas accommodatur: muli & asini super lumbis libentiùs tolerant: an quia tum equus (inquit) valet vel eundo, vel saltando, vel currendo, quum posteriores pedes sub prioribus submiserit; vbi enim id facilè poterit facere, tum valebit caeterum corpus etiam cum equite perquam vegete promouere: quandoquidem plurimum à coxendicibus valet equus. Signum, nam coxendices maximas, & validissimas habet, quin etiam saltus, & cursus eius, qui ferè è saltibus plurimis continuatis constat, indicant magnam potentiam posteriorum partium. Harum enim solarum opera omnis fit, sicuti etiam in leonibus, canibus, leporibus, ceruis, capreolis, damis videre licet, quorum coxendices magnae, ac valentes habentur. Si igitur equi super lumbis sessorem pondusuè aliquod haberent, veluti impediti, & non potentes prioribus subplantare posteriora, tardarentur. In mulis verò qui semiasini sunt, vt aiunt Graeci, atque asinis coxendices longè minores, & exanclatiores sunt;

A quamobrem multò debiliùs ea parte valent, vel currendo, vel saltando, atque cùm coxas depressiores quàm dorsum medium lumbosue habeant, videntur lumbi super quatuor pedibus, perinde ac super quatuor fulcris subsistere. Quocirca tàm muli, quàm asini laudantur, vt in parte longè valentiore. Nam citerius, vel vlterius posita tanquam debilioribus membris, eisq; quæ à nullis alijs adiuuentur, addita essent, impedimento magno sunt, ac ineptius absportantur. Esse quin imo asini, & muli videntur veluti scamna quæ in medio quàm in extremitatibus meliùs pondera suscipiunt: atque idcirco super lumbis mulorum, & asinorum aptiùs, in equis liberiùs ad humeros sedetur. Huc vsque ille. Ea autem dorsi pars, qua insidetur, Xenophonti ἕδρα nominatur his verbis: *Curator spinæ pilos ne attingito, nisi manu, qua illos premat & mulceat, sequens situm eorum. sic enim quasi sedili in equo minimè nocueris*, ἥκιστα γὰρ ἂν βλάπτοι τὴν ἕδραν τοῦ ἵππου: alioqui ἕδρα eidem etiam sella est, & sedes, alijs etiam sedes quæ alicui honoris gratia ponitur, & ἕδρα medicis est meatus inferior continendis, transmittendisq; excrementis destinatus; cui scilicet homo insidet, vt hinc fortè eam dorsi partem ita nominauerit Xenophon, quanquam vtraque ab eodem verbo ἵζω quod est sedeo, rectè deducatur, cùm vtrique insideat homo. Plinius in sedem recipere cùm dicit de Bucephalo, sedem pro edra, ea scilicet, quam dixi, dorsi parte accipere potuit, nisi quis de sella potiùs accipiat. B Κόκκυγα vocant veterinarij partem quandam inter armos, siue scapulas, Ruellius lumbos reddidit Latinè, rectiùs Græcam vocem relicturus, nam præter quàm quod lumbos ὀσφὺν dicunt, mouere ipsum debuisset Absyrtus, qui expressè scribit coccygem esse ἐν συνωμίᾳ, id est interscalpio, vt Gesnerus ait, siue medio scapularum, aut armorum loco. Et pertinet sanè ad humeros συνωμία, vertitur enim ab ipso etiam Ruellio compages humerorum, vel armorum, qua humeri committuntur, & ab alijs etiam dicitur esse scapularum contractio, qua scapularum discrimen confunditur, & ἀκρωμία est humerorum summitas. Absyrtus alio in loco coccygem videtur appellare κόκκον his verbis: Quosdam (equos) aëtogenes vocant à genitiua quadam nota ἐν τοῖς ὤμοις καὶ τῷ κόκκῳ, quos ceu bonos Sarmatæ commendant, Ruellius hic imprudenter reddidit, in armis & clunibus, cùm tamen mox subsequatur, Sarmatas quidem in armis, & cocco hanc notam probare, in posteriore autem parte circa coxas, & caudam improbare. Gesnerus coccon siue coccyga conijcit esse partem in medio dorso, iuxtam spinam eminentem, quod mihi quoque persuadet vinariorum vasorum operculi vernacula apud nos significatio, coccon enim dicitur, & vasa in medio dorso meatum habent, per quem vinum infunditur. Armus idem quod humerus, sed hic de homine, ille de quadrupedibus significantiùs dicitur. Græci in vtrisque ὦμον dicunt. Dorsum in equo hippiatri barbari, vt Russius, C garresum, vel garrese appellant. Μάλαι & μασχάλαι sunt equi axillæ. Mammas tam mares in hoc genere quàm fœminæ habent, fœminæ quidē omnes, omnes verò mares non itē, sed illi tantùm qui matri similes prodiere, vt Aristoteles testatur. Fœminæ binas habent inter femora, quibus Horatius mammas anus cuiusdam assimilat, admirantis se tam frigidè ab eo amari, & non aduertentis se ob portentosam deformitatem fastidiri, inter cuius notas, mammas etiam recenset, inquiens:

Sed incitat me pectus & mammæ putres,
Equina quales vbera.

Caudam habet bouillæ contrariam; tenorem videlicet breuem, pilos prolixos, contrà boues pilos breues, prolixum tenorem, quem Plinius caudicem appellat. Vegetius equi caudam muscarium vocabat, à muscarij flabelli, quo muscæ abiguntur, similitudine. Pili caudæ setæ dicuntur, vt Plinius ostendit, inquiens: *Caudæ animalibus prælongis setosæ, vt equis*, & rursus: *Caudis cauda longior asinis quàm equis, setosius veterinis*. Cicero quoque setam equinam dixit; *In hoc medio apparatu* D *fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum dimitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus*. Et alibi de equo simul & leone: *Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures ad motum animorum declarandos dedit*. Hippuriā herbam dictam quasi caudam equinam, quidam etiam equisetum dicunt. Setæ tamen priuatim de suibus potiùs dicuntur. Longiores istos caudæ equinæ pilos, quibus equi muscas fugant, σόβας vocant Græci, item & muscarium siue flebellum quo muscæ pelluntur. Apud Hippiatros exponitur etiam galea ex pilis equinis, de qua suo loco. Notauit Plutarchus istiusmodi caudæ pilos in equis quàm in equabus duriores esse, rationemque reddit, quod equarū caudæ vrinæ madefactæ setas habeāt inualidas. Idem Plutarchus memoratu digna omnino historia docet hisce setis equinis euenire, quòd omnibus etiam aliis pilis solet, nempe quòd sigillatim facilè & sine vllo labore euelluntur, plures verò simul copulatos impossibile quasi est euellere. Sertonius (inquit) cùm suis copiis ex barbara turba conflatis, rationibus persuadere non posset, in re militari plus habere momenti consilium quàm temerarias vires, posteaquam illi parum feliciter pugnassent, duos proponit equos alterum macilentum atq; inualidum; alterum vegetum, cauda pilosa, atque inualido, illi iuuenem adhibet prægrandi corpore & admirandis viribus; contrà vegeto illi pusillum & imbecillum admouet homuncionem. Hic singulos pilos paulatim vellens, breui spatio totam depilauit caudam, iuuenis verò è diuerso caudam omnem

Margin notes: Edra. — Coccyx. Lumbi. Cap. 14. Synomia. — Cap. 114. Aëtogenes equi. — Armus. — Garresus. Axillæ. Mammæ. Lib. 4. de Part. ca. 10. Ode 8. Epod. — Cauda. — Muscarium. Seta. Lib. 5. Tuscul. Lib. 3. de Orat. — Lib. de solert. animal. In Sertorio. — Consilium viribus præstare.

nem ſimul manibus vtriſque comprehenſam, vi atque impetu conatur reuellere: Qui cùm fruſtrà E
ſudaret, riſui fuit circumſtantibus. Sub hæc aſſurgens Sertorius, cuius conſilio nutuque hæc fuerant acta; videtis (inquit) commilitones quanto plus poſſit ingenium quàm vires. Hinc caudæ equinæ pilos paulatim vellere prouerbialiter dicebantur, qui quod viribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque aſſiduitate conficit. Meminit eius rei Horatius in epiſtolis:

Vtor permiſſo, caudæque pilos vt equinæ
Paulatim vello, demo vnum, demo etiam vnum
Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad faſtus & virtutem æſtimat annis.

Iubæ. Lib.8.c.16. Qui ex collo pendent crines, latini iubas dicunt, non tantùm in equo, ſed & in leone: Plinius: *leonis præcipua generoſitas tunc, cùm colla armoſque veſtiunt iubæ.* Aliàs tamen inquit: *Pili equis in iuba large, in armis leoni.* Iubam Xenophon χαίτην vocat; (quæ vox vſurpatur etiam de frondibus vitis apud Athenæum ex Archeſtrato; & Theocritus χαίτας, appellauit cinaræ ſpinoſæ ſtirpis pappos: alias proprie equi iuba eſt, vnde etiam Apollonio χαιτήεις cognominatur:)
Criſta. Ariſtoteles λοφιὰν id eſt, vt Gaza vertit, criſtam; hinc teſte Varino ζῶα λόφουρα dicuntur ἀπὸ τοῦ λόφου ἤτοι ἀκροτάτου αὐχένος. Ab hoc eodem Varino πωλεᾶ exponitur χαίτη, id eſt iuba. Nos, ſicuti & Galli crines F dicimus, Germani ſuperiores Krantz quaſi corollas, inferiores de mane, quo nomine alias intelligunt lunam.
Caprona. Sunt & aliæ iubæ in frontem deuexæ, quas latini capronas vocant, quaſi a capite pronas, vt Nonius exponit: de quibus Lucilius in ſatyris apud eundem:

Aptari caput, atque comas fluitare capronas
Altas, frontibus immiſſas, vt mos fuit illis.

Procomium. Lib.2.c.11. Græci προκόμιον dicunt, Xenophontis interpres iubam verticalem tranſtulit. Apud Vegetium protocomium legitur. Pili ſunt, qui à vertice equi iuxta oculos & tempora propendent. Gena ſeu palpebra inferior pilis caret, propterea (inquit Aelianus) Apelli Ephesio, quòd equo ibi pilos
Palpebra. appinxiſſet, reprehenſionem attuliſſe ferunt. Alij non Apelli hoc accidiſſe, ſed Niconi aiunt, cum tamen ſcientiſſime cæteras equi partes pinxiſſet: hanc partem illi vitio verſam fuiſſe. Hierocles eum pictorem Miconem (Μήκωνα) vocare videtur inquiens: *Vetus ille Micon arbitrabatur equum in inferiore gena pilos edere, quos phlebarides Græci vocant. Taxat igitur iure Simo Miconem, ac ignorantiæ inſimulat.*
Equum canescere. Alij quoque Polygnotum eum pictorem vocant, vt Tzetzes annotauit. Plinius ſoli equo præter hominem pilos caneſcere tradit, & apud Ariſtotelem habemus, equi pilos maniſeſte in ſenectute caneſcere, & huius canitiei alicubi etiam rationem aſſignat his verbis: *Equis* G *maximè omnium quæ nouerimus animalium canities innoteſcit, quòd os in quo cerebrum, tenuius quàm cætera pro magnitudine habeant: argumentum eſt, quòd ictus eo in loco periculoſus eſt, vnde illud Homeri:*

Et quia ſeta hærent capiti, lethaleque vulnus
Præcipuè fit equis.

Lib. 1. de morb. cutis cap.6. Quam philoſophi ſententiam Mercurialis conatus eſt explodere, arbitrans canitiem fieri ab animantis temperamento frigido, & ratione frigiditatis facile putreſcere humores in ipſo equo; quamquam ſi veritas (inquit) non eſt omnino celanda, debemus dicere, non eſſe canitiem pilorum veram, ſed potius albedinem. Atqui ſi propter communem hanc cauſam, diminutum ſcilicet calorem tantùm caneſceret equus, cur non & alijs quadrupedibus canities communis? occultior itaque cauſa erat tradenda: alioqui pilos equorum albeſcere ob caloris inopiam manifeſtè nos docet idē Ariſtoteles in problematibus.
Sect. 10. Probl. 29. Pili in cicatricibus renaſcuntur in equis. Quærens enim cur equis & aſinis pili è cicatrice promere ſe poſſint, hominibus autem non poſſint: *An quod cæteris (ait) animantibus tergus, per ſe pars corporis eſt: hominis autem cutis, veluti affectus carnis exultat, quippe quæ ſumma illius forma refrigente, ſolidaſcula exiſtere videatur, quemadmodum cruſtæ in pulte ſuperducuntur, quas vetulas appellamus. Cum itaque illæ non niſi farina elixa ſint, hominis quoque cutis veminata, non niſi caro putanda eſt. Vbi igitur hæc vel vulnus acceperit vel attrita fuerit, incidit, vt hominis quidem caro condenſetur: quam-* H *obrem ſumma corporis parte immutata, vulnus non eandem compagem capit, quæ corpus iam inde ab origine natura extitit: cùm itaque hæc immutata ſit, nihil profectò abſurdum fuerit, ſi ex ea non idem præterea proficiſcatur.*
Cutis humana & equina diſcrimen. *Sicut in areis quoque appellatis licet percipere, nam illas etiam corporis ſummi corruptionem, immutationemque eſſe nouimus: At iumentis attritis, vbi ad ſanitatem redierunt partes vitiatæ, corporibus denuo eiſdem replentur, quanquam debilioribus, quàm principio fuerint. Sed cùm etiam cutis eorum pars ſit, confici pili prouenireque poſſunt: cute namque pilos enaſci certum eſt: ſed candidi propterea exoriuntur, quoniam vt ſecunda hæc cutis imbecillior quàm prima eſt, ſic pilus candidus ille imbecillimus exit.* Hiſce itaque verbis Ariſtoteles pilos indicat ſub ephippijs in cicatrice ſemper albos prouenire, propterea quòd cùm ſit debilis ea pars, nutrimentum non vt anteà digeritur, ſed quodammodò fit quædam corruptio, ex qua pili quidem, ſed digeſtionis debilitatem indicantis coloris,

A coloris, albi scilicet producuntur. Sed quod ad ortum attinet istiusmodi pilorum in cicatricibus, illius aliam omnino rationem quàm philosophus reddit Alexander Aphrodisiensis, videlicet quod cùm cutis hominum spissior sit, quam equi, foramina in ipsa cicatrice, quæ longe quam cutis spissior est, omnino excæcantur, quod in equis (inquit) fieri non potest, quia cutem habent laxiorem. Cutem autem humanam spissiorem esse ostendit inditio pilorum, qui molles sunt ac tenues, equinis comparati, qui sunt duri & crassi, & ex laxiori cute exeuntes. Quare cùm subiecta collectaque excrementa per meatus tenues qui relicti sunt, exeant & concrescant, pilos (inquit) gignunt & augent. Reddit itidem rationem, cur hordeum tostum redactumque in puluerem cicatricibus equorum conspersum faciat, vt pili non albi, sed cæteris vnicolores oriantur: quoniam nimirum vim discutiendi purgandique obtinens, detergit atque absumit excrementa pituitæ, atque materiam omnem vitiosam, quam vulnus per membri infirmitatem collegerat. Sed vt ad canitiem reuertamur, eam equo soli præter hominem euenire non putem, nam & canes canescunt, & fortè multa etiam alia animantia, quod Scaliger asserit in quintum Theophrasti de causis plantarum: *Color* (inquit) *equi mutatur per ætatem bis: Alius color pullo per menses aliquos; alius pòst ad canitiem vsque: qui affectus multis communis animantibus:* Colorum B in hisce animantibus tanta varietas, vt vix vllum sit reperire, qui in equis non reperiatur; albos tamen nasci nullos volunt sed canos, qui tandem progressu temporis dealbescant. Sed de coloribus mox in electione optimi equi. Vbi ostendetur qui colores probentur, quique improbentur, lectorisque omnino satisfiet desiderio. Dentes vtraque oris parte habere continuos tradit Plinius, & Aristoteles inter ἀνεπάλλακτα etiam recenset, id est, dentium continuam seriem habentia animalia: idem numero quadraginta esse dicit, quos Vegetius sic distinxit; molares viginti quatuor, caninos quatuor, (vulgus Scaliones vocat aut fasciolos) rapaces duodecem: similiterque Absyrtus, inquiens habere in anteriori parte superiores octo, & totidem inferiores, cum caninis: & molares in maxilla superiore senos ac inferiores totidem, & in altero latere similiter. Itaque præter agnatos (ἐκτὸς τῶν προσφυῶν) quadraginta dentes equus possidet. Agnatos puto vocat, quos Germani teste Gesnero lupinos aut syluestres: postrema parte maxillæ adnascuntur, pullis præsertim; ante cæteros dentes parui, magnitudine fabæ, in cibo capiendo impediunt, vnde iumentum strigosius euadit, quamobrem extrahendi sunt. Aristoteles maribus plures quàm fœminis dentes esse annotauit. Eos pro ætatis ratione equus C mutat, vt & alia veterina, non solùm quæ solidas vngulas habent, vt Absyrtus ait, sed cornuta siue bisulca etiam, vt Varro testatur; Dentes anteriores, qui primùm mutantur, Græci ἐμπροσθίους & τομεῖς vocant, quasi sectores aut incisores, latini medios, Vegetius lactantes, fortè lactentes: Plinius pullinos, ni fallor, appellauit. Hos facilè principes & minores esse Absyrtus tradit. Sunt autem numero duodecim, sex nempe in superiori, totidem in inferiori maxilla. Xenophon γνώμονας, vt & alij etiam Græci nominarunt, quasi indices, quod ætas ex ijs indicetur equi: quod ferè fit in hunc modum: Cùm pullus triginta mensium est (inquit Absyrtus) primùm dentes medios, quos sectores appellant, amittit, duos superiores & totidem inferiores. Vbi quartum annum agere cœperit, semestri spatio proximos abijcit: nec multò pòst in eodem quadrimatu superiorem vnum, & inferiorem alterum vtrinque proijcit, quo tempore caninos edit, eosque secutis duodecim mensibus complet: intra sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primùm mutauit, adæquat: a septimo ad octauum omnes explet æqualiter. Sic ille, in eo ab alijs varians, quod secunda vice binos tantùm abijcere scribit, cùm quatuor abijci cæteri scribant. *Primores quatuor* (inquit Aristoteles) *dentes mense tricesimo mutantur, bini vtrinque, supra dico & subter: tum vbi præterea an-* D *num compleuerit, quatuor item modo eodem mittuntur, duo superiùs, totidem inferius: rursusque anno altero peracto, simili modo, quatuor alij mutantur: quibus iam præteritis quatuor annis & mensibus sex, nullus præterea mittitur, quanquam euenisse in aliquo certum est, vt cùm primis omnes amitterentur: atque etiam in alio, vt cum vltimis omnes, sed hoc rarò.* Similiter Varro, *equus* (inquit) *triginta mensium, primùm dentes medios dicitur amittere, duos superiores & totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum, itidem eijciunt & totidem, proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant columellares. Quinto anno incipiens item eodem modo amittere binos, quos caninos habent, tum renascientes eis, sexto anno implere. Septimo omnes habere solent renatos, & completos.* Sic etiam Plinius: *Amittit equus tricesimo mense primores vtrinque duos, sequenti anno totidem proximos, cùm subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascuntur; septimo omnes habet, & renatos & immutabiles.* Idem Absyrtus cùm paulò pòst rursus dixisset, esse qui editis primis dentibus interiecto octimestri spatio secundos proferant, & eminentes vltimos pari mora dentitionem interpellant, *cæterùm prima* (inquit) *tempora* (triginta menses scilicet, quo tempore

Lib. 1. Problem. 146.

Vt pili in cicatricibus concolores nascantur.

Color pili mutatur ætate.

Color.

Dentes.

Dentes agnati.

2. Hist. c. 5.

Ætas equi vt cognoscatur.

Columellares.

Canini.

primi dentes mutantur) *nullus eorum qui primores amittunt dentes, pertransit, neque linquitur. In reliquis verò non omnes sors eadem manet, nec simile tempus obseruatur; sed secundi primos assequuntur,* (hoc est, eodem tempore mutantur) *vltimique secundos. Exploratum autem habemus eos qui primorum iacturam faciunt, eodem tempore columellares* (γομφίους) *anterius, vnum superiorem & inferiorem alterum emittere & ab vtroque latere primos ex eis cum agnatis ipsorum mutare. A complemento cum reliquum trimatum agunt, dens rumpitur & rotundatur, & in triangularem figuram exit: quo tempore precipuè defluxio in ora equorum decumbit.* Crescentiensis dentes qui primi mutantur, primos morsus vocari tradit; equum verò eos mutantem, pullum primi morsus, quod quidem dicit fieri secundo anno, & postea mutare alios quatuor proximos, qui (inquit) vocantur quadrati, id est tertius morsus. Fiunt nonnunquam a septimo anno prominuli, quos προτεπτωκότας Absyrtus, Varro brochos vocauit his verbis: *Septimo* (anno) *omnes habere solent renatos & completos. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, praeterquam cùm dentes sunt facti brochi & supercilia caua, & sub ea lacunae* (id est partes subiectae superciliis cauae, vt Absyrtus habet, qui & oculos cauos esse ait,) *ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim.* Columella quoque & Palladius septimo anno omnes expleri aequaliter asserunt, & ex eo cauatos gerere, postea verò quot annorum sit, manifestò comprehendi non posse: decimo tamen anno tempora cauari & supercilia canescere & dentes prominere. Addit insuper Vegetius, duodecimo anno nigredinem in medietate dentium apparere. Aristoteles verò cum caeteris animantibus in senectute dentes nigrescant, equo contra candidiores reddi testatur. Plinius pro nigrescunt, habet rubescunt: apud quem etiam inuenio, equo castrato prius non decidere dentes. Varro Aristoteli attestatur, nitescere in senecta, equorum dentes inquiens. Porro Aristoteles post enatos vltimos dentes aetatem difficulter distingui etiam docuit, & quomodo differant, his verbis. *Viget & equus & mulus à dentium ortu, cumque prodierint omnes, non facilè aetatem dignoueris: quamobrem dici solet, certa sub ortu, incerta ab ortu: denique post dentium ortum, eo maximè declaratur aetas, quem caninum vocamus: breuior enim hic septennibus est, propter freni attritum, quod ad eum iniicitur; non septennibus maior quidem, sed non vertice extans adactiore. Iunioribus acutior & procerior est.* Et Varro post septimum annum fallacia esse omnia aetatis indicia asserit, & Xenophon denique malè emi equum, postquam eiusmodi dentes indices excidisse compertum sit: sed praeter dentes alia quoque inspiciend esse breuiter mox suo loco docebimus. Αἰθογνώμων Hesychio & Varino equus dicitur adultus & senescens, nullum ex dentibus reliquum aetatis habens indicium, vt quos amiserit omnes. Idem & προβατογνώμων & ὠγνώμων dicitur: contrà ἄβολος siue ἀβολήτωρ, qui eos dentes nondum amisit, δευτερόβολος, qui secundùm eos dentes proiicit, πρωτοβόλος qui primùm. Petrus Crescentiensis authoritate viri cuiusdam prudentis & experti, praeter indices istos dentes, habere insuper an scaliones & molares, fierique posse, vt nonnulli plures habeant, sed tunc dentes esse duplices: item fieri etiam posse, vt equus eiiciat ex his aliquos qui non renascantur, quod quidem equo (inquit) obest ad pastum. Pascitur enim per dentes anteriores. Quamobrem minoris erit pretij. Mandit per dentes molares. Iam verò Cardanus in aphorismis Hippocratis dentibus ob id equos & canes vsque ad senectutem firmis vti certum esse scribit, quamuis durissimis vescantur cibis, quod a calidis cibis abstineant: ideoque qui dentes similiter ad extremam vsque senectam validos conseruare cupiunt, calida omnia fugienda esse: à frigido enim membra quae exanguia vocantur, cogi, roborarique. M. Aurelium Claudium Gothicum tam robustis fuisse digitis inuenio, vt equo dentes pugni ictu excuteret. Morsum pro ore dixit Vegetius his verbis: *si os fractum fuerit, vt morsum claudere non possit*: sed clariùs adhuc Nonius: *Postomis dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur.* Sumitur & ῥύγχος, id est rostrum de equis: Est enim vbi ἀλεξιρύγχους equos vocat Absyrtus, qui tardiùs senescere creduntur. Ruellius in hippiatricis χελύνια transtulit labra, idque probè, nam & Varinus χελὺν & χελύνιον interpretatur χεῖλος, id est labrum: labra autem in equo Xenophon quoque χεῖλη dixit. Γνάθος quidem & in homine maxillam denotat, dicitur tamen de equis potissimum, quanquam Homerus γνάθον ἵππείων in carmine ad figulos dixerit. Hippiatri eandem vel saltem proximam partem ψάλιον videntur appellare in exordio capitis vigesimi octaui, συμβαίνει πάθος ἐν τῷ ψαλίῳ, Ruellius vertit, si vitium freni iniuria creauit, sed sine sensu, nam etsi ψαλιόν vulgò frenum sit, monuisse ipsum debebat capitis titulus, πρὸς σηπεδόνας τὰς ἐν τῇ γνάθῳ, id est ad putrefactiones in maxilla. Galenus equi similiumque animalium maxillas ait maximas esse, & à maximis moueri musculis, quia prona erant sumptura cibum. Equi totius anatomen diligentissimè explicauit, pluribusq; iconibus illustrauit nuperrimè Carolus Ruinu Senator Bono. & Iulius Casserius Placentinus priuatim partes equi internas ostendit voci faciendae famulantes, quos qui exactè omnia volet, lector adire poterit, nobis autem integrum non est, haec fusiùs prosequi, de corde tamen & felle omnino aliquid dicendum, quòd in harum paruum traditione euarient authores.

Morsus. Dentes quadrati. Dentes brochi. Dentium pro aetate varietas. Cur semper firmi ad senectutem vsque. Morsus pro ore. Lib.1.c.33. Lib.1.c.13. Labra. Maxilla. Psalium. Fel.

E F G H

Veteres

A Veteres enim in equino corde os reperiri tradunt, Ruinus id negat, non negaturus forsitan si multa corda dissecuisset; nam non de omnibus veteres, sed de quibusdam tantùm id tradunt. Plinius: *In equorum corde & boum, ossa reperiuntur aliquando.* Aristoteles: *Equorum cor, sicut & boum quorundam, suo in corde ossiculum continere aiunt.* Quo loco Theodorus in sua versione de boue tantùm id reddidit, de equis omisit, cùm tamen Græce legatur sic: ἔχει δὲ καὶ ἡ τῶν ἵππων καρδία ὀστοῦν. Idem Aristoteles alicubi, *Cor (inquit) sine osse est omnium quæ nos nouerimus, præterquam equi, & generis boum cuiusdam.* Denique ex Hippiatris Hierocles in equorum & mulorum quorundam corde os inuentum esse testatur. Iam verò quidam fel habere, quidam etiam carere dicunt. Ex negantibus est Aristoteles. *Equus (inquit) fel non habet;* Et rursus; *Equus omnino & omnia solipeda felle carent.* Aristoteli astipulatur. Plinius, *equos, mulos, asinos fel habere negans:* & Absyrtus, equum dicit non habere fellis vesicam in hepate, sed quendam inhærere solutiorem neruulum, in quem se genus hoc humoris insinuet. Cui hippiatro ceu calculum addens Ruinus, istiusmodi bilis receptaculum à dextris ait esse hepatis in ipsa cauitate, plurimisq. in ipsius visceris substantijs ramulis inseri, atque adeò facillimè ob omni bilioso onere iecur exonerare; deponere verò etiam in duodenum intestinum: additque etiam naturam in hoc animante,

Lib. 2. c. 12. *Lib. 2. Hist. 15.* *Lib. 3. de part. 4.* *Fel.* *Lib. 3. ca. 2.*

B folliculo, vt in homine & alijs animantibus, recludi bilem noluisse, propterea quòd cùm animum habeat semper in patinis, voracitatisque modum nullum, ventrem quoque exonerare multò quàm alia cogatur frequentiùs, ideoque bilis stimulus in promptu semper adesse debeat. Apud Aristotelem itaque & Plinium pro felle folliculus intelligi debet. Nam alias idem Plinius, non solùm fel equo attribuit, sed & inter venena etiam collocat, inquiens: *Damnabitur fel equinum, tantum inter venena, ideò flamini sacrorum equum tangere non licet, cùm Romæ publicis sacris equus etiam immoletur.* Vulua equo durior, ideoque tardiùs parit, vt suo loco ex Aristotele dicetur. In figura huius animantis obseruandum, quod tradit idem Aristoteles, pullos paulo suis parentibus submissiores esse inquiens, atque adultos posteriore crure caput attingere non posse, quod nouelli facilè attingunt: quasi diceret, posterior pulli pars altior est anteriore, sed accedente incremento ætatis, anterior sublimior fit. Pulli iamiam in lucem editi partem esse hippomanem ex multis notum est scriptoribus, sed alij vt tradit Aelianus, carunculam esse dicunt in fronte pulli, alij ad lumbos, alij ad genitalia adhærescere; sed hic pullum confundit cum hippomane, quod rursus duplex est, vnum quod pulli fronti adnasci tradunt: alterum quod ex genitali equæ manat.

Lib. 28. c. 9. *Vulua.* *Pullus qua parte ab adultus differat.* *Hippomanes.* *Pullium.*

C De priori sic Aristoteles; *Cum equa peperit, statim secundas deuorat, atque etiam quod pulli nascentis fronti adhæret, hippomanes dictum, magnitudine minus carica parua, specie latiusculum, orbiculatum, nigrum* (nigrum etiam Plinius dicit, Solinus fuluum, fortè legendum fuscum,) Et alibi: *Quod hippomanes vocant, hæret quidem fronti nascentis pulli, vt narratur; sed equæ perlambentes abstergentesque id abrodunt.* Scholiastes Theocriti carunculam quoque esse scribit in fronte pullorum strigmentosam, carica minorem quam abedant & ablambant statim equæ; idque si faciant, naturali amore persequi partum: sin minus, odio prosequi, nec ad vbera admittere, id quod Plinius quoque tradit his verbis: *Proditur equis amoris innasci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, carica magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad vbera non admittit: olfactu* (nempe huius carunculæ) *in rabiem id genus agitur.* Alterius hippomanis meminit etiam Aristoteles in descriptione immoderatæ equarum libidinis, tum aliquid emittere dicens quod hippomanes appellatur, *eodem* (inquit) *quo illud quod nascitur, nomine.* Tale hoc esse, quale suis illud quod κάπρια (apria, Gaza) vocatur. Hesiodo hippomanes, vt Seruius testatur, nomen herbæ est, item Theocrito in Pharmaceutria, quam edentes equi in furorem aguntur;

Lib. 6. Hist. 22. *Lib. 6. Hist. cap. 19.* *Apria.* *Hippomanes herba, & qua.*

D Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι, τῷ δ' ἐπὶ πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι, id est,
Hippomanes planta est apud Arcades, qua concitati omnes
Et equulei insaniunt in montibus, & celeres equæ.

Sed hæc quæ sit nemo hactenus, quod equidem sciam, tradidit. Hipppomanes idem (inquit Gesnerus) quod apocynum, quod & Hermolaus obseruauit: est & inter nomenclaturas capparis apud Dioscoridem. Interpres Theocriti secundum Crateiam plantam esse dicit fructu cucumeris syluestris, folio nigriore, tanquam papaueris, spinoso: alij legunt spinosum & ad fructum referunt spinas. Quod si autem ad fructum essent referendæ, conijcerem hoc postremum hippomanes eam esse quæ nunc stramonia, aut eam quæ datura dicitur. Fuit autem hippomanes omne olim in amoribus admodum famosum. De primo sic Aristoteles: *Hoc si quis præcepto odorem moueat, equa excitatur, furitque agnito eo odore: quapropter id à veneficis petitur & percipitur muliercula.* De eodem Virgilius.

Stramonia. *Lib. 6. Hist. 19.*

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus, *Aeneid. 4.*

Et matri preruptus amor. E

Sic & Scholiastes Theocriti, cùm naturali quadam vi ad φιλοστοργίαν conferat, à pastoribus præripi veneficisque vtile esse ad philtra paranda scribit, ex Aeliano, ni fallor, qui super hac re fusiùs scribens inquit: Carunculam vnà cùm pullo enatam, nuncupatam hippomanes, primùm vt ex se equa peperit, continuò deuorat, & Dei benignitate misericordi in equinam stirpem occultat, ne si, vt ferunt, idipsum vsque ad extremum vitæ diem pullus semper insitum in se perseueraret habere, ad effrenationem impotentis veneris, tam mas quàm fœmina rueret, & libidinis rabie equinum genus funditus periret. Quod quidem ipsum penitus cognitum pastores habent, ac si quando ad moliendas alicui amatorias insidias egeant, vt ipsum ad cupidinem veneris inflamment, diligenter obseruant, quando equa ventrem ferens pariat, atque statim a partu pullium (hoc aliud esse iam diximus) à pullo abscindunt, & in equæ vngulam inijciunt: (nam in hanc abditum & conditum optimè seruatur) simul & pullum quòd ipsum postea non lactaret mater illa, insigni & propria beneuolentiæ nota carentem exorienti Soli immolant: nam ideo pullum vehementer amare ingreditur, quòd illam deuorarit carunculam. Iam quicumque per insidias carnem illam gustauerit, proiecta & præcipite amatoria libidine constrictus tenetur, furit & perbacchatur & vociferatur, atque effrenatus ad omnem muliebris sexus ætatem, F cupiditatis adijcit oculos, ac morbum testans obuijs omnibus quemadmodum conflagret amoris flamma, exponit. Tum ex illo illius corpus diffluit & extabescit, quòd veneris insania animus exagitetur. Hæc itaque Aelianus, & aliàs rursus: Hi autem (inquit,) qui præstigias & captiones mulieribus illudere solent, vim aiunt quandam alliciendi ad libidinem atque amatoriam flammam excitandi habere. eamque ob rem equa furens inuidia, non homini has præstigias permittit assequi. De altero modò hippomane Aristoteles scribens, hoc præcipuè ad amoris veneficia peti tradit. Plinius qui hoc vocat equarum virus à coitu, tantas ait habere vires in veneficijs, vt affusum æris misturæ in effigiem equæ Olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Olympiæ Phormis Arcas (vt Gillius ex Pausania vertit) ex ære equum posuit, in eundemque, quemadmodum in sermonem Eliensium venit, hippomanes inclusit: in hunc, etsi abscissa cauda turpior est, equi tamen ruptis vinculis libidinis furore feruntur, ac si de manibus ductorum effugerint, in eum ipsum ardentiùs multò, quàm in pulcherrimam equam & viuam & se iniri sustinentem, insiliunt: neque enim quod vngulæ cùm ad æream statuam adhærescere cupiunt, lubrico lapsu eludantur, idcirco coitum desperant, imò verò magis magisque ore hiante atque imminente adhinniunt, & violentiùs inuadunt: neque priusquam flagris & magno robore equisonis abstrahantur, ab æreo simulacro abstrahi possunt. Eadem Aelianus scribens, Abstrusa quædam (inquit) artificis machinatione hippomanes reconditum intra æream statuam equos alliciebat; neque enim erat tam accurata fabrica, vt ex ea equi eatenus fallerentur & inducerentur, vt tantoperè ad illius conspectum in venerem stimulari deberent. Virgilius hoc quoque hippomanes à veneficis expeti testatur. G

Hippomanes equo inclusum.

Georg. 3.

Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus.
Hippomanes, quod sæpe malæ legere nouercæ
Miscueruntque herbas & non innoxia verba.

Li. 1. Eleg. 4 Tibullus inter alia philtra siue pharmaca amatoria recenset:

Quicquid habes Circe, quicquid Medea veneni,
Quicquid & herbarum Thessala terra gerit.
Et quod vbi indomitis gregibus venus afflat amores,
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.

Lib. 4. Similiter Propertius. H

Consuluitque stryges nostro de sanguine, & in me
Hippomanes fœtæ semina legit equæ.

Iam verò Aristoteles de primo hippomane loquens, negat ei tale venenum inesse, fabulosumque esse tradit: quæ autem de hoc fabulantur, (inquit) figmenta muliercularum & professorum carminis incantamentorum esse credendum potius est. Caium tamen Caligulam à Cæsonia vxore amatorio medicamento potionatum fuisse aiunt, adeo vt valetudinem neque animi neque corporis integram habuisse dicatur. Satyricus hoc etiam poculum ex hippomane primo apparatum fuisse ait:

Caligula.

——— Si non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit.

Aelianus,

A Aelianus; vt iam præmonui confudit cum hippomane pullium seu pulium, vt Gaza vocat, apud Aristotelem, cui est πώλιον; Plinius teste Hermolao duobus locis non polion, sed poleam vocat, *Polea.* quo tamen nomine alicubi intelligit pulli asinini fimum, quod primum edidit, cùm polion siue pulium sit Aristoteli, quod prius quàm pullum emittit. *Emittit etiam* (inquit) *ab equa prius quàm pullum, quod pulium dicitur, certum est.*

ELECTIO.

ETSI M. Varro equorum alios dicat idoneos esse ad rem militarem, alios ad vecturam, alios ad prædam: itaque diuersos quoque esse in electione equorum scopos, ego tamen quas allaturus sum probioris eligendique equi notas, de bellico & qui ad ephippium pompamque à nobilibus alitur, præcipuè intelligi volo. Super hac re admirabilem librum scripsit Simon Atheniensis teste Sui-B da. In generosis igitur equis, quatuor spectari voluere veteres, formam, pulchritudinem, meritum, colorem: quibus ego locum natalem, & claritatem generis, aliaq; nonnulla addam: *Nota quot.* Vergilius optimi equi signa a præcipuis corporis partibus, à colore, ac potissimum à moribus, ab ingressu scilicet & audacia accipiendas docet. Omnium absolutissimus dici debet equus, in quo omnia probitatis signa reperiuntur, sed talem vel nunquam, vel rarissimè dari puto: quare vti non improbo, in quo nonnulla desiderantur, ita cum probo maximè, qui pluribus exornatus est. Qui omnibus numeris absolutum dari credit: audiat obsecro Synesium Cyrænеum Vranio amico suo scribentem. *Epist. 40.* *Misso tibi donum equum generosissimum in omni virtute equo conuenienti, quo vteris quidem in cursum certaminibus; vteris autem & cùm in venationem exiueris, & in certaminibus bellicis, & cum reduxeris ob Lybicum trophæum pompam victorialem. Non enim noui quòd potius est venatorius ne an desultorius in decertando, aut ad pompam, aut ad bellum aptior. Si equis Nisæis aspectu minus speciosus est, vtpote caluaria tuberosior, & lumbis minus carnosus: fortassis quidem neque equis, quemadmodum neque hominibus omnia simul dat Deus.* *Equum generosum non posse habere omnia bonitatis signa.* Cùm formam examino, integrum contemplor equum, cùm pulchritudinem, partes omnes, cùm meritum, animi acciden-C tia, quibus minus semper quam formæ ignoscendum esse puto: addita tamen etiam distinctione, vt in equo domito magis mores, in pullo & indomito corpus potius examinemus. Dicebat enim Xenophon equi nondum domiti corpus diligenter explorandum esse, propterea quòd animi haud satis claras significationes dare soleat equus, qui nondum conscenditur. Virgilius equi optimi signa enarraturus, eas in pullo describit. Palladius itaque in pullo corpus probat magnum, longum, musculosum & argutum. Varro quidem corpus multum, membra non confusa: sed *forma* (inquit) *oportet esse magnitudine modica, nec tamen vasti & minuti sint.* *Magnitudo* Palladio subscribit Columella, Xenophon item & Oppianus, & apud Homerum equi Rhæsi etiam ob magnitudinem celebrantur, μεγίστους enim dicit. Statius de equo Domitiani: *Lib. 1. Syl.*

Hunc neque discissis cepissent Pergama muris
Nec grege permixto pueri, innuptæque puellæ,
Ipse nec Aeneas, nec magnus duceret Hector.

Probanda itaque magnitudo, dummodo robur altitudini respondeat, & corpus omne musculorum densitate sit nodosum, vt ait Palladius. Plato statum corporis vult rectum esse & articulatum: altumque honorem in equo celebrat Nemesianus. *Habitudo.* Corporis habitudinem Crescentiensis D & ex hoc Lau. Russius probant mediocrem, hoc est inter obesam & macilentam mediam: nam si modum (inquiunt) excedit, multos illa & prauos humores morbis fomenta suppeditat, hæc vires imminuit, & corpus aspectu turpe reddit: meliùs tamen pulchritudinem in macilento apparere quam in pingui, quoniam pinguitudo vitia quædam sæpe occludit. Istiusmodi macilentum equum strigosum dicunt quasi stringosum, quòd corpora eorum restricta sint fame aut alia vitij causa; *Strigosus qui.* Hermolaus Aristoteli, Theophrasto, Pausaniæ σφηκώδη & λαγαρὸν appellari scribit: cæterùm λαγαρὸν propriè dicitur animal, quod circa λαγόνας id est ilia & partem qua cingimur, gracilius est, quem habitum in puellis plerique laudare solent, & quoniam σφῆκες, id est vespæ, qua thorax cum ventre inferiore conseritur, gracili filo cohærent, idem σφηκώδης appellatur: at strigosus habitus totius corporis est, pleno & nitido carnosoque contrarius, λεπτὸς, ἰσχνὸς, λεπτόχρεως, siccus & veluti strijs (seu strigis) quibusdam asperior, squalidus aspectu, & semper vitiosus: λαγαρὸν verò in nonnullis corporis partibus commendamus vt in equi ceruice, qua capite iungitur apud Xenophontem. Post totius corporis contemplationem partes singulas examinabimus à calcibus ad verticem potiùs quàm à vertice ad calcem;

Pedum præcipuam habendam esse rationem. *Equi positus* *Sani iudicia* *Vngulæ.*

cùm sit pedum præcipua habenda ratio. Nam vti frustra elegantiam spectaueris superioris ędificij, si fundamentum sit ruinosum: ita equi neque militi neq; agricolę, neque viatori vsui esse poterunt, qui pedum sanitate destituuntur. Horum positus primùm, mox partes explorandæ. Si super omnes in principio, precipuè anteriores diu & æqualiter coniunctos insistat, ita vt vnum pedem antè, alterum non extendat aut eleuet, aut vno quàm altero lentiùs ac debiliùs terræ innitatur, membra inferiora se bene habere & firma declarat. Pedum partes multæ, vngulæ infimæ & considerationis maximæ, spissæ longè præstant tenuibus, noscendumque, vt ait Xenophon, vtrum sint arduæ, ac tam priori parte quàm posteriore depressæ siue humiles. Nam arduæ chelidona siue hirundinem altiùs à solo eleuatam habent: at depressæ sic gradiuntur, pedis vt molliores & duriores partes æquabiliter fulciant incessum, vt fit in hominibus quoque qui planci vel plauti dicuntur, quòd pedibus planis sint. Probantur deinde duræ, improbantur teneræ in tantum, vt breuiorem etiam vitam viuere dicantur. *Ab complemento* (inquit Absyrtus) *viribus pollet equus annos octo qui molli constitit pede, sed qui duriore nititur decem; quoniam si vehementiore motu concitaueris, post hoc tempus malè valebit, impatiens itinerum, nec par erit labori. Nam in prioribus pedibus coronæ & mesocynia à malleolis dimittuntur, nec ingredi postea, nec pedibus insistere valet, seque ipse proijcit. A primo lucis fundamento ad senium solido pede fultus, octo & viginti annos, vel vndetriginta viuit, nec facilè trigesimum implet: porro molli pede præditus, quatuor & viginti annos degit.* Facilè eisdem quoque ferrum excutitur; sessoresque sæpe de vita periclitantur, vnde magnus ille Sfortia Mediolonensium dux Francisco filio in bellum se accingenti, inter alia præcepta, hoc ceu primum referente Iouio dedit, vt nunquam indomiti oris equum ascenderet, nunquam eo vteretur, qui ab vngula molliore facilè soleam excutere consueuisset, quòd se ab equo alioqui longè optimo, sed in frenum contumaci, cui draconi ob id nomen erat, cum suborto ex insidijs Bracciano hoste, irrita habenarum contentione abreptum se & in Auersæ fossam præcipitatum memoraret. In Vmbris autem tumultuaria in pugna cùm ex equo cui à colore auis, picæ nomen erat, depugnaret, eo inter colluctationes omnibus soleis discalciato, vix ipse pedibus eo relicto è manibus hostium effugisset. Improbat eandem mollitiem Horatius:

Sfortiæ præceptum filio datum. *Draco equus.* *Pica.* *Lib. 1. Ser.*

Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, apertos
Inspiciunt, ne si facies vt sæpe decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem.

Cardanus tamen qui vngulam teneram habent, si alioquin sint præstantes, leues esse & agiles asserit, argumento quòd ob teneritatem non multum premunt terram, sed dorso & lacertis innixi, agiles & prompti & leues fiant. Sed propter teneritatem vngularum cæteris agiliores esse non putem; apparere tamen, maxime si per glareosa loca & asperiora iter est. Durities sonitu deprehenditur, maximè si caua fuerit vngula, tunc enim non secus ac cymbalum resonat,

Virgilius: *Et solido grauiter sonat vngula cornu.*
Ennius: *Consequitur, summo sonitu quatit vngula terram.*
Idem: *It eques & plausu caua concutit vngula terram.*
Horatius; *Et vrbem Eques sonante verberabit vngula.*

Hinc cornipedem & sonipedem latini poëtæ dixere, quin & vngulam pro ipso equo vsurpauere. Virgilius: ——— *& agmine facto*
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Vngula pro equo.

Quin ipsa vngula pro ipso equo accipitur, eodemq; velociter currente, vt apud Horatium lib. 1. Serm. *Vt cùm carceribus missos rapit vngula currus.* Similiter puto Græci χαλκόποδας ἵππους dicunt, Homerus etiam ἐριγδούπους & ὑψηχέας id est altè resonantes, quamuis de magnis præcipuè equis hæc epitheta dici non negauerim. Dicuntur & εὔποδες qui pedibus & vngulis bene constituti sunt: & tota pedum laudata constitutio εὐποδία. Absyrtus στερρόπους appellat qui pedibus valēt, contrà μαλακόπους quibus molles sunt vngues. Improbantur verò etiam Xenophonti pleni & carnosi, quoniam facilè tales equi claudicant. Præter modò altitudinem, concauitatem, duritiamque requiritur etiam rotunditas: Palladius enim in admissario & matrice pulchritudinis partem esse ait; rursus duris, altis, concauis, rotundisque coronas mediocres superponi volunt Varro & Columella: Absyrtus denique ranam laudat exiguam, & hirundinem longam damnat, & qui tales habent, improbos esse ait, & molles pedes habere. Ossa supra vngulam, neque procera, vt caprarum, quæ succussatione sessorem affligere solent, & crura huiusmodi facilè inflantur; neque depressa nimis, ne salebrosis locis exulcerentur. Meminère horum ossium Xenophon & Absyrthus, sed nonnihil euariant. Xenophon interprete Omnibono Leoniceno, *Ossa quæ sunt supra* (inquit) *vngulas infra talos, qua parte vt in caninis pedibus callus subest, κυνόποδας dixere, neque erunt procera* (ὀρθὰ id est, recta, videtur tamen pro ὑψηλὰ accipi, cùm ταπεινὰ eis opponantur, id est humilia) *vt caprarum,* (ceruorum Absyrtus, qui inde elaphopodes dici ait) *sic enim tum succussatione equitem*

Coronæ. *Cynepodes equi.* *Elaphopodes.*

E F G H

tem

A *tem affligunt, tum ipsa facilè crura huiusmodi inflammantur; neque verò depressa: sic enim deglubi ipsi & exulcerari calli solent; seu per glebas, ceu per lapides agatur equus.* Apud Absyrtum hæc leguntur sic, ex versione Ruellij: *Qui suffraginum articulo* (ἐν τοῖς μεσοκυνίοις) *recta* (procera potius,) *ossa continent, ij pessimo gressu nituntur, vectoremque contundendo fatigant* (φέροντες συγκόπτουσι, concutiunt, nimirum vt equi succussatores) *y quòd cervino pede constant, Elaphopodes nominantur. At qui eisdem in locis breuia condunt ossa & humilia, ob idque cynobatæ dicuntur, y vngulas ad internam calcium partem, seu malleolos potiùs vocare placet* (κυνοπόδων ἢ σφυρῶν λεγομένων) *adferunt, ac pedes tractim agunt, in eisque claudicant. Sunt ex ijs qui facilè vngulis aberrent.* Crura Varro & Columella volunt esse æqualia atque alta, rectaque. Pullus enim, cuius a primo statim ortu altiores tibiæ fuerint, eum maximum futurum dicunt; & reuera tibiæ quorumcumque quadrupedum processu temporis parum crescunt, & secundum has consentiente magnitudine corpus reliquum augetur. Sint item tibiæ citra venarum ac carnium obesitatem aut tumorem aliquem. Nam si carne & venis obesæ sint, ea duris itineribus facilè inflantur & claudicationi occasionem præbent, sicuti Xenophon testatur his verbis: Tibiarum ossa sint spissa, vtpote totius corporis stabilimenta: sed spissitudo non erit venarum neque carnium: nam hoc pacto cùm per aspera agitur equus, B impleri hæc sanguine necesse est & existere κρίσσους (nodos vertit interpres, malim varices) inflarique; crura & cutem rescindi, qua laxata sæpe commissuræ discedunt & equus claudicat. Idem Xenophon crura probat mollia & flexilia, asserens quoque si pullus lubrico ingrediatur flexu, coniecturam ex hoc fieri posse, in equitatiane similiter crura lubricum motum habitura: quamquã enim mollities illa flectendi procedente tempore maior fit, meritò tamen in pullis laudari. Absyrtus quoque tales equos minus cæteris deerrare scribit, minusque offendere, aut cespitare, nec sessori periculum afferre, minus item fatigatos in obeundis operibus clausescere, quam qui duris genibus, non secus ac si vallis & palis niterentur: quales illi sunt quos ὀρθοσκέλεις & πάσσαλας nuncupat. Xenophon autem cum hac crurum mollitudine coniunctam esse erigendi facultatem, quæ in pompico requiritur, falsum esse asserit. Si crura eorumque iuncturæ numerosis longisque pilis vestiuntur, partes eæ quidem validas Russius habere tradit, sed equum ipsum plerumque non esse celerem. Idem de pulchritudine agens admissarij equi, crura desiderat ampla, pilosa & sicca, eorumque iuncturas crassas, minimè tamen carnosas, propinquas vngulis ad similitudinem boum: talemque equum censeri robustum asserit. Varro tamen & Columella parua genua probant, rotundaque & quæ introrsum non spectet. Absyrtus quosdam equos ἑτεροσκελεῖς & ἑτερόποδας vocat, C quos claudicare ait & infirmos habere lumbos. Ruellius vertit, quibus crura vel pedes discoloribus maculis euariant, præter authoris puto mentem, nam licet & ἑτεροθαλὴς de planta quoque vel alia quauis re dicitur, quæ altera tantùm parte viret, de coloris tamen Absyrtus loqui non potest varietate, quandoquidem Oppianus στικτόποδας, id est quorum pedes maculis distinguuntur, in venatu ceruorum, vbi celeritate laboreque cursus opus est, adhibet: quare ἑτεροσκελεῖς & ἑτερόποδας interpretor, qui in alteram partem vergunt seu inclinant, quasi ἑτερορρεπεῖς, aut ἑτερομερεῖς aut ἑτερομήκεις, quemadmodum & ἑτερογνάθους equos Xenophon vocat, quorum maxillæ dissimiles sunt, Phocilides verò σταθμὸν ἑτερόζυγον trutinam in alteram partem propendentem. Tales enim vt claudicent, necesse est. Inuenio item introrsum spectantia crura maximoperè damnari. item quæ rigida sunt. Coxas latas & carnosas esse oportet, vt sint consentaneæ cum pectore & lateribus; author est Xenophon, & femur sub armis si crassum sit, habere vt in virili corpore, non solùm robur, sed venustatem insuper. Oppianus μηροὺς, id est femora laudat εὐπαγεῖς, hoc est bene compactos, & μυώδεις id est musculosos, Camerarius pro μυώδεις legit μυοειδεῖς propter D carmen, Gesnerus ex Polluce ἰνώδεις, id est neruosos, quoniam neruosum solidius est musculoso. Varro tamen etiam & Columella torosa & numerosa femina requirunt. Xenophon tradit, si femina sub cauda, latioris interualli linea distinxerit, crura posteriora spatiosiùs attrahi, ideoque & progressionem ac equitationem terribiliorem & firmiorem esse. Commendantur item si multum distent, quod in asino admissario quoque probat Absyrtus. Armorum verò in primis ratio haud mediocris haberi debet. Columella grandes & rectos, Varro latos desiderat. Absyrtus præstantiores haberi asserit equos, qui armorum originem subliniorem prætendunt: non enim sessoribus tutos modò, sed firmioribus etiam armis stabiliri putari. Κάτωμος vocatur, cui humiliores existunt, κατωμιστὴς verò Hesychio & Varino, ὁ ἀπὸ τῶν ὤμων ῥίπτων ἐπὶ τὴν γῆν, qui ex armis sessorem in terram excutit. Qualem fortè indicauit nobis Maro:

——Effusumque equitem super ipse secutus
Implicat, eiectoque incumbit cernuus armo.

Quintilianus decentiorem equum esse ait, cuius astricta sunt ilia, si idem velocior. Sed Absyrtus, qui substrictis & paruis sunt ilijs, etsi magni sint Cyrenaici, δρομικοὺς tamen esse asserit, id est, ad curule certamen aptos, pedum velocitate præstantes, inter equitandum longiore animæ ductu.

Cap. 112.
Cynobatæ equi.
Crura.
Tibiæ.
Genua.
Heteroscele & heteropodes equi
Coxa.
Femora.
Armi.
Lib. 10. Aeneid.
Lib. 8. Inst.
Ilia.

Latera. contrà qui magnis turgent, eós imbecillioribus viribus, deformioresque intelligi. Latera Xenophonti probantur demissiora, oblenga, & supra ventrem turgidiuscula, quoniam tum aptiorem ad rendendum, tum robustiorem meliorisque de pastu succi equum indicent. Talia immodica dixit Nemesianus, inflexa Columella: Palladius in admissario longissimum latus expetit. Pectore *Pectus.* Varro vult esse lato (Palladius quoque pectus latè patens in admissario & matrice desiderat) pleno & musculorũ toris numeroso. Hoc est quod in pullo generoso dicebat Maro: *Luxuriatq; toris animosum pectus.* Latitudo autem præcipuè commendatur, propterea quòd Xenephonte testante idoneum est & ad formam, & ad robur, & ad longiores gressus, vbi non implicentur crura, quod *Costæ.* alias fit, cùm breuiori interuallo distant. De costis apud veteres nihil inuenio, Russius grossas com- *Venter.* mendat, & qui tales habet, patientem esse ait, & laboribus sufficientem. Venter ab Absyrto laudatur εὔογκος, id est, moderatus; Andræas à Lacuna ineptè vertit amplum; cùm tamen Varro modicum, Columella substrictum laudet, necnon & Xenophon. Sed fefellit forsitan Lacunam *Forioli equi.* idem Varro, qui in matrice latos ventres probat, & Russius amplo ventre & deorsum pendente præditum equum, labori sufficientem patientemque iudicari scribit. Inuenio qui soluto sunt ventre, foriolos nuncupari. Dorsum quod non subsidet penitus, equos ii dicare Cardanus ait valdè F robustos, & qui in laboribus non facilè deficiunt: at si etiam id ascendente equite contrahunt, *Dorsum.* hoc roboris & tolerantiæ signum esse. Russius curtum & quasi planum laudat, & inter alia pulchritudinis signa reponit. Nemesianus hanc planitiem æquor videtur appellasse, vbi de generosa Cappadocum propagine loquens, inquit:

Illis ampla satis leui sunt æquora dorso.

Lib. 2. Virgilius etiam *duplici dentali dorso* dum dicit, dorsum intelligit crassum & latum; eodemq; sensu *Spina.* duplicem spinam dixit: quo loco Seruius; spina (inquit) duplex, aut reuera duplex, aut lata, vt alibi: *duplicem gemmis auroque coronam.* Columellæ quoque in equo duplex spina probatur; nec non etiam Varroni, sin minus, non extenta: hoc est vt Gesnerus exponit, gibbosa, vel prominens, Græci (inquit) χυρτὼ dicunt, quæ cauæ opponitur. Leguntur autem eadem verba apud Absyrtum in Geoponicis Græcè hoc modo, ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῦν, εἰ δὲ μὴ, χυρτὼ: contrario sensu, quem & Ruellius in Hippiatricis hoc caput exponens (quanquam Græcus codex impressus non habeat) ineptè imitatur: sed negationem addendam ad χυρτὼ, tum ex Varrone clarum est, tum ex Hippiatricorum Absyrti ca. 103. vbi in equo ad iugum idoneo ῥάχιν μὴ χυρτὼ requirit. Hæc ille. Xenophon tamen spinam equi supra armos paulò elatiorem, præbere equiti G opportunius sedile tradit, & armos ad reliquum corpus firmius compingi, si illa duplex fuerit: tum etiam & equitem residere mollius, & formam delectabiliorem esse. Quamobrem & duplices lum- *Lumbis* bos laudat, maximè illam partem cui insidetur. Quo enim latiores (inquit) erunt & breuiores, hoc faciliùs attollet priores pedes & posterioribus subsequentur: ita etiam ilia esse minima videbuntur, quæ vastitate sua partim deformant, partim etiam debilitant & grauant equos. Latitudo itaque spinæ omnino probanda, tenuis tamen & exilis toleratur, si cætera equus habeat. Gratius in Aetneis equis hanc celebrat, vt suo loco citabitur. Columella lumbis quoque sit latis cupit & subsidentibus, Varro deorsum versus pressis. Cui lumbi sunt molles & succincti & robusti, is po- *Clunes* terit spatiose prioribus cruribus subijcere posteriora, quòd in pompico equo desideratur maximè, vt ex Xenophonte constat. Paruas ingentibus aluos Nemesianus celebrat: & Maro etiam in generoso pullo. Varro & Columella rotundas clunes, Xenophon solidas latasque: latas etiam Varro in equa matrice: Palladius maximas & rotundas non tam in matrice, quàm in admissario. Si autem amplæ & carnosæ fuerint, ita vt pectori lateribusque respondeant, & coxas femoraque habeat lata, ita vt posterioribus parum diuaricari videatur, gressum aiunt firmiorem præbere. Te- *Testes.* stes habeat pares & exiguos, vt Columella monet, atque Palladius, item Xenophon, vnde apud H Absyrtum pro μακροὺς restitui debet μικροὺς. In pullo tamen hoc notari non posse, idem Xenophon asserit. Qui vnico teste constant, ad admissaram asciscere non oportet; cùm ex maxima parte infœcundi reputentur, aut pullos suæ stirpi mutilæ similes progenerent, inquit Absyrtus. Quibus varices in testiculis prominent, seminandæ soboli non sunt idonei, hos χρισσοκήλας id est, varicosos vocant. Admissarium enim corpore esse integro, & omni vacare culpa oportet. Collum esto *Collum.* mediocre, nec longum nimis, nec nimis breue, βραχυτράχηλον seu collo angusto equum Plato *In Phædro.* improbat. Hippiatris autem colli breuitas semper commendatur, prolixitas verò instar gruis mirum in modum vituperatur. Absyrtus collum vult esse ἁπαλὸν, Lacuna vertit tenue, malim molle, vt Columella quoque habet. Ceruicem etiam Varro optat mollem, latamque, longam improbat. Hanc de pectore non oriri volunt, tanquam porci, vel vt alij, hirci, pronam, sed vt eminens pertineat ad verticem, vt gallinacei ardua & ad flexibilitatem idonea: Ita enim futurum, vt collum sit ante equitem, oculi autem spectent ante pedes. Aiunt etiam istiusmodi equum, vtcumq; animosum, minimè violentum esse posse. Violentia enim vti equum, non cùm extendit, sed cùm

inflectit

A infle&ctit collum. Pollux verò etiam ex Xenophonte à ceruice alta & erecta commendari equum scribit, qui ad ostentationem, & formæ merito alitur, propterea quòd hoc animal cùm fœminæ quam desiderat, visendum se præbet, ceruice erecta superbit, & cursu fertur procaci: præcipuè itaque elegantem esse: si ceruicem natura tollat & extendat, quod Nemesianus sic expressit:

——— Capiteque decoro
Plurima se validos ceruix resupinat in armos.

Cardanus, si erecta ceruice habenas molles relinquant, hos non ex actione tales factos esse putat, sed ex actione signum præbere generosi animi & robustæ ceruicis. Platoni ὑψαύχην is equus dicitur, Homero ἐριαύχην, eiusque proprium est ὑψαυχεῖν, id est ceruicem attollere: vnde arduus quoque & sublimis epitheta equi, de ceruicis & capitis habitu potissimum intelliguntur. Ardua ceruix Virgilio & Horatio comendatur. Huc spectat illud Lucani ——— *Totumq; per agmen Sublimi prouectus equo.* Quanquam hoc ad caput solummodo quoque referri queat, cùm præ cæteris laudentur quoque equi qui erectum habent caput, concinno quodam decentique situ. Belisarius alta idcirco voluit esse capita, vt si quando equum cespitare contingat, subleuari faciliùs, quò minus corruat, freno possit. Ceruicem prætereа laudant crassiusculam, & vt talem acquirat, ar- *Caput.*
B mos frequenter aqua calida ablui iubent, & iubam subinde manibus digeri. Capite esto (inquit Varro) exiguo, non magno. Tale argutum dixit Maro, Seruius exponit breue. Xenophon osseum dum vult, macilentum ni fallor intelligit, nam grande & propter carneam molem graue, pigri & hebetis indicium esse reperio. Pollux etiam in admissario & matrice caput exiguum & siccum, pelle propemodum solis adhærente ossibus, pulchritudinis signum esse annotauit: maximè si vertex fuerit maiusculus, quem nempe magnum quoque commendauit Xenophon. Os Oppiano lau- *Os.*
datur ἄκριον, Gesnerus exponit mediocre aut moderatum, sed Belisarius Aquiuiuus (inquit) Oppianum secutus in libro de venatione non os mediocre vertit; sed largissimo, ait, sint ore, longoque, ne freno inobientes esse iudicentur. Russius quidem etiam equum ore magno, scisso, seu valde diducto facilem fræno se præbere ait, taleque os etiam requirit in admissario. Nec aliud puto intellexit Oppianus ἄκριον, cupiens, id est, adiuuans, nimirum frenantem, amplitudine oris sui: Xenophon considerari iubet & hoc, vtrum buccæ sint teneræ, an asperæ, an verò etiam inæquales. Nam imparitas (inquit) harum facit plerumque, duri & contumacis vt oris equi reddan- *Buccæ.*
tur; Heterognathos vocat. Caput turpiter prætendunt, & in alterum latus vt & maxillam vt plu- *Heterognathi equi.*
C rimum vertunt, & ne freno quidem facilè in contrarium flectuntur, in vnum duntaxat latus flecti volentes. Iidem ab eodem Xenophonte dicuntur quoq; ἄδικον τὴν γνάθον ἔχοντες, teste Budæo, quasi improbam aut iniuriam habentes maxillam. Est autem ἑτερογνάθος, qui habet μὴ ὁμοίας τὰς γνάθους, id est dissimiles maxillas, dispares nempe; cùm earum altera durior & asperior, altera mollior & tenerior est. Sint itaque æquales; Xenephon prætereа paruas vult; Russius graciles & siccas ad pulchritudinem præter cætera commendat in admissario: crassas verò, sat commodè frenari negat. Cùm frena mandunt, os humidum maximè probatur, siccum improbatur. Vnde *Maxillæ.*
poëtæ de generosis equis loquentes, spumanti ore eos delineare solent. Claudianus: *Lib. 6.*

Parte alia spumis fumantem serica frena
Purpureo primæ signatus flore iuuentæ
Eucherius flectebat equum.

Hoc etiam generositatis & magnanimitatis signum Apelles in Alexandri equo expressit, summopere ea de re solicitus. Cæterùm memoriæ proditum est, cùm eam repræsentare conaretur, tam
D malè rem ei successisse, vt de ea omnino desperaret, ideoque spongiam, in quam abstergebat penicilli sui colores, in illam imaginem impegisse, spongiam autem, quum equum attigisset, spumæ *Promuscis*
similitudinem expressisse. Promuscis sit breuis. Plato præstantiorem equum ἐπίγρυπον fingit, qua- *Rostrum.*
si acuto aut aquilino rostro, σιμοπροσώπῳ id est aspectu simo contrarium. In Hippiatricis inue- *Dentes.*
nio, quæcumque in veterino genere sic nascuntur, vt habeant λαγώδοντα aut ἐξόδοντα, id est, vt *Nares.*
Ruellius vertit, eam notam quam Leporinum dentem vocant, subrumari non oportere. Difficile etiam est, equum probum os habere, nisi scalliones dicti extrahantur. Naribus (inquit) Varro, sit apertis, non angustis. Patulæ enim multò quàm conniuentes, & apertiores meatus habent animæ & ad spirandum accommodatiores, & faciunt videri equum (inquit Xenophon) γοργότερον viuaciorem aut terribiliorem. Nam & irascens equus equo & inter agitandum ferociens, deducere vehementiùs nares consueuit. Athletas autem legimus ob astrictiores & angustiores nares in certaminibus suffocatos, quibus videlicet spiritales viæ per nares essent angustiores: cuius rei conscij veterinarij suis equis nares diuidunt, ne in cursu inopia frigidioris spiritus extinguantur. Aristoteles eadem de causa vrinatores & spongiarios solitos sibi discindere nares testatur: efficitque item naturalis aut parata arte narium amplitudo, vt ne tam celeriter suffocentur ægri. Palladius nares istiusmodi patulas, in equo admissario partem esse ait & in matrice pulchritudinis. Russius

verò qui naribus eſt inflatis, natura vt plurimùm audacem eſſe aſſerit. Σιμὸς dicunt qui naribus ſunt preſſis. Qui oculis ſunt prominentibus, exophthalmos vocant, qui concauis cælophthalmos. Illi laudantur tanquam vigilantes & alacres: hi damnantur, & Ruſſio, lenti, remiſſi & molles dicuntur. Albertus magnos celebrat & quaſi ante caput ſitos. Et Ruſſius, qui magnis eſt oculis, non concauis, natura vt plurimum audacem eſſe dicit. Palladius ſignum pulchritudinis. De colore dicemus poſtea. Aures teſte Plinio in equis & omnium iumentorum genere indicia animi præferunt; feſſis nimirum marcidę, micantes pauidis, ſubrectæ furentibus, reſolutæ ægris: Et alibi: *Equorum* (inquit) *animi indices aures, ſicut leonum cauda: namque & has notas generoſiſſimo cuique natura tribuit.* Eas Varro breues vult & arrectas, necnon & applicatas, Xenophon breues & minutas. Palladius breues & argutas, partem in admiſſario & matrice pulchram eſſe ait, & Pollux quoque ſi minores quàm pro capitis modo fuerint. Albertus non ſolùm breues commendat, ſed quæ ſimul etiam acutæ ſunt & quaſi antrorſum porrectæ. Qui pendulas habet, eum Ruſſius lentum, remiſſum & mollem eſſe aſſerit: quare Nemeſianus agiles probat, hoc eſt quæ perpetuò penè mouentur. Qui verò aures retrò proijcit, eum Antonius Mizaldus ex Simoneta Cardinale plerumque ſurdum eſſe autumat. Improbantur item hirſutæ Platoni, περὶ ὦτα λάσιος. Imo verò, non dicente Platone (inquit Syneſius Cyrenæus) neceſſe eſt ſurdum eſſe eum, qui hac parte hirſutus eſt qua audimus. Illiq; etiam canes ſapientiſſimi ſunt, quorum aures & ventres nudi ſunt: hirſuti verò ſtolidi ſunt & temerarij, præſtatque illos à venatione abeſſe. Cui verò pellis inter aures, vbi iuba deſinit, cranio tenaciùs hæret, Ruſſio laudatur, tanquam præſtans ad bellicum vſum. Atque de partibus hactenus, venio ad pilos, caudæ potiſſimum, capronæ ſiue procomij & iubæ. Cùm non vtilitatis tantùm ſed & decoris ornamentiq; etiam gratia, eos natura equis donauerit. Nam præterquam quod cauda muſcas abigit, procomium ſiue capronæ oculos tuentur, ne quid moleſti incidat, nihil interim impedito pilorum prolixitate viſu, iuba conſcenſori adminiculum præſtat, eoque magis quo fuerit prolixior ipſi etiam equi iuba ipſa ſuperbiunt & quaſi gloriantur, quamobrem aurigæ, qui aſinos equabus admittunt ad mulorum procreationem, cùm aſinos ab equabus deſpici & iniurijs inſuper allici, morſu ac calce lædi, animaduertunt, iubis detonſis ad fontes tanquam ſpecula ducunt, in quibus turpitudinem ſuam & ademptum comæ decus contemplatæ, ignobiles illos admiſſorios non amplius dedignantur. Rectè itaque pulchrè comatam iubam laudat Xenophon, βαθεῖαν, id eſt promiſſam Abſyrtus, Varro denſam, non anguſtam, crebram, ſubcriſpam, tenuibus ſetis implicatam. Palladius comam & caudam profuſiorem, partem pulchritudinis in admiſſario & matrice celebrat: & Homerus equos Neptuni καλλίθριχας propterea nuncupat. Sunt qui iubam per ſiniſtram profundi volunt, Varro per dextram: ſic & Maro:

Denſa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.

Et Propertius: *Cui Tatius dextra collocat ipſe iubas.*

Quo loco Turnebus ex quibuſdam codicibus legit dextras. Et Ouidius de Ocyroe Chironis filia in equam conuerſa:

------Vtque vagi crines per colla iacebant
In dextras abiere iubas.

Idem Ouidius tanti iubas in equo fecit, vt ſit ipſi

Turpis equus, niſi colla iubæ flauentia velent.

Similiter cauda prolixa & pilis denſa, præcipuum equi ornamentum eſt, ſed præter prolixitatem ſit quoque ſetoſa & criſpa. Ruſſius ex cauda virium robur quomodo cognoſci poſſit, docet: Cùm per caudam (inquit) trahitur, quò firmius preſſiuſque eam ad ſe trahit, tanto præſtantior, & ad bellicum vſum laudatior. Hæc autem opinio adeò firmiter omnium animo infixa hæret, vt vix equum quiſpiam emat, niſi eo modo ex cauda de robore periculum faciat, fallax tamen, vt audio, indicium eſt in equis, ex itinere laboreq; aliouе incõmodo languidis. Alicubi idem Ruſſius, equus (inquit) truncum caudæ ſtrictum ad ſe tenens & fortiter, magna ex parte fortis & patiens eſt, ſed non eſt celer. Germani verò equis ſolent gaudere quibus cauda omnino eſſet truncata: refertq; Iouius equis eorum qui Maximilianum II. Rom. Imp. in Italiam contra Florentinos pro Piſanis euntem comitati ſunt, omnibus caudas penitus abſciſſas fuiſſe, Italis quidem ridendo, ſed veteri probatoque Germanorum Belgarumque more, quòd ob id equi certa contractioris alimenti ratione pinguiores, & ſpinæ robore fortiores euadere exiſtimentur. Cæterùm præter caudam & iubam cæteri quoque pili negligi minimè debent, cùm non vt in homine, qui nullam eorum habet neceſſitatem, excrementa ſint in equo, ſed partes officiales adeo atq; vtiles & neceſſariæ, vt oſtendit doctiſſimus Scaliger in Ariſtoteli attributis libris de plantis. Camerarius eſſe ſcribit, qui pilorum firmitatem probant. Inuenio autem ſplendorem & tenuitatem pilorum, præſtantiores mores declarare: craſſitiem & duritiem, maius robur: Cùm autem dico mores, intelligo quòd ſint

Margin notes: Oculi. — Lib. 11. cap. 37. — Aures. — Cent. 7: Aphor. 79. — Iuba. — Cauda. — Li. 4. Eleg. 4 — Lib. 8. ca. 1. — Cauda. — Pili partes corporis.

E F G H

A sint dociles ac generosi, quodque vitijs careant; cùm corporis robur, etiam laboris tolerantiam. Iam de signis quæ à moribus indoleque equi desumuntur, dicendum esset, nisi quædam prius enumerandæ essent partes quæ ex alijs animantibus in equo desiderantur ab equisonibus quibusdam. Teutones teste Camerario in generoso equo oculos requirunt, ceruicemque validam lupi; (alij verò etiam vulpis.) aures vulpis breues, pectus & comam mulieris, iubam densam Leonis; caudam longam vulpis, alij similiter etiam pilosam: Sunt qui pectus Leoninum probant, clunes mulieris, coxas pedesque asini, & eiusdem imprimis vngulas; oculorum aciem ac gyros serpentis. Russius costas & ilia vt bouina, pulchra putat. Idem posteriorem partem corporis, si altior sit, vt fit in ceruo, anteriore, inter pulchritudinis quoque notas in admissario recenset. Quod modò ad mores & indolem attinet: ex his aliter sæpe bonitatis notas examinamus in adultis, quàm in pullis. *Cum natus est pullus* (inquit Columella) *confestim licet indolem æstimare, si hilaris, si intrepidus: si neque conspectu, nouaque rei auditu terretur, si ante gregem procurrit, si lasciuia & alacritate interdum & cursu certans æquales exuperat: si fossam sine contractatione transilit, pontem flumenq́ transcendit. Hæc erunt honesti animi documenta.* Similiter Varro: *Equi boni futuri signa sunt, B si cum gregalibus in pabulo contendit, in currendo aliave qua re quoq́ potior sit: si cùm flumen traijciendum est, gregi inprimis prægreditur, nec respectat alios.* Et ex his Virgilius;

Partes aliorum animãtium in equo desiderata.

Indolis probæ signa in pullo.

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altiùs ingreditur & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti;
Nec vanos horret strepitus. ------ Et mox
------ *Tum si qua sonum procul arma dedere,*
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens voluit sub naribus ignem.

Pelagonius quoque hippiater probæ indolis argumentum esse scribit, si stans moram non patiatur, sed pede pulsans solum, cursitare cupiat. Nemesianus:

Nec pes officium standi tenet, vngula terram
Crebra ferit, virtusque artus animosa fatigat.

Ab hoc pedum pulsu animosiores selectioresq; equos puluereos poëtæ dicunt. Xenophon, equum C ad pompam idoneum si quis (inquit) requirit, qui sese erigere & præclarus videri solet, is sciat, non cuiusuis equi hæc esse opera, sed corũ qui sint animis ingentibus & validis corporibus præditi. Mores Columella laudari in pullis tradit, qui sunt ex placido (videtur addendum, conciti, vt Pelagonius quoque habet, qui de admissario eligendo hoc scribit) & ex concitato mitissimi: hoc est, vt exponit Palladius, qui ex summa quiete facilè concitantur, & ex incitata festinatione non difficilè tenentur: hos enim & ad obsequia reperiri habiles, & ad certamina laborum patientissimos. Quo quis acrior fuerit speciq: maioris, eò profundiùs dicitur Solino nares mersitare in bibendo. Hoc & apud Plinium, aliosque legimus. Frequentiùs idem quoque hinnit, super qua re callidum legimus Antisthenis in Platonem dicteriũ: cùm enim hic vehementer laudaret equum in pompa quadam equestri, hinnitu crebro ferociaque excelsos spiritus præ se ferentem, Antisthenes qui hominis iactantiam libenter incessebat: & tu (inquit) videris bonus equus euasurus. Ouidius autem hinnitus frequentiam ferocis generosique animi in equo typum esse indicaturus, eos Solis equis, qui velocissimi finguntur, tribuit:

Mores.

Hinnitus.

Lib. 2. Metam.

Interea volucres Pyrois, Eous & Aethon
Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
D *Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.*

Eleganter autem hinnitus vocat flammiferos, non tam quia Solem vehunt, quàm quòd calidi è naribus fumi eiusdem animi signa sint. Nemesianus:

Fumant humentes calida de nare vapores.

Cælius, equus (inquit) Tiberij videbatur flammas ore euomere, indicio magnæ alacritatis; imò verò quasi terrorem naribus ostendens. Plato equum meliorem, honoris quoq; cupidum esse scribit, temperantiæ pudorisque participem, ac veræ opinionis amicum, nullis indigere stimulis, sed sola cohortatione & ratione gubernari. Vnde illud Satyrici: ------ *Nempe volucrem*

Lib. 8. c. 26.

In Phædro.

Honoris cupiditas.

Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco victoria circo.
Nobilis hic quocunque venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios & primus in æquore puluis.

Nam, vt Ferretrius quoque testatur, in cursu & armis (bellicus nempe) se lætum offert, sono lætatur & gaudet, strepitum tubarum & tympanorum non exhorrescit, sed illis lætatur. Iubet itaque

Fortitudo animi.

Lib. 3. de repub.

que Plato, vt de pulli indole periculum facturi, ad ſtrepitus eum & tumultus adducant. Sunt qui tintinabulis periclitabantur, quos κωδωνοφαλαροπώλους inde dictos fuiſſe inuenio. Nonnulli vt Xenophon, volunt, vt equum empturus in cliuos ſurſum & per decliuia & in obliquum agitet: ſic enim deprehendi & animi fortitudinem & corporis ſanitatem. Haud tamen, ſi quis fortè non in omnibus iſtis ſatisfaciat, ideo omnino repudiari debere: multos enim, quia inexercitati ſunt, non quia parum valent, in illis deficere, ſed ſi quis inſtituat & exerceat, eadem præſtare, dummodo ſano ſint corpore, animique non degeneris. Animi autem præclari, hoc certum argumentum eſſe, ſi poſt exhauſtum laborem non recuſent laborare. Qui ſuſpicaces ſunt, eos omnino relinquendos eſſe, quoniam formidoloſi non ſinunt a ſe malum dari hoſtibus, quin etiam equitem ſæpe fruſtrati in maximas difficultates conijciunt. Eoſdem Abſyrtus quoque optimum eſſe ait non poſſidere, cùm nos non fugiat (inquit) plerumque ſarcinas & onera quæ ſubuectant, perniciosè deturbare: quod minori vitio vertetur, niſi rectorem excutientes, malo ſæpius afficerent. Suſpicacibus accenſeri debent, qui dyſgargales Xenophonti dicuntur, δυσυπότακτοι, difficiles, qui ne tactum quidem aut titillationem pati poſſunt, γαργαλισμὸν Græci dicunt. Sæuitiam equi noſci quoque vult idem Xenophon, ſi qua ſit illius vel erga homines, vel alios equos: quoniam tales non minus quam titillationi obnoxij, ſunt improbandi. Sunt qui frenationem & conſcenſionem detractant, F quorum vitium qui experiri volet, detractis poſt labores frenis, rurſus eos frenabit, nam cùm prius ea admiſerint, ſecundùm ſæpe laborem veriti, admittere recuſant. Sunt item quibus vt frenentur & conſcendantur, multis blandimentis aliaque cura opus eſt. Hos quoque bello inutiles cenſet; primùm enim equitis manibus aſſiduum negotium faciunt, deinde in periculis animum perturbant. Nonnulli ita feroces ſunt & ſeſſoris impatientes, vt toto ſemper conamine eum proſternere tentent, quos ſternaces Politianus nuncupat. Plato improbum equum eſſe ait intortum, multiplicem, temerè ſe contorquentem, ceruicoſum; pertinacem, vix flagello ſtimuliſque obtemperantem; ſæpe nec habenis nec verberibus coërceri poteſt, ſed inter equitandum calcitrat, ac domitis frenis regi nequit; quò fit, vt quando hoſtibus obuiam eundum eſt, neceſſe ſit equitem aut poſtremum in agmine conſequi, aut eorum malignitate inutilem reddi. Xenophon iſtiuſmodi immorigerum equum non inutilem tantummodò, ſed ſæpenumerò proditoris vicem obtinere ait. Pollux probi & improbi equi ceu epitheta ab indole moribuſque ſic collegit. Ab indole (inquit) laudare licet equum, ſi facilis ſit ad portandum, furibundus, aptus, facilis, decorus, manſuetus, magnanimus, ſuperbus, elatus, ſuperbiens, venerabilis, liber, liber ad opera, equitabilis, G ſplendidus, circumſpectus, arrogans, generoſus, cordatus, magnanimus, ſublimis, faſtuoſus, venuſtus, audax, temerarius, celer, truculentus, bellicoſus, mitis, obediens, facilis ductu, habenis obtemperans, manſuetus, benignus, equitis amans, beneuolus eidem, ad tubam exiliens, exurgens, acer, velox, volipes, humanus, equorum amans, indies roboratus, hoſtes agnoſcens, verſatilis, facilis ad vertendum, morigerus, ordinem obſeruans, facilis, correctis genis, iuſtus in maxillis, æquales habens maxillas, inſtitutus, facile proruens, facilè exurgens, flagelli non indignus, neque ſtimuli, curſu facilis, citus, ventos curſu æquans, non ſuſpectus, intimidus, fortis, ſtudioſus aſcendendi accliuia & decurrendi prona, & murum ſuperare, foſſam ſuperſilire, torrentem tranſilire, fluuium tranare, de tumulo decurrere, in tumulum ſubſilire & de tumulo deſilire. Ex contrario verò tardus, ſegnis, hebes, otioſus delicatus, ſimplex, piger, malis pedibus præditus, malè ſpirans, cunctator, timidus, trepidus, tremens, ſuſpectus, hæſitabundus, timens, tardus, mollis vngulas, duri oris, impares maxillas habens, vnam tantùm maxillam habens, grauis capite, deſpiciens, aſininus, vorax, difficilis incitatu, immorigerus, habenas negligens, difficilis ductu, impudens, imbellis, ſtupidus, humilis, puſillanimis, deformis, indecens, facilis captu: qui neq; turbam tolerarat, nec militarem clamorem ſuſtinet, equorum oſor, mordax, calcitrator, indomitus, male inſtitutus, non promptus, rudis, incompoſitus, ſæuus, difficilis ad portandum, effrenis, impudentibus maxillis, refrenans, decutiens, incurioſus, equitis excuſſor, freni impatiens, ſubtimidus, deficiens. Idem priuatim de vultu equino, equi vultum (inquit) laudans vocabis trucem, temerarium, impudentem, fumidum, ignitum, audacem, acrem, furibundum, iracundum, hinnibilem: ſpiritum quoque vocabis audaciorem, furioſum & temerarium. Vituperabis autem pigrum appellans, hebetem, frigidum, ira carentem, puſillanimem, ignauum, non equinum, cui contrarium eſt ἱππωδέστερον. His denique addendum quod ex aliorum animantium moribus in equo deſiderant nonnulli. Teutones (inquit Camerarius) cùm bonum & generoſum equum depingunt, diuerſorum animantium concinnatis virtutibus, vt Homerus fingit de dijs Agamemnonem ſuum, à lupo tria & à vulpe tria & à muliere tria ἐπιτηδεύματα ſeu ἀρετὰς aſſumunt: lupi oculos, voracitatem, validam ceruicem; vulpis aures breues, caudam longam, greſſum lentum. Mulieris pectus, ſuperbiam, comam. Alij magis pudendo intellectu inter muliebres in equo virtutes poſuere, conſcenſionis patientiam. Itemque alij hæc ita expoſuere, generoſo equo vt at-

tribuerent

Arduas vias tentandas eſſe.

Suſpicaces malos eſſe.

Dyſgargales qui.

Sæuitiam noxiam eſſe.

Sternaces qui.

Improbi equi ſigna.

Equi non emendi nomina.

Signa ex vultu.

Animantiũ mores qui in equo requiruntur.

E

H

A tribuerent duas Leporis, velocitatem & agilitatem; duas vulpis, bonorum oculorum & pilosæ caudæ: Lupi duas, lenitatem gressus & voracitatem; duas asini, coxas valentes & firmitatem pilorum, vel vt quibusdam placet, bonas vngulas: mulieris duas superbiam & subiectionem. Atque etiam alij aliter hoc modo: de lupo (Lucium intelligit) pisce adesse debere equo voracitatem & exiliendi facultatem: de anguilla agilitatem & (vt meminisse videor) celeritatem, de serpente oculorum aciem & gyros: de Leone amplum pectus & densam iubam. De fœmina quæ diximus; de fele nitorem & lenitatem gradus. Accedo ad colores, de quibus Oppianus nihil, at Xenophon, Maro, Palladius & Columella bonitatis inde quoque trahunt argumenta. Equidem & Ferretrius hippiater pilum bonorum equorum non curari ait, cùm certum sit ex omni pilo aliquos bonos & aliquos malos reperiri, & mangonum artibus quocumque placuerit colore concipi pullos atq; nasci. Etenim equienti equa admissarium belle ornatum & pulchris pictum coloribus ei ostendunt, & in conspectu eius aliquandiu retinent, vt desideratam illa speciem diutius imaginetur, & oculis animoque hauriat imprimatque: demum admittunt, vnde pullus similis patri concipitur. Gesnerus in hippocomicis libris Germanice editis, nigrum colorem albis equorum pilis induci se reperisse profitetur, si abluantur filicis radicum & saluiæ in lixiuia decocto; dealbari verò pilos qui illiti sunt

Equi boni signa ex coloribus.

Pullis colorem quemlibet conciliari.

B pinguedine collecta ex decocto talpæ: vel sic: pilis euulsis locus illinatur melle crudo cum adipe melis: alios denique aliter idem moliri. Attamen elegantiæ delectus atque virtutis quoque in colore equorum plerumque inquiritur, imo verò nonnullos inuenio qui huius vel illius coloris equos à se felicius agitari putarunt. Colores in optimo admissario Palladius enumerat badium, aureum, albineum, russeum, myrteum, ceruinum, gilbum, scutulatum, album, guttatum, candidissimum, nigrum, pressum. Cardanus colores magis notos septem facit; album, saurum (rubeum interpretatur) leucoteum, quem vocant (inquit) griseum, saggenatum, griseo obscuriorem & purum, fuscum, vocant (inquit) morellum; & castaneæ cortici similem, vocant baium obscurum, nam roseus (inquit) & ipse baius dicitur: & generaliter saurus medius est inter baium & fuscum, maxime saurus maurus: liardus autem, albus est cum maculis fuscis prægrandibus. Nos in recensendis ex coloribus equi probioris signis, colores diuidemus in simplices, & in mixtos, eosdemque examinabimus vel in toto corpore aut in peculiaribus partibus. Cardanus colores synceros omnes damnandos in equis arbitratur, quòd vnum tantùm humorem, vnamque qualitatem demonstrent, hanc.n. qualiscunque sit, in animali docili non probari: aut enim immondicè iracundos, aut segnes, aut contumaces esse, aut alio vitio animi laborare: indeque quibus nullus

Colores optimi.

Lib 7 de Variet. rer. cap. 33.

Colores synceri.

C candor est neque in fronte, neque in pedibus, ancipitis animi atque dubij esse. Si itaque equus fuerit totus albus, talem ait timidum esse, segnem & mollem, quia à pituita is color procedit: si niger, melancholicum, grauem, vilem, contumacem, esse & fuscos tales plerumque si a nigra bile is color procedat: sed si ab adusta bile, tunc adustionis notas adesse in ilijs, hæc enim esse rubicundiora: tales autem plerumque esse fortes, ingenio præditos, furibundos, sed magna ex parte fallaces, malorumque morum. Qui natura sunt sanguinea, plerumque baios esse, coloremque eum ad roseum declinare, lætos, agiles, bonorumque morum: sed tamen nihil syncerum probari. Optimos ergo colores ac temperatos esse qui corticis castaneæ colorem referunt, & quos vocant liardos maculis vndique conspersos; & saggenatos præcipuè, qui nigram zonam quasi transuersam in fronte & collo habent seu simplicem, seu multiplicem; & sauros metallinos, quos Hispani vocant abazan tostado, hos enim robustiores, nobiliores, moribusque præstantioribus esse. In vniuersum autem, maculosos, maximè nigris maculis & zonis distinctos, seu per crura extensis, seu per dorsum seu in collo, nobilissimos haberi, eoque fore præstantiores, quo in his ordinem natura quendam seruasse videbitur, seu numeri seu paritatis ac loci, seu rectitudinis: post hos esse qui

Equi maculati.

D maculas aut zonas habent rubras aut rubiginosas. Causam omnium horum, esse naturæ vim & robur, permixtionemque decentem atque humorem exustum, sine quo non solùm in equis, sed etiam hominibus nihil egregium fieri posse, multis (inquit) persuasum est. Se verò inter cætera ignauiæ signa; hoc habuisse, vt nullius exustionis, nisi in cute notas præferret, sed quia in nobis pituita & sanguis naturalisq; nigra bilis dominatur, ex institutione potius, aut cælo, aut aliqua alia virtute scientiam & cognitionem rerum pendere arbitratur. Fortitudinis verò & celeritatis & promptitudinis, in actionibus atque efficaciæ vim, a bile exusta pendere, se non negare: ergò has maculas & zonas, insignem animum acremque ac nobilem in equis referre, à quo corpus quod regitur, præstantius (inquit) reddi solet, specie potiùs quàm re. Cæterùm esse maculas, quæ actionum sunt potiùs signa quam temperamenti; veluti quæ in ilijs fiunt. Has enim inde prouenire, quòd equus natus mensibus quibus sol peragrat Leonem, paruus tunc & imbecillis, ilia ore attingere nequeat, nec possit se à multitudine crabronum tueri: inde enim fieri, vt cutis sauciata, in ilijs maculas albas, præferat: tales igitur inualidos esse, triplicem ob causam:

prima, quòd eo tempore à crabronibus ſauciati, moleſtiamque intolerabilem ſentientes, viribus E
& corpore deſtituantur, ac marci euadant. Inde etiam ſucceſſu temporis, equas, deficiente herba, lac paucum & prauum generare, vnde pullus nutriri nequeat. Cùm vero hyems ſuperuenit, nondum tantum virium contraxiſſe, vt ab iniuria frigoris ſe protegere poſſint. Hos igitur equos, in ilijs aut humeris albas habere maculas & paruas, ob contractam cicatricem, ex validis & frequentibus crabronum ictibus. Maculas verò albas in toto corpore & exiguas probari, nigrumque colorem in extremis partibus, pedibus, ſcilicet, cauda & auribus: quæ omnia ſi nigricent, generoſitatis argumentum eſſe: Eodem tradente Cardano equorum inſigne eſt, vt ex fronte & pedibus (ſunt autem quinque loci) exiguo candore fulgeant, aut linea quapiam ſeu zona potiùs in fronte, quæ neque os neque ſupercilia tangat. Sunt & qui probant frontem candida ſtella inſignem, ſeu nullus pes, ſeu vnus aut plures candidi ſint, ſi enim poſteriores pedes ac ſiniſtri, dicunt optimum, quod ignobilioribus locis ſit inſignis. Si omnes, adiecta frontis ſtellula, ſuperiora vincunt. Optimi igitur ſunt qui ſtellulam in fronte albam habent & præter id zonam, quæ nec os, nec ſupercilia tangit. Quod ſi pedes poſteriores etiam candidi ſint, nihil poteſt addi. Atque eò magis inſpectare ſemper oportet, vt parua pars ſit candida & pes poſterior magis, quam anterior & pedes poſteriores præſtant anterioribus. Omiſſo igitur ſigno quod in fronte eſſe F
ſolet, tum zona, quæ ſemper equum præſtantiorem eſſe docent, poſt eum qui pedes poſteriores ſolos habet album, conſtituamus eum qui pedem poſteriorem ſiniſtrum ſolum habet album: is enim audax & leuis eſt. Poſt hunc collocatur, qui ambos pedes poſteriores habet albos, ſiniſtrumque anteriorem; inde qui ambos pedes poſteriores habet albos & dextrum anteriorem: inde qui habet quatuor pedes albos, is enim animi vitio carebit, licet non adeò validus ſit ac robuſtus: poſt hunc ille eſt qui pedem dextrum anteriorem album ſolum habet, is enim docilis erit, ſed ſiniſtri euentus. Septimo loco eſt qui pedem ſiniſtrum anteriorem album habet: qui verò pedem dextrum poſteriorem album habet, ſpecie quidem fortis & acer eſt, ſed tamen ſuperbus & infelix eſt, animoque improbo. Poſt hunc eſt is qui albos ambos anteriores habet, alterumque poſteriorum; ſed horum præſtantior, qui ſiniſtrum. Vilior & vndecimo loco qui ſolùm anteriores pedes habuerit albos. Peſſimi ſunt, quos vocant trabeatos, ſcilicet dextros ambos aut ſiniſtros pedes habentes albos, quorum qui dextra albi ſunt, deteriores habentur his qui ſiniſtra. Omnium deteriores ſunt, quos tranſtrabeatos, id eſt alternatim pedes habentes candidos, ſeu dextrum anteriorem cum ſiniſtro poſteriore aut viciſſim poſteriorem dextrum, anteriorem autem ſiniſtrum: quorum etiam deterior eſt is qui ſiniſtrum anteriorem, dextrum verò poſteriorem album habet. G
Huc vſque Cardanus, iſthæc omnia a generationis origine cauſiſque initium ducere docens, eſſe autem rationem vnam in omnibus, vnumque modum. Primum igitur oportere hæc principia ſupponere, candorem in equis à pituita procedere; vt verò hæc moderatior fuerit, modeſtum & patientem facere: ſi abundet, pigrum, timidum, ſegnem: ſi nulla ſit, præferocem, ſtolidum & indomitum: robuſtam verò naturam & rectè agentem quæcumque non neceſſaria ſunt, ad viliora loca protrudere: ſunt autem viliora ſiniſtra dextris, poſteriora anterioribus, infima ſupremis. Quartum principium eſt, quæcumque ſimilia fiunt, connaſci: quæ verò connata ſunt, facile etiam temporis ſucceſſu in idem tranſire. Sextum, naturam vti cerebri diſpoſitione ad animi qualitates fabricandas; & vt totum toti, ita pars, cùm totius rationem ſubit, partes habet comparatione dignas: veluti caput totum equum refert, oculi autem & os veluti cor & iecur, in toto. His ſuppoſitis linea vel zona alba in fronte, moderatam cerebri qualitatem ſignificat, nec præferocem, nec contumacem nec iracundum, nec doloſum, nec ancipitis animi aut dubij. Neque poteſt corporis vitia ſignificare, cùm a cerebro pendeant hæc: neque natura abſque ratione protrudit has maculas, cùm nec ſupercilia nec os attigerit: quod ſi fecit, timidioris animi & inconſtantis nota eſt. Cùm verò ad pedes hæ maculæ protruduntur, temperamentum ſignificant, maximè ſi (vt dixi) paruæ & ad ſiniſtros & ad poſteriores propulſæ ſint. Trabeatorum cauſa eſt, quoniam pedes H
iuncti in vtero matris erant, ob id ſimul contraxere maculam, quod etiam in tranſtrabeatis contingit: allidentur igitur ambulando & ſæpè in periculum caſus incident, & maximè cùm ex aduerſo pedes implicabuntur: atque hæc conſtans eſt ratio equorum quos vocant materna lingua balſanos, vt etiam Federicus Griſonius patritius Neapolitanus diſertè docuit in ſuis libris de equitandi arte. Quodque de pedum candore dictum eſt, etiam caudæ ſummitati aſcriberetur meritò, niſi forte quadam magis illi pili ob longitudinem albeſcere quàm natura viderentur, nihilominus & hoc ſignum eſt egregij equi. Atq; hæc ſigna à generationis ratione ſumpta ſunt. Nunc his veterũ ſuper coloribus equorum, placita recenſeamus. Abſyrtus improbos eſſe ait præ cæteris vt plurimum qui album aliquid in pedibus aut cruribus habent & qui alba fronte ſunt aut roſtro albo, præcipuè verò ſi phœnicei coloris equi tale quid habuerint. Palladius in admiſſarijs præcipuè legi iubet, clari & vnius coloris equos, cæteros deſpiciendos putat, niſi magnitudo meritorum, culpam coloris excuſet.

Equi pedibus & fronte albis.

Trabeati qui.

Transtrabeati.

Candor vnde.

Linea alba in fronte quid notet.

Trabeati vnde.

Balsani equi.

Cauda pili cur albeſcant in ſummitate.

Vnicolores.

Candidos

A Candidos Plato in tantum probauit, quasi huiusmodi coloris fastigia (inquit Pelagonius) laudari velit, cùm tamen in alijs colorum generibus bonos etiam inueniri sæpe contingat. Sed magis eos laudat Plato, si oculos contingat habere nigros. Nostro etiam tempore commendatur plurimum albus color, maximè in Britannicis tellonibus, quos in delicijs haberi videmus, quò sunt candidiores. Pius secundus Perusiam referente Ioanne Campano in eius vita ingressus est equo vectus cãdidissimo, duodecim eodem candore præcedentibus stratis purpura sine sessoribus, & qui per frenos aureos manu agerentur. Similiter etiam Romani quondam equis candidis triumphantes vrbem ingrediebantur, vt inter alios quoque Claudianus ostendit de Stilicone suo.

Ipse albis veheretur equis, currumque secutus
Laurigerum, festo tremuisset carmine miles

Nec alijs quàm albis equis Nero Domitius Neapolim intrauit, vt apud Suetonium legimus. Quin vbi quempiam aliqua in re alijs superiorem esse significamus longoque anteire interuallo, eum albis equis præcedere dicimus. Suntque etiamnum apud Tartarorum regem teste Paulo Veneto, in magno pretio, quanquam ab initio cuiusque anni interdum ad centum millia ei donentur. Cyllarum Castoris equum præ cæteris longe excellentissimum, huius quoque coloris fuisse non obscurè Theb. 6.
B indicat Statius, dum canit:

——Tua furto lapsa propago
Cyllare, dum Scythici diuersus ad ostia ponti
Castor, Amyclæas remo permutat habenas,
Ipse habitu niueus, niuei dant colla iugales
Concolor est albis & cassis & infula, cristis.

Esse autem veloces istiusmodi coloris equos discimus in primis ex Homero, apud quem Rhesi Thraciæ regis equi sunt.

Λευκότεροι χιόνος, θεῖν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι,
Ventis æquales cursu, niue candidiores.

Quod Claudianus sic expressit:

Grataque retulerit, captos ad castra iugales,
Quorum, si qua fides, augentibus omnia Musis, E quos albos
Impetus excessit Zephyros, candorę́ pruinas. celeres esse.

C Candidissimi apud eundem Homerum sunt pernicissimi equi Dardani & Aeneæ, quos Diomedes victor lætus abducit. Nec aliam ob causam Plautus albas quadrigas dixit, quàm quòd equos albos celeriores arbitraretur. Virgilius tamen hos præ cæteris improbauit, inquiens In Asinaria

——Color deterrimus albis,

Et giluo. Hæc cùm perpenderet Seruius, colorem album à candido distingui asserit: cùm enim alias poëta de Turni laudatissimis equis dicat imitatione Homerica:

Qui candore niues anteirent, cursibus auras, Candor &
Aliud (inquit) est candidum, id est, quadam nitenti luce perfusum; aliud album quod pallori albor vt
constat esse vicinum. Inuenio tamen album colorem a latinis poëtis celebrari: Horatius: differant.

Baros vt equis præcurreret albis.

Palladius album æque ac candidum in admissario commendat, & Sylla referente Plutarcho e- Serm. 1.
quum habuit album, qui & animosus erat, & velocissimus. Fuère autem, vt tradit idem Seruius, sat. 7.
qui legerent, deterrimus albis & giluo, quasi non vel album & giluum, sed albogiluum vitupe- Equus gi-
rare crederet, ego de equo gilui coloris nihil apud veteres reperio, præterquam apud Palladium, luus.
qui inter admissarios bonos eum quoque nominat, vt meminimus: Author quidem de natura re-
D rum, dum dicit in coloribus equorum nigrum esse optimum, rufumque & glaucum, album etiam plerumque bonum, cæteros verò deteriores iudicari, giluum colorem improbare videbitur. Cæ- Giluus color
terùm quis sit color ille giluus, siue vt habet gilbus, non satis clarum est. Seruius interpretatur qui.
melinum, quem vulgò (inquit) fuluum vocant: sed melinus color mali cydonij pallorem imitatur, (alioqui melinus Plinio albus est & candidus à Melo insula nomen habens, cui hic peculiaris est) à quo fuluus diuersus est, ruffo scilicet obscurior: sunt qui giluum, buxeum esse volunt, alij flauum qui ex viridi, ruffo & albo concretus est: Gellius vult esse medium inter nigrum & album: sunt qui ex Palladio cinereum accipiunt: Plutarcho alijsque pro candido accipitur. Iunius in suo nomenclatore giluum Virgilio vult esse qui Varroni heluus appellatur, atque medium esse inter album & ruffum, qualis est lateri semicocto. Sed ne albi equi ex manibus elabantur, notandum Albis equis
ex Aristotele, tales cæsios habere oculos, quemadmodum & homines: reddit autem philo- cur cæsij o-
sophus rationem, quòd cùm oculi triplici ratione distinguantur, nigro, caprino & cæsio, corpo- culi
ris totius colorem, oculi quoque color consequatur. Nigricantes equos nonnulli laudibus efferunt, maximè si in fronte vel asteriscum vel lineam albicantem, vel denique altero pede candoris Lib. 10. Probl. 13. Nigri equi.

aliquid habeant: & αἴθωνες apud Homerum nonnul i interpretantur nigros, & quaſi igne exuſtos E
In Aiace. ideoque agiles, & feruidos curſu, ardentes flagranteſque, qui cum ardore feruntur, vel ardente
impetu: ſed & apud eundem αἴθων σίδηρος exponitur ferrum ſplendidum aut nigrum: Pro acri-
bus verò & audacibus inuenio etiam dici de hominibus, & apud Sophoclem οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς
αἴθωνος ἀγγελίαν, interpres vertit ignei ardentis in prælijs. Αἴθων Heſychio eſt λαμπρὸν, πυῤῥὸν
μέλαν, ſplendidum, rufum, nigrum. Αἴθωνας & πυριλαμπίας equos in aprorum venatione com-
mendat Oppianus. Πηγοὺς equos aliqui quoque teſte Varino ſolidos interpretantur & firmos; ve-
teres verò (inquit) interpretabantur nigros, tanquam illi optimi ſint. Exponitur tamen etiam de
colore albo ſeu niueo, qualis eſt glaciei, Heſychius pecus πηγεσίμαλλον verti teſtatur, cui ſolidior
& denſior eſt lana ſiue alba ſiue nigra. Vtcunque eſt niger color in equis minimè improbatur.
Gratius;

Venanti melius pugnat color, optima nigri.

Lib. 7. de Var. rer. c. 33. Mirum verò quod de nigris equis ſcribit Cardanus, nempè fortiùs manum ductam ſuper eorum
collum, noctu ſcintillas ſpargere, interdiu tamen minime. Heſiodus Arionem κυανοχαίτην vocat,
interpres vertit nigricantibus pilis veſtitum, cùm ſit tamen κύανος color cæruleus, id quod eiuſ-
In Scuto Herculis. dem nominis auis, lapis & flos quoque nos admonent. Sed cùm color iſte teſte Platone mixtus ſit F
Cæruleus. ex ſplendido & albo, plurima nigredine addita, quid mirum ſi pro fuſco & nigro etiam accipiatur.
In Timæo. Oppianus quidem diuerſos ab æthonis facit, & ceruis agitandis vtiles eſſe dicit. Virgilio honeſti
Spadices equi. deſcribuntur equi ſpadices glaucique, ſed quos ſpadices vocet, alij aliter ſentiunt. Hermolaus a-
pud Dioſcoridem in capite de palma, color baius (inquit) vulgò idem qui ſpadiceus & phœni-
ceus, hoc eſt, palmeus, quia ipſos palmæ termites cum ſuo fructu baia & ſpadices Græci, Dores
præſertim appellant: alioqui phœniceus propriè is eſt qui vermiculus & puniceus vocatur ab Eu-
ſebio ſiue Hieronymo in Chronicis, nomen habens à Phœnice illo qui literas inuenit. Reperio &
Balia equus. parium & balium colores equis attributos, ſed pro vario apud Euripidem eſt balius. Scio & Achil-
Palmati equi. lis equum Baliam vocatum, & equos balias pro celeribus quoque acceptos à poëtis. Alciatus quo-
que cum ſpadicibus eoſdem putat, qui iuriſperito palmati dicuntur: putat tamen palmatos equos
dici poſſe, quibus vtebantur aurigæ in circo, à palma, vt Hermogeniani etiam in ſimili (inquit)
ſignificatu capiuntur ab Hermogine aliquo auriga ſeu agitatore alicuius factionis. Sanè tunicæ
palmatæ ſunt, quibus conſules aut alicuius magiſtratus viri vtebantur. Innominatus verò legum
interpres qui tempore Iuſtiniani aut certè paulò pòſt Græcè ſcripſit equos palmatios vocari
putat; fuiſſe enim Palmatium equorum diuitem, cuius bona per tyrannidem proſcripta ſint, cu- G
ius in hunc propemodum meminit: *Illuſtris Eſichous philoſophus Mileſius Chronicarum diuiſio-*
Palmatius. *num lib. 5. Tempore Valeriani in Cæſarea Cappadociæ Palmatius habitabat, ſupra regiam præfectus,*
equorum indomitorum & etiam diuitiarum acquiſitor, factionis plebeiæ princeps & petulans vt quiuis
alius: Cæterùm potes etiam legere Palladios equos. Caſſiodorus hiſtoriar. lib. 14. ait; *Theodo-*
ſius quendam virum, animi habitu corporiſque fortiſſimum, qui tanta velocitate veredos agebat, vt
tribus diebus perueniret ad terminos Romanorum atque Perſarum, & rurſus totidem remearet ad Con-
ſtantinopolim. Is enim Romani imperij terminos velociter tranſibat, de quo quidam eloquentiſſi-
mus ſic ait: Iſte vir cùm ſit lata Romanorum reſpub. eam paruulam ſua velocitate demonſtrat. E-
rat autem illi nomen Palladius. Non tamen à veteri ſcriptura reor diſcedendum. Eiuſdem opi-
nionis quoq; eſt Scaliger his verbis: Meliorem colorem in equis Græci vocant balium. Vnde Va-
Exerc. 325. 13. lus equus Beliſarij. In quo ſi fulgeat nitor ſpadiceus, ab eo quaſi ardore, baliardum vulgus vocat.
Valus equus. Spadix verò ille eſt in equis commendatus, penè ſanguineus fulgor, à colore palmei ſurculi, qui
Baliardus. dictus ita fuit ab antiquis. Sic & Gellius, apud quem C. Baſſus equum Seianum colore ait fuiſſe
Lib. 3. c. 9. exuberantiſſimo, quem colorem (inquit ille) nos puniceum, Græci partim φοίνικα, alij σπάδικα H
appellant, quoniam palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus, ſpadix dicitur. Nicolaus Ery-
thræus ſpadiceum colorem quoque palmeum interpretatur, quoniam palmarum termites cum
ſuo fructu ſpadices & baia Græcia nuncupat, vnde & nunc baius equus (inquit) qui badius Var-
roni, vt eſt apud Feſtum & balius Caſſio medico nominari videtur, nam is in problematis gene-
roſos ait equos eſſe balios. Color hic alias lienato dicitur. Hæc ille. Hos ſpadices ſiue balios e-
quos Volaterranus Græcè etiam βαίους vocari ait. Seruius ſpadices phœniciatos vocari ſcribit &
profeſſos myrteos interpretatur. Alijs puniceus color lætius rubere creditur, non ſiue ſua nigre-
dine tamen qualis in roſarum quodam genere apparet, tanquam purpura ſaturata & nigricante,
qualis forſitan apud Phœnices populos, à quibus & oſtrum Tyrium dictum, tingebatur, vt inde
Spadices vt potiùs probarit. potius ei nomen ſit, quàm ab arbore: ſpadix verò idem qui caſtaneus, ſed obſcurior paulo, qua-
lem colorem hodieque imprimis commendamus, Germani Belgæque caſtanienbruijn dicunt
quaſi atrocaſtaneum aut fuſcocaſtaneum. Iam verò nunquid ob hunc colorem abſolutè equos
probarit poëta dubitat Adrianus Turnebus, quin ei videtur hoc Maro dixiſſe ex illorum locorum
ſeminio,

A feminio, in quibus illius coloris præstantissimi equi nascebantur, vt Mycęnis & Pellæ. Vt enim ad Clytumnum boues eximiæ formæ, hique candidi nascebantur: ita Mycænis equi glauci nascebantur egregiæ dignitatis & Pellæ spadices insignis formæ: atque illorum equorum species iactantior & formosior, & vt Maro dicit honestior quàm fortior & animosior, laborumque tolerantior erat. Vt ita Maronis verba accipi debere (inquit) putem, mihi Gratius qui Maronis ferè æqualis fuit, persuasit. Nam & de equis ita scribit:

Consule Penei qualis perfunditur amne
Thessalus aut patriæ quem conspexere Mycenæ.
Glaucum, nempe ingens, nempe ardua tollet in auras
Crura, quis Eleas potior lustrabit arenas?
Ne tamen hoc attingat opus, iactantior illi
Virtus, quàm syluas durumque lacessere Martem.

Et iterum:

Spadices vix Pellei potuere Cerauni
B *Et tibi deuotæ magnum pecuaria Cyrrhæ*
Phœbe decus nostras agere in sacraria thensas.

His itaque ex Gratij locis Turnebus equos ad speciem & pompam potiùs, sacraque curricula, quàm ad bellicum opus aut venatorium munus à Marone descriptos intelligit, vel potiùs signatos. Veruntamen cùm huius coloris fuisse constet Seianum equum, quid vetat si & bellicos esse poëta intellexerit. Infelix quidem ille equus fuit, in bello tamen laudatissimus. Ioannes Goropius Becanus equos spadices & glaucos à poëta laudari putat, quia albedinem nigredini sic habent admistam, *In Saxonicis.* vt nigredo superet, illos verò ad vsum quia faciliùs domari queant: sed ad generosum animum & freni impatientem significandum, nigrum colorem præferendum esse. A nigro autem, inquit, glaucus non multum differt: nam mare aliàs cæruleum, aliàs glaucum, alias nigrum vocatur. *Glaucus qui.* Theocritus:

Τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν,
Interea glauci feriant sine litora fluctus.

Horatius: *Aequoris nigri fremitum & trementes*
Verbere ripas. Homerus

C ——Τοὶδ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον
Ταύρους παμμέλανας ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ. id est.
——*Sacrificant tauros in littore nigros,*
Quassanti terram Neptuno cyanochetæ.

Cyanochætæ autem Didymus interpretatur, μελανοχρῶτι: addens propter nigrum maris colorem qui de profunditate existit, tauros nigros Neptuno immolari. Vicinus igitur glaucus est cyaneo & cyaneus nigro, cùm iratum mare glaucum, cyaneum & nigrum vocari videamus. Niger igi- *Tauri nigri.* tur longissimè ab albo cùm absit, proximo gradu cyaneus, tertio glaucus. Pausanias in Atticis ob eã causam Palladi glaucos oculos tribui ait, vt Neptuno à quo genita est è Tritonide palude, similes *Palladis* habeat: & Cicero cæsios Mineruæ, Neptuno cæruleos tribuit, vt hinc colligatur, proximos hos *oculi.* colores esse, atq; ad nigrum accedere, alterum tamen altero propriore interuallo abesse. Aethiopes Calaber cyaneos vocat.

Μέμνων κυανέοισι μετ' Αἰθιόπεσσιν ἀνάσσων, *Lib. 2. Paralip.*
Memnon Aethiopum regnator caruleorum.

Eodem modo in carmine Sibyllino apud Politianum αἶγας κυανέας, id est, capras ceruleas pro ni- *Miscell. ca. 29.*
D gris poni videmus. Pindarus Palladem κυαναίγιν παρθένον vocat, id est, virginem ægida ceruleam habentem, ad oculos, vt videtur, alludens. Virgilius igitur glauco colore videtur proximos etiam comprehendisse, nec equos ceruleos & nigros exclusisse, quos scimus omnium esse bellicosissimos, atque idcirco hunc colorem Neptuno placuisse, qui cum equa Erichthonij rem habiturus, se equo cerulei coloris similem fecit. Quo quid aliud poëta voluit, quàm hunc colorem ita Neptuno, equorum domino & datori, arridere, vt si se ipse in equum admissarium mutare vellet ad generosam sobolem excitandam eum potissimum sibi assumeret. Sed vt certiùs, quod de discrimine dixi, constet, consulendus Aristoteles libro de generatione, si rectè memini quinto, vbi oculos nigros eorum esse dicit, quibus in ijs multus & profundus est humor cæsius, quibus parum humoris, perinde atque in mari, quantum eius perspicitur, cæsium, quantum minus perspicitur, aquinum; quantum præ alto gurgite, quasi in obscuro delitescit, nigrum. Principium igitur nigredinis ex albo cæsium succedit, inde aquilum, sequitur nigrum. Nisi memoria me fallit Michael Angelus D. Pauli conuersionem ad Christianismum in Vaticano sic depinxit, vt equum eius glaucum siue cæsium fecerit, ad Virgilium, ni fallor, alludens.

Cærulei equi celeres. Hactenus Goropius, qui mox Homeri etiam hoc testimonio equos huius vel similis coloris pernices esse ostendit. E

Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
Ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων,
Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο,
Θήλειαι πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι,
Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων,
Ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ.
Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους,
Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Ἄκρον ἐπὶ ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον, id est,
Hinc & Erichthonion regem sibi Dardanus edit,
Quo non mortalis fuit vnquam ditior alter.
Pascebantur equæ cui ter mille humida prata; F
Gaudentes teneris pullis, quas arbiter axis
Arctos Boreas adamans & corpus equinum
Cæruleum simulans inyt, quo semine fœtæ
Bissenos pullos diti peperere patrono;
Quæ per agros celeres saltus si quando tulissent,
Per summos culmi cursu pendente volabant
Fructus, nec pedibus confringebantur aristæ:
Quod si saltarent per dorsa immania ponti,
Radebat summos cani salis vngula fluctus.

Glaucum dici de oculis. Alij glaucum colorem in equis de oculis dici putant, vt Nicolaus Perottus, qui glaucos equos interpretatur felineis oculis, atque vulgò glauciolos nuncupari, vt Vincentius Bellunensis (ex Isidoro) qui glaucus est (inquit) velut oculos pictos habens, & quodam colore perfusos: Et Cælius Rhodiginus grammaticos nostros ait, Seruium intelligens, glaucos dici equos interpretari, felineis oculis, id est, (inquit) quodam splendore perfusis. Et in Geoponicis laudatur equus γλαυκὸς, & paulò pòst τὴν χροιὰν καλλιχρόας μέλας: vnde apparet glaucum colorem de oculis tantùm illic accipi, nigrum verò de reliquo corpore: & Oppianus equos κυανώπιας (Gillius cæsios reddit) id est cæruleis oculis contra ceruos probat. Atqui glaucum colorem non tam de oculorũ, quàm de totius corporis colore vsurpari certum est, & de inanimatis quoque rebus dici. Virgilius enim glaucas salices dixit & oliuas & vluam: quod admixtum habeant viridi colori alborem quendam. Gellius viridem colorem videtur existimare; inquit. n. *Sed ne viridis quidem color pluribus quàm à nobis vocabulis dicitur. Neq; non potuit Virgilius colorem equi significare viridem volens, ceruleum magis dicere equum, quàm glaucum, sed maluit verbo vti notiore Græco quàm inusitato latino.* Quæ expositio philosopho planè videtur aduersari, qui in animalium pilis, puniceum, purpureum, & porraceum colores nunquam extare scribit. Porraceus enim viridis est. Quod verò eundem colorem; cæruleum vocari posse arbitratus sit, hoc magis ferendum est, quanquam vt ostensum est, nonnihil varient. Oppianus equos glaucos in venatione vrsorum commendat. De his quoque hoc Gratij intelligi volunt: G

Lib. 2.

Lib. de color. circa finem.

Et quorum fessas imitantur terga fauillas..

Alij cinereos vel canos exponunt. His proximi sunt quos Oppianus in aureis suis versibus de venatione χαροποὺς vocat & ad Leones venandos celebrat. χαροπὸς autem Hesychio est περιχαρὴς id est admodum lætus, vel oculis lætitiam afferens, id est εὐόφθαλμος. Sed cùm pro colore, vt hic accipitur, creditur cæsius esse siue cæruleus, & glauco proximus, intensior scilicet, & in confinio fului positus, cum glaucus sit dilutior, ad album potius vergens; vnde etiam est quod propter affinitatem confunduntur inuicem. Scholiastes Apollonij γλαυκὸν & χαροπὸν synonymôs accipi scribit, idque ex Theocrito patet, dicente, ὄμματα χαροπώτερα πολλὸν Ἀθήνας. nam vt is Mineruam dicit habere ὄμματα χαροπὰ, ita Homerus eam vocat γλαυκῶπιν: & quemadmodum τὸ γλαυκὸν ὄμμα in Minerua γλαυκώπιδι putatur esse animositatis & virilitatis signũ, sic & Aristoteles inter alia virilis corporis signa posuit ὄμμα χαροπόν: & Homerus χαροποὺς λέοντας appellauit, quod animal scimus esse robustissimum. Esse tamen aliquid discriminis inter γλαυκὸς & χαροπὸς patet ex Aristotele, qui cùm dixisset hominum oculos esse πολυχρόους, subiungit probationis loco, καὶ γὰρ γλαυκοὶ καὶ χαροποὶ, καὶ μελανόφθαλμοί τινές εἰσι, οἱ δὲ αἰγωποί. Præterea χαροπὸς nonnunquam pro ceruleo accipitur, vt apud Epigrammatarios χαροπὸν κῦμα, id H

Lib. 5. de Generat. animal.

est

A est cæruleus fluctus, & χαροπῷ πελάγει. Est enim, vt antea etiam monuimus, irascentis maris color glaucus & cæruleus. Atque vt Plutarchus Germanorum oculos esse ait χαροπὺς, ita Tacitus ipsis truces ac cæruleos oculos esse scribit. Recteque ij colores χαροποὶ nominari queunt, glauci nimirum cæruleiue, quoniam oculis grati sunt & lætitia quadam voluptateque eos afficiunt. Sunt porrò qui χαροπὸν accipiunt etiam pro fuluo & rauo: quos inter colores non vsque adeo magnum est discrimen, nam Porphyrius apud Horatium rauum exponit fuluum: & Festus raui coloris esse dicit, qui sunt inter flauos & cæsios, quos rauistellos vocat Plautus: Ac quod ad fuluos attinet, conuenire id queat, in quo dicit ὑρασόθεν χαροπὴ ὑπολαμπίσαι ἠὼς, cùm Scholiastes quoque ibi tradat γλαυκὸν & χαροπὸν poni ἐπὶ τῦ λαμπρῦ: talem autem esse colorem fuluum: Quod verò ad rauus, nec id testimonio destituitur: legimus enim in Geoponicis arietes oportere esse χαροπὺς τοῖς ὄμμασι δασυμαλλότυς; pro his Varronis: *Inprimis videndum vt arietes sint rauis oculis, lana operti.* Iam verò equos χαροπὺς vocans Oppianus, de totóne corpore, an priuatim de oculis intelligi debeat, dubitari video, Camerarius de oculis accepit, vertitque flammantibus oculis ac renidentibus, qui nunc (ait) vitrei vocantur: contrà Gesnerus rectiùs ad totius corporis, non oculorum duntaxat colorem referri debere contendit, & reuera poëta per venationum genera equorum colores distinguens, de totius corporis coloribus loqui potius videtur, quanquam & Hercules fuerit χαροπὸς cognominatus, cui in toto corpore talis color esse non potuit. Idem Oppianus equis διαφοροῖς contra apros vti iubet, interpres vertit fuluis, rectiùs fortè interpretaturus rubicundis, vel sanguineo colore, safinatum puto hodie quasi saginarium equisones vocant; & haud scio an Aristoteli πάρωος sit, vbi scribit bonasum iubam habere τὸ χρῶμα μέσον τι τεφρῦ καὶ πυῤῥῦ, ὐχ οἷον αἱ παρῶαι ἵπποι καλύμεναι, id est *colore*, vt Gaza vertit, *inter cinereum & ruffum, non qualis equorum quos pareos* (sic in omnibus impressis codicibus legitur, sed puto scribendum esse paroos, vt Græcam vocem reliquerit) *vocant, est*: interpres verò vetus reddidit, inter nigrum & rufum: & sunt certè τέφραι lignorum aliorumque rerum vstarum reliquiæ, quæ non tam de cineribus quàm de carbonibus intelligi possunt. Aristoteles autem in sequentibus bonasos neq; nigros admodum, neque rufos inueniri tradit. Mirari etiam subit, cur Gaza hoc loco Græcam vocem reliquerit, cùm vbique ferè, etiamsi desint, latina fingere soleat. Gesnerus quòd videret ab Hesychio & Varino παρωὰς equos exponi τὸ χρῶμα πυῤῥὺς, id est colore rufo, conijcit paroos dici qui inter rufum & cinereum est, vt ὐκ negatio abundet; Ego veterem interpretationem magis probauerim, cui & ipsum etiam mox paucis interpositis adhærescere apparet. Nunc de maculatis dicamus, quos vocat Oppianus ὀρυγγας, quanquam eis nomen inditum putet, vel à montibus, vel à libidine, hisce versibus:

In Marie. Germanorū oculi. Fuluus. Rauus. B Safinatus equus. Lib. 9. Hist. cap. 45. Bonasus. Parous equus. C Equi maculati.

Ἤ ὅτι καλλιχόμεισιν ἐν ὔρεσιν ἀλδήσκυσιν,
Ἤ ὅτι πάγχυ θέλυσ' ἐπὶ θηλυτέρῃσιν ὀρόυσι. id est,
Siue quod innati ipsis montibus esse ferantur,
Vel quod amore ruant in equas, Venerisque furores.

Addit enim alios eorum maculis siue tænijs oblongis frequentibus ornari, quales tigridum spectantur: hos puto Palladius scutulatos dicit, vulgus liardos & pomaceos siue pomelatos, alios rotundis, vt pantheræ, atque has maculas cauterio adhuc pullis adhibito fieri. Palladio, ni fallor, guttati dicuntur, Græcis στικτοί: quales meo iudicio fuerint Solis equi illi quos Plautianus Seuero imperante omnium Romanorum potentissimus, tigribus simillimos ex insulis maris rubri, missis centurioribus furatus est teste Xiphilino: Ceterùm istiusmodi guttatorum equorum alij maculas habent albas, alij verò nigras, vt equa Admeti, de qua sic Statius, In Seuero lib. 6. Theb.

Quin & Thessalicis felix Admetus ab oris
Vix steriles compescit equas, centaurica dicunt
D *Semina, (credo) adeo sexum indignantur, & omnis*
Inuites adducta Venus, noctemque diemque
Assimilant maculis internigrantibus alba.

Virgilius albas videtur prætulisse inquiens,

Improuisus adest, maculis quem Thracius albis Lib. 9. Aen.
Portat equus.

Atqui aliàs albus & niger maculatus commendatur, vt placet Xenophonti citante Ferretrio Hippiatro. Ego maculatos equos omnes fortes & robustos esse reperio; vnde etiam ψὴρ & ψαρὸς (ψαροὶ enim istiusmodi equi maculati vocantur, ab aue eiusdem nominis, quam nos Sturnum esse suo loco indicauimus) pro veloce quibusdam exponitur, nimirum παρὰ τὸ ψαίρειν, id est, vt exponit Suidas, accelerare, properare, festinare. Et ψαυχροπόδης epitheton equi Arionis à celeritate factum est. Dicuntur eidem equi etiam ποικιλοδέρμονες, quasi variegati, nisi potiùs hos eosdem putemus cum ijs quos picas nonnulli vocant, quòd picæ instar nigro & albo varient, qui penè ab

omnibus

omnibus reijciuntur, maximè si albedo nigredinem exuperet. Hermolaus Barbarus colorem psaron, cùm murino à mure dicto eundem esse scripsit, quem sequitur Iunius in suo nomenclatore, qui color cireneus est & leucophæus quoque dicitur, qui testante Columella vulgaris est in asinis, quod non probo, sicuti nec eos qui apud Homerum αἰολόπωλος putant, qui vario sunt colore, cùm ex Porphyrij sententia sint potius celeres. Cæterùm non corpora tantùm equorum colore variant, sed & oculi; quam varietatem ipsis solis homine excepto conuenire Aristoteles attestatur: prouenire enim ijs aliquando cæsios: & alicubi etiam aliquos altero oculo cæsios nasci scribit. Sunt qui ἑτερόφθαλμος Græcis dici volunt, quos quibusdam (Parthos puto intelligit.) Pelagonius medicus veterinarius κάλλιστος, id est pulcherrimos nisi mauis, nobiles aut primæ classis vocat, argumento quòd talem fuisse Alexandri bucephalum commemorent, modò linguam habeant tenuem & longam, faciem subsimam, erectam ceruicem, ventrem compressum, mediocrem magnitudinem, prominentes in corpore toto venarum toros, nigrum colorem saturatum. Interpres vertit, *qui oculorum varietate nobiles &c.* Nunquid verò hæc oculorum varietas de colore, vel aliter exponi debeat, summoperè addubito. Ruellius de coloris varietate quidem in oculis dici arbitratur, sed non (vt ex Aristotele diximus,) interpretatur, hoc est in quibus oculorum alter alterius coloris, sed quorum oculi maculis variegati sunt. *Heterophthalmi* (inquit) *qui varietate oculorum notantur equi, non eandem* (Absyrti hæc verba sunt) *rem oculis cernunt. Nam quemadmodum ἑτεροσκελὴς & ἑτερόπους claudicare solet & labori itineris cedere: sic etiam illos hac diuersitate variegatos visus deficit. Quin & ob hanc oculorum varietatem & improbi & rerum eis occurrentium verentes, necnon ad speciem rerum oculis obiectarum consternabiles sunt. Hos tamen Parthi magno in pretio habent & pro generosissimis assumunt: apud quos primùm procreatos fuisse constat.* Nos qui heteroscelés & heteropodes sint dicendi, iam antè indicauimus, cur verò isthæc vocabula (ἑτερόφθαλμος, ἑτεροσκελὴς, & ἑτερόπους) de colorum varietate & maculis dici crederet Ruellius, eiusdem puto Absyrti impulerunt hæc verba, καὶ ὅσοι δὲ ποικίλοι τῷ χρώματι εἰσι, καὶ ὅτι δοκοῦσι παρ' ἐκείνοις πρώτοις γεγονέναι. Nam cùm hæc statim post heterophthalmiæ vitium eodem in capite subijciantur, Parthicos scilicet equos appellatos à veteribus qui varij colore essent, illam de coloris oculorum varietate intellexit, cùm Absyrthus nihil circa colorem eis commune, sed nomen tantum à gente, apud quam vtrique nati primùm celebrentur, insinuet. Proinde improbandum, quod vertit Ruellius: *qui verò discolores notas in tergore referunt &c.* quasi verò etiam heterophthalmi similes, id est, discolores notas in oculis referrent. Aliam igitur quandam varietatem & diuersitatem heterophthalmos equos habere necesse est, vnius scilicet oculi ad alterum collati, siue ea in colore sit, siue alio quodam affectu. Mihi inclinat animus, vt sint heterophthalmi, quorum oculi aut non aquè magni sunt, vel alter altero humilior, quales in hominibus quandoq; etiam obseruamus: nam quemadmodum heteroscelés ostensum est claudicare, ita hos puto res obiectas non rectè distinguere, id quod in bucephalo etiam non tacuit Plutarchus, dum vel sola vmbra terrefactum tradit. Parthi autem ideo fortassis huiusmodi equos præferebant, quòd pauidi essent & fugæ apti, cùm ipsi fugiendo pugnarent, nec vellent cominus hostem aggredi. Andreas à Lacuna verò toto etiam cælo errat, dum heterophthalmos equos reddit monoculos. Inter optimos (inquit) monoculos à quibusdam censeri Pelagonius ait, si a natura talem orbitatem contraxerint, nam si à casu, absurdum esset id dicere. Reprehenditque alios, quod heterophthalmos interpretentur, ab alterius oculi varietate sic dictos. Videntur autem Lacunæ imposuisse verba Ammonij, qui in libro de vocabulorum differentijs heterophthalmon exponit, qui ab altero oculo κατὰ περίπτωσιν (id est, casu aliquo, siue fortuitò siue per verbum, vt doctiores accipiunt, quanquam Varinus scribat κατὰ τύχην) orbatus sit: monophthalmum verò qui vnicum duntaxat oculum habeat, vt cyclops, etsi Varinus non ita accipere videri potest. Itaque monophthalmus nisi monstrum aliquod fortassis, nemo fuerit: heterophthalmi verò Ammonio dicti quicunque altero oculo cæci, altero tantùm vident, siue ita nati sint, siue casu postea superueniente; sed huiusmodi equi qua ratione laudari debeant, aut etiam possint, non video. Sed vt ad oculorum varietatem reuertamur, quam equo & homini propriam esse ex Aristotele diximus, hanc duplicem esse ex Russij discimus, his verbis: Pilorum in colore varietas, itemque oculorum (vt si vnus oculus albi coloris fuerit, alter nigri, vel vnus albus & alter varius) mutari non potest, quia contingunt in ipsa generatione. Hinc enim colligitur oculorum colorem quandoque casu in alium conuerti: præterea apparet innuere etiam eam varietatem siue fortuita sit, siue ab ipso ortu, vitio dandam esse. Si equus leucoma (inquit Absyrtus) id est albuginem aut albicantem notam in oculis ostendat, non ictu contractam sed genitiuam (vt Ruellius vertit; Græce legitur ἀπὸ ταυτομάτου, id est sponte natam, nulla scilicet externa sed interna & latente causa,) ad seminandam prolem repudiatur: namque editum hoc parente pecus cùm ad eandem deuenerit ætatem, simili modo cæcitate afficietur: equam verò tali genitore procreatam, propter aduersariam purgationem, id malum non manet, sed mas quem ea peperit

Oculi varij.

Heterophthalmi equi.

Opinio propria.

Parthi cur heterophthalmos equos præferrent.

Oculorum varietas duplex.

Albuginem in oculis habens cur improbetur.

E F G H

A perit mater, auitum referet vitium. Color verò naturalis oculorum in equis Platoni, Varroni & Columellæ laudatur niger. Pollux igneos vult & quasi sanguineos ὕφαιμον βλέποντες, quos & Oppiano probari reperio, sed Plato equum deteriorem & immorigerum γλαυκόμματον & ὕφαιμον, id est glauco & subcruento aspectu facit. Idem Pollux laudandi equi aspectum siue oculos his ornat epithetis, βλέμμα γοργὸν vocans, id est visum agilem, facilè mobilem, versatilem, ἰταμὸν, quasi præcipitem ad aliquid agendum, aut audacem, aut inuerecundum, ἀναιδὲς, impudentem, ὑπόθερμον, subcalidum, ἔκπυρον, ardentem, θρασὺ, audacem, πίκρον, paruum, θυμικὸν, animosum, ὀργίλον, iracundum, κρεμαστικὸν pensilem. Nemesianus quos igneos Pollux, dixisse videtur *vago splendore micantes*. Crescentiensis minoris ait esse pretij, cuius oculi fuerint albi, quia ductus ad niuem vel locum alium frigidum, non cernit, contrà in loco lucido & tempore calido videt optimè. Iam reuertor ad maculatos. Absyrtus quosdam equos ἀετογενεῖς vocari scribit à genitiua quadam macula quam in armis & cocco referunt, quos Sarmatæ sibi vt probos asciscunt, apud quos cum reliquis de pernicitate certant: quare ij ad bellicas excursiones vtuntur. At verò qui aquilinam notam (hæc eadem est cum superiore, vnde eis nomen, ἀετὸς enim aquila est) ponè ferunt, circa coxas & caudam, ij ab ipsis improbantur. Quin & obseruatum esse apud se tradunt,

In Phædre.
Color oculorumqui laudetur.
Equi aetogenes.

B ne ex eis prælientur: quippe aut equitem facilè ijs insidentem perire, aut in quippiam molestiæ incurrere. Sunt & ἀλφόρυγχοι eidem dicti, qui tardiùs senescere creduntur, vt & ἀλφοπρόσωποι illos albo rostro, hos alba facie præditos dicemus. Equus rufus cum albo in fronte signo rotundo, similitudine lunæ apud Homerum, in curuli certamine cæteros pernicitate vincit. Magis verò preterea laudatur equus, si in priori pede similis candoris macula fuerit. Virgilius: *Quem Thratius albis*

Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.

Alphorynchi equi.
Macula alba in pede
Lib. 5. Aen.

Statius de Panchate: —— *Sed proximus ibat*

Astur Panchates, patrium frons alba nitebat
Insigne & patrio spes omnis concolor albo.

Quibus albæ sunt vngulæ, eos quoque ceu celeres probari reperio, vt apud Sophoclis scholiastem in hunc locum in Electra: ἢ καὶ χαλαργαῖς ἐν ἁμίλλαις ὅπως ὡς κείνῳ δυστάνῳ τμητοῖς ὁλκοῖς ἐγχύρσαι. χαλαργοὺς ἁμίλλας vocari ait τὰς ἱππικὰς ἁμίλλας, & exponit λευκότητι & ταῖς ταχείαις ἐν ταῖς χηλαῖς: Sed & Hesychius χαλαργοὺς quoque affert pro ποδαργοὺς seu ταχύποδας: Et Pausanias de Neptuni loquens statuis, Tritonum & Amphitrites: Quæ intus (iuquit) sunt, dedica-

C uit ætate nostra Herodes Atheniensis, equos quatuor inauratos, præter vngulas tamen quæ ex ebore sunt. Russius verò qui vngulas omnes albas habent, nunquam aut vix saltem fortes esse asserit. Iubam corpori concolorem probarunt veteres, nunc tamen (inquit Camerarius) in fuluis laudantur albicantis comæ quasi canities, & ij equi magni fiunt & velatuli appellantur. Veteres autem concolorem probasse indicat Pollux his verbis: ἀμείνων δὲ ἡ ὁμόχρους χαίτη, καὶ εὔθριξ, id est: optima aut pulcherrima vnicolor iuba, & bene comata. In Arione tamen celeberrimo Neptuni equo iuba commendatur rutila. Atque hactenus de colore: nunc cætera merita prosequamur, inter quæ patriæ generisque claritatem iure reponi posse non dubitamus, quanquam poëta Iuuenalis eos tantùm equos cæteris præstare dicat, qui cursu præcellunt, nulla vel patrij soli, parentumque ratione habita.

Vngulæ albæ.
In Corynthiacis.
Iubæ quæ laudetur.
Velatuli equi.

Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putet nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet & exultat rauco victoria circo.
D *Nobilis hic quocumque venit de gramine, cuius*
Clara fuga ante alios & primus in æquore puluis,
Sed venale pecus Corithæ posteritas &
Hirpini, si rara iugo victoria sedit,
Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
Vmbrarum, dominos pretijs mutare iubentur
Exiguis, tritoque trahunt epiredia collo
Segnipedes, dignique molam versare Nepotis.

Hippiatri tamen parentes bonos & pulchros eligi volunt, tum corpore tum moribus, vt pulli etiam similes generentur, idque vt plurimùm succedere felicissimè, & vt contrarium accidat, necesse esse, vt grauis quædam alia causa superueniat. Etenim, vt Horatius ait:

Fortes creantur fortibus & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces

Lib. 4. Car. Od 4.

Progenes

Lib. 5. Syl. *Progenerant aquilæ columbam.*

Quanti verò referat, vt ex generoſo admiſſario proles quæratur, pulchrè, vt omnia, oſtendit Statius: E

——Romulei qualis per iugera circi
Cùm pulcher viſu, titulis generoſus auitis
Expectatur equus, cuius de ſtemmate longo
Felix demerſos habet admiſſura parentes:
Illum omnes acuunt plauſus, illum ipſe volantem
Puluis, & incurua gaudent agnoſcere metæ.

Sic & Virgilius cùm ætatis rationem in primis habendam eſſe docuiſſet, in admiſſarijs nempe, ſubdit: *——Ergò animos æuumque notabis*
Præcipuè: hinc alias artes, prolemque parentum.

Lib. 16. Similiter Silius:

Vnus erat leuis vt Zephyri noua flamina, campis
Vectonum eductum genetrix eduxerat Harpe F
Nobilis; hunc Durius ſtimulabat in æquore currum.
Camphaſus antiquo fidebat Atlante magiſtro
Ipſum Aetola vago Diomedis condita Tyde
Miſerat, exceptum Troiana ab origine equorum
Credebant, quos Aenea Simoentis ad vndas
Victor Tytides magnis abduxerat auſis.

Et mox:

Attonitus tum ſpe tanta genitore Pelore
Te Zephyro eductum nunc nunc oſtendere tempus
Diſcant, qui pecudum ducunt ab origine nomen
Quantum diuini præcellit ſeminis ortus.

Maiori verò laude digni, ſi non animo tantùm, ſed & pulchritudine, màculiſque parentes referant: vt ſuprà ex eodem docuimus: Quin tanti honeſtiorum equorum proſapiam fecere veteres, vt inſcijs dominis clam furtimque matrices eis ſupponerent. Homericus Diomedes ſic Sthelenum Capanei regis filium alloquitur. Si Pallas mihi palmam de amborum cæde conceſſerit, nulla in re mora fuerit, quin inſiliens in Aeneæ equos à curru frena corripias & bigam ad noſtra tentoria adducas. Sunt enim ex genere equorum, quos Iupiter pro adempto Ganymede filio Troi ſoluit, præſtantiſſimos inter omnes qui ſub ſole ſunt ac ſub aurora; ex quibus princeps Anchiſes furtim Laomedonte inſcio ſuppoſitis equabus, quatuor ſuſtulit pullos, apudque ſe maiore cum cura educauit. Ex ijs duos (vt cernis) feroces Aeneæ filio ad belli præſidium contulit, atq; tribuit; quos ſi ceperimus, & prædam & egregiam ſanè laudem retulerimus. Virgilius quoque Circen Solis filiam eodem modo furtim ex patris ſui equis pullos ſuſcepiſſe canit: G

Iliad 5.

Aeneæ equi.

Abſenti Aeneæ currum, geminoſque iugales
Semine ab æthereo, ſpirantes naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos dædala Circe
Suppoſita de matre, nothos furata creauit.

Nothi qui. Ne quis verò degeneres ac illaudatos intelligi à poeta cogitet, quia nothos vocat: is ſciat nothos vocare iſtiuſmodi pullos, quia matrem habuerant mortalem, patrem verò diuinum; propriè enim nothi dicuntur, quos nobilior pater ex ignobili matre procreauit. Ecquid verò aliud indicare voluit idem poëta, cùm Turni præſtantiſſimos equos ex Orithia natos ſcribit, & alibi duodecim pullos in armento Dardani patre Borea genitos, niſi vt patrum, ex quibus ſuſcepti eſſent, pernicitatem indicaret? Huc ſpectat & hoc Statij: H

Lib. 6. Thе.

Oebalios ſublimis agit, ſpes proxima palmæ,
Amphioraus equos, tua furto lapſa propago
Cyllare, dum Scythici diuerſus ad oſtia ponti
Caſtor Amyclæos remo permutat habenas.

Eodem quoque modo patrium natiuumque ſolum inſpiciendum eſt: Eleganter Cyrus apud Xenophontem, quemadmodum equos (inquit) quæritis, non qui patrij ſint, ſed qui optimi, ſic etiam homines quæritote, innuens non ſemper domi haberi viros rerum gubernaculo idoneos, quemadmodum nec equos ſæpè, quos aliunde petimus. Varro autem in primis loci in quo natus eſt pullus, curam rationemque habendam oſtendit his verbis: *De ſtirpe magni intereſt qua ſint, quòd genera ſint multa. Itaque ad hoc nobiles à regionibus dicuntur.* Sic Nemeſianus ait:

Lib. 2. Pædia

Patriam cõſiderandam eſſe.

Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis: Et mox:

Cappa-

A *Cappadocumque notas referat generosa propago.*

Claudianus eodem sensu: *——Delectus equorum*

Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina pastæ,
Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt. De laud. Serenæ.

Idem de equo Honorij;

O felix sonipes tanti cui fræna mereri
Numinis & sacris licuit seruire lupatis.
Seu tua per campos vento iuba lusit Iberos
Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem
Argeæ lauere niues, seu læta solebas
Thessaliæ rapido perstringere pascua saltu.

Harum autem regionum equos præ ceteris in pretio fuisse mox suo loco palam fiet. Quare cùm sint equorum genera, quot hominum nationes discretæ, vt Oppianus testatur, in permutandis vel distrahendis vendendisue equis maximam fraudem patriæ solet afferre mendacium. Volentes enim cariùs vendere, generosissimos fingunt. Quæ res compulit nos (inquit Vegetius) qui per tam diuersas & longinquas peregrinationes equorum genera vniuersa cognoscimus, & in nostris stabulis sæpè nutriuimus, vniuscumque nationis explicare signa & merita. B Quibus omnibus addi etiam potest tempus partus: nam cùm auaritia nostra singulis annis cupiat equas fœtas esse, tamen longè præstantiores haberi pullos aiunt, si alternis tantùm submittantur, perfectiores scilicet ac firmiores: Partus tempus. Præterea Hierocles author est, quod si contingat equas maturiùs, hoc est mensibus (inquit) nouem & viginti diebus partum edere, pullum quidem educari & ad iustam magnitudinem adolescere consueuisse: cum tamen ab armento abigi debere, quoniam ad obsequium præstandum sit futurus iners. Hisce ætatem addemus, motum, & vocem. Aetatis enim omnium primò ratio habenda, quæ vt sit cognoscenda, mox suo loco docebitur: & partim etiam docuimus. Aetas. Motũ potissimùm in pullo experiri licebit. Motus. Hic enim si genua lubrico flexu moueat ingrediens, coniecturam ex eo facere possis, in equitatione crura similiter lubricum motum habitura esse: quãquam enim mollities illa flectendi procedente tempore maior fit, meritò tamen in pullis statim animaduersa laudatur. Sunt qui lenem gressum, qualis vulpis est, in generoso equo desiderant, vt Teutones teste Camerario: alij lupi gressum probant, & a Lucio pisce exiliendi facilitatem, ab anguilla agilitatem desiderant. C De voce vt inde de generositate quid possit indicari, his verbis ostendit Cardanus. Vox. Lib. 7. de rer. variet. cap. 32. Habet præterea equus quinque voces, affectus eius significantes; hinnitum alacrem, quo alacritatem declarat; longus est, non tamen multùm, & in fine vox exaltatur, calcitrat sed innoxiè: cùm verò hinnit, longa voce quam in fine remittit, desiderat & vocat socium, aut equam, cum qua concubuit, in hoc non calcitrat. In dolore nullam vocem: sed si multum premat, gemitum emittit, submissa voce. Hinnitus breuissimus iræ signum est: tuncque aures dimittere solet, sicut vox rauca quam naribus solùm emittere videtur, estque similis rugitui leonis, timorem declarat: atque in his duobus affectibus, calcitrat & ferit equus, si generosus est: cæterùm vt in ira aures ad collum demittit, ita in timore erigit, atque in anteriora tendit. Habes igitur voces principaliorum affectuum, lætitiæ, desiderij, iræ, doloris & timoris: nec fallit in his: alias non habet. Hæc ille. Quia verò frequens hinnitus animi indicat generositatem, poëtæ generosos equos frementes nuncuparunt. Virgilius de Scyphio Neptuni equo: *—— Cui prima frementem*

Fudit equum magno tellus percussa tridente. Horatius: Georg. li. 1.
Et frementem mittere equum medios per ignes. Rursus: Lib. 4. car. Od. 14.

Ad hunc frementes verterunt bis mille equos Galli canentes Cæsarem. Iam verò quamuis quæ hanus sunt dicta, etiam de admissario & matrice intelligi & possint & debeant, placet tamen quædam de ijs priuatim tradere: Od. 9. D cùm maximè intersit admissarium egregium esse, vt tota ab eo progenita soboles, laudabilis habeatur. Admissarium itaque in primis integro corpore esse volunt, omnique vocare culpa, nec hoc quoque satis esse aiunt ad seminandam prolem, nisi etiam in siliendis equabus impiger sit. Pigritia autem vel à natura est, vel senio acquiritur. Qui natura pigri sunt, vt pote cùm operi cedant, Absyrtus segregari vult & tanquam inutiles haberi: ætate verò affecti, pullos teste Aeliano cum cæteris in rebus debiles, tum pedibus infirmos generare solent. Admissarius qualis esse debeat. Virgilius:

Hunc quoque vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo; nec turpi ignosce senectæ (id est, & senectæ non turpi ignosce.)
Frigidus in Venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit: & si quando ad prælia ventum est:
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
In cassum furit.

Russius eligi vult parentes pulchros & bonos, vt pulli etiam similes generentur, tum corpore tum moribus;

moribus: idque si tales sint parentes, vt plurimùm fieri asserit: nam vt contrarium accidat, alia quædam causa superueniat, oportere. Ipse autem ad equi pulchritudinem præter cætera, maxillas graciles & siccas commendat, os magnum & laceratum, garese (spinam ni fallor) verò acutum & quasi tensum & rectum: dorsum curtum & quasi planum; costas & ilia, vt bouina: anchas longas & tensas, coxas intus forisque laxas & carnosas; garetta (suffragines) ampla & sicca & tensa: falces curuas & amplas, ceruinis similes: crura ampla pilosa & sicca; iuncturas crurium grossas & non carnosas, propinquas vngulis, ad similitudinem boum. Posterior pars corporis altior sit anteriore, vt in ceruo. Hactenus ille. Palladius in admissarijs quatuor spectanda esse scribit, formam,

Forma.

colorem, meritum, pulchritudinem. In forma hoc sequendum: vastum corpus & solidum, robori conueniens altitudo, latus longissimum, maximi & rotundi clunes, pectus latè patens, & corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus & solidus & cornu concauo altiùs calciatus.

Pulchritudo

Pulchritudinis partes has esse: vt sit exiguum caput & siccum, pelle propemodum solis ossibus adhærente: aures breues & argutæ, oculi magni, nares patulæ, coma & cauda profusior, vngularum solida & fixa rotunditas. Eadem in equabus quoq; vult considerari, sed præcipuè vt sint longi & magni ventris & corporis. Similiter Varro: *Equos ad admissuram* (inquit) *quos velis habere legere oportet, amplo corpore, formosos, nulla parte corporis inter se non congruente.* Et rursus: *Forma esse oportet magnitudine media, quod nec vastos nec minutos decet esse. Equas clunibus & ventribus latis.*

Equæ matrices quales esse debeant.

Absyrtus verò etiam equas, ex quibus propagare studemus, oportere ait esse bene compactas, magnitudineque decenti, visu præterea splendidas & spectabiles, ventre & ilibus magnis: ætate non minores quàm trium, nec maiores quàm decem annorum, sed hoc ad generationem pertinet. Hoc tamen hic recitabo quod de admissarij semine examinando tradit Pelagonius:

Semen admissarij quale esse debeat.

Si vtilem (inquit) admissarium & ad creandam prolem idoneum libeat experiri, digitis duobus comprehensum genitale semen laneis lacinijs distrahes: si resiliat in se, ac sese cohibeat, ita vt non discindi patiatur, vtilem admissarium ostendit: hoc Hipparchus asseuerat: sin protinus tactu distractum diffundatur, nec visci more glutinosum lentescat, seminandis filijs vt inutile repudiatur: talis equus ad incundas matrices non est adsciscendus.

L O C V S.



Loca plana amare 4. Odyss.

LOCVM pascendis equis idoneum ἱπποφόρβιον vocant, vt vult Homeri Scholiastes. Paludibus & riguis pratis gaudere hoc genus animaliū testis est Aristoteles. Gaudere autem planitie ex veteri quoque prouerbio discimus: *In planitiem equum*; quo de suo loco. Idem eleganter apud Homerum docet Telemachus, equos a Menelao sibi oblatos aspernatus, quoniam Ithaca propter loci montiumque asperitatem alendis equis minus esset idonea. Montes alioqui, modò rigui sint, non aspernatur, cùm Columella, *equorum gregibus* (inquit) *spatiosa & palustria, nec non montana pascua eligenda sunt; rigua nec vnquam siccanea, vacuave magis quàm stirpibus impedita, frequenter mollibus potius quàm proceris herbis abundantia.* Vulgaribus equis passim maribus ac fœminis pasci permittitur.

Equile. Equaria.

Sed conspicuus & bellicus equus stabulo ferè continetur; id equile dicunt; Varro etiam equariam his verbis: *Quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias*:

Præsepe.

Grapaldus propriè ait dici præsepe. Græcis dicitur ἱππών, necnon ἱπποστάσιον (nam & equum ab armento, seu equitio siue vt vulgò vocant, mandra sequestratum iam & stabulo ac præsepi applicitum, Græci eleganter στατὸν dicunt annotante Cælio,) ἱππόστασις, σταθμὸς, φάτνη, vt Pollux annotauit. Hesychius & Varinus apud Lacones ἱππάκην dici tradunt, & ijsdem σταθμοὶ, sunt οἶκοι ἢ ἐπαύλεις, ὅπου ἵστανται ἵπποι καὶ βόες, domus, aut casæ, vbi stabulantur equi & boues.

Stabulum vbi ædificandum.

Xenophon in libro de re equestri stabulum equorum ea domus parte ædificatum haberi vult, vt quam frequentissimè ob oculos domini versetur; ipsiusque equi veluti conclaue ita construi ait optimum, vt non magis pabulum de præsepi quàm cibus domini de penu furto subduci possit. Eum verò qui in hoc negligens est, seipsum opinatur negligere: cùm sit clarissimum, equum in periculis, corpus domini accipere tanquam depositum. Neque illum locum ideo solùm muniendum esse, ne furto pabulum diminuatur: sed quia etiam, si fortè effundatur ab equo, ita cognoscitur. Columellæ stabulum est integrum equile; præsepia verò ad quæ religantur iumenta. Vult enim vt in stabulo ampla sint præsepia, super quæ transuersi asseres in modum iugeri, à terra septem pedibus elati, configantur, ad quod religari possint iuuenci. Cæterùm Grapaldus istiusmodi lignum, ad quod equos cæteraque iumenta capistris (ita enim ipsa lora dicuntur) religare solemus, non aliter quàm ad ansulam vel vncinum,

Vacerra.

Vacerram nominari asserit: præsepe verò ipsum propriè stabulum esse. Idem Xenophon vt pedum in primis præcipuam fieri debere rationem

A tionem indicaret, partem stabuli exteriorem rotundis lapidibus palmari magnitudine sternendam esse monet, vt insistentis vel incedentis per eos equi chelidon siue hirundo solidior reddatur.

LOCA EQVIS CELEBRIA.



REGIONES quarum equi vel celebrantur, vel improbantur, lubet ordine recensere alphabetico, vt omnis euitetur confusio. Abydum Homerus equis alendis aptum celebrat Iliados quarto:

Ille nothum Priami transfixit Domoccontem
Pernices qui nuper equas pascebat Abydi.

Est autem Abydus Ptolomæo, Straboni, alijsque Aegypti vrbs Memnonis olim regia. Sed Stephano & Suidæ Macedoniæ quoque regio est circa Axium fluuium: de hac regione Homerum hîc loqui volunt expositores. Acarnanum & Aetolorum solitudinem pascendis equis esse accommodatam non minus quàm Thessaliam, habemus apud Strabonem. Acarnania quidem Epiro proxima est, & equi inde Acarnanici dicti dicuntur fuisse maximi, cessereque in prouerbium de re quapiam maxima, vt suo loco dicetur. Achaios, siue Achiuos Oppianus ad bellum ait esse idoneos. Aegyptus equorum feracissima fuit. Eapropter dominus interdixit Israëlitarum regibus, ne multis equis vterentur, ne populum ad conuersandum cum Aegyptijs propter equos inducerent. Ex Aegypto certè Salomoni regi adducebantur singuli centum quinquaginta argenteis, vt legimus in sacris biblijs. Aethiopia pennatos equos ferre & cornibus ornatos ferunt. Nos de feris eius equis antea quid diximus. Vulgares equi à calore ibi malè habentur, vt annotauit Scaliger. Africa, vt testatur Vegetius equos ad vsum sellæ præstat velocissimos. Ait autem Hispani sanguinis esse: sed de his mox plura, vbi de Libycis dicetur & Mauris. Alanicos quoque velocissimos esse putem, ac robustissimos. Probi enim imperatoris Alanicus equus, & in bello contra Alanos captus, tanta celeritate fuisse perhibetur, vt diurnis spatijs centum obiret miliaria, vel in decimum diem haud interpellato labore: non erat tamen decorus, aut staturosus. Dionysius poeta Alanos vocat πολύιππυς. Agrigentinos equos præ cæteris extollit Pindarus inquiens eos ad agones Græciæ olim missos, victoresque recessisse, vt meminit Seruius enarrans illud Virgilij lib.3. Aeneid. *Magnanimum quondam generator equorum.* Celebrantur & à Gratio:

Acarnaici. B *Reg.3.c.10.* *Aethyopici.* *Alanici.* *Agrigentini*

C
Possent Aetnæas vtinam se ferre per artes, Qui ludus Siculis, quid tum si turpia colla
Et tenuis dorso curuatur spina? per illos Cantatus Graijs Acragas.

Legimus etiam illud, cùm in Cappadocia greges equorum periissent, Delphici Apollinis responso adduxisse greges de Agrigento & reparasse meliores. Vrbs est Siciliæ. In Anglia referente Polydoro Virgilio armenta equorum, boum & ouium greges interdiu noctuque passim errare per montes & valles, per agros compascuos ad pascendum cõmuniter relictos videre est, aut per fundos quos post collectos fructus consuetudine quadam peruetusta vicinus quisq; communes habet, ad alendum pecus: Idcirco autem equis testiculi amputantur. Idem asserit bonam partem equorum non succussare, & nos obiter Britannicos tellones mannosque maximè si candidi sint, hodieque in pretio esse apud magnates diximus. In Apamia Syriæ regione vbere vt (inquit Strabo) milites recensebantur & equi alebantur & regis equæ, numero supra triginta millia: & earum emissarij trecenti. Hic erant equorum domitores; hic bellici ludi magistri conducebantur & quicumq; rei militaris erant periti. Apulos equos laudat Varro, & Volaterranus bello eos aptissimos facit, & Scholiastes Horatij in declaratione huius versus ——*Non ego circum Me Satureiano vectari rure caballo,* In apulia (inquit) temporibus Horatij, fundi Satureiani fuisse dicuntur satis ampli ac nobiles, per

Lib.1.Hist. Angli *Lib.16. Geogr.* *Apuli.* *Lib.6.*

D quos Apulum equum significat. Apulum aut equum pro optimo vtique accipere debemus. Cæterum Iacobo Cruquio, videntur hæc potius commentitia quàm vera, & hoc item quod Seruius de Satureio oppido apud Tarentum dicit: eius enim nulla (inquit) est mentio apud eos qui ex professo totam nobis Italiam delinearunt: apud Strabonem autem inuenire licet Vreum vrbem ad extremum circumflexum Gargani promontorij: ager iste (inquit) omnis generis fructus, tum verò copiosissimos producit, equis & ouibus aptissimus, lana quàm Tarentina longè melior, minus verò candida; regio ipsa propter camporũ conualles, tranquilla. Hinc itaque arbitratur Horatium (vt fuit in componendis & vsurpandis vocibus mirabiliter audax) concinnasse hanc vocem Satureianum propter vbertatem soli equis alendis aptissimum. Plinius hanc vrbem in Apulia vocat Vriam. Arabes quorum principem Zambeium appellant, equabus vehuntur tantæ celeritatis, vt per diem noctemq; circiter centena milia itineris conficiant, vt Vartomanus tradit, volare potiùs quam equitare videntur: ephyppijs vulgus non vtitur, sed proceres tantùm: qui etiam soli vestiuntur, reliqui indusijs contenti sunt. Arabes qui in Africa sedem posuere, equos suos empturi aut vendituri non solùm Lantfere, inquit Scaliger pernicitate probãt, sed etiam si Struthiocamelũ cursu assequantur.

Lib.3.c.11. *Arabes.*

Et Aloisius Cadamustus Arabes ait equos habere pernices, vocarique barbaros. Caret equis quæ felix cognominatur. In Arcadia fuisse fertilia pecori pascua, præsertim equis atq; asinis admissarijs ad mulos procreandos, equorumque genus Arcadicum excellere habemus apud Strabonem. Ex Arcadia autem ad vicinam Epirum mox deinde stirps equorum trãslata videtur, eò quòd Virgilius ei hanc laudem ascripserit. Αρσίας πώλης Helychius & Varinus exponunt Τερσικας, legendum περσικάς, Nam Arsia regio Stephano est Persica. Idem Strabo mox Argolicos celebrat: hinc Argos Homero ἱππόβοτον, id est equorum alumna vocata est, vel ab equorum qui ibi alebantur copia, vel potiùs quod alendis equis apprimè aptus esset locus, vt Horatius testatur, inquiens: | E | Arcadici. | Argolici.

Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycenas.

Quanquam priuatim ob Agenoris equo Argos hippotrophon dictum esse Etymologus scribat: alij etiam ab Hippe Darai filia. Argolicos istos equos Absyrtus probis esse pedibus & capite, clunibus non item, asserit: indiuidua spina, grandi, sed curta, vt Ruellius vertit, (Græcè legitur, τῇ ῥάχει ἀτόμῳ, κοῖλοι, ἰσμεγέθεις, βραχεῖς: duo posteriora ad totum equi corpus potius referri debere credit Gesnerus. Fuit autem Arges vetus eademque nobilis Achaiæ in Argolide vrbs; item alia in Peleponneso & ipsa similiter Hippium dicta: necnon & alia in Apulia à Diomede condita, & primùm a nomine relictæ patriæ Argo hippium quoque nuncupata. Varinus Homerum de Argo Peloponnesiaco loqui tradit, ab Argo illo oculatissimo sic dicto; hippoboton autem dixisse, quod multos & præstantes equos ferret, vt historia (inquit) testatur. Hesychius verò ἱππόβοτον exponit equorum pascuis idoneum, vel μεγαλόβοτον & εὔγεον, vt hippos hic nihil quàm augeat. Equos verò istos e Cappadocia originem traxisse docet Claudianus, dum canit: F

——— Delectus equorum
Quos Phrygia matres Argeaque gramina pasta
Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.

Et rursus:

——— Iam pascua fumant
Cappadocum volucrumque parens Argeus equorum.

Armenij. Armenios ad belli vsum aptos ait Opianus: præstareque Siculis, cùm tamen prius dixisset Siculos qui ad Ætnam degunt, cæteros omnes celeritate vincere. Horum equorum mox fiet mentio inter equos Nisæos. Satrapes huius regionis testante Strabone quotannis per se viginti millia pullorum ex Mithracina mittebat. Absyrtus hos vocat βαρυκέφαλους. A Parthis genus ducere inuenio, capite tantùm grauiores esse. Asturio in Hispania gens inclyta equorum genere, quos Astures & Asturcones vocant, quibus forma minori præditis, mollis est alterno crurum explicatu glomeratio, vt suo loco obiter tetigimus, & meminit etiam Martialis: G

Astures. Li. 14. Epi.

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

Et Silius Italicus de his loquens populis:

Hic paruus sonipes, nec Marti notus, at idem
Aut inconcusso glomerat vestigia dorso
Aut molli pacata celer trahit esseda collo.

Astures fuisse in pretio. Fuisse autem olim in pretio atque honore, haud obscurè nos docet Seneca; etenim cùm Catonem vno caballo contentum fuisse dixisset, addit; *ita non omnibus obesis mannis & Asturconibus & tolutaribus præferes illum vnicum equum.* Clariùs Cicero ad Herennium: *Aut Asturconi locus ante ostium detur.* Clarissime Plinius: *Volcatium nobilem Asturcone è suburbano redeuntem, canis à grassatore defendit.* Pisis in antiquissimo marmore inscriptio quædam Astyrum mentionem facit, vt refert Fran. Robertellus: qui Astyres putat intelligi equites, qui equis Hispanis, ab Asturia regione vterentur: ni fortasse malis (inquit) ab Astura oppido Latij vocatos Asturas. Virgilius opinor ad hos equites alludens nomen illud ita protulit, cùm ait: *Astur equo fidens*: etsi ille Latinus non erat. Hæc ille. Sed cùm inscriptio illa sic habeat: *Præfectus cohortis secundæ Astyrum*, Astures verò, vt ex præcedentibus constat, bellis apti non sint, Robertelli coniectura placere non potest. H

Lib. 2. Var. annot. c. 31.

Attici. Atticam Chorus apud Sophoclem equis fœcundam esse ait, & mox cùm ab olearum copia eam commendasset, addit: Laus alia adhuc memoranda restat, qua vel maximè hæc lucida tollitur vrbs ad sydera. Hoc magni insigne Dei munus, quòd equis excellat præstantibus. Barbaros vulgò vocamus equos quosdam celerrimos, quorum in curulibus certaminibus vsus est. Hi ex Tuni Africæ ac Massylia, Numidiaque habentur. Hoc genus equorum Ioan. Stradanus, qui plurimarum regionum equos sculpsit, & edidit, ita pinxit, vt apud nos ferè in curuli certamine, pernicissimo cursu feruntur; Picturæ additi hi versus:

Barbari.

Hic celer ante alios valido quatit impete campos
Ocior aut iaculo, aut ventos æquante sagitta,

Plerumq;

A *Plerumque & varijs maculis distinctus, anhelo*
Est comites reliquos assuetus vincere cursu.

Babyloniæ regi erant teste Herodoto peculiares equi præter bello destinatos, admissarij octingenti, cum equarum, ad quas admittebantur, sexdecim millibus: nam singuli à vicenis admittebantur. Qui nauigationes suas in nouum orbem scriptis mandarunt, in Bengala aiunt maximam esse equorum copiam. Balasciæ prouincia, vt tradit Paulus Venetus, Mahumeti addicta, equos habet multos & optimos & magnos & veloces, qui tam duros & fortes pedes & vngulas habent, vt ferreis soleis non indigeant, vtcumque per saxa & montes currant. Bibilim Celtiberiæ Hispaniæ vrbem celebrat Martialis: Lib. 1. Lib. 1.

Videbis altam Liciane Bibilim, *Equis & armis nobilem.*

In Bisinagar vrbe, cui Narsingæ rex moderatur; equum non minoris quàm quadringentis aut quingentis pardais (ij sunt aurei numi) vendi tradit Ludouicus Romanus lib. 4. suæ nauigationis cap. 10. vsu autem quandoque euenire, vt octingentis aureis quis equum emerit. Pretij hanc immanitatem efficere, quòd aliunde aduehantur, ibiq; nulla sint equarum armenta, prohibentibus B regibus, qui portus asseruari iubent maritimos, ne importentur equæ. Habere tamen regem supra quadringenta equitum millia in armis semper excubantia. Britones nos vulgò vocamus equos crinibus & auribus mutilos: sed huius tamen nomine populi (Galli sunt) aures non amputant: si modò Stradanus in sua pictura diligenter aduertit: quæ iubam quidem detonsam, sed integras aures ostentat. Adiecti sunt hi versus: Brito.

Britonijs euectus agris hic gaudet amœnis
Vallibus, & pratis & apertis gramine campis:
Crinibus & mutilis per iter festinat anhela
Terga sequi, properos gaudens coniungere gressus.

Burgundiones post Huniscos commendat Vegetius, vt iniuriæ tolerantes. De Brussiæ syluestribus equis dictum est antea. Burici equi à Buris vrbe Achaiæ, vbi erant laudatissimi. Calpe mons est Hispaniæ, Abylæ Africæ monti oppositus, quæ duæ dicuntur columnæ Herculis. Eius equos fuisse celeberrimos indicat nobis præ cæteris Nemesianus:

Quin etiam gens ampla iacet trans ardua Calpes
Culmina cornipedum latè fœcunda proborum.
C *Namque valent longos pratis intendere cursus:*
Nec minor est illis, Graio quàm in corpore forma;
Necnon terribiles spirabile numen anhele
Prouoluunt flatus, & lumina viuida torquent,
Hinnitusque cient tremuli, frenisque repugnant,
Nec segnes mulcent aures, nec crure quiescunt.

Iustinus lib. 44. natum putat, quòd in Hispania ex vento concipi credantur: Sunt & Callaici Hispaniæ populi, qui & Callæci & Gallæci dicuntur, vt Xilander annotauit, Hodie Galitiam regionem incolunt. Illorum quoq; equos celebrat Silius Italicus, de certamine curuli Scipionis loquens: Callaici. Lib. 16.

Euolat ante omnes, rapidoque per aëra cursu
Callaicus Lampo, fugit, atque ingentia tranat
Exultans spatia, & ventos post terga relinquit.

De Calabriæ equis hæc prodidit Bernardus Saccus Ticinensis: Calabria aëre puriore fruitur quàm Apulia pabuloque ac omnium fructuum genere feracissima est, suasque laudes in pecoribus, equitioque armento non inferiores habet quàm Apulia, nisi quòd staturæ magnitudine Apuli Ca- D labris supereminent, sed itineri faciendo Calabri aptissimi sunt. Expressit hunc quoque Stradanus, hoc addito encomio: Lib. 1. Hist. cap. 5. Calabri.

Fortis & armipotens Calabris prognatus in oris,
Est equus, argutumque cui caput, & breuis aluus,
Tergaque obesa, feris voluens sub naribus ignem,
Sæpius & solido tellurem concauat vngue.

Cappadociam ante alias terras, equorum altricem esse scribit Solinus, & prouentui equino accommodatissimam. Et Strabo testatur Cappadoces Persis præter argentum mille & quingentos equos quotannis soluisse. Celebrantur autem hi equi tanquam omnium ferè optimi. Nemesianus: Cappadoces

Cappadocumque notas referat generosa propago
Armata, & palmas nuper grex omnis auorum.

Oppianus inclytos & celeres eosdē cognominat; additq; dum ætate minores sunt, pullinis adhuc dētibus & lacteo corpore, imbecilles haberi: fieri verò eo velociores, quò maiores natu fuerint: animosos audacesq; esse, bellis pariter & venationibus aptos, propterea quòd nec arma, nec cominus cum

ſeris congredi metuāt. In prouincia Caraian, referente Paulo Veneto, equi optimi ſunt, qui à mer- E
Nodi in cauda adempti & cur. catoribus in Indiam ducuntur. Incolæ verò ſolent illis equis auferre (inquit) de oſſe caudæ nodos duos vel tres, ne equus currens ſeſſorem cauda feriat, neúe caudam in latera ſubinde flectat, quod turpe exiſtimant. Celtiberorum Hiſpaniæ populorum equos Strabo ὑπόψαρες eſſe ſcribit, *Lib. 3.* *Celtiberi.* interpres ſubalbos reddidit: quod ſi in exteriorem traducantur Hiſpaniam, colorem permutare: eſſe autem Parthicorum ſimiles: nam & agilitate & currendi dexteritate reliquos anteire. Idem tradit *Lib 15.* *Carmani.* Carmaniæ incolas equarum inopia laborare, aſinis verò in bello vti. Chalambrij equi à loco quodam Lybiæ nominantur, vt Heſychius & Varinus annotarunt. *Chalambri.* Chaonij equi commendantur à Gratio, de Siculis equis dicente his verbis:

Chaonij.

——— *Quis Chaonias contendere contra*
Auſit, vix merita quas ſignat Achata palma.

Vbi ſuſpicandum eſt legendum eſſe Chaonios, & quos: de equis enim loquitur, niſi equas maluerit, quàm equos dicere Græcorum more. Eſt autem Chaonia pars Epiri alpeſtris, licet quandoque ſumatur pro tota Epiro. Inter Chinæ inſulas vnam eſſe aiunt quæ ab equis nomen habet: *Cilices.* cæterum nominis rationem non reperio. Cilicia equorum feraciſſima. Eapropter Dario Perſarū regi annuatim trecenti ſexaginta albi equi & argenti quinquaginta talenta pendebantur, quorum centena & quadragena erogabantur in eam Ciliciæ regionem quæ equos producebat. Hoc autem me- F
Colophonij. mini me legiſſe apud Herodotum. Colophonij in alendis equis plurimum operæ impenderunt: habitant enim Colophonij in planitie, vt apud Græcum quendam authorem legiſſe ſe memorat adagiorum author. Strabo ſcribit Colophonios olim cùm naualibus copijs abundaſſe, tum eque-
Lib. 14. ſtribus vſque adeò præcelluiſſe, vt vbicumque gentium bellum gereretur, quod confici non poſſet, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur; atque inde vulgò natum prouerbium, Colophonem addidit. Corſicos & Sardinios breues admodum eſſe aiunt, ſed animo generoſo & auda-
Corſici. ci ingreſſu. Procopius lib. 3. tradit paulò ſupra oues eſſe magnitudine, eorumque armenta vagari paſſim. Equum Corſum, niſi clauſis obequitetur oculis, ſeſſorem excutere ait, quiſquis ille eſt, qui Stradani equis verſus adiecit:

Lumine Corſus atrox viſo furit, atque nitentes
Et duro reijcit phaleras & ephippia dorſo,
Lumine nec viſo ſeſſorem admittit & hoc eſt
Quod teneant oculos bubulo velamine tectos.

Lib. 8. de legib. In Creta, (vt teſtatur Plato) equorum vſus nequaquam eſt frequens: idcirco neceſſe eſſe ait hiſce G
in locis minora eſſe ſtudia nutriendorum equorum & equeſtrium certaminum. Cretenſes (κρῆτας)
Cretenſes. tamen equos celebrat laudatque Oppianus, & alicubi ἀπλίτα χρήσια φῦλα vocat, tanquam ge-
Cyrenaici. nus eſſet equorum elationis animi, qui acceſſum ægrè ferrent. Cyrenaici magnitudine pollent, vt tradit Abſyrtus, ilibus ſubſtrictis & paruis, ideo ad curule certamen idonei, pedum bonitate præ-
Dacus. ſtantes, inter equitandum longiore animæ ductu: Dacia quam nunc Vvallachiam dicimus, equos mittit perniciſſimos, & quorum iuba ab armis ad terram vſq; propēdet, & cauda præ cæteris denſa ac prolixa eſt: caput paruū dūmodo bene expreſſit Stradanus, nam de eo in adiectis verſibus nihil:

Hic ad bella ferox Valachus, iuba cuius ad imos
Pendet criſpa pedes, celeres præteruolat Euros
Curſibus: ex facili ſeſſorem deijcit: atque
Sæpius ingentes quatit atris calcibus viros:

Specioſus quoque eſt Danus, vt ex icone ab eodem Strabo edita diſcimus, & viribus in primis
Danus. etiam commendari, adiecti verſus atteſtantur.

Saltu Danus atrox, faſtoſus pectore celſo H
Iungere cum celſa greſſus grauitate ſuperbos
Gaudet, & inſigni curſu conſcendere colles,
Rura que depreſſis necnon proſcindere aratris.

De Dalmatis equis mox fiet mentio inter Epirotas. In Darana propter ſoli vbertatem quàm ali-
Dorcades. bi grandiores eſſe tradit Petrus Martyr. Dorcades Libyæ quanquam mirabili ſunt velocitate, tamen inferiores ſunt currendo equis Libycis, ſi Aeliano credimus. Elandiam Gothici maris inſulam, plurimos greges equorum paruorum ſed validiſſimorum habere ſcribit Olaus Ma-
Lib. 2. c. 13. gnus, vt putà qui fortitudine & agilitate multis eximij corporis equis præualent, quoſque domeſtici & exotici negociatores pro voluptate emunt, atque in terras remotas veluti naturæ miracula venales exportant. Eſſe enim totius orbis minimos, ſed perdociles. Elidis rex Oenomaus celerrimos legitur habuiſſe equos, quibus omnes in curili certamine ſuperaret. Fuitque
Elei. haud ſegnis horum populorum in equis propagandis cura, quippe qui equas finibus ſuis eductas iniri faciebant, quod eſſet experimento cognitum, miræ felicitatis prolem inde prouenire:

quare

A quære & in magno erant honore ac pretio. Antinous vnus ex procis Penelopes apud Homerum gloriatur se in Elide equas habere duodecim. Et Nestor iactat se ex Elide centum & quinquaginta flauas equas cum suis quasque pullis abduxisse. Virgilius ceu præstantissimas, quoque celebrat. Lib. 1.

——— Eliadum palmas Epirus equarum.

Propertius inde ditem factam fuisse Elidem ostendit, inquiens.

Et quas Elis opes antè pararat equis.

Commendabantur autem potissimùm à pernicitate, quod ostendit Lucanus de Cæsare loquens:

In bellum prono tantum tamen addidit ira Accenditque ducem, quantum clamore iuuatur
Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso Immineat foribus pronusque repagula laxet.

Strabo omnem eam regionem quæ inter Messeniam & Achaiam media iacet ad mare vsque, Eleam vocat. Lib. 4. Equos Eleos Oppianus Epeos dicit; nam Epeorum agri Eleorum sunt, eidemque populi, vt alicubi idem Strabo docet. Sunt autem Epei Achaiæ populi, & Achaici etiam equi Epei. ab eodem Oppiano celebrantur. Idem Strabo libro postremùm citato equos Epidaureos excellere asserit, Lib. 8. & Virgilio quoque vocatur *domitrix Epidaurus equorum*. Epidaurij. Aliàs tamen Strabo Thessalicos Epidaurijs præfert. B Xenophon elegantiæ studiosus (inquit Aelianus) equum habuit Epidauricum. Epiroticos in Olympicis certaminibus haud in postremo loco fuisse ex Virgilio discimus vbi ait: *——— Eliadum palmas Epirus equarum.* Vbi Seruius, Epirus (inquit) creat equas Li. 1. Georg. optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Epirotici. Et rursus in hoc eiusdem poëtæ:

Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes Et patriam Epirum referat: Lib 3. Geor.

Quia (inquit) in Epiro sunt equæ optimæ, quibus exercetur curile certamen Iouis Olympici. Absyrtus equos Epiroticos, mordaces vocat & peruersos. Apud Vegetium, vbi ait: *Epirotas, Sarmaticos ac Dalmatas licet contumaces ad frena ac viles, armis ac bellis asseuerant cruribus*, Gesnerus legit, licet contumaces ad frena, ac viles armis, at bellis, &c. Et in hoc eiusdem Vegetij loco, *Epirotas ac siculos non despexeris si mores ac pulchritudo non deserat*, copulam nouissimam abundare existimat. Nunc Albanos vocant: Pinxit & hoc equorum genus Ioan. Stradanus: picturæ hi additi versus:

Herbida fundit equos, bellis furialibus aptos
Epirus calidos voluentes naribus ignes
C *Qui vel ad Eleos metas vel maxima campi*
Sudabunt spatia, & spumas flant ore cruentas.

Erembi equi nominantur ab Oppiano. Erembi. Dat & Flandria nobiles equos, de quibus ille qui Stradani equos versibus illustrauit: Frigisci.

Fortes fundit equos, fruticanti Flandria gleba
Diues & attrito Cereales vomere sulcos,
Et doctos grauibus terram proscindere rastris
Necnon & phaleras redamant; & ephippia dorso.

Vegetius Frigiscos non minus velocitate, quam continuatione cursus inuictos commendat. Quærendum nunquid Frisiorum equos intelligat, quorum scilicet equi celebrantur, & ipse subinde post Huniscos & Burgundiones eos nominat. De Frisijs mox, vbi de Hollandicis. Gallicos equos haud magni fuisse pretij, multoque viliores Gallicos canterios ait Dionysius Lambinus explicans illud Gallici. Plautinum:

Ego faxim muli pretio qui superant equos Sient viliores Gallicis canterijs. In Aulul.

L. Apuleius tamen iumenta Gallicana commendauit: quibus (inquit) generosa soboles perhibet D generosam dignitatem: necnon D. Hieronymus: *Illi gaudeant Gallicis canterijs, nos solutus vinculis asellus Zachariæ delectet.* Lib. 1. Cat. Inuenio etiam à Gallis magnum Romanis equitatum fuisse suppeditatum: ideoque equitatum eorum semper in pretio fuisse. Horatio equi Gallici ora Gallica nominantur, vt ostendit Turnebus: *Gallica nec Lupatis temperat ora frenis.* Lib. 11. Ad uers. c. 27. Gallia autem hominum paradisus, sed equorum infernum vulgato dicto appellatur. Viatores enim lautè, equos pessimè tractant. Γέλανιϛ Hesychius & Varinus exponunt genus equorum ignobilium & ad bellum ineptorum. Gelanij. Quod nomen, nunquid à regione aliqua factum sit, aut qua nam alia re, incertum est. Gelas quidem Siciliæ fluuius est, sed equi Siculi in magna sunt existimatione. Sunt verò & Geloni Scythiæ populi, qui in equis fugiendo pugnabant, de quibus Lucanus.

Massagetes quo fugit equo, fortesque Geloni: Et Virgilius:

Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus, Cùm fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino. Geldrici ijdem cum Menapijs. Germanorum equos nec forma, nec velocitate conspicuos esse asseuerat Tacitus. Germani Cæsar eosdem etiam improbat his verbis: *Iumentis importatis Germani non vtuntur, sed quæ sunt apud eos nata praua atq. deformia:* Li 4. de bel. Gal.

Lib. 9. *hæc quotidiana exercitatione ſummi vt ſint laboris, efficiunt.* Et rurſus: *Eorum (Germanorum) aduentu quòd minus idoneis equis vtantur, à tribunis militum reliquiſque equitibus Romanis atque euocatis equos ſumit; Germaniſque diſtribuit.* Nos paulò antea grauiores eſſe diximus, & ſuccuſſatores, ſubſultimque moleſtè ingredi. Qui vero nunc à Ioan. Stradano pictore delineatus proſtat, nequaquam ſuccuſſator eſt, nec vt veteres illi aiunt, deformis & piger, ſed vt ipſius ſubſcriptum eſt eiconi: E

Ipſe carens cauda, ſeſſorem tergore duro
Germanus per prata gerit, hinnitibus auras
Implet & arrectis volat auribus, ocyor Euro:
Nec vanos horret ſtrepitus, Martiſque furores.

Getici. Getici equi authore Aeliano celerrimè feruntur: Tranſyluanos hodiè vocant, docilitate ab alijs vinci inuenio, curſu verò iugi & longo nullis cedere. Ricardus Bertolinus Iazyges equos vocat, quamuis Iazyges inferioris Pannoniæ populi ſint, Tranſyluanis contigui, vnde optimi ad curſum ætate noſtra equi aduehuntur: *Tranſyluani.* *Iazyges.*

Lib. 12. Auſtriad.
Quin & Pannonio properans de vertice Lynceus
Iapyge præſtat equo & curſus regit ille volantes. F

Getuli. Getuliam aut potius Gætuliam præſtantes quoque equos habere, non obſcurè indicat Statius, inquiens:

Getulo ſic pulcher equo, Troianaque quaſſans
Tela, nouercales ibat venator in agros
Aſcanius.

Huius regionis reges plurimùm equorum gregibus ſtudere tradit Strabo, vt ad centena pullorum millia quotannis recenſeantur. Equos verò ipſos μακροχηλότερους eſſe noſtris, id eſt longioribus labris, interpres ineptè vngulis vertit. *Gracanici.* Græcanici, ἑλλαδικοὶ in ſummo quoque fuere pretio. Nemeſianus:

Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis.

Abſyrtus ait pedibus bonis fultos eſſe, vaſto corpore, capite venuſto, ardua antica parte ſtatura (ὄρθιοι τὴν προτομὴν, id eſt capite recto) concinnoque corpore, ſed clunium compage incommoda nec reſpondente: pernices & animoſos. *Heluetij.* Heluetios equos bellis quoque idoneos eſſe ait Camerarius & præcipuè Algoicos, qui durare (inquit) diutiſſimè putantur. *Hetruſci.* Habent & Hetruſci equos præſtantiſſimos arguto capite, quod maximè probatur, & denſa iuba, vt cùm ex Stradani pictura, tum ex aſcriptis ei verſibus conſtat, qui tales ſunt: G

Tuſcus acer medijs cùm ſeſe vallibus effert,
Effert argutum caput, auribus emicat, armo
Denſa iuba in dextro ſemper iactata recumbit,
Concutiens ſolido paſſim frondentia cornu.

Hippobotæ. Hippobotæ ſeu Hippobotæ, populus Chalcidenſis, cuius meminit Plutarchus in vita Periclis, olim opibus gloriaque cum primis clarus. Nam ipſum nomen ab agrorum fertilitate inditum eſt quaſi dicas equorum altores: quorum regionem pulſis ijs & deducta colonia occuparunt Athenienſes. Huius rei mentionem facit Herodotus in Terpſichore. *Hirpini.* Hirpini in pugna præſtantiſſimi & potentiſſimi habebantur, vt ſcribit Iulius Pomponius in hoc Virgilij: *Hinc bellator equus*: inde Apuli, poſtea Lucanici, nam præter vires, ipſa corporis magnitudine cæteros præcellunt equos. *Hiſpani.* Hiſpani ſimiliter teſte Abſyrto magno ſunt corporis habitu, concinno & erecto, eleganti capite, compage corporis luculenter diuidua: ſed aſtrictis clunibus, itineribus obeundis pares & robuſti, corpore nec gracili, nec ad maciem oportuno: cæterùm ad curſuram inhabiles (ἄδρομοι, legendum apparet εὔδρομοι, nam curſu valere ex ſequentibus conſtabit.) in equitatione calcaribus non incitantur. H Quin & ab ortu ad integram vſque ætatem morati & obſequentes: deinde improbi & mordaces fiunt. Strabo ait ſimiles eſſe equis Spartarum, reliquos omnes mira celeritate ſuperantes. Volaterranus equos in Hiſpania quoque leuitate atque elegantia conſpicuos eſſe tradit, Camerarius celeritatis & agilitatis opinione à magnatibus expeti. Vegetius, *Cappadocum* (inquit) *glorioſa nobilitas: Hiſpanorum par vel proxima in circo creditur palma*: *Lib. 4. Ep. 6.* Hinc apud Symmachum legimus: *Euectionem impetraui, amicos in Hiſpaniam miſi ob curulium equorum coemptionem.* Sed & in bello vtiliſſimi ſunt, quin Rodericus Santius par. 1. hiſt. Hiſp. c. 2. tantam eorum fidem dici eſſe ait, vt cùm ſe percuſſos in bello ſentiunt, ſeſſores ſuos incolumes inter hoſtes mira probitate extra prælium exponant. Claudianus in laudibus Serenæ reginæ Hiſpaniam inter alia laudat, quia eſt

Diues equis, frugum facilis, pretioſa metallis.

Iſtiuſmodi equos vulgò Iannettos vocant, Hiſpani (vt inuenio) genetos à genibus vt quidam conijcit: quòd cùm celeberrimum hoc genus equorum ſit, vectorem genibus ad ſellam & latera equi innıti

A inniti oporteat, vt tutiùs vehatur. De Asturconibus & Callaicis siue Gallaicis dictum est. Vtrosque autem Hispanici generis esse Plinius testatur: *In Hispania (inquit) Gallaica gens & Asturica equini generis, quos thieldones vocamus; minori forma appellatos Asturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis, alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte.* In Hispaniolam nouiorbis insulam equi ex Hispania illati multiplicem de se sobolem dedere. Iberi an ijdem sint Hispanicis dicam subinde. Equos generosos, præstantes, torosos, idoneosque ferendæ panoplia, sed succussatores plerosque ea pars Hollandiæ producit, quæ Cisrhenana Frisia dicitur & Cannefatum regio, fæcundior equarum nobilium, quæ ducendis matronarum pilentis in Italia expetuntur ad luxus ostentationem; australior regionis pars lacertosos quoque & optimos profert. Ingentem equorum nobilium vim exportari docent pagi aliquot mercatu equorum frequentissimo celebres, vt scribit Adrianus Iunius in sua Batauia. Expressit hoc quoque equorum genus Ioan. Stradanus, additis his versibus: Hollandic.

Tardior est Phrysijs equus educatus in aruis,
Curribus aptus, & attrito sub vomere rastris,
Dentalis pingues doctus conuellere glebas:
B *Densa cui dextro iuba semper pendet ab armo.*

Hunnuscorum longè prima (inquit Vegetius) docetur vtilitas patientiæ laboris, frigoris, famis. Est autem eis, vt mox addit, grande & aduncum caput, extantes oculi, angustæ nares, latæ maxillæ, robusta ceruix & rigida, iubæ vltra genua pendentes, maiores costæ, incurua spina, cauda syluosa, validissimæ tibiæ, parua bases, plenæ & diffusa vngulæ, ilia cauata, totumque corpus angulosum, nulla in clunibus aruina, nulli in musculis toti, in longitudine magis quàm in altitudine statura, propensior venter exhaustus, ossa grandia, macies grata, & quibus pulchritudinem præstet ipsa deformitas, animus moderatus & prudens & vulnerum patiens. Alias Hunnicos vocat: nos Vngaros aut Vngaricos, ni fallor, dicimus. Nec de alijs puto equis loquitur his verbis D. Hieronymus ad Oceanum. *Hunnorum examina pernicibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.* Scribit Camerarius equos Pannonicos (Pannonia eadem quæ Vngaria) multos reperiri castratos in tenera ætate, atque ijs dentes cadere negari: ad bellum idoneos esse, sed plerosque mordaces & calcitrones, & ab eis prouerbium malignitatis ortum, non ferè nisi irritatos aut opinione aut metu offensæ feriecire. Audio in Polonia magno in honore esse. Hunisci. Hungarici.

C Iberi (Ἴβηρες) equi Oppiano authore Parthis sunt præstantiores: celeritate enim tantum præstant inter equos, quantum aquila ac circus accipiter in aëre, & in mari Delphinus, sed exigui sunt & viribus paruis & animo imbelli; & cursus celeritatem pauca emensi stadia amittunt, corpore venusto, sed vngulam habent parum solidam. Disputant expositores, an Iberi Oppiano ijdem sint cum Hispanis: qui id affirmant Strabonis testimonio nituntur, qui similiter ac Oppianus Parthorum equos cum Iberis comparat, eo scilicet libro, in quo de Hispania tractat. Negantibus verò eosdem esse fauet Absyrtus, qui equos Hispanos magno corporis habitu esse scribit. Est autem & alia regio hoc nomine iuxta Pontum inter Colchida & Armeniam, à qua vt Varro scribit, profecti dicuntur, qui in Hispania habitauerunt, quanquam Dionysius tradat Iberes populos à Pyrenæis montibus profectos, in Asia sedes posuisse: vt minus miremur, si de Iberis simul cum Hispanis loquatur Strabo, fierique potest, vt loci ratione corporis magnitudine differant. In India animantes multò sunt grandiores quàm cæteris in locis, præterquam equi: nam Indici equi vincuntur à Medicis qui Nisæi vocantur, vt author est Herodotus. Sed de natura, indoleque equi Indici & vt ad pugnam quæ fit ex curru, instituatur sic loquitur Aelianus: *Indicum equum exultantem & immoderatiùs excurrentem continere & coërcere, habenas adducere vel remittere non est cuiusuis, sed hominum qui à primis temporibus ætatis ad rerum equestrium scientiam instituti sunt: Si freno ipsos sustinere consueuerunt, simul & refractarium lupatis refringere, quos quidem equinæ tractationis bene periti, ex indomita effrenatione in exiguum gyrum compellunt: Verumtamen ad hunc gyrum agendum, atque ad conficiendum orbem manuum robore opus est, & summa rei equestris scientia. Qui huius disciplinæ sunt experientissimi & callidissimi agitatores, currum versare in orbem planè norunt: cuius certamen non est contemnendum, præsertim cum duos milites pugnantes ferre queat.* De equo Indico vnicorni dicam in monocerote. Iones equos ceu præstantes memorat Oppianus. Claudianus eximiam eis præ cæteris ascribit cursus agilitatem, dum canit: Iberi. Li. 3. Geog. Indi. Iones. Lib. 21.

D

Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui summa freti per cærula possint
Ferre viam, segetemque sui percurrere motu,
Nesciat vt spumas, nec proterat vngula culmos.

Lectissimos equos quoque præbet Insubria, ardua præ cæteris ceruice, micantibusque oculis, vt scribit ille qui Stradani equis versus appendit:

Corni-

Inſubres. *Cornipedes lectos diues Inſubria præbet*
Immodicum quibus eſt latus, & quibus ardua ceruix,
Altus honos, oculique vago ſplendore micantes,
Continuè calidos qui fumant nare vapores.

Iſtrij. Iſtrij teſte Abſyrto, pedibus valent, perquam proceri ſunt, indiuidua ſpina cauaque, ſed curſu pernici. Italici. Italicos qui vernaculi dicebantur, in circo probatiſſimos fuiſſe legimus apud Plinium. Lib. vlt. c. vlt. Ithacam patriam ſuam Telemachum Vlyſsis filium ſcimus ob aſperitatem equis vtendis ineptam iudicaſſe, equoſque propterea a Menelao donatos ceu inutiles recuſaſſe, quoniam ea regio eſſet potiùs

Αἰγίβοτος καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο, id eſt:
Capris alendis idonea, & gratior quàm ſi equis alendis eſſet accommoda. Meminit huius doni Horatius ad Mecænatem ſcribens: Lib. 1. Epi.

Haud male Telemachus proles patientis Vlyſſei;
Non eſt aptus equis Ithacæ locus, vt neque planis
Porrectus ſpatijs, nec multæ prodigus herbæ;
Atride magis apta tibi tua dona relinquo. F.

Lacertoſus admodum, ideoque robore præſtans eſt Iuliacus, vt ex imagine à Stradano exhibita conſtat: cui hi additi ſunt verſus:

Aëra Iuliacus tremulis hinnitibus implet,
Auribus arrectis inſignis, cui iuba collo
Dependet rigido atque armi vibrantur in orbes,
Seſſorem duri qui lædit verbere dorſo.

Iuxta Lampſacen in Aſia equos magnanimos eſſe docet Strabo. Lapithis genti Theſſaliæ, cùm fuerint teſte Virgilio frenorum inuentores & equitationis periti, equos quoque præſtantes poſſediſſe ratio perſuadet. Lib. 13. Lappones equos non habent, ſed eorum loco feram domant, quam Reen dicunt, de quo ſuo loco. Libyci. Libyes ſiue Lybicos Oppianus Mauris ſubiungit propter formæ ſimilitudinem, communemque durabilem celeritatem: niſi quod (inquit) robuſti Libyes maiores ſunt, corpore oblongo, coſtis & lateribus craſſioribus & ampliore ad rectum impetum pectore. Vtriq; ſolis æſtum & ſitim meridianam facilè tolerant. De Libycis equis (inquit Aelianus) hæc ex hominibus eiuſdem gentis audiui, equorum velociſſimos eſſe, nullo laboris ſenſu affici, ex habitus gracilitate & tenuitate macilentos eſſe, totoſq; ex ſe aptos exiſtere ad fortiſſimè ſuſtinendam dominorum negligentiam: pabulum enim dominos eis nec largiri, nec eos cum laborauerint, ſtrigile perfricare, nec eis cubilia ſubſternere, nec vngulas expurgare, ſed ſimulatque iter inſtitutum confecerunt, ex equis deſilientes, hos ad paſtiones dimittere, atque ita homines Libycos grandi macie confectos & ſqualore ſordidos huiuſmodi equis vehi. G In Liguria teſte Strabone equi naſcuntur quos gegenios (γεγήνιος) vocant. Lib. 4. Ligures. Lituania referente Ioan. Boteroin ſuis relationibus ſeptuaginta millia equorum dat. Sed Polonis deteriores ſunt. Lydi. Lydi in Aſia Cræſi tempore fortes & ſtrenui, & ex equis pugnabant, & haſtas prælongas geſtabant, vt apud Herodotum licet legere. Luſitani. Luſitanos equos tantæ pernicitatis eſſe ait Iuſtinus, vt ex vento concepti eſſe vulgò dicantur, qua Lib. 44. de re poſtmodum. Hos ex Arcadia originem trahere putat Goropius Becanus. Magnetes populi quod in alendis equis eſſent ſtudioſi & pugnæ inſuper equeſtris apprimè periti, paſſim à veteribus celebrantur. Lib. 6. Lucanus:

Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Mantuani Eſt autem Magneſia Macedoniæ regio Theſſaliæ annexa, item vrbs & regio Aſiæ ad Mæandrum. Lib. 9. Oppianus eoſdem quoque equos celebrat. H Noſtra ætate apud Mantuanos (inquit Goropius in Veneticis & Hyperboricis) generoſa equorum proles magna cura educatur, qui cùm loca colant paluſtria & paludibus plena, non multùm à Venetorum (de quibus mox) natura & priſca conſuetudine recedunt. Geographus enim Venetiæ eam naturam quaſi propriam facit, vt tota ſit paludibus & fluminibus plena, quæ ei cum Mantuanorum agro prorſus eſt communis. Videtur itaque hæc vrbs in lacu ſita & generoſiſſima equorum ſobole nobiliſſima, vetuſtam hanc Venetorum in Lib. 3. Hiſt equis alendis laudem vindicaſſe. Iouius verò neminem quidem totius Europæ regum Mantuano principe omnis generis militares equos vel plures vel nobiliores aluiſſe aſſerit, ſed magno ſumptu ad propagandam ſobolem, ex omni tranſmarina prouincia conquiſitis equabus admiſſarijs, domi miro feliciique prouentu inſtituiſſe, id quod cæteros poſtmodum duces etiam feciſſe certum eſt. Maſſyli. Maſſyli Libyæ populi optimos dicuntur habere equos, eoſque non freno, ſed virga regere: Martialis lib. 9. *Et Maſſyleum virga gubernat equum.* Proximi ſunt Maſſæſylis, qui & ipſi ſola virgula ſuos equos gubernant. Mauri. Hos equis vti paruis & celerrimis diſcimus ex Strabone. Lib. 17. Mauros Oppianus Libycis præfert, inquiens eſſe præſtantiſſimos, tùm in longis curſibus, tum duris laboribus ferendis. Hos

A dis. Hos quoque paruos esse aiunt, celeres tamen, & obtemperantes, adeò vt freno non sit opus, sed virga sufficiat ad regendum. Pugnant frequentiùs ex equo hastati; equi aut collaria habent ex ligno aut pilo contecta, è quibus habena dependet. Antonius Augustinus numum ostendit Hadriani, in quo mulier militaribus induta armis, ferocem equum dextra ducit, sinistra virgam tenet. Numi inscriptio MAVRITANIA. Hunc ita pinxit Stradanus, vt in curuli certamine à sessore ad cursum impelli solet; quidam hos addidit versus:

Maurus acer cursu reliquos supereminet omnes,
Ocior aut aura, aut ventos æquante sagitta,
Emicat, & summam celeri pede libat arenam,
Posse putes sicco freta cærula radere cursu.

Cum Mauris eidem sunt Straboni Maurusij, quorum quoque equos celebrat Nemesianus, cuius iam iam versus recitabo inter equos Mazaces. Forma similes sunt Lybicis, vt diximus ex Oppiano, qui item horum equorum αἰόλα φῦλα dicit, id est genera agilia & velocia, non varia. Idem Oppianus Mazaces equos (sed apud eum Μάζικες pro Μάζυκες legitur) celebrat, necnon Nemesianus, qui fusiùs eos delineat. *Mazaces.*

B
Sit tibi præterea sonipes, Maurusia tellus
Quem mittit, modò sit gentili sanguine firmus:
Quemque coloratus Mazax deserta per arua
Pauit, & assiduos docuit tolerare labores.
Ne pigeat quod turpe caput, deformis & aluus
Est ollis, quodque infrenes, quod liber vterque,
Quodque iubis pronos ceruix diuerberet armos.
Nares in obsequium lenta moderamine virgæ.
Verbera sunt præcepta fugæ, sunt verbera freni,
Quin & promissi spatiosa per æquora campi,
Cursibus acquirunt commoto sanguine vires,
Paulatimque auidos comites post terga relinquunt.
Haud secus effusis Nerei per cærula ventis,
Cùm se Threicius Boreas superextulit antro &c.
C
Horum tarda venit longi fiducia cursus:
His etiam emerito vigor est iuuenilis in æuo
Nam quæcunque suis virtus bene floruit annis
Non prius est animo quàm corpore passa ruinam.

Sed obseruandum duos loco distinctos populos Mazacas appellari. Plinius enim eos inter populos qui Tanaim accolunt, recenset. *Lib. 6.* Et Mazaca (neutrum plurale) vt Eusebius in Chronicis meminit, ciuitas est Cappadociæ sub monte Argæo, quæ nunc (inquit) Cæsarea dicitur. Contrà Strabo & Ptolomæus Mazaces in Africa locauerunt. De hac autem loqui Nemesianum non dubito: Maurusijs enim eos coniungit, & Mazacem coloratum appellat, quod Cappadociæ non conuenit. Oppianus etiam Mazaces equos à Cappadocibus distinguit: fierique potest, quod hoc cum Cappadocibus commune habeant, quòd in similitate celeres adhuc sint, animoque vigeant. Media, *Medici.* vt & Armenia, eximiè equis pascendis apta est, vt inquit Strabo: *Lib. 11. & 12.* Pratum quoddam hippoboton vocatur, per quod iter faciunt, qui ex Persia & Babylone in Caspias portas proficiscuntur: in eo pasci dicuntur equorum quinquaginta millia, quæ armenta regia sunt. Herbam quæ præcipuè equos nutrit, eò quòd ibi abundet, propriè Medicam vocamus. Artauasdes rex M. Antonio præter alios equos cataphractorum instructorum septem millia ostendit, cum in Mediam cum eo ingressus est.
D
Idem Strabo Persis Medos ait quotannis equos ter mille pendisse. Aelianus quoque Medos homines scribit corporis habitu optimo esse, & luxu more equorum suorum diffluentes adeò nitescere se audiuisse, equosque more dominorum & magnitudine corporis & pulchritudine, atque adeò lauto extra corpus cultu delectari, vt magnitudinem & pulchritudinem suam sentire videantur. Eximia autem corporis magnitudine esse huius regionis equos notum quoque est ex Absyrto. Herodotus Medicos vocat. Menapios olim dictos, nunc Geldricos dicunt. Hos Germanicorum equorum solos, vt bellatores in pretio esse scribit Camerarius, Cæsarique Gallicos vocari & Rugos. *Menapij.* Eosdem & Sicambros dici voluunt. Iconem huius equorum generis exactissime expressit Stradanus, naturam verò expressit, qui icones eius versibus explicauit: *Geldrij.*

Hic pugilem gaudet dorso gestare superbum,
Fulgentes phaleras, nec ephippia dura recusat:
Atque cataphractus media inter prælia gaudet
Vincentum litnos, sonitusque audire tubarum.

Mosci

Mosch. Mosci referente Sigismundo Barone, habent equos paruos, castratos, soleis carentes, leuissima E frena, tùm ephippia in eum vsum accommodata, vt se in omnes partes nullo negocio vertere arcumque intendere queant: pedibus vsque adeo attractis insidentes equis, vt nullum hastæ aut teli paullo vehementiorem ictum sustinere queant. Calcaribus paucissimi, flagello plerique vtuntur, quod semper minimo digito dextræ inhæret, vt id quoties opus sit, apprehendant & vtantur, rursus si ad arma deuentum fuerit, proiectum è manu pendeat. Gratius Murcibiorum equorum meminit, qui, vt canit, *vix ora tenacia ferro concedunt.* Mycænas tanquam præstantissimorum equorum patriam Virgilius prædicat, simulque cum Epiro nominat, inquiens:

Murcibij.

Lib. 3. Geor.

Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes
Et patriam Epirum referat, fortesque Mycænas.

Lib. 1. Car. Od. 7. Horatius quoque Mycenas equis dites vocat:

——— Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycænas.

Gratius verò equum descripturus, aptum venationi, his versibus vtitur:

Consule, Penei qualis perfunditur amne
Thessalus, aut patriæ quem conspexere Mycænæ F
Glaucum, nempe ingens, nempe ardua fundit in auras
Crura, quis Eleas potior lustrauit arenas?
Ne tamen hoc contingat opus, iactantior illi
Virtus, quàm syluas durumque lacessere Martem.

Mysi. Lib. 17. Nabatæi. Nasamones. Neapolitanis. Per Mycenas totum Peloponnesum intellegi docti volunt. Mysos vt bellatores in pretio fuisse Camerarius asserit. Nabatæi, teste Strabone equos non habent, sed cameli implent eorum officium. Nasamones equi nominantur apud Gratium, sed locus non est integer. Sunt autem Nasamones populi Libyæ nauium Syrtibus inuolutarum spoliatores. Neapolis equos in primis subministrat, quos ceu præ cæteris electissimos, totius Europæ principes in summo honore habent, animosos nimirum, speciosos & robustos. De his ita canit, qui versibus equos Stradani illustrauit:

Inclyta Parthenope & similes Campania felix
Fundit equos, bellis aptos, & fortibus armos,
Necnon & rastris glebas perfringere inertes,
Et perferre grauis gaudentes pondus aratri. G

Nigritæ. Cap. 32. Nigritæ ob iniquitatem soli equos non habent, nam ob æstus penè perpetuos vix ibi crescit herba qua alantur, vt refert Aloysius Cadamustus his verbis: In regno Senegæ Nigritarum equos maximi pendunt, quandoquidem difficulter eò ducuntur, nec facilè ibi aluntur propter aridam terram. Nam torrida est plaga, quæ pabula non producit; facitque æstus nimius vt equorum inguina intumescant, vt vix meiere possint, crepant propterea stranguria huiusmodi labefactati. Pro fœno vtuntur faseolorum laceramentis (seu caulibus dissectis, posteaquam siliquas dempserunt) sole exciccatis. Loco auenæ succedit milium, quo mirum in modum pinguescunt. Pro equo instrato phaleris & reliquo ornatu dant mancipia nouem, ad summum quatuordecim, prout equi & forma elegans & agilitas persuaserit dandum. Cùm autem emerint equos, mox accersunt fascinatores equorum, huncque ritum seruant: Rogum accendunt sarmentis & herbis quibusdam suaptè natura fumum exhalantibus & equo per lorum apprehenso, sistunt ipsum supra fumantem rogum, ac verbis nonnullis prolatis, vnguento tenuissimo equum illinunt, & in domum adducunt, vbi ad quindecim vel viginti dies delitescit, nec à quoquam videtur. Interea etiam appendunt collo equorum effascinationes quasdam corio rubeo inuolutas: & hæc agunt affirmantes strenuiores tutioresque bello futuros equos. Hæc ille. Nisæos equos à magnitudine commendat H Herodotus, in India inquiens animantia multo esse grandiora quàm cæteris in locis, præterquam equos; hos enim vinci à Medicis qui Nisæi appellantur. Et rursus in descriptione exercitus Persarum: *post hastatos* (inquit) *incedebant equi decem quàm pulcherrimè ornati, qui Nisæi dicuntur, ideo sic dicti, quòd est ingens Medicæ regionis campus nomine Nisæus, qui grandes fert equos. Hos sequebantur Iouis currus quem octo equi albi trahebant. Post quem ipse Xerxes vehebatur, curru equorum Nisæorum.* Ex quibus verbis etiam constat equos Nisæos Medos siue Medicos esse, id quod Stephanus quoque testatur, necnon & Ammianus Marcellinus, qui Neseos equos vocant. *Sunt apud Medos* (inquit hic) *fætus equorum nobilium, quibus (vt scriptores antiqui docent, nosque vidimus,) ineuntes prælia viri summa vi vehi exultantes solent, quos Neseos appellant:* Vbi fortè Nesæos scribendum, nam & Stephanus ita vocat, & campum Mediæ, à quo sic vocantur πεδίον νισαῖον. Varrinus verò Nisæos equos dictos ait à Nisæa (nimirum regione siue Armeniæ, siue Mediæ) esseque qui Nisæum locum Persidis faciunt, vbi Nisæi equi celerrimi nascantur: aliquos Nisæum interpretari ξανθὸν id est flauum, eò quod Nisa equos omnes huius coloris habeat. Suidas

Nisæi. Lib. 3. & 7.

A das inter Susianam & Bactrianam locum esse scribit, qui lingua Græca νίσες vocatur, in quo equi eximij procreantur. Aliàs etiam ait, esse qui à mari rubro haberi hos equos putant, & omnes colore flauo esse. Herodotum Nisæum Mediæ locum facere, Orpheum in Dictye Nisam locum in mari rubro situm esse scribere. Sed Eustathius in Dionysium; campum Nisæum illum celebrem alicubi iuxta Medicam regionem fuisse arbitratur, qui magnos illos Nisæos vocatos equos producit. Corpore autem magno fuisse non obscurè quoque innuit Philostratus his verbis: *Quantum equo Nisæo maior est Lybicus elephas, tanto Libycis elephantis maiores sunt Indici.* Oppianus, cui Nissæi vocantur, omnium equorum pulcherrimos esse asserit, ijs reges vehi, eleganti forma, gressu molli & freno faciles, capite paruo, iuba multa & longa, comis vtrinque demissis, subflauis. Hierocles in proœmio Hippiatricorum Nysæos equos (sic scribit, nisi librariorum error sit) à Persarum regibus in pretio haberi asseuerat. Strabo verò tradit alios credere, Medorum sobolem esse, alios ex Armenia genus habere velle: habere autem propriam quandam formam, quemadmodum (inquit) Parthici nunc dicti præ Græcis & alijs qui apud nos sunt. Alicubi hisce equis reges vti scribit. Ingentem autem fuisse eorum copiam alibi quoque ait, scribens viginti eorum millia quotannis mitti solere ad regem Persarum τοῖς Μιθραχίοις vel Μιθραχίνοις, hoc est, sub illud tem-B pus quo festum Mithræ Persarum Deo sacrum celebrabatur. Huius equi mentio est apud Plutarchum; ait enim *Pyrrho speciem oblatam velut Nisæo equo inscenso, ducem se illi præstaret Alexander Magnus*; id quod non percipiens interpres transiluit. Cælius Rhodoginus reprahendit quendam qui pro equis Nesæis verterit insulares. Sic quidem transtulit interpres Platonis in legibus. In sacris certaminibus maximam fuisse eorum existimationem annotauit Alexander ab Alexandro. Noruegici equi statura sunt mediocri, sed admirandæ fortitudinis & pernicitatis in montibus & saxosis vijs penetrandis. Numidia qua parte syluestris est, feras educat, (inquit Solinus) qua iugis ardua, equos alit. Equos hic facilè inediam tolerare dicunt, neque hordea neque triticea gustare; gramine verò solo & fœno contentos esse. Iouius author est, totius Numidarum patrimonij censum esse in equo pernici, quem seminudi egentissimique homines immenso (inquit) parant pretio, nec mirum quando vita & vigilia eorum omnis si bellum desit, in latrocinijs venationibusque consistat. Asserit item, vxores eorum tam humiliter viris ancillari, vt equos curent, & insternant. Hosce equos ad sacra Iouis certamina expetitos fuisse discimus ex hoc licet corrupto Gratij loco.

Lib. 5. ca. 8. *Noruegici.* *Cap. 39.* *Numidæ.*

C
Fingit equos Pisis Numidæ soluer *
Audax & patiens operum genus: ille vigebit
Centum actus spatijs, atque eluctabitur iram: *
Nec magni cultus sterilis quodcumque remisit
Terra sui, tenuesque sitis producere riui.

Virgilius hos populos infrenes vocat. Hinc & Siluius Italicus cecinit:

Hic passim exultant Numidæ, gens inscia freni,
Quis inter geminans per ludum nobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.

Quamobrem Numidæ Massylis & Massesulis multis eidem esse creduntur. Odrisios equos Marti tribuit Claudianus dum ait:

In Gigantomachia. *Odrisij.*

Primus terrificum Mauors non segnis in agmen
Odrisios impellit equos.

Vrbs est Thraciæ: Thraciæ equi autem erant in pretio. Oebalios celebrat Statius:

Oebalij. *Lib. 6. Thebaid.*

Oebalios sublimis agit, spes proxima palmæ
D *Amphiaraus equos, sua furto lapsa propago*
Cyllare, dum Scythici diuersus ad ostia Ponti
Castor, Amycleas remo permutat habenas.

Oebalia Peloponnesi regio, pars autem Laconiæ. Ex Ormuz vrbe nunc celeberrima equi multi transferuntur in Indiam, vt scribunt nauigationum authores in eam plagam. Parthi teste Absyrtho magno & amplo sunt corpore, animosi, specie generosa, ac pedibus eximiè valent. Oppianus βαθυπλόκαμας vocat, id est comam gestantes densis cincinnis nexam, & Siculis, (quos dixerat, omnium quos terra dat, celerrimos esse) velociores esse asserit, Parthos rursus superari celeritate ab Iberis: Horatius itaque Parthos equis animosos cecinit. Equi autem celebrantur quoque à Gratio, sed asperis in locis parum idoneos esse ait propter vngularum teneritatem.

Parthi. *Lib. 1. Car. Od. 19.*

Scilicet & Parthis inter sua mollia rura
Mansit honor: veniat Caudini saxa Taburni,
Garganumque trucem, aut Ligurinas desuper alpes,
Ante opus excussis cadet vngula, sed tamen illi

Est

A partes descriptâ, priuatorum vsui seruit, aut quicquam præter agrestem syluam fert, & totâ regio est compascua, & incolæ Nomadæ, id est, pastores appellantur. Equi feroces sunt, & haud facilè magistro obedientes, vt ostendit Silius Italicus de Susana Hispaniæ vrbe loquens, quæ ex Sarmatis & Scythiæ populis orta est. *Lib. 3.*

At non Sarmaticos attollens Susana muros
Tam lenibus persultat equis, hinc venit in arma
Haud aui fragilis sonipes, crudoque vigore
Asper frena pati aut iussis parere magistri.

Camerarius bellis dicit esse aptos, multosque eorum reperiri castratos in tenerâ ætate, atque ijs dentes credi numquam cadere. Strabo Scythicæ & Sarmaticæ quidem gentis proprium esse ait, equos castrare, vt mansuetiores ad parendum fiant, sed de dentibus nihil. Ait verò paruos esse ac celeres, acres, atque rebelles. Ammianus Marcellinus tradit hosce populos necnon & Quados ideo castratis vti, ne aut fæminarum visu exagitati raptentur, aut subsidijs ferocientes prodant hinnitu densiore vectores. Genus tamen equorum est teste Absyrto non inelegans, & in B suo genere concinnum, ad cursum idoneum; simplex, grandi corporis habitu, valido capite, ceruice decora. Ipsi verò Sarmatæ equos sibi eos vt probos asciscunt, quos à genitiua quadam macula quam in armis & cocco referunt, aitogenes vocari ex eodem Absyrto annotauimus, & apud eos cum reliquis de pernicitate certare, ideoque ijs ad bellicas excursiones vti. At vero qui aquilinam notam pone ferunt contra clunem & caudam, eos improbant. Quin & obseruatum apud se esse tradunt, ne ex eis prælientur: quippe aut equitem ijs insidentem facilè perire, aut in quippiam molestiæ incurrere. Plinius eosdem hosce populos cùm longinqua acturi sunt itinera, inedia pridie præparare equos suos ait, exiguum tantùm potum impartientes, atque ita per centena millia & quinquaginta continuo cursu euntibus insidere. Pausanias scribit Sauromatas plurimos equos alere, & non tantùm ad bellum vti, sed etiam dijs immolare & cibo adhibere: vngulas etiam colligere, purgare, & diuidere ad similitudinem squamarum in draconibus, aut incisionum in viridi fructu piceæ: deinde perforare ac neruis equorum boumque consuere ad vsum thoracum, qui quidem Græcanicis (inquit) nec inelegantiores, neque infirmiores sunt; facilè enim ictus tum cominus inflictos, tum telorum eminus sustinere. At lineos thoraces non æquè vtiles esse in bello, cùm ferrum violenter adactum transmittant; venantibus verò conuenire. Scenitæ, vt Euagrius ait, equos habent tantæ pernicitatis, vt propter velocitatem eorum vinci nequeant. Populi sunt qui Persas contra Mauritium sequebantur. Apud Scotos Anglosque referente Iouio præcipuum robur est in pedite, & si qui adsunt in bello equites, magna pars sagittarij sunt, pauci verò cataphracti, quòd eorum equi, quanquam acres, ad iustam magnitudinem non excrescant, vt Frisij, Bætici atque Apuli, & propterea statariæ pugnæ minus idonei existimentur. In Scythia (author est Herodotus) equi ingentem & diuturnam vim hyemis perferunt, muli asinique ne incipientem quidem ferunt, cum tamen alibi stantes (inquit) in gelido equi labefiant, asini verò & muli durent. In locis verò circa Tanaim (vt scribit Dionysius Afer) & Caucasum Borealem tantum est frigus hybernum, vt præ illo non solùm muli, sed & pecora & equi moriantur. Quales autem eorum equi sint, & cur eunuchos faciant, iam dictum est. Siculi Oppiano probantur & celerrimi habentur, cedunt tamen Partis & Armenijs. Interpres reddidit Sicanos. Sicania enim Siciliæ pars est in finibus Agrigentinis, quorum equi præ cæteris laudabantur, vt dictum est.

In Atticis. C *Scenitici. Lib. 5 Hist. Eccl c. 20. Scotici. Li. 11. Hist. Scythici. Siculi.*

Inter equos porrò quos tellus educat, omnes
Anteuolant celeres rapida leuitate Sicani
D *Qui depascuntur Lilybaeum gramine mollem,*
Trinacriamque onus Enceladi populantur anheli,
Qua Aetna flammiuomis eructat faucibus ignes.

Sed in Græco codice pro Λιλυβήϊον legitur λιβύϊον per diæresim fortè. Lilybæum autem promontorium Siciliæ est Libyam versus. Pro Trinacria poëta habet τριχαρήνοον ὄρος, id est mons triceps. Trinacria autem Sicilia dicta est à tribus promontorijs, Pachyno, Lilybæo & Peloro. Gesnerus tricipitem montem intelligi ait Aetnam, vt quæ ignem eructet, & suppositum Enceladi gigantis cadauer tegat, quod hic de hoc monte Oppianus, alij de Aetna nominatim scribunt. Sed & Gratius equos Siculos elegantissimis celebrat versibus.

Sic (vt Libycis) & Strymonio facilis tutela Bisaltæ
Possent Aetnæas vtinam se ferre per artes,
Qui ludis Siculis: quid tum si turpia colla,
Aut tenuis dorso curuatur spina? per illos

Cantatus Graijs Agragas, victæque fragoſum
Nebrodem liquere feræ. O quantus in armis
Ille meis, cuius dociles pecuaria fœtus
Sufficient, qui Chaonias contendere contra
Auſit vix merita quas ſignat Achaia palma.

Vide etiam ſuprà proprijs locis. Laudabantur autem priuatim in certamine curuli. Vegetius: *Nec inferiores Hiſpanis equos propè Sicilia exhibet Circo.* Et rurſus eoſdem à moribus laudans, *Nec Epirotas Siculoſque deſpexeris, ſi mores ac* (hæc copula abundat) *pulchritudo non deſerat.* Iſidorus Siciliam ſcribit equorum magnorum generatorem habere Alpheum fluuium, ſed fortè in omni Sicilia magni fuerint, nam & Heſychius ex Sophocle αἰθαλαν πῶλον exponit, ἢ Σικελλω ἢ μέγαλην. Syenes equos ſæuos vocat Gratius:

Lib. 14. c. 6.

Syene.

Nec ſæuos miratur equos terrena Syene.

Geſnerus intelligi vult de Aegyptijs. Eſt verò Syene vrbs in confinibus Aethiopiæ & Aegypti, non procul à Nilo, ſupra Alexandriam verſus Meridiem quinque millibus ſtadiorum, ſub tropico cancri directè ſita, vnde ſole exiſtente in cancro, medio ſolſtitij die ſupra verticem ciuitatis nullam prorſus in ea vmbram iaci inuenio. In Syria & Cappadocia equos excellere tradit Albertus. Ego de Syriæ equis nihil inuenio. Ariſtoteles ſeu author ille librorum de mirabilibus Ariſtoteli aſcriptorum in ea regione equiferos dari aſſerit, vti ſuprà recitauimus. Sed eam partem quæ Apamia dicitur, equis alendis aptam eſſe, etiam ſuo loco oſtendimus. Suethia & Gothia, vt aſſerit Olaus Magnus, equos magnos & ad cataphractorum prælia aptiſſimos producit, qui tamen regio edicto extra regnum educi prohibentur. At minores magno numero quotannis à Germanis exportantur propter tolerantiam laborum, famis, frigoris, tenebrarum laudatiſſimi. Tarentinus ager Straboni celebratur equis alendis aptiſſimus. Statius Tænarios equos tanquam excelſos prædicat, & à Cyllaro præſtantiſſimo illo Caſtoris equo originem ducere oſtendit:

Syri.
Sueti & Gothi.
Li. 17. c. 16.
Tarentini.
Lib. 6.
Li. 4. Theb.
Tænarij.

Tænarijs hic celſus equis; quàm diſpare cœtu
Cyllarus, ignaro generarat Caſtore prolem.

Tænaron promontorium eſt Laconicæ regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponneſi, quàm longiſſimè à mari procumbens. Equos Tartarorum pleroſque albos eſſe inuenio. Scribit autem Paulus Venetus magnum Cham illorum regem habere armenta equorum alborum, equarumque eiuſdem coloris, quæ putantur excedere numerum decem millium. Matthias à Michou dicit tantæ velocitatis hoſce equos eſſe, vt vno die viginti miliaria magna Germanica equitent: Idem etiam teſtatur eoſdem equos pedibus aquam & pabulum ſub niuibus quærere. Sunt autem depreſſa ceruice, puſillique vt Sigiſmundus Baro annotauit, ſed fortes, qui æquè inediam laboremque ferre poſſunt. His ad laborem aſſuefactis, commodiſſimè (inquit) vtuntur, aiuntque Moſci perniciores ſub Tartaris quàm ſub alijs eſſe. Ne dorſa eorum atterantur, gramine ſellas ſeu arborum folijs fulciunt. Theben Moſchus ἱπποτρόφον quaſi equorum alumnam cognominauit. Similiter Euripides Theſſaliam πωλοτρόφον. Theſſaliam autem paſcendis equis commodiſſimam, teſtis eſt Strabo, addens hos equos Arcadicis & Epidauricis præſtantiores eſſe. Varro etiam præſtantiſſimos putat, valereque Theſſaliam equorum optimorum gloria vetus indicat adagium, ἐπικρινεῖται ἵππος Θεσσαλική, id eſt *decernetur equa Theſſalica.* De hiſce eiſdem equis hoc quoque prouerbiale aut potius oraculum Delphicum intelligi volunt Theodoritus, Tzetzes, Sophocles, Athenæus, Herodotus, & Euſtathius.

Tartari.
Lib. 1. c. 65.
Lib. 1. c. 6.
Thebe.
Theſſalici.
Lib. 8.

Ἵπποι Θρηΐκιαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες.

Sed in hoc differunt, quòd aliqui cenſent legendum, ἵππον Θεσσάλικὴν, λακεδαιμόνιαν δὲ γυναῖκα: Tzetzes Θετ7άλας ἵππους in hiſtorico nominatim appellat. Euſebius verò in libro de præparatione Euangelica Thraces appellat iſtiuſmodi equos: Vtcumque eſt, Theſſalis palma datur. Hinc autem eſt quod Neptunum tradunt in campis Petreis qui ſunt in Theſſalia, impulſu tridentis equos è terra excuſſiſſe, Scyphium & Arionem, & ex his poſtmodum equos cæteros eius regionis procreatos eſſe. Ipſi verò etiam populi equorum fuere perquam ſtudioſi, equitationiſque inuentores, vt oſtendetur ſuo loco. Equos autem Theſſalos in curuli certamine vtiliſſimos celebrat Theocritus, inquiens:

Lib. 6.

Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσάλος ἵππος, id eſt, Vt in horto cupreſſus aut in curru equus Theſſalus. Inuenio tamen apud Herodotum in eo curuli certamine quod exhibuit Xerxes in Theſſalia, equas Theſſalicas ſuis (Perſis) inferiores fuiſse: exhibuiſse autem id certamen quòd illic totius Græciæ equas optimas eſse audiuiſset. Atqui Homerus cùm vellet oſtendere, qui inter duces certaturi præſtarent virtute & equorum ſtrenuitate, excellentiæ laudem ita Eumelo tribuit, vt Achillem Theſsalum excipiat, tum ipſum, tum ipſius equos, in quibus omnia quod ad præſtantiam, incomparabilia eſsent; certè Theſsalicis equis primas tribuit.

Lib. 7.

Quarè

A Quarè cùm in fine Iliadis vellet Diomedem in funebri certamine victorem declarare, implorat Mineruæ auxilium, vt victoriæ resisteret: itaque iugo fracto ipse ex curru excutitur, & vix tandem post alios omnes ad metam peruenit.

Ἐλκων ἅρματα κακὰ ἐλαύνων πρόσοδεν ἵππους.

Istius verò regionis equis notam bouilli capitis inuri solere inuenio, vt bucephali appellarentur eoque nomine ibi vocatos ita signatos equos: falli autem qui putant bucephales vocari à bouillo capite, vel à cornibus quibus Alexandri equum similiter bucephalum nuncupatum, præditum fuisse ineptè nonnulli somniant. Nam quòd equi quidam apud Thessalos bucephali dicerentur, ostendit manifestè Aristophanes ἀναγύρῳ. Gratij versus de equis Thessalis suprà recitaui in Mycenis. Apparet equos fuisse & corporis & animi robore præstantissimos. Cæsarem enim dictatorem testatur Rauisius textor, equorum Thessalicorum in tauros dimicantium eosque necantium spectaculum Romanis ferri dedisse. Thraces Absyrtus turpes esse scribit, deformi specie, rigido corpore, prægrandibus armis (κάτωμες, Grammatici κατωμιστὴν exponunt equum quo sessor ab humeris in terram excutitur,) gibbere vel curua spina; varos atque ideo ingressu vacillante cursuque: cæterùm oraculum Delphicum illud quod paullo antè citabamus Thracias (Θρηΐκιας) equas præ cæteris extollit. Et Hesiodus Thraciam πωλοτρόφον nuncupat, & Procopius testatur solitos esse Imperatores in Thracia equorum alere sobolem. Et Virgilius præstantissimos hic fuisse equos indicat in Turno rege, *maculis quem Thracius albis portat equus*. Nec rectè à criticis reprehenditur poëta quòd pòst de eiusdem equis dicat; Bucephali. Thraces. B Lib. 9. Lib. 12.

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia
Qui candore niues anteirent, cursibus auras.

quasi veritati parum sit consonum probabileque Pilumno Italo notam fuisse Orithyiam puellam Atticam, quam videlicet Apollo in Thracia rapuit: nam hic potiùs laudandus quàm reprehendendus Maro est. Cum enim Pilumnus deus fingatur, dea Orithyia, quid ni alter alteri notus esse potuerit? Non enim vt de mortalibus sed vt de deis poëtam loqui (inquit Turnebus) censendũ est, etsi & in ijs reuera nihil diuinitatis fuerit. Celebrat eosdem Statius de equis loquens Hippodami. Li. 23. Aduers. c. 18.

Vt Siculas si quando rates tenet æstus & ingens
Auster agit, medio stant vela tumentia ponto:
Tunc ipsum fracto curru deturbat, & isset
C *Antè Chromis, sed Thraces equi vt videre iacentem*
Hippodamum, redit illa fames, iam iamque frementes
Oblitus palmæ, retrò Tirinthius heros
Torsisset, victorque & collaudatus abisset.

Thracia erat etiam olim celeberrima propter Diomedis equorum stabulum, quod fuisse ait Solinus non longè à stagno Bistonio, oppidum autem fuisse nomine Tyrida: cæterùm cessisse æuo, solùmque turris vestigium suo tempore durasse. In regno Timochiam, regno Persiæ octauo & in finibus eiusdem, equos esse magnos & pulchros scribit Paulus Venetus, & à negotiatoribus venales duci ad ciuitates Chisem & Charmosam in litore maris sitas, ac inde in Indiam mitti. Toringos commendat Vegetius tanquam iniuriæ tolerantes, ita vt proximum post Hinniscos, quos omnium primos facit, locum obtineant. Populi sunt Hessis vicini, qui Plinio, vt Volaterranus conijcit, Cimbri mediterranei vocantur. Turcorum equi pernicissimi, testiculis vt plurimum sunt ademptis: quod meminit quoque qui equorum effigiebus à Stradano editis versus subiecit: Inquit enim: Diomedis equorum stabulum vbi. Lib. 1. c. 19. Toringi. Turcici.

Turcus acer campis, paruis contentus, obesus
D *Tergore, per latos celeri pede fertur agellos*
Sed plerumque suis (vt fertur) testibus orbus
Atque iuba tinctus fulgenti & murice cauda est.

Laudantur quàm maximè nostra tempestate in vsu bellico. Tyrrhenos Oppianus similiter tanquam bello aptos probat. Volaterranus ex Tyrrheni maris insulis præsertim Corsica & Sardinia breues admodum sed animo generoso atque audaci, esse ait, & ingressu irrequieto. Venetos Paphlagoniæ populos qui post bellum Troianum Antenore duce, eam Italiæ partem, quæ nunc Venetia dicitur, occuparunt, celebres olim fecit equos alendi studium, id quod Strabo his verbis asserit. *Venetos aliqui putant descendere à Venetis Paphlagoniæ populis, qui post bellum Troianum ad hæc loca peruenerint: & huius coniecturæ argumentum faciunt, industriam ipsorum in alendis equis: quæ hoc omnino tempore defecit: antea tamen in summa apud illos cura fuit. Dionysius quoq. Siciliæ Tyrannus hinc alendorum semen equorum constituit, quos ad equestre certamen tollebat: adeò vt per Græcos equinæ prolis Venetæ nobilitas maneret, & ad longum tempus propago ipsa famam vendicaret*: Ἐνετίδες ἵπποι, nominantur quoque à Stephano in Enetis, Tyrrheni. Veneti. Lib. 5.

 vicinis,

vicinis, vt ait, Paphlagoniæ populis. Pro ἐνετίδας apud Heſychium & Varinum alicubi legitur B
Lycoſpades. corruptè ἐνδίας, his verbis: ἐνδίας ἵππους, ἐν τῷ Ἀδρίᾳ ἵππους, καὶ λυκοσπάδας (lego λυκοσπάδεις)
Lycophori. καὶ λυκοφόρους. (ego Lycoſpades equos à Lycophoris ſuo loco diſtinguam,) nam aliàs habent:
ἐνετίδας πώλους στεφανηφόρους, ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἀδρίαν Ἐνετίδος. Vnde conſtat Venetos equos in
ſacris certaminibus ſæpè nobilitatos fuiſſe, & ſæpe palmas & coronas retuliſſe.

NATVRA. MORES. SOMNVS. Mundities.



Cur duce careant. QVORVM ducem (inquit Ariſtoteles) vt boum nullum conſtituunt, quod eorum natura non ſtabilis ſed mobilis procaxque eſt. Sunt tamen etiam gregales, aut armentales ſiue armentitij, vt ex ijs quæ dicta ſunt, partim conſtat, & ex deinceps dicendis conſtabit: Virgilius autem equam inde armentalem vocauit: F

Armentalis equa mammis & lacte ferino
Nutribat.

Cælius gregales Græcis φορβάδας dici tradit, domeſticos verò, hoc eſt quos domi alimus τροφίας: ſed & ἀγελαίους illos dicere licet. Eſſe præterea equum animal philolutron aut philydron id eſt balneorum & aquæ amans, idem author probat Ariſtoteles, idque prius etiam notauit Ho-
Iliad. O. merus:

Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο, id eſt,
Aſſuetus lauari pellucido fluuio.

Lib. 5. Similiter volutari gaudet. Bibunt ſorbendo: Tradit autem Athenæus Parmenonem Byzantium
Bibendi modus. prodidiſſe, nos qui vno hauſtu multum bibit, vaccæ potiùs quàm equo comparare, cùm tamen
Lib. 8. Hiſt. cap. 6. bouem ſorbendo quoque bibere videamus, idque non præterijt Ariſtoteles. Quod verò equi bibentes os profundiùs aquæ immergant, aſini verò & muli, vix aquam labris attingant, calidiori equi naturæ, ideoque animantis ipſius audaciæ, illorum contrà frigiditati timiditatique aſcribendum eſſe indicarunt eruditiores. In edendo quoque auidiſſimi exiſtunt equi, & cùm G
Voracitas. celeriter propria deuorarunt, panem mox conſortis cum eadem inuadunt auiditate, vnde conſortem ſuum macreſcere non ſemel contingit. A pabulo vix vnquam ceſſant, animum verò ſimul & os interdiù noctuque habent in patinis: Inediam tamen magis quàm ſitim ferre, hinc
Inediam ferre. elatum eſt, quòd Sarmatæ longinqua obituri itinera, cibum adimunt, inedia eos præparantes atque ita per centena & quinquaginta millia continuo curſu euntibus inſident. Turci quoque iter facientes interdiu equos non paſcunt, niſi fortè æſtate ad ſolis æſtum fugiendum, manè & veſperi iter faciant, ipſi verò equis inſidentes edunt quæ circumferunt, equos vbicumque aquam inueniunt, potare ſinunt: quam ob cauſam fontes ſecundum regias vias deriuandos magna diligentia curant: quemadmodum ſcribit Petrus Bellonius Cenomanus in ſingularibus ſuis obſeruationibus per Orientem. Iam verò inani ventre velociores belloque vtiliores eſſe inuenio. Refert Saxo Valdemarum nocte quam belli inſecutus eſt dies, quo Suenonum III. Danorum
Menſtruæ purgationes. regem & vita & regno exuit, frenatos ſtare equos paſtuque penitus arceri præcepiſſe, ne ſacietate graues, curſu hebetes forent. Equas, vt & vaccas crebriùs mingere Ariſtoteles annotauit: nos in ipſo curſu eas veſicam exonerare poſtea dicemus, ideoque in belli vſum à Scythis deſiderari. De menſtrua earumdem purgatione hæc ferè prodidit. Equæ purgantur menſtruis, H
„ modo quidem ampliore quàm oues & capræ, ſed multò minus proportione. Rurſus. Equa-
„ bus menſes fiunt & vaccis, ſed his minus. Et rurſus. Equa vacat admodum purgamentis
„ in partu, minimumque emittit profluuium ſanguinis, videlicet pro corporis magnitudine.
„ Item alibi: Conceptus indicium maximè in vaccis equabuſque cùm menſes ceſſarunt ſpatio tem-
„ poris bimeſtri, trimeſtri, quadrimeſtri, ſemeſtri: ſed id percipere difficile eſt, niſi quis iam
„ dudum ſecutus, aſſuetuſque admodum ſit: quamobrem non deſunt, qui menſes in his anima-
Sect. 10. Probl. 58. libus negent. Cùm peperit, ſtatim ſecundas deuorat, vt idem annotauit philoſophus. Et alicu-
Stercora cur ſicca. bi docet, cur plus excrementi ſicci quàm humidi equi egerant, contrà ac hominum genus: rationem afferens quòd hæc animantia ſicco pabulo largiori vtantur, cùm homo humidis magis
Cur & quando ſpumeſcant. quàm ſiccis veſci ſoleat. Spumeſcit eorum os, maximè ſi curſu aut labore defatigentur, de cuius ſpumæ cauſa, quæ nobis reliquit Galenus, licet verboſiùs, minimè prætereo. Is itaque explicaturus hunc diuini Hippocratis aphoriſmum: *Qui ſuffocantur & à vita deficiunt,*
Lib. 2. Aphoriſm. 43. *nondum tamen mortui ſunt; non referuntur ad vitam, quibus ſpuma circa os apparet.*

Omnis

A Omnis spumæ (inquit) generatio ex duarum substantiarum mixtione conficitur, altera spirituosa, altera humida. Fit autem earum mixtio, ambabus in multa perfractis & multis mutuo complexu paruis ampullis ab ipsis effectis. Cùm verò tenacem habet is qui coniungitur humor consistentiam: (quo spiritum complectente, ampullas contingit generari) non facilè dissolubilis, sed stabilis spuma conficitur; qualis maximè currentibus equis, vel ira percitis apris, circa os aggregatur. Ambarum verò substantiarum contactum ac mixtionem facit nonnunquam motus violentus vel vtriusque vel alterius tantùm: nonnunquam verò & fortis calor, nisi & hunc dixerit quispiam spumam per motum operari. Verùm homini ea quæ manifesta videntur consectanti, tutius est dicere spumæ generationem: ventis quidem vehementioribus mare occupantibus, propter ictum fortiorem: in lebetibus autem, caloris ratione. Sic itaque in corporibus animalium, cùm adsunt ex morbo comitiali conuulsiones vehementia motuum solet spumam generare: in apris verò calor: in cursibus autem equorum, vtraque causa vigorem habet. Nam dum continuò per respirationes intrò & extra fertur, saliua per ipsas extenuatur; & aliquid etiam ex pulmone instar vaporis effertur, quod saliuæ miscetur ac circumplicatur spumæ quæ generatur, substantiam vnà adaugens. Qui verò opinantur hanc spumam ex ventre prouenire, decerrant. Neque enim B fieri potest, vt affatim & cumulatè inde proueniat, cùm neque eo tempore animal euomat, neque nauseam vllam patiatur; citra quæ symptomata, nihil è ventre potest efferri; tantum abest, vt vapor quispiam expirationi similis attolli inde possit: cùm nulla huiusmodi substantia è ventre efferatur, qualem pulmo expirat. Hæc & alia Galenus: cur verò spuma ea alba reddatur, causam esse volunt calorem & motum æquis ferè portionibus concurrentes: ita. n. & in mari accidere, cùm à ventis commouetur: ita fieri in ollis quibus ignis subijcitur, ita & in aëre, agitatum à ventis humorem hyberno tempore, colore albo reddi, & postquam albuit, ob frigus quod est in aëre, congelari in niuem: Somniare etiam hæc animantia palam est, quod & Aristoteles & Plinius quoque prodiderunt: Somniant autem de ijs maximè quibus assueuere, vt in nobis ferè euenire quoque solet: Lucretius:

Cur spuma sit alba. *Somniare.* *Lib. 4.*

Vsque adeò magni refert studium, atque voluntas,
Et quibus in rebus consuerunt esse operati
Non homines solùm, sed verò animalia cuncta
Quippe videbis equos fortes, cùm membra iacebunt
C *In somnis sudare tamen, spirareque sæpe*
Et quasi de palma summas contendere vires.

Dormiunt autem plerumque stantes, tamen canterij, vt aiunt, magis, qui quòd castrati sint, mitiores & placidiores, somniculosique ac dormitantes, magis ob torporem videntur. Hinc iocus ex ambiguo apud Plautum: *Vt dormiant*

Certè hac mulier canterino ritu astans hic somniat.

Nam & somniare, somnia est videre inter dormiendum, somniare etiam delirare, nugasque & deliramenta effutire valet, vt apud eundem: *Quos sumanos somnias.* Id est nugaris & blateras. Cùm irascuntur, canum modo dentes denudant, mordentque etiam, apparet autem ridere, & vulgò risum equinum id nuncupamus. Blanditiarum maximè sunt amantes, contrà verbera abhorrent, vt ex Xenophonte dicemus suo loco: Equæ pullos suos amant ardentissimè, cuius rei (inquit Aristoteles) indicium est quòd sæpius steriles auferunt pullos à matribus, quos ipsæ amore prosequentes tuentur, sed quoniam lacte carent, deprauant eos quos diligunt. Celebratur verò amor iste, maximè ab Aeliano his verbis: Equa mater optima, summa charitate & fide pullum suum amat, cuius sanè modi amoris Darius ætate inferior non imperitus, equas à partu recentes relictis D domi pullis ad pugnas ducebat. Pulli sic alieno lacte à matribus orbi, quemadmodum homines parentibus amissis aluntur. Darius cùm inclinata iam acie in eo prælio quod ad Iassum (Issum potiùs) commiserat, Persarum res premi cœpissent, cumq; victus fuga salutem adipisci necesse haberet, in equam ascendit; quæ quòd relicti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit studio & celeritate eum ipsum prædicatur ex periculis eripuisse. Simile quid recenset quoque Paulus Venetus de Tartaris: Circa extremum (inquit) Septentrionem regio quædam est, in qua multo per annum tempore sol non apparet, ita vt non solùm noctu tenebræ sint, sed etiam interdiu aer in modum crepusculi caliginosus. Hanc regionem confines Tartari prædæ gratia ingressuri, ne propter subitò ingressuram noctem periclitentur, hoc modo cauent. Equas cum pullis accipiunt, & pullos in primo ingressu custodibus committunt, vt se illic redituros expectent. Sic equæ nocturno itinere diligentiùs obseruato, rectà ad pullos suos in reditu contendunt, idque celerrimè: Laxant enim eis sessores habenas, & liberè quò suo instinctu feruntur, ire permittunt. Similiter pullus ipse matrem sequitur quocumque euntem. Vult itaque M. Varro, vt pullus cùm firmior iam est factus, in eadē pascua, in quibus mater est, dimittatur, ne desiderio partus sui laboret equa: nam

Ira. *Gaudere palpis.* *Amor erga pullos.* *Lib. 3. c. 49.* *Tartarorum prædandi modus.*

 id præ-

id præcipuè genus pecudis (inquit) amore natorum, niſi fiat poteſtas, noxam trahit. Amoris iſtius E cauſam eſſe volunt hippomanes, quod ſtatim a fronte fœta ædito partu dicitur deuorare, vt ſuprà abundè indicauimus. Cæterùm alienos quoque pullos orphanos ſæpè nutrire viſa eſt vt proprios, id quod teſtatur Ariſtoteles. Equas ſocietate coniunctas, ſi altera fortè perierit, alteram pullum parente orbatum enutrire dicens, cuius amoris meminit ſic Tzetzes:

Αἱ ἵπποι καλουκῖσίρωσαι τὺς ὀρφανὺς τῶν πώλων
Θηλάζουσι καὶ τρέφουσι τύτυς συν τοῖς ἰδίοις.

Seipſam amat equa. Ipſa verò conſpecta ſua ipſius imagine non aliter ac Narciſſus, ſibi ipſi placet, & ad libidinem incitatur: de quo amore hæc prodidit Theomneſtus: Rarior quidem ſed hæc eſt equarum nota rabies, vt cùm in aqua ſuam viderint imaginem, amore inani capiantur & per hunc oblitæ pabuli tabe cupidinis intereant. Eius veſania ſigna ſunt, cùm per paſcua velut extimulatæ concurſitant, ſubinde conſpicientes, vt aliquid deſiderare vel requirere videantur. Mentis error diſcutitur, ſi deducas ad aquam detonſa iuba: tum demum ſpeculatæ deformitatem, priſtinæ imaginis aboletur memoria. Similiter etiam vt aſinorum in coitu patiantur humilitatem, iubas tondere præcipiunt, quoniam comatæ pulchritudine atque gloria ſuperbiant: id quod meminit in primis Plutarchus in Amatorio. Qui vxorem (inquit) in arctum cogit & comprimit veluti annulum digito F ob gracilitatem alias delapſurum, ſimilis eſt eorum qui equas tondent & deinde ad fluuium vel lacum adducunt: nam ſuam formam conſpicientes fœdatam, ferociam dicuntur amittere & pati porrò ab aſinis ſe conſcendi. Iam verò Lycoſpades dictos equos maximè ſtudere ſcribit Ælianus, vt *Munditiei.* formoſi videantur ſuis aurigis, idque ipſum cùm natant oſtendere, tum enim in aquam bene penitus procedere, vt & nitidum os efficiant, & ne ſordidum quippiam ex præſepi aut de via illitum deformet ſpecioſum nitorem: ac odorati vnguenti ſuauitatem, Homeri & Simonidis teſtimonio in amore & delicijs habere exiſtimari. Sed hoc idem alias equis in genere attribuit, his verbis: Ex ijs qui equinæ tractationis periti ſunt, audiui equum delectari lauatione & vnguentis.

INGENIVM, DOCILITAS, Memoria.



OCILITATIS mirique huius quadrupedis ingenij, infinita penè dixerim G argumenta proferam. Homerus non tantùm intelligentiam quandam vulgarem ſed diuinam, atq; etiam orationem attribuit, nam Hectoris equos deos appellat, quam alias nominis prærogatiuam magnis tantùm viris dare ſolet: Xantum Achillis equum fingit, non loqui modò, ſed & acerba voce dominum increpare, non ſecus ac Balanum fecit aſinus in ſacris literis. *Iud. ca. 22.* Idem Homerus citante Platone Aeneæ equos commendans, noſſe ait Κραιπνὰ μάλ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα διώκειν ἠδὲ φέβεσθαι, rapidè hinc atque illinc pugnare vagarique, quaſi quando vrgendum & *Militandi peritia.* quando fugiendum ſit, non ignorent, vnde etiam eundem celebrat Aenæam. Multa de equi ingenio Solinus de Cappadocia ſcribens. Terra illa ante alias (inquit) altrix equorum & prouentui *Cap. 57.* equino accommodatiſſima eſt: quorum hoc in loco ingenium reor perſequendum. Nam equis in- *Iudicium.* eſſe iudicium, documentis plurimis patefactum eſt, cùm iam aliquot inuenti ſint, qui non niſi primos dominos agnoſcerent, obliti manſuetudinis, ſi quando mutaſſent conſueta ſeruitia. Inimicos partis ſuæ norunt, adeò vt inter prælia hoſtes morſu petant. Sed illud maius eſt, quòd rectoribus perditis quos diligebant, acceſſunt fame mortem. Verùm hi mores in genere equorum præſtantiſſimo reperiuntur. Nam qui infra nobilitatem ſunt ſati, nulla documenta ſui præbuerunt. Sed H ne quid videamur dicendi licentia contra fidem arrogaſſe, exemplum frequens dabimus, Alexan- *Bucephalus vnde dictus.* dri Magni equus bucephalus dictus, ſiue de aſpectus toruitate, ſeu ab inſigni, quod taurinum caput armo inuſtum gerebat, vel quòd de fronte eius quædam extantium corniculorum minæ protuberabant, cùm ab equario ſuo alias etiam molliter ſederetur, accepto regio ſtratu neminem vnquam alium præter dominum vehere dignatus eſt. Documenta eius in prælijs plurima ſunt, quibus Alexandrum è duriſſimis certaminibus ſoſpitem opera ſua extulit, quo merito effectum vt defuncto in India exequias rex duceret & ſupremis ſepulchrum daret, vrbem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucephalam nominauit. Idem de Bucephalo ferè in hæc verba tradidit Aulus Gellius: Equus Alexandri regis & capite & nomine Bucephalus fuit. Emptum Cares ſcripſit *Lib. 5. ca. 2.* talentis tredecim & regi Philippo donatum. Super hoc equo dignum memoria viſum, quòd vbi ornatus erat, armatuſque ad prælium haud vnquam inſcendi ſeſe ab alio quàm à rege paſſus ſit. Id etiam de iſto equo memoratum eſt, quòd cùm in eo inſidens Alexander bello Indico & facinora

faciens

A faciens fortia, in hostium cuneum, non satis sibi prouidens, immisisset, coniectisque vndique in Alexandrum telis, vulneribus altis in ceruice atque latere equus perfossus est: moribundus tamen ac propè iam exanguis è medijs hostibus regem viuacissimo cursu retulit; atque vbi eum extra tela extulerat, ilico concidit, & domini iam superstitis securus quasi cum sensus humani solatio expirauit. Tum rex Alexander, parta eius belli victoria oppidum in ijsdem locis condidit, atque ob equi honores Bucephalon appellauit. Sed de equorum amore fideque erga dominos suos mox plura. De ingenio verò eiusdem Bucephali meminit Q. Curtius, scribitque Alexandrum non eodem quo cæteras pecudes, animo eum equum æstimasse: quòd in dorso suo insidere non pateretur alium; se verò, cùm vellet ascendere sponte sua genua submittens exciperet, crederet urque sentire quem veheret. Nos quoque Sacarum equos, si sessiorem excusserint, subito consistere, vt rursum ascendere possit, ex Aeliano diximus. Inuenio denique hunc Alexandri equum cùm in propriam statuam ab Apelle sculptam incidisset, hinnitu clamoreque edito, exactissimè atque omnibus numeris absolutissimam iudicasse, ideoque Apellem illius iudicium iudicio Alexandri qui suam præferebat, prætulisse. Similis planè intellectus in equo Neoptolemo immolando meminit Heliodorus his verbis: Dixisses & equum intelligere formam domini & quòd pulcher ipse pul-

Alexander ab equo seruatus.

B cherrimum gestaret sessorem sentire: ita collum circum mouens & arrectis auribus caput attollens & trux supercilium supra oculos versans, ferebat & ferebatur exultans & superbiens & laxato freno alacriter progrediens, ac in vtrumque latus alternis sese librans, extremaque vngula terram leuiter pulsans, commotionem cum incessus tranquillitate temperabat. Equum C. Cæsaris nullum præter Cæsarem dorso recepisse idem Solinus, Suetonius, atque alij etiam testantur: Sed & Suetonius addit, ante Cæsarem nullum admisisse alium. Nos quoque vidimus (inquit Gaudentius Merula) equum Pannonici cuiusdam medici, qui pro foribus solutus donec ab ægris rediret, expectabat, etsi diem integrum abfuisset. Nullum alium admittebat assessorem. Aduentanti medico velut gratulabundus occurrebat, dorso mox illo suscepto tanquam triumphans glomerabat in gyrum, aut eum subsequebatur, si is vel frigoris vel sanitatis gratia pedibus ibat. Sed de amore in dominos mox plura. Cæterùm vt minus fortassis mirandum est quòd heros suos noscunt, qui nempe ipsis benefici sunt, ita multò admirabilius est, quod populos interstringuere nosse credantur. Scribit enim Aelianus, equos Lycospades dictos Græcorum hominum studiosos esse dici, eorumque mirificam notionem habere, vt naturali quodam sensu ad eos amandos afficiantur, neque enim palpitantibus se offendi, neque resilire, sed tanquam constrictos teneri, totum diem cum ijs

Græcos à barbaris distinguunt.

C traducere, atque somnum prope eosdem capere. Sin ad ipsos barbarus accedat, quemadmodum ex vestigijs sagaciter odorantes canes feras percipiunt, sic eos ab equis illis cognosci, elatoque clamore tanquam sanè feram bestiam extimescentes, in fugam sese dare. Maius adhuc in intellectu iudicium equo tribuit Chrysantas apud Xenophontem, dum non intelligere tantùm, sed multa etiam homini auribus indicare nosse ait. Vt enim peritum equitandi hippocentauris præstantiorem esse ostenderet, inter alias rationes, hanc ceu præcipuam adducit, quòd hippocentaurus duobus tantùm prospiceret oculis, duabusque auribus audieret, cùm ego (inquit) equitans quatuor prospiciam oculis, quatuorque auribus præsentiam. Aiunt enim equum manifestare hominibus quæ oculis prospicit, ac multa significare auribus, quæ antea auditu percepit. Nouit optimè discernitque si qui vel regit, vel insidet, equitandi aurigandique peritus est, vt imperiti naucleri exemplo docet Ouidius, dum canit:

Auribus indicat quæ audiuit.

Lib. 4. de pædia Cyri.

Equitationis peritum agnoscit.

Lib. 1. Trist. Eleg. 3.

Nauita confessus gelidum pauore timorem
Iam sequitur victus, iam regit arte ratem:
Vtque parum validus non proficientia rector
D *Ceruicis rigidæ frena remittit equo,*
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus vndæ
Aurigam video vela dedisse rati.

Aegrè verò etiam imperitum aurigam ferre se equa ipsa apud Theognidem testatur, inquiens:

Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη. ἀλλὰ κάκιστον
Ἄνδρα φέρω. καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον.
Πολλάκι δὴ μέλλησα διαρρήξασα χαλινὸν
Φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνίοχον. id est:

Equa sum pulchra & certatrix, sed pessimum
Virum fero, & mihi id molestissimum.
Sæpe profectò cogitaui effringens frenum
Fugere, excutiens malum aurigam.

Quod si verò probum equitem nactus fuerit equus, eius operam maximè si sagittarius fuerit, in bello, dorsi sui nisu adiuuat, naturæ quodam instinctu, vt annotauit Plinius his verbis: *Ingenia*

Iaculantem vt iuuet.

eorum

corum (equorum) *inenarrabilia, iaculantes obsequio experiuntur: difficiles conatus corpore ipso, nixuque iuuantium.* Sic enim apud Plinium scribendum esse, non *inuitantium* docet Baptista Pius Bononiensis noster in explacatione versus istius Flacci: E

Plinius correctus.

Lib. 6.

——— *Intentaque adiutum missile planta*

Dirigit. Adiutum (inquit) dixit, quia quando volumus mittere telum, pedem intendimus, ac alterum crus explicamus & mox iaculamur, quo corporis nisu missilia iuuantur. Quàm docile modo animal sit equus eleganter docet Gryllus apud Plutarchum, brutorum ingenia cum humanis comferens: Quæ homines (inquit) ludentes aut luxuriantes discunt ac meditantur, hæc nostra intelligentia etiam contra corporis naturam assequitur, freta vi percipiendi innata atque copiosissima. Non dicam de catulis feras indagantibus, aut pullis equorum ad certum numerum gradi discentibus, sed & corui loqui & canes per aduersos saltare orbes discunt, & equi & boues in theatris mirabiles addiscunt motus, sessiones, institutiones, choreas, itaque meminerunt artis, eamque exercent, hominum maximè studio atque industria: quæ ipsa docilitatis sunt documentum, nullam aliam ad rem prosunt. Quomodo autem ad certum numerum gradi discant, dicemus infrà, qui verò id naturæ ductu præstent, diximus iam antè. Choreas tripudiaque edoceri Sybaritarum exemplo notissimum, qui cùm eò deuenissent dementiæ, vt in symposijs equos ad tibiam tripudiare docuissent, ad internecionem vsque deleti sunt, vt meminit Aristoteles de eorum agens repub. Crotoniatæ enim hostes, hoc deliciarum studio intellecto, saltandi concinnitatem illis pararunt, tibicines, vt equos ita institutos, vt audito tibiæ cantu, sese statim attollerent arrectos, pedibusque prioribus vice manuum gestus motusque quosdam chironomiæ ederent ad numerum saltatorios, militibus suis permiscentes, quorum melodiam cùm audiuissent non solum dicuntur exilijsse, verùm etiam excussis sessoribus ad Crotoniatas hostes transfugisse. Idem scribit Charon Lampsacenus Bisaltas contra Cardianos designasse. Onarim enim Bisaltarum ducem, tibicinam Cardianam in arte erudire fecisse; vbi ergò pugna fuit cœpta, tibias inflare modulosque canere iussisse consuetos, equos autem ijs auditis in posteriores pedes erectos, in tripudium esse conuersos: & cùm Cardianorum vis in equitatu posita esset, victos facileque superatos fuisse. Olaus Magnus equos in Elandia insula Gotici maris ingeniosissimos esse testatur, vt saltibus & choreis buccinæ vel tympani sono per eos adaptari possint, quarum exercitium est, huiusmodi spectaculis acquirere quæstum: Item instrui vt circulos ferreos aut ligneos non admodum amplos, more canum, transiliant, saltuatimque viuacissima pernicicitate sese gyrando reuoluant. Proprio etiam nomine monitos magis vel minus id facere, iuxta arbitrium imperantis. Huius autem insulæ equos exiguo corpore esse suprà dixi: quare talem fuisse conijcio, de cuius mira docilitate hæc nobis prodidit Scaliger. Equum pusillum deformem circumducebat agyrta quidam, cuius iussu atque etiam solo interdum nutu ille omnia faceret; ambulare, succussim properare, currere, saltare, vel quadrupes vel bipes. Vinum bibere vidimus: (Olaus illius insulæ equos cereuisia & vino vsque ad ebrietatem potari asserit; & Cardanus in appendice librorum de varietate rerum, quia zithum siue cereuisiam & vinum bibunt, magis dociles reddi, idq; cum alijs animantibus commune habere istiusmodi equos, maximè cum auibus author est,) in clunibus sedentem; anteriores pedes ad pateram ferri: peluim siue malluuium cruribus sustinere, quasi à tonsore lauaretur; qualem pictum videmus asinum cucullatum: humo sesternere; proiectum atque porrectum iacere: ciliorum compressione annuere: caput ad heri nutum attollere; in terga vertere: supinus ostendere quo corporis situ mulier ineuntem admittat virum. Postremò nullum (inquit) canem vnquam vidimus doctiorem aut dociliorem, nisi vnus excipiatur, qui super anterioribus pedibus erectus ac bipes ambulans, elatis clunibus, illustrissimæ hominum coronæ miraculo fuit. Hæc ille. Solinus istiusmodi docilitatem, discendique promptitudinem, voluptatem vocat, inquiens. *Voluptatem equis inesse Circi spectacula prodiderunt: Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accensis facibus ad cursus prouocantur.* Hisce discendi facultatibus addendum, quod sua sponte domum reuerti visus sit. Accepimus enim Galbam Imp. cùm de equi cuiusdam possessione disputaretur, velatum præcepisse duci ad flumen, & vbi bibisset, linteum amoueri oculis, illiusque adiudicasse equum, ad cuius ille equile iam liber factus abiret, cùm scilicet equus solitum sit adire diuersorium, sic & Horatius vltra id inuitos agi docet, dum canit: F G H

Docilitas.

Tripudiant.

Sybaritæ vitiati.

Athen. li. 12 c. 6. ex Arist.

Li. 12. c. 23.

Elandiæ insulæ equorũ mira docilitas.

Exerc. 209.

Canis mira actio.

Stabulum agnoscunt.

Lib. 1. Epist.

Mutandus locus est & diuersoria nota
Præter agendus equus: quò tendis? non mihi Cumas
Est iter aut Baias, læua stomachosus habena
Dicet eques, sed equi frenato est auris in ore.

Quasi dicat, eques à consuetis diuersorijs equum cogit auelli, & ad aliam viam ingrediendam freno incassùm impellit. Quamuis verò freno habenisque communiter regatur, institutus tamen neutro in-

A tro indiget. Dexippi enim equus, vt annotauit Suidas in ἵππος, ita erat edoctus, vt & sine habenis ocyssimè ferretur, & illo pedetentim procedente, placidissimè staret, & declinante, vt circuiret, atque in gyrum cùm duceret, agiliter conuerteretur. *Vbi frenis non egeant.* Et apud Strabonem legimus Nigritarum equos absque freno & fune alacriter dominos sponte sequi, nec alia beneuolentia dominos sequi quam canes solent. *Lib. 17.* Docentur & in ventrem cubare, ne corporis altitudine venantes heros prodant, vt Herodotus prodidit, Thyssagetis inquiens vicinos Iurcas & ipsos victitare hunc in modum: Consensis arboribus, quæ per omnem regionem frequentes sunt, insidiantur. *In ventrem cubant.* Singulis adest canis; & item equus, in ventrem cubare edoctus humilius, subsidendi gratia: Vbi quis ab arbore feram viderit, sagittaque percusserit, consenso equo illam persequitur, comitante cane. *Lib. 4.* Denique illud præ cæteris equum omnis disciplinæ capacem esse ostendit, quòd homines adorare visus sit. Neruæ enim, simul ac Parthorum & Armeniorum fines ingressus est, testatur Dion, regionis satrapas, ipsosque mox reges cum muneribus occurrisse, equumque duxisse ita edoctum, vt regem adoraret. *Homines adorant.* Nam pedes anteriores, in modum supplicantis flexisse, caputque pedibus eius qui proximus esset, subiecisse. Quæ res ne fabulosa ridiculaque videatur, adducam & Textoris fidem, qui ceu testis oculatus scribit: cùm in aduentum & gratulationem Mariæ puellæ Britannicæ

B (quæ Ludouico duodecimo Gallorum Regi nupserat) spectacula illa quæ torneamenta nuncupantur, Lutetiæ frequenti rerum omnium apparatu ederentur; visum fuisse sibi equum, qui sessore hortante Reginam inclinatis plerumque genibus salutabat, moxque consurgens volucri saltu in aëra sese efferebat. Quod verò Solinus ait hostes nosse, eosdemque mordicùs petere, id quoque legimus apud Herodotum de Artybij Persarum ducis equo: edoctum nempe fuisse, vt se in armatum erigeret, pedibusque simul atque ore eum, in quem agebatur, insiliret: sed artem arte illusam. *Hostes agnoscunt.* Onesilum enim Cypriorum ducem, cùm in ipsum Artybius cum equo esset inuectus, inuadentem vulnerasse, satellitem verò (vt conuenerat cum eo Onesilus) sublatos equi pedes, in Onesili scutum eos iactantis, falce abscidisse. Ob tantas itaque ingenij vires, ipsum ingenium equum vocari notum est. *Equus pro ingenio.* Ouidius: *Lib. 2. Fast.*

Adde peregrinis causas mea musa Latinas,
Inque tua noster puluere curras equus.

Et rursus: *Lib. 4.*

Quâ decuit primis sine crimine lusimus annis,
Nunc teritur nostris area maior equis.

C Quod si verò quis equo isthæc quæ recensuimus, conuenire minimè velit, immo animal potiùs esse stupidum, cùm in sacris literis legamus, *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:* *Psal. 31.* Hunc ego admonitum volo, hæc Psalmistæ verba de ferocia potiùs ac superbia, quàm de ingenij hebetudine intelligi. Sic enim ad eum locum D. Augustinus: *Equus, inquit, & mulus erigunt ceruicem aliquam & sua ferocitate excutiunt à se sessorem suum.* Alij de libidine etiam eundem locum intelligunt. Sessore autem excusso vel amisso, incerto cursu, incertoque ordine huc atque illuc fertur, vt in mari nauis amisso gubernatore, vtq; in acie miles. Claudianus de exercitu, qui ducem amisit: *Lib. 10.*

Non peditem præcedit eques, non commoda castris
Eligitur regio, vicibus custodia nullo
Aduigilat vallo, nam explorantur eunda
Vitandaque via, nullo se cornua flectunt
Ordine, confusi passim per opaca vagantur
Lustra, per ignotas angusto tramite valles;
D *Sic orbi rectoris equi, sic orba magistro*
Fertur in abruptum casu, non pondere puppis.

Sed de superbia equi mox. Nunc memoria quoque valere est ostendendum. Id imprimis tubæ sonus indicat, quo nimirum audito aures arrigit, nares inflat, hinnit, frena cum strepitu rodit, pedibus terram quatit, loco manere difficulter potest, pugnandum esse ex assueto aliàs sono recordatus. *Memoria vt valeat.* Aristoteles verò tantum in equo memoriæ vigorem agnoscit, vt in posterum vocem agnoscat equorum quibuscum pugnauit prius. Et Gryllus apud Plutarchum artis quam didicere, optimè meminisse asserit, quin Aelianus ait rerum quas perceperunt, memoriam à nulla deleri obliuione. Memoriæ autem vim Tzetzes exemplo nobis ostendit parasiti, qui cùm equo veheretur curili, prandio, quod captabat, frustratus est. Equus enim incidens fortè in quandam columnam metæ forma, & putans Circum esse eum locum, vsque ad vesperam circum eam se flectebat cum impetu, vt in Circo assueuerat, semper currens. Sigonius verò elegantem recenset historiam, ex qua equi cognoscitur cum memoria insignis vixque credibilis ingenij iuditijque vis. *Li. 19. regni Occident.* Ea autem talis est. Ioannes Pontifex Romanus a Theodorico Ostrogotho ad Iustinum Imp. legatus missus, *De equo mira historia.*

cùm

cùm Corinthum adijſſet ac terra inde pergere vellet, manſuetum equum quærens, vnum à nobili quodam viro accepit ea conditione, vt poſtquam ad certum locum veniſſet, eum remitteret: Quod cùm is præſtitiſſet, res incidit ad admirationem inſignis, quippe equus qui ſanctum pontificem detulit, poſtea nunquam dorſo ſuo inſidentem mulierem paſſus eſt. Qua re animaduerſa, ille equum remiſit, orans vt poſſideret, quem ſuum ſecundò feciſſet. Huius hiſtoriæ S. Gregorius eſt author. Similis huic ſed contrarij euentus hiſtoria à Pet. Gregorio Toloſano recenſetur his verbis: Nobilis quidam frater Epiſcopi cuiuſdam, abuſus religione, vt equum Epiſcopi extorqueret ſtrenuum & ſibi valdè idoneum, quo ſolo tamen epiſcopus equitaret, & ideò facilè ei non fuiſſet daturus: is enim, vt ſcribit liber qui dicitur Scala cæli, titulo ſeu capite de oratione, ſuper prædictum equum clam frater ſolitus erat equitare, dumque calcaribus vrgebat, dicere, Deus in adiutorium meum intende, quibus validè infixis equus ſaltu crebro ſe extollebat cum impetu, eaque tam diu conſuetudine vſus, donec equus quoties audiret, Deus in adiutorium meum intende, metuens ſibi à calcaribus, ſaltibus crebris ſe extolleret: Voluit autem in eo equitare epiſcopus, quia optimus erat, & vbi iam viam ingreſſus cœpiſſet cum capellano matutinas, & pronunciare, Deus in adiutorium meum intende, metuens ſibi à calcaribus, tam valido ſaltu ſe extulit, vt ſeſſorem epiſcopum excuteret, & in lutum proijceret, vnde miles frater, qui equo inhiabat, occaſionem captans, perſuaſit illi, ne vnquam in poſterum eum equum conſcenderet, qui potiùs requireret militem quàm epiſcopum, atque ita facilè equo potitus eſt. Hæc itaque ille. Meminit verò equus non ſolùm vigilans, verùm etiam in ſomno vt in nobis accidit, circa ea occupatur, quæ interdiu acta ſunt, vt circenſis equi exemplo oſtendit Claudianus in præfatione in ſextum Honorij Auguſti conſulatum:

Lib. 13. de repub. c. 13. 4. — *Militis cuiuſdam aſtus* — *Equi ſomnia*

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defenſa toro cùm membra reponit
Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.

AMOR. GRATITVDO. ET FIDES erga Dominum.



QVAMVIS ſolum aquatilium Delphinum amare hominem, vt homo eſt, tradat Plutarchus, ex terreſtribus verò nullum eſſe, quod ita hominem amet, nam manſuetiſſima vtilitatis tantùm gratia amare eos, à quibus aluntur, & cum quibus conſueuerunt, vt canis, equus, elephas, incredibilis tamen in equo ſiue is ollaris ſit, ſiue ſyncerus à pluribus prædicatur authoribus, & ni fallor, purus ac ſyncerus, ſed & idem Plutarchus in eodem libro equum teſtatur hominum amans animal eſſe, ſed niſi probè curetur, inſenſum fieri & alienum. Oſtendit autem id eleganter Pandarus Homericus in Iliade; inuitatus enim ab Ænea, currum ſuum aſcendere, periculoſum ait, ne domini ſui voci equi aſſuefacti, ſibi præliaturo, quia eos nunquam curaſſet, quòd eorum dominus non eſſet, inutiles ſint ac damno futuri. Dicebat itaque Aelianus, ſi accuratè & liberaliter tractetur equus, cum beneuolentia erga eum qui ſibi benefecit, cumque amicitia acceptum beneficium compenſare. Philarchus, vt citat Plinius, refert Centeretrium è Galatis (Aelianus interprete Gyllio eandem hiſtoriam narrans, hominem hunc natione Gallum, nomine Centoaratum fuiſſe ait) in prælio occiſo Antiocho potitum equo eius, conſcendiſſe ouantem: at illum indignatione incenſum domitis frenis, ne regi poſſet, præcipitem in abrupta iſſe, exanimatumque vnà. Occiſo Scytharum, qui equitatus & equorum gloria ſtrepunt, regulo ex prouocatione dimicante, hoſtem cùm victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo eius ictibus morſuque confectum, idem Plinius atteſtatur, vt minus miremur, ſi Mithridates rex Ponti ſomnum capiens corporis ſui cuſtodiam non modò ſatellitibus, ſed & tauro & equo & ceruo manſuefactis committeret: Author enim eſt Aelianus iſthæc animantia ad dormientis eius regis cuſtodiam aduigilaſſe, & ſi quis accederet, illius ſenſum ex ipſa reſpiratione quam mox percipiebant, taurus mugitu, equus hinnitu, ceruus ſua etiam propria voce, eum è ſomno excitaſſe. Idem quoque Plinius Dionyſij equum refert ex Philiſto, cùm ab eo in cœno hærens eſſet relictus, vt ſeſe eximiſſet, ſecutum veſtigia domini, etſi apum examen tergo hæreret, in hoc ſanè domino qui reliquerat eum, multo gratior, multoque plus humanitatis, amoriſque quàm ipſe homo, oſtendens. Sed longè adhuc maiorem

Lib. de ſoler. animal. — *Animantia quæ hominẽ ament.* — *Lib. 5.* — *Gratitudo.* — *Occiſos dominos vindicant.* — *Mithridatis cuſtodia corporis.* — *Lib. 7. c. 46.* — *Equus Dionyſij domino gratior.*

A maiorem amoris erga heros suos affectum in equis agnoscit Homerus, dum occiso Patroclo à lachrymis minimè temperare sibi queant, imo hunc *Equi flent suos dominos*

——Ἑσταότες πενθείετον, οὔδει δέ σφιν
Χαῖται ἐρηρέδαται, τὼ δ' ἕστατον ἀχνυμένω κῆρ.
——*Stantes lugent & ad terram ipsis*
Iubæ profusæ sunt: hi autem stant tristes corde

Et rursus:

——Δάκρυα δέ σφιν
Θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισιν
Ἡνιόχοιο πόθῳ. *Lachrymæ autem ipsis*
Calida ex palpebris in terram fluebant plorantibus
Aurigæ desiderio.

Quem eundem affectum Virgilius in Pallantis occisi equo imitatus est.

Post bellator equus positis insignibus Aethon
It lachrymans, guttisque humectat grandibus ora.

B Propertius verò in Arione quem Adrasto Neptunus donasse fingitur.

Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion
Tristis ad Archemori funera victor equus.

Quamuis autem superlationis poeticæ nonnulli esse velint, & extrà veritatem longo spatio tractuq; excurrentis, iumentis lachrymas tribuere, saltem concedendum erit, amoris præcipui ac beneuolentiæ equorum indicari documentum hoc figmento, si ita dicendum fuerit, quod tamen vix admitto, cùm & Suetonius historicus veridicus, id quoque de Cæsaris equis scriptum reliquerit his verbis: *Equorum greges, quos in flumine Rubicone trayciendo Marti consecrarat, ac vagos sine custode dimiserat, comperit pertinacißimè pabulo abstinere, vbertimque flere.* Et Accursius legum interpres refert, vt citat Rauisius Textor, eundem Cæsarem triduo antequam moriretur, asturconem suum flentem inuenisse, futuræ quidem mortis indicium. Idem de Caligulæ mortis præsagio dicemus ex Nipho inter prodigia. Ad lachrymas verò quod attinet, testatur & Cardanus Asturconem suum fleuisse sæpiùs vbertim, sed se causam fletus ignorasse, fleuisseque palam, maximè æstate, sed cùm nihil eueniret aduersi, credere se vel naturaliter flere, vel à morbo aliquo impelli. Vtcumque est, Plinius quoque tradidit eo affectu plerosque equorum in dominos esse, vt interemptos
C lugeant, lachrymasque interdum desiderio fundant. Et Silius Italicus ad Virgilij Homerique imitationem, haud minori affectu dicendique facilitate, alterius cuiuspiam equi amorem erga suum dominum his versibus expressit:

Agnouit sonipes, arrectisque auribus acrem
Hinnitum effundens sternit tellure Vagesum,
Quem tunc captiuo portabat in agmina dorso,
Hinc rapidum glomerans cursum per lubrica pinguis
Stante cruore soli, & mutilata cadauera cade
Euolat, ac domini consistit in ora iacentis:
Inde inclinatus collum submissus & armos,
De more inflexis prabebat scandere terga
Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.

Visus præterea equus est mortuo domino, non voluisse vlterius viuere, sed pertinaci inedia mortem sibi procurasse, sicuti de Nicomedis Bithyniæ regis equo testatur Plinius his verbis: *Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia vitam finiuit.* Testatur verò etiam Dio exque eo Xiphilinus, *Mortuo domino superuiuere nolit.*
D cùm Seuerus prætorianis militibus qui Pertinacem occiderant, equos & arma ademisset, illique dispergerentur, vnum fuisse ex ijs, qui quòd equus eum nollet deserere, sequereturque hinniens, se ipsumque equum interficeret, equum autem spectatoribus libenter domini sui manibus mori visum. Iam verò eò in quibusdam equis amorem erga altores processisse legimus, vt lasciuioris Venereæ libidinis nota minimè caruerit. Socles enim formę pulchritudine egregius Atheniensis, cùm equum emisset pulchrum & tam vehementi in se amore incensum, vt cùm adesse sentiret dominum, exultaret & gestiret; cùm ascendere pararet, se ad conscensum præstaret obedientem; cùm ante oculos consisteret, ille suauiter & amatoriè in eum intueretur. Quæ omnia eatenus amatoria & iucunda visa sunt, quoad petulantiam in adolescente attentare (inquit Aelianus) conatus est, simul & fama turpitudinis de ambobus dissipata extitit: Tum eam infamiam Socles sibi conflari non passus, vt in amatorem flagitiosum & petulantem odio incensus equum vendidit. Is nonferens ab adamato suo se distractum abesse, acerrima inedia voluntariam sibi consciuit mortem. *Amor equi lasciuus.* *Lib. 6. c. 43.*

PVDICITIA.



Lib. 6. Hist. 22.

VAMVIS testante Aristotele, equi & matres & filias superueniant aliorum animantium more, vt Ouidius cecinit:

Lib. 10. Metam.

——— Coeunt animantia nullo
Cætera delectu, nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo, fit equo sua filia coniux.

Cognationum tamen intellectum equis inesse, insignia exempla testantur, quæ non solùm filios à matrum, matrumque à filiorum congressu sibi temperasse nos admonent, sed ad tam illicitum & ferinum coitum impulsos de impulsoribus debitas pœnas exegisse. Scytharum regem (inquit Aelianus) equam habuisse audio omni virtute quæ ab equo præstari queat ornatam, tum huius quoque habuisse pullum, cæteris equis virtute præstantem. Cùm igitur equum aliquem non reperiret dignum qui ipsi equæ admitteretur, sed neque equam tam generoso pullo conuenientem, ambos in eundem locum coëgisse. Veruntamen eos cæteris quidem in rebus inter se amanter gessisse & libenter versatos simul fuisse, non tamen ad coitum peruenisse; quoad per insidias admissarij vestimentis adumbrati fuissent, tum incestum stuprum admisisse, quod quidem factum primùm vt ambo intellexerunt, tam impium flagitium morte dissoluere conati sunt: sese enim præcipites agentes, mortem sibi consciuerunt. Recenset eandem historiam Aristoteles, cæterùm paulo aliter; Ferunt (inquit) regem Scytharum habuisse equam egregiam, ex qua mares generosi omnes gignerentur; quorum vnum qui præstantior haberetur, cùm vt matre procrearet, placeret, admissum omninò recusasse: opertam deinde latuisse matrem, vt imprudens superueniret, verùm vbi à concubitu faciem matris detectam agnouerat, fugam properasse, atque seipsum actum præcipitem interemisse. Alij rursus ferunt regem Scytharum hoc fieri voluisse, cùm reliquus præstantium equorum grex peste absumptus esset; & ne ex odore inuicem noscentes coitum detractarent, vtrosque à proriga alijs pellibus obtectos & oleo odorato inunctos fuisse: postea verò cùm remotis operimentis incestum cognoscerent, vinculis abruptis magno cum hinnitu procurrisse, & capita tandem petris illisa confregisse: sic enim rem narrat Oppianus. Quod verò de fallente proriga pœnas sumpserint, authorem habemus M. Varronem his ferè verbis: *Tametsi incredibile quod vsu venit, memoriæ mandandum. Cùm equus matrem vt saliret, adduci non posses & cum capite obuoluto proriga adduxisset, & coëgisset matrem inire, cùm descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicans interfecit.* Vtramque historiam breuiter atque succinctè attigit Plinius. *Alium* (inquit) *equum ferunt detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petijsse prærupta atque exanimatum. Equam eadem ex causa in Reatino agro, laceratumque pariter aurigam inuenimus. Namque & cognationum intellectus in ijs est: itaque in grege prioris anni sorore, libentiùs etiam quàm matre, equa comitatur.* Ex nostris quoque Ioannes Lupus in tractatu de matrimonio & legitimatione aliam sed omnino huic loco inserendam historiam recitat de pullo, qui agnita matre post coitum de se ipso pœnas sumpsit. Inquit enim, in prouincia Vandaliæ id contigisse, quòd cùm equus matrem adopertam compressisset, (nam haud tectam prius recusarat) ea confestim detecta & à filio agnita, is capite reclinato sibi genitalia amputauit: exque eo & ipse Lupus naturæ assignat, quòd legibus prohibitum est, matrimonium inter parentes & liberos. Iam verò pullos Zelotypia matrum teneri aduersus custodes compertum esse, annotauit ex Eudemo Aelianus. Is enim equam adolescentem ac armenti præstantissimam, tanquam omnium formosissimam puellam ab equisone adamatam fuisse tradidit: primumque sui amoris hunc flagrantiæ moderatum fuisse, deinde libidine inflammatum, vsque eò processisse cum equa, vt venereo complexu iungeretur, remque tandem perficeret turpem. Vbi verò equæ pullus & ipse formosus incesto stupro matrem contaminari perspexisset, eam sic à domino tyrannicè tractari acerrimè tulisse: itaque impetu facto virum interemisse: atque cùm obseruasset, vbi humaretur, eò profectum refodisse, omnibusque supplicijs cadauer iam nullum sensum ex mœrore percipiens afflixisse.

Equus post initam matrem se occidit.

Equus cur prorigam occiderit.

Pullus cur se ipsum castrarit.

Pulli Zelotypia.

F G H

MAGNA-

A

MAGNANIMITAS. VICTORIÆ Cupiditas.



ADAMANTIVS physiognomon μεγαλαυχίαν & φιλοτιμίαν, id est superbiam siue magnanimitatem & gloriæ studium equi ingenio attribuit. Græci verò etiam sermonem ligatum & numerosum, ἵππον dicunt, hoc est sublimem & quasi equo inuectum, vt solutum πέζον id est pedestrem & humilem: Est enim equus authore Galeno velox, superbum, & generosum animal; & huic naturæ aptum corpus habet, vngulis nempe robustis, & iuba instructum. Equidem cùm festinat ad alios equos, sed ad equas maximè, tum & attollit ceruicem quàm altissimè & caput maximè proclinat truci cum specie, tum crinium mollitudinem fert sublimem & caudam sursum intendit, vt ex Xenophonte discimus, vnde etiam Adamantius hominem qui humeris subcommouetur, rectus autem est & altæ ceruicis, contumacem esse ait & contumeliosum, quoniam ita graditur equus. Superbire etiam equas iubæ pulchritudine aiunt, & nisi detonsa asinum iniuntem se admittere. Testatur id Plinius; *Equarum (inquit) iubas tondere præcipiunt, vt asinorum in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire.* Sed disertè, vt omnia Aelianus, inter cæteras animantes (inquit) equus magno elatoque animo est. Enimuerò magnitudo & celeritas ipsa, ceruicisque eminentia, & crurum facilis contractio, facilisque porrectio & vngularum crepitus inducunt, cùm vt audaciùs is exultet & gestiat, insolentiusque efferatur, tùm maximè comata equa mollitie & insolentia diffluens superbiat, eamque ob rem ab asinis se iniri indignissimè ferat, vt maximo vicissim gaudio compleatur, cùm equo tanquam nuptijs sociata sit, ob idque ipsum se plurimi esse arbitretur: cuiusmodi affectus gnari, qui sibi mulos gigni volunt, equæ iubam temerè & sine artificio tondent, posteaque asinos admittunt: ea verò tum mariti ignobilitatem, cuius prius pudebat, & contra quem antea resistebat, facillimè patitur: atque eius rei Sophocles meminisse videtur. Hæc itaque ille. Cæterùm etsi proprijs ornamentis superbiat equus, accrescit tamen augeturque mirum in modum superbia, animique elati vigor, si aliena accesserint, eoque magis superbire videtur quo venustiora ac pretiosiora fuerint ornamenta. Multa memoranda de Bucephalo Alexandri paulò antè diximus, cuius ingenio iudicioque hoc magnaminitatis signum adijciendum nunc existit, quod his verbis nobis proditum memoriæ reliquit Plutarchus: Bucephalus quantisper nudus erat, conscendendum se etiam equisoni dabat: ornatus verò regijs iam aulæis collaribusque, neminem admittebat, Alexandro tantùm excepto: cæteris periculum facturis aùt alioqui propius accedentibus, ingenti hinnitu occurrere, insultareque; ac nisi cederent, fugaque sibi consulerent, proterere solitus. Quod verò flexuosa & quasi sinuata agitatione etiam delectantur equi, id quoque magnanimitatis est indicium, cùm nisi generosi ita ingrediantur, vt non directè sed in latera euagantes vicissim pergant, vt illa apud Euripidem mulier πολλὰ πολλάκις Τέινοντ' ἐς ὀρθὸν ὄμμασι σκοπουμένη. Eandem quoque superbiam frequenti indicat fremitu, vnde frementem, pro superbiente dixit Statius hoc versu:

Superbia & magnanimitas equo ascripta.

B

Lib. 2. Physiogn.

Equa quando asinum admittit.

C

Equus ornatus superbior

Lib. Vtrum animal.

In incessu superbit.

Li. 3. Theb.

——Et media quamuis in cæde frementes
Hos assistere equos.

D

Et Horatius:

Lib. 4. Car.

Vexare turmas & frementem
Mittere equum medios per ignes.

Φρυάττεσθαι Græci id dicunt. Quare cùm Anthistenes philosophus equum vidisset φρυακτὴν id est frementem in quadam pompa, hoc est fremitu turgidum, Platonem, in quem libentissimè omne genus scommata iaciebat, veluti quadam ἱπποτυφίᾳ siue equina superbia superbientem taxans, inquit, *tu mihi videris etiam bonus equus*, sed interpres Diogenis Laërtij φρυακτὴν reddidit præclarum, cùm sermo sit de equa superbiente, quo sensu etiam Plutarcho equi dicuntur φρυαττόμενοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, quasi superbia aliqua ducti ad agones siue equestria certamina. Transferturque vocabulum metaphoricè ad hominem, vt apud Athenæum de Demea filio Demadis: ὃν φρυαττόμενον ποτὲ ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπιστομίσειν Ὑπερείδης, εἰπὼν, Οὐ σιωπήσῃ μειράκιον μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα, hoc est quem in subsellijs frementem ac insolescentem velut ore clauso coërcuit Hyperides, sic allocutus:

Plato equus dictus.

In Lycurgo.

num tacebis adoleſcentule, maiorem flatum habes quàm mater. In quibus Athenæi verbis annotant docti, quod cùm φρυάττομαι coniunctum ſit φύσημα, quandoquidem φύσημα & φρύαγμα priuatim equorum ferociam atque ſuperbiam denotant, id quod conſtat in primis ex hoc Xenophontis in libro de equeſtri arte: ἀθρόον δὲ τὸ φρύαγμα καὶ τὸ φύσημα τῶν ἵππων συμπαρέσοιτο. Eleganter autem Torquatus Taſſus equi liberi, & libertate gaudentis & inceſſum & hinnituum frequentiam nobis deſcripſit: E

Come deſtrier che dà le regiè ſtalle
Oue all' vſo dell' arme ſi riſerba
Fugge & libero al fin per largo calle
Và tra gli armenti, ò al fiume vſato à l'herba,
Scherzan ſu'l collo i crin e ſu le ſpalle,
Si ſcuote la ceruice alta e ſuperba,
Suonano i piè nel corſo, e par ch' auampi
Di ſonori nidriti empiendo i campi.

Libertatem amat. Libertatis autem amicum eſſe equum, equæ necdum initum paſſæ exemplo oſtendit Horatius, F

Lib. 3. Od. 2.

Quæ velut latis equa trima campis — *Ludit exultim, metuitque tangi*
Nuptiarum expers & adhuc proteruo, — *Cruda marito.*

Faſtus muliebris equæ comparatus. Apparet Horatium æmulatum fuiſſe hoc verſu Teium Anacreontem qui ſimiliter muliebrem faſtum, arrogantemque animum vt iocosè inceſſeret, puellam quandam equino comparauit pullo, in quem nemo adhuc inſcendiſſet, atque ita aſſultim nullo cohibita fræno temerè vagaretur, cuius verſus ſic Latinos fecit Pierius Valerianus: *Pulle Thraicia ecquid, ò me Torue luminibus petitum Impiè fugis? Videris nil quidem ſapere, at perita Pulchrè erit tibi ſi lupatos Illigauero, moxque habenas ſumpſero atque circumuertero, Metæ in ambitum atque finem. At tu amœna prata paſcis, Molle ſed laſciuienti, Non erit magiſter vſquam ſeſſor, inſultare qui te, In modum probè inſtruat.* Similiter Lucilius equam Theſſalicam eleganti traductione animoſam vocat, ferocem, acrem & ſuperbam ac propè indomitam. Illius verba ſunt. *An equam te acrem atque animoſam, Theſſalam, vt indomitam frenis ſubigam antè domumque?* Animoſus enim equus conſimilibus epithetis ornatur ab alijs quoque poëtis. Ouidius animoſum dixit, necnon magnanimum, fortem Lucretius & Virgilius, intrepidum Statius, Virgilius item acrem & ardentem, ferocem Lucanus & Ouidius, qui item terribilem dixit, Silius autem & minantem, alij aliter. Animoſitatem autem aut generoſitatem equo conuenire notat Sidonius, inquiens: *Emicatque vt equi potentis animoſitas.* Signum animoſitatis, quòd naturæ ductu abhorret ab operibus quæ ſeruilia ſunt, quod acutè indicat Simonides poëta exemplo mulieris, quæ equam matrem habuerit, hanc enim neque molam contingere, nec cribrum leuare, nec domum verrere, nec iuxta furnum verſari, ſed bis terúe quotidiè comare ſe atque vngere. Sed & ipſe Simonides pullus equinus dicebatur, quod eſſe natura videretur timidus, matris tamen (equæ) veſtigia pulchrè ſequeretur. Eò modò etiam maior in equo generoſitas laudari debet, quòd cum in ſenili ætate vires quidem remittuntur, vt notum eſt ex hoc Tibulli: G

Animoſitas.

Abhorret à ſeruilibus.

Simonides pullus equinus dictus.

Lib. 1. Eleg. 4.

Quam iacet infirmæ venere vbi fata ſenectæ — *Qui prior Eleo eſt carcere miſſus equus.*

In Oreſte. generoſitatem ac magnanimitatem animi nunquam remittit, vt eleganter oſtendit Sophocles.

Animoſitas ſenio non perditur.

Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς κἂν ᾖ γέρων
Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν
Ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν, ὡς αὔτως δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπῃ. id eſt,
Generoſus vt equus, conſenuerit iam licet,
Animum tamen nunquam in periculis abijcit,
Sed auribus rectis ſtat: itidem tu quoque
Et excitas me & ipſe cum primis ades. H

Verba ſunt Oreſtis ad pædagogum ſenem, cuius conſilio & auxilio occidit Clytemneſtram & Ægyſtum. Iſtiuſmodi animoſitatem, vel ſi placet vocare animum intrepidum nullibi magis quàm vbi maiora imminent pericula, oſtendit: authoremq; in primis habemus Ariſtotelem, equum non ſolùm non perhorreſcere hoſtium impreſſiones, ſed eodem etiam animo in eos ferri. Eundem animum infractum in hoc quadrupede agnouit D. Iobus, apud quem hæc leguntur: *An tu circumdediſti virtutem equo? Inſeruiſti autem collo eius metum? Impoſuiſti autem ei omnem armaturam: gloria autem pectoris eius audacia. Effodiens pede ſuperbit. Progreditur autem in campum in fortitudine, occurrens autem ſagittæ irridet, nec auertitur à ferro. Super ipſum autem gloriatur arcus & gladius & iracundia euertet terram. Et non credet, quouſq; ſignum dederit tuba: ſignum autem dante tuba, dicit, Euge; Procul autem odoratur bellum ſaltu & clamore.* Quo loco, audit (inquit Chryſoſtomus) tubæ

Animoſitas in periculis.

Cap. 39.

Tuba ſigno gaudet.

A tubæ vocem ac pugnæ committendæ signum nouit, atque è longinquo clamore ad pugnam incitatur. Ibidem etiam Olympiodorus, quandiu non fuerit (inquit) pugnandi signum datum, hoc quidem animal totum commouetur, haud tamen saltu se proripit. Huc enim pertinet illud, *Non credit*, ab ijs sumpta translatione qui ob nimiam cupiditatem non credunt. Buccina verò terribiliùs personante, instare prælium sentit, datoque signo lætatur. Id enim significat illud, *Dicit euge*, necnon exercitus clamore excitatus exilit, atque in medios hostes irruit. Quodsi quispiam dicat, haud isthæc in natura inesse equi, verùm in hominis disciplina, hic ipse intelligat haud ista homines docere potuisse, nisi ad percipiendam disciplinam huius animantis esset ingenium accommodatum; quando nec ipsi qui homines sumus, haurire ab alijs doctrinæ rationem possumus, nisi ad rem idonei aptique fuerimus. Non cuiusuis tamen hæc equi esse sed generosi tantummodo discimus ex Virgilio, qui nimirum inter præstantioris equi notas esse ait: *Equi dociles qui.*

——Tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens voluit sub naribus ignem.

B Quod si verò quis sibiipsi aduersari velit poëtam scientissimum, vt putà qui aliàs Elisæ equum, quem tamen ferociæ epitheto cohonestat, stare facit, dum ait: *Didonis equus cur stare dicatur.*

——Ostroque insignis & auro
Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit.

Eum ego admonitum volo, id data opera ab eo factum, vt maiorem ferociam in eo indicaret, non tamen pedibus, sic enim reginæ fortassis timori fuisset, sed ore, à quo minimè ei erat timendum cum id sit conscensuris frenatum. Quamobrem doctissimum hunc poëtæ locum, mysterioque plenum toto quidem conamine imitari studuit Silius Italicus, sed multorum doctissimorum virorum iudicio succubuit. Sic enim hic de equo Flamminij Consulis Romani:

Stat Sonipes, vexatque ferox humentia frena
Caucasiam instratus virgato corpore tigrim.

Sonitu autem tubarum audito equos militares commoueri, corporisque motu & fremitu quandam lætitiam & desiderium cum sessoribus in hostem præ se ferre, mille alij attestantur. Hucque spectat hoc Statij: *Lib. 11.*

Et ad lituos hilarem, intrepidumque tubarum
C *Prospiciebat equum.* Item hoc Ouidij.
Vt fremit acer equus cum bellicus ore cruento
Signa dedit tubicen.

Nullum modò animal est, quod magis victoriæ afficitur gloria atque honore, id quod in circensibus potissimum declarant certaminibus, cùm nimirum carceribus clausi, vix intus cohiberi queunt, sed vt ait Sidonius: *Amat victoriam.*

Illi ad claustra fremunt, repagulisque
Incumbunt simul & per obseratas
Transfumant tabulas & ante cursum
Campus flatibus occupatur absens,
Ardescunt, saliunt, timent, timentur,
Nec gressum cohibent, sed inquieto
Durato pede stipitem flagellant.

Torquatus Tassus qui opus suum heroicum de libertati restituta Hierosolyma varijs cohonestauit flosculis, quos tanquam dædala quædam apicula ex floridissimis veterum viridarijs collegit, noluit etiam hanc equi gloriæ honorisque cupiditatem præterire. Alicubi enim sic cecinit:

D Qual feroce destrier, ch' al faticoso
Honor dell' arme vincitor sia tolto
E lascino marito in vil riposo
Fra gl' armenti e ne' paschi erri disciolto
Se'l desta ò suon di tromba ò luminoso
Acciar, colà tosto annitrendo è volto
Già già brama l' aringo, e l' huom su 'l dorso
Portando, vrtato riurtar nel corso.

Videre autem est in eisdem certaminibus non minus inesse equis laudis victoriæque studium quàm à quibus agitantur, aurigis, æquè enim vtrisque dum adhuc carceribus retinentur, inter spem & metum fluctuat animus, æquè laxatis repagulis præcipiti feruntur cursu: nulla tum mora aurigarum, nulla equorum: illi verberibus à tergo imminent & proni habenas laxant; hi rapidissimo cursu currum promouent. Videas ibi sustolli immensum ex humo puluerem;

videas ora equorum ſpumis humeſcere : videas flatus ignitos, & feruidos è naribus emitti anhelitus. Tantus vtriſque eſt amor laudis & gloriæ, tanta victoriæ cupiditas. Virgilius itaque cùm diſſilet ſenio confectum equum admiſſuræ ineptum eſſe, addit: E

——— Erga animos æuumque notabis
Præcipuè: hinc alias artes prolemque parentum,
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nonne vides, cùm præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus?
Cum ſpes arrectæ iuuenum, exultantiaque haurit
Corda pauor pulſans: illi inſtant verbere torto
Et proni dant lora, volat vi feruidus axis,
Iamque humiles, iamque elati ſublime videntur
Aëra per vacuum ferri, atque aſſurgere in auras,
Nec mora nec requies: at fuluæ nimbus arenæ Tollitur.

Tranſtulit autem hæc Virgilius ex Homero certamen equeſtre heroum Græcorum in Iliade deſcribente, cuius verſus Græcos quod ad manum non ſit textus, prætcribo. F Quid ergò intereſt (inquit Lactantius) vtrum ſcientiam ſummum bonum putemus, an illa ipſa quæ ſcientia ex ſe parit, id eſt victum, gloriam, voluptatem? quæ non ſunt homini propria & ideo ne ſumma quidem bona. Nam voluptatis & victus appetentia non homini ſolùm ſed & mutis ineſt. Quid cupiditas gloriæ? nonnè in equis deprehenditur, cùm victores exultant, victi dolent?

Lib. 3. c. 8. *Scientia non eſt ſummum bonum.*

Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.

Nec immeritò ſummus poëta experiendum eſſe ait:

Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.

Nec in diuerſum eſt illud *——— Exultantiaque haurit*
Corda pauor pulſans, laudumque arrecta cupido.

Vſus carminis erit, cùm quempiam victoriæ cuiuſcumque perſtudioſum aut eſſe aut fuiſſe ſignificabimus: Eleganter etiam Sidonius in Narbone eundem laudis amorem & vincendi deſiderium, & ne vincantur, timorem agitatoribus & agitatis communes facit:

Inſtabant alij manu atque voce
Paſſim & deciduis in arua guttis, G
Rectorum alipedumque ſudor ibat:
Raucus corda ferit fragor fauentum
Atque ipſis pariter viris equiſque
Fit curſu calor, & timore frigus.

Lib. 6. Feliciſſimè verò præ cæteris poëtis, doctiſſimeque & aurigas & equos victoriæ cupidos oſtendit Statius:

Terrarũ decora ampla viri, decora ampla iugales
Diuum vtrumq́; genus, ſtant vno margine clauſi
Speſque audaxque metus, vnà & fiducia pallens
Nil fixum cordi, pugnant exire pauentque,
Concurrit ſummas animoſum frigus in artus:
Qui dominis, idem ardor equis, face lumina ſurgunt:
Ora ſonant morſu, ſpumiſque & ſanguine ferrum
Vritur: impulſi nequeunt obſiſtere poſtes,
Clauſtraq; compreſſæ transfumat anhelitus iræ:
Stare adeò miſerum eſt: pereunt veſtigia mille
Ante fugã, abſentemq́; ferit grauis vngula cãpũ
Circumſtant fidei nexuſq; & torta iubarum
Expediũt, firmantq́; animos & plurima monſtrãt.
Inſonuit contrà Tyrrhenum murmur, & omnes
Exiliere loco: Quæ tantum carbaſa ponto
Quæ bello ſic tela volant? quæ nubila cælo?
Amnibus hybernis minor eſt, minor impetus igni,
Tardiùs aſtra cadunt, glomerantur tardius imbres, H
Tardius è ſummo decurrunt flumina monte.

Currendo ſuperare alios cupit.

Sed de curſus celeritate poſtea: currendi verò, velocitateque ſuperandi alios promptitudinem atque voluntatem breuiter quidem, cæterùm acutiſſimè ſic demonſtrauit Virgilius:

Vt cùm carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Doctè etiam Albinouanus dicebat de fortuna.

Quaq; ruit, furibunda ruit, totumq́; per orbem
Fulminat & cæcis cæca triumphat equis.

Lib. 5. Triſt. Ouidius verò laudandi quidem neſcio quem præcipuam ſibi eſſe voluntatem, vt equorum eſt carceribus recluſorum currendi curſuque certandi, ſed ſe, eorum more prohiberi ait:

Vtq; fores nondum reſerati carceris acer
Nunc pede nunc ipſa fronte laceſſit equus;

Sic

A *Sic mea lege data vincta atque inclusa Thalia*
Per titulum vetiti nominis ire cupit.

Vt modò ad victoriæ studium amoremque reuertamur, Ouidius quoque non vno loco, sed in Halieuticis maximè eum describit elegantissimè, dum canit:

Hic generosus honos & gloria maior equorum:
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho,
Seu septem spatijs Circo meruere coronam,
Nonne vides, victor quanto sublimius altum
Attollat caput, & vulgi se venditat aura?
Celsaue cum caeso decoratur terga leone,
Quàm tumidus, quantoque venit spectabilis actu,
Compescatque solum generoso concita pulsu
Vngula sub spolijs grauiter redeuntis opimis.

Iam verò nullum stimulum acriùs currentem vrgere certum est, quàm si æmulus riualisque nobis obijciatur, quicum nobile illud ad famam, ad gloriam, ad æternitatem certamen suscipiatur. Friget enim nescio quomodo omnis generosa actio, quæ citra contentionem proposita est. Sanè equi qui ad metam excursitant, non tanto impetu ferrentur, ni certamen contentionemque sibi oblatam intelligerent. Tetigit breuiter hanc æmulationem Tassus: *Aemulatio quid praestet* B *Cant. V.*

Sapendo ben ch'al fin s' inuecchia amore
Senza quest' arti, e diuien pigro e lento;
Quasi destrier, che men veloce corra
Se non hà che lui segua, ò chi'l precorra.

Plutarchus innuit hinc factum esse, vt equi simul iungerentur. Vt enim perniciùs (inquit) equi ad currus iuncti, quàm seorsim currunt acti; non quia maiore vi admissi aera impellant numerosiores atque perrumpant, verùm quòd inflammet mutua hæc contentio & concertatio feruorem animi: haud aliter fortes viros æmulatione inter se egregiorum factorum ad connitendum in communem actum Gorgias æstimabat vtilissimos esse expeditissimosque. Plinius quidem inquiens: *In circo ad currus iuncti non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur*, id quoque duabus astruit histori js, inquiens: *Claudij Cæsaris sæcularibus circensibus, excusso in carceribus auriga, albatos equos palmam occupasse opposita effundentes omnia, quæ contra æmulos debuissent perito auriga insistente facientes: cùm puderet hominum artes ab equis vinci, & peracto demum legitimo cursu ad metam stetisse*, brauium scilicet expectantes, moxque subiungit: *Maius augurium apud priscos, plebeis circensibus excusso auriga, ita vt staret in Capitolium, cucurrisse equos, sedemque ter lustrasse: maximum verò, eodem peruenisse ab Veijs cum palma & coronis, effuso Ratumena, qui ibi vicerat: vnde postea nomen porta est.* Idem etiam intellectus, idem vincendi studium in singulariter currentibus equis est, vt partim ex ijs quæ paulò antè dicta sunt, constat, partim ex hac Pausaniæ quoque historiola innotescit: Phidotæ Corinthij equa (inquit) prætereunda non est, cui Auræ nomen fuisse memorant Corynthij. Hæc ab ipsis statim carceribus sessore suo collapso, & cursum pristinum æquè ac si rectorem haberet, retinuit, & circa metam se conuertit: audito verò tubæ sono ad cursum concitata est vehementiùs, cumque ad ludorum præfectos anteuertisset, iam victoriæ se quasi compotem intelligens, constitit. Elei Phidola victore renunciato, ei vt & equæ simulachrum dedicaret, concesserunt. Quin & ætate nostra in equorum decursionibus, visi sunt qui decussis adolescentulis, palmam occupauerunt, alijs alios equos frustra agentibus & calcaribus & flagello; quin sæpenumerò aliorum æmulatione sine vllo sessore cursum occipiunt, sessoris officio fungentibus quæ ex tergore hinc inde pendent plumbatis pillulis. Tanta est scilicet æmulationis vis, tantusque victoriæ amor, qui eò vsque procedit quandoque, vt si pigriores nacti fuerint rectores, obedire dedignentur, & nouo quodammodò egeant domitore. Sic enim accipio hanc Ciceronis metaphoram. *Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, vt ijs facilioribus possint vti, sic homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet, vt perspiciant rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunæ.* Cæterùm licet suapte natura honoris laudisque cupiditate ad certamen promptissimus sit, sessoris tamen aurigæque adhortatione quam maximè afficitur, incitaturque, id quod eleganter in primis docet Ouidius, dum ait: *Sine auriga per se vincit certamen.* C *In Pelopida.* *In Eliacis. Phidotæ equa.* D *Rectorem imperitum negligunt.* *Lib. 1. Offic.* *Adhortatione gaudet.*

Acer & ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris fortiùs ibit equus.

Silius non tam aurigæ monitu, quàm circumstantium clamoribus incitari ait: *Lib. 6.*

Tollitur in cælum furiali turbine clamor,
Pronoque ac similes certantibus ore sequuntur,

Quisque suos currus, magnaque volantibus ijdem
Voce loquuntur equis.

Quin carceribus adhuc inclusi, populi clamore ad certamen accenduntur. Lucanus:

——— *Quantum clamore iuuatur*
Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso
Immineat foribus, pronusque repagula laxet.

Huc spectat illud D. Hieronymi: *Ipsi equi veniebant ad partes, & clamoribus incendebantur.* Sed hoc parum esset, nisi etiam partium fauorem intelligerent, nam & hoc maximè delectantur, & vt fauentibus satisfiat, alacriùs currunt, id quod idem quoque Hieronymus meminit his verbis: *Equorum cursus fauore pernicior fit; pugilum fortitudo clamoribus incitatur.* Atque hinc puto est quod Caligula pridie viciniæ silentium per milites indiceret, ne inquietaretur equus suus: quanquam Suetonius id fecisse Cæsarem velit, vt equus quietus, paratior agiliorque ad cursum esset. Sed vt quiete robur acquiritur, ita animi vigor promptitudoque languescit. Iam verò etsi vulgatum apud equisones sit dicterium, buono & malo cauallo vuol sproni, id est, quilibet equus, siue generosus siue degener, eget calcaribus, & aurigæ in agonibus certaturi, exhortationes comitarentur verberibus, vt supra obiter ex Virgilio ostendimus, atque eleganter etiam docet Hesiodus in scuto Herculis, vbi Iolaus Herculis auriga:

Fauore gaudent.

Adhortatio cum verberibus.

Σμερδαλέον δ' ἵπποισιν ἐκέκλετο. Τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς
Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα κονίοντες πεδίοιο. id est,
Horrendum increpuit equos, illi autem à comminatione
Leuiter ferebant celerem currum, festinantes campo.

Ouidius de Circensibus:

Hoc mihi contingat, sacro de carcere missis,
Insistam forti mente vehendus equis,
Et modo lora dabo, modo verbere terga notabo.

Nihilominus qui verè sunt magnanimi, ac generosi, non solùm non egent verberibus, sed ne minis etiam, aut adhortationibus, vt Arionis exemplo eleganter indicauit Statius:

Tunc rector genero Polynici indulget agendum
Multa monens, vbi feruor equo, qua suetus ab arte
Mulceri, nec saua manus, nec liber habenis
Impetus, Vrge alios, inquit, stimulisque minisque
Ille ibit, minus ipse voles.

Qui verò vel in ipso cursu, vel ante cursum verberatur equus (non enim omnes Ariones sunt aut Scyphij aut Cyllari:) cur verberetur, probè intelligit, vt perquam doctè docet Ausonius in ludo septem sapientum.

Possim ego censuram lectoris ferre seueri,
Et possum modica laude placere mihi:
Nouit equus plausæ sonitum ceruicis amare,
Nouit & intrepidus verbera lenta pati.

Et licet animal sit tantæ ferocitatis, quantæ dictum est, vt inde per excellentiam ferus simpliciter intelligatur equus, apud Ouidium: ——— *Medioque è vulnere saxi Prosiluisse ferum*, id est equum: & apud Virgilium de equo Troiano:

Quò generosior, eò domatu facilior.

In latus inque feri curuam compagibus hastam
Contorsit.

Nihilominus si blandè, & vt decet tractertur, quo sunt generosiores, ferocioresque, eò faciliùs obediunt, iugumque accipiunt; vt meminit idem, Ausonius:

Epist. 24.

Hoc iam mite iugum docili ceruice subirent
Martis equi, stabuloque feri Diomedis abacti,
Et qui mutatis ignoti solis habenis
Fulmineum Phaëthonta Pado mersere iugales.

CELERITAS

A

CELERITAS. AGILITAS.



ELERITATE, cursusque pernicitate gaudere equum, Xenophon hoc satis argumenti esse arbitratur, quia liberatus, hoc est solutus vinculis pedetentim nullus abit, sed omnes aufugiunt. Hanc enim reuera esse huius quadrupedis voluptatem, nisi fortasse ad cursuram importuniùs fuerit incitatum. Homo authore Cicerone ad duas res natus est quasi immortalis, intelligendum & agendum; inter bruta canis ad indagandum, ad arandum bos, ad cursum equus: quamobrem ἵππον Grammatici equum Græcis dici volunt ab ἵπτομαι & πῦς, quasi pedibus sit volucribus: vnde Homerus ὠκύποδας, ἀερσίποδας, ἀελλόποδας, ταχύποδας, ἐλαφρόποδας: Latini alipedes cognominarunt. Ἀερσίποδες autem apud eundem dicuntur, qui pedes non solùm perniciter, sed & altiùs eleuant, nam ἀείρειν eleuare est. Alias à celeritate etiam ὠκεῖς vocat & ὠκυαίτας: Virgilius modò cursibus acres, modò acres simpliciter, citos, cupidos cursus & veloces Ouidius, celeres Tibullus, pernices Silius, præcipites Flaccus, volucres Statius, Claudianus & Flaccus: rapidos Silius, & alatos, & alites, quo epitheto vsus quoque est Ouidius, qui pariter eodem sensu fugaces nominauit, sicuti & Propertius. Quod autem apud Lucretium legitur, fortis equi vis, Marcellus exponit celeris, eoque spectare volunt illud Virgilianum: *Quidnam egregium si fœmina forti Fidit equo?* Ibi enim Arruns Camillam equi pernicitate fretam, non virtute sua strenuam incusat. Equos αἰολοπώλους celeres Homero potius quàm varios intelligi Cælius annotauit ex Porphyrij sententia: Homerus verò ita equites, non equos nuncupat, quod vt annotant Scholia in Aristophanem celeres equos haberent, vel quòd varijs equitandi modis vterentur. Alicubi aliàs apud Homerùm πόδας αἴολος ἵππος legitur, & αἴολος ἵππος apud Calabrum Homeri simiam. Dicuntur verò etiam εὐσκαρθμοι & πολυσκάρθμοι, quod notum etiam doctis ex catalogo Homeri, vbi ait in Iliensi campo tumulum quendam esse, quem homines Baricam vocant, dij verò σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης. Tradunt enim (inquit Strabo) Myrinam vnam fuisse ex Amazonibus, coniecturam ex adiectiuo capientes: equi enim propter celeritatem εὐσκαρθμοι dicuntur; vnde & illam ab equorum celeritate πολυσκάρθμον dictam, & Myrinam ciuitatem ex ea nominatam esse: & σκαρθμὸς ab Hesychio & Varino exponitur ἡ κίνησις, & τὸ σκαίρειν τὸ πηδᾶν; equi autem à velocitate Græcis quoque εὐκίνητοι dicuntur: cæterùm ταχὺς proprium equorum epitheton esse aiunt, vt νωθὴς asini: In epigrammate Archiæ pro equo omnium pernicissimo αἰετὸς ἵππον legitur, quasi aquila, cùm sit hæc auis omnium velocissima; & Oppianus loquens de equis Iberis, tantæ eos scribit esse celeritatis, vt solæ cum eis aquilæ aut Circi dicti Accipitres certare possint. Homerus verò equorum Erichthonij filij Dardani indicaturus pernicissimum cursum, ex aquilone conceptos fingit vento, cui ab eiusdem auis vehementissimo volatu nomen est. Fingit etiam Balium & Xanthum præstantissimos Achillis equos Podargen matrem equarum rapidissimam, dum per florea prata pasceretur, ad Oceanum ex Zephyro genuisse. Podarge verò etiam à pedum velocitate dicta est. Varinus Podargen Harpyiam esse ait, & ex hac equos illos procreatos, οἳ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην, id est qui aquali cum ventis pernicitate volabant. Eodemque modo Harpe equa Pelorum equum ex Zephyro conceptum produxisse legimus apud Silium Italicum. Quamobrem cùm volatus, siue hic sit auium pernicissimarum, siue ventorum, summam semper indicet celeritatem, quod nos volare, Græci ἵπτασθαι dixerunt, & a biga quæ δίιππον est διιπτάσθαι quod est peruolare, ἱππεῖς verò etiam, id est equites in genere cancrorum, tantæ velocitatis vt consequi non sit, vnde hoc idem cancri genus Hesychio δρόμων, id est cursor, & Aeliano similiter δρομίας nuncupatur. Nestor Homero, Hesiodo Perseus ἱππότης à celeritate mirabili dicitur. Catullus appositè pinnipedem vertit, ad eandem Persei fabulam alludens, nam acceptis a Mercurio talaribus aëra sulcabat, vt ostendit Ouidius:

Celeritate gaudet. *Lib. 2. de finibus.* *Etymologia.* *Epitheta à celeritate.* *Equus aquila cur dictus* *Achillis equi.* *Podarge equa.* *Harpe equa* *Pelorus equus.*

B C D

——— Pennis ligat ille resumptis
Parte ab vtraque pedes, teloque accingitur vnco,
Et liquidum motis talaribus aëra findit.

Inuenias etiam apud eundem Hesiodum ἱπποθόην nympham, quam pariter interpretes ob velocitatem sic dictam volunt, vim quippe aquarum eam intelligentes, qua nauigia cursu celerrimo rapiuntur: quique Neptuno appinguntur equi, symbolum pernicis eiusdem cursus habentur, qui maritima fit nauigatione: iam & prouerbium a Cicerone vsurpatum super celeritate, *tum equis, tum velis*, ad Quintum fratrem: *sic ego te sæpè excitante cursu corrigam tarditatem tuam tum equis tum velis:* De omni verò conatu adhibito officijs: *Cum his velis equisque decertandum est.* Vnde est quod πτερὰ id est alas metaphoricè quoque dicant de nauium remis quasi quod ijs naues ceu *Tum equis, tum velis.*

volare

Pegaſus cur alatus dicatur. volare videantur. Pegaſum alatum, hoc eſt velociſsimum equum faciunt poëtæ, quique in Hadriani & L. Papyrij Curſoris nummis conſpicitur, famæ, qua nihil eſt celerius, typus eſt ſecundum multos. Bellephorontis autem Pegaſum, cum quo perfecit tot trophæa, triremim fuiſſe ait Tzetzes, quæ alatis velis per aquas curreret: quod cùm venti vehementioris vi contingat, ipſius quoque impetum, ſiue vim impellentem, equitationem quodammodo nominauit Horatius, Euro vento equitandi verbum attribuens dum ait: *Per Siculas equitauit vndas.* Audacem aiunt eſſe poëtæ metaphoram, quæ tamen veterum authoritate ſtabilitur, nam & apud Euripidem inuenio in Phœniſsis, Ζεφύρυ πνοιαῖς ἱππεύσαντος ἐν ὀυρανῷ, id eſt *Zephyri equitantis flatibus per aëra.* Aequalem itaque non abſurdè dicemus pernicitatem eſſe equorum, ventorum & auium. Poëtæ itaque celeritatem equorum delineaturi non potuere id facere aptiùs quàm ſi vel auium volatui, aut ventorum pernicitati, eam aſsimilarent. Apud Maronem ——— *Volat ecce per hoſtes*

Chil. 12. *Lib. 4. Car. Od. 4.* *Lib. 11.*

Vectus equo ſpumante Sages.

Lib. 6. Arionem Neptuni equum apud Statium: ——— *Stupuere relicta*

Nubila, certantes Eurique notique ſequuntur.

Lib. 15. Eleganter etiam Claudianus de perniciſſimo curſu:

Iam ſimul emiſsis rapido velocior Euro
Fertur equis, ſtridunt Zephyri curſuque rotarum
Saucia diuiduis clareſcunt nubila ſulcis.

Sæpe etiam in deſcribenda hac velocitate nulla vel ventorum vel auium facta mentione, elaborantes, perniciſsima quæque ſibi propoſuère, poſsimque plurimas poëtarum authoritates recenſere, niſi vererer lectori me tœdio fore, quare duas tantùm recitabo, Claudiani vnam, Statij alteram, quæ talis eſt:

Li. 3. Theb.

——— *Sic orſus aperto*
Flagrantes immiſit equos, non ocyus alti
In terras cadit ira Iouis, ſi quando niualem
Othyn & Arctoæ gelidum caput inſtruit Oſſæ
Armauitque in nube manum, volat ignea moles
Sæua dei mandata ferens.

Claudianus verò de equis Plutonis:

——— *Et longa ſolitos caligine paſci*
Terruit orbis equos, preſsis hæſere lupatis
Attoniti meliore polo, rurſuſque verendum
In Chaos obliquo pugnant temone reuerti.
Mox vbi pulſato ſenſerunt verbera tergo
Et ſolem didicere pati, torrentiùs amne
Hyberno, tortaque ruunt pernicius haſta,
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Auſtri
Non leue ſolertis mentis diſcurrit acumen.

Virgilij mira induſtria. In Virgilio verò hoc admiratione dignum doctores obſeruant, quòd, cùm diuerſa ratio ſit velocitatis Romanorum equorum, qui magis robur quàm ſummam velocitatem quærebant, ab Parthis & Numidis, qui diuerſo equorum generi inſidentes, magis eludere noſtros aut fugare volebant, de Romanis loquens inquiat:

Ille volat, ſimul arua fuga, ſimul æquora verrens.

De illis verò loquens, addat:

Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.

Nam vt hoc magis properat quàm illud, ita ex leuioribus vocabulis (inquiunt) eſt conflatum. Ad tantam modò pernicitatem, accedit, pedum corporiſque agilitas. Magno enim licet ſit corpore, ſua tamen natura leuis agiliſque equus eſt, imò verò Plutarchus equo nihil velocius, nihilque agilius eſſe teſtatur, ſed hominibus currere. Lucianus, laudator (inquit) ea plerumque dicere ſolet, quibus natura præditus qui laudari debet, bonis, tametſi non admodum magna ſint, & maiora cumulatioraque eſſe oſtendit. Nec dubitaret dicere, equum laudare volens, natura leuem (vt ea ſcimus eſſe animantia) & curſu volantem. Apparet autem ad Homericam de equorum Erichthonij mira leuitate & agilitate ſuperlationem ſiue hyperbolam alludere: Homeri verſus Goropius ſic Latinos fecit:

Agilitas equi. *Lib. de fortuna.* *Lib. de imagine.*

Hinc & Erichthonion regem ſibi Dardanus edit,
Quo non mortalis fuit vnquam ditior alter:
Paſcebantur equæ cui ter mille humida prata
Gaudentes teneris pullis, quas arbiter axis

A *Arctoi Boreas adamans & corpus equinum*
Caruleum similans inijt, quo semine fœta
Bissenos pullos diti peperere patrono;
Quæ per agros celeres saltus si quando tulissent,
Per summos culmi cursu pendente volabant
Fructus, nec pedibus confringebantur arista:
Quod si saltarent per dorsa immania ponti,
Radebat summos cani salis vngula fluctus.

Quam cursus agilitatem, leuitatemque Virgilius depinxit eleganter in sua Camilla:
Illa vel intacta segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas,
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Seneca de summa celeritate, quæque nullius alterius tardioris collatione celeritas sit, sed per se summa, hæc eadem carmina citat, sed ex quo authore, subticet: Goropius de Atalanta scripta fuisse existimat, cuius videlicet mira velocitas à poëtis celebratur. Ouidius quidem de eadem & Hippomane eius marito cursu certantibus locum Homeri etiam imitatus sic canit: *In Epist. 12. 86.* B
Signa tuba dederant, cùm carcere pronus vterque
Emicat, & summam celeri pede radit arenam:
Posse putes illos sicco freta radere passu,
Et segetis canæ stantis percurrere aristas.

Virgilius etiam alicubi dixit: *Vix summa vestigia ponit arena*, eiusq; imitatione Torquatus Tassus:
Egli se'n và soura vn destrier, ch' à pena *Cant. 18.*
Segna nel corso la più molle arena.

Et apud Varinum & Etymologum ψαυροπόδης Arionis epitheton est à simili celeritate, nimirum παρὰ τὸ ψαύειν ἄκροις τοῖς ποσὶ τῆς γῆς κατὰ δρόμον, id est quòd summis pedibus terram in cursu non attingeret. Homerum verò etiam elegantissimè imitatus est Claudianus, dum canit:
Vobis Ionia virides Neptunus in alga *Lib. 11.*
Nutrit equos, qui summa freti per cærula possint
C *Ferre viam, segetemque leui percurrere motu,*
Nesciat vt spumas, nec proterat vngula culmos.

Quid mirum ergo si Massagetæ, vt Herodotus testatur, equum omnium quadrupedum pernicissimum existimarint, ideoque Soli, vtpote deorum pernicissimo immolarint. Sed quid dices, nónne ceruus inter cæteras quadrupedes à velocitate potiùs celebratur? Celerrimus sanè est ceruus, nec minus celer lepus: sed vterque ad fugiendum, non ad pugnandum sua celeritate vtitur, alias tamen Claudianus: ——— *Ceruoque fugacior ibat,* *Equus omnium pernicissimus creditus.* *Cerui velocitas.*
Sudanti tremebundus equo.

Vlysses ne ad bellum cogeretur stultitiam simulaturus, duo animantia, natura dissimillima, ambo tamen aratro idonea, equum nempe velocissimum, & bouem gressus tardissimi, eidem copulabat iugo. Phocylides, vel quisquis ille est huius sententiæ Phocylidæ ascriptæ author, mulierem scribit ex quatuor animalibus ortum habere, cane, ape, sue & equa: ex hac quæ nascitur, velocem esse, discurrentemque & pulchritudine præstare: quæ ex sue neque bonam esse, neque etiam malam; ex cane molestam & feram: ex apicula autem bene administrare rem familiarem, laborisq; peritia præditam; huius autem solius nuptias expetendas esse. Chrysaneas verò apud Xenophontem equi pernicitatem indicaturus, scientiam equitandi laudat in tantum, vt existimet se futurum D hominem volaticum, vbi bonus factus fuerit eques: & ex hoc asserit se maximè adamare Hippocentauros, si modò fuerunt, in quibus fuisset & hominis prudentia, & equi velocitas & robur. Cæterùm sicuti ei maxima, vt ostensum est, in currendo est pernicitas, ita admirabilior est eiusdem in velocitate cursus perseuerantia. Sarmatæ, vt præmonuimus, longinqua facturi itinera, etiamsi nihil offerant pabuli, per centena & quinquaginta millia continuo cursu insident. Et in Arabia equas tantæ pernicitatis esse Ludouicus Berthena refert, vt citatissimo cursu diem ac noctem integram nunquam cessent. Dictum quoque est in Alanico bello a Probo principe captum equum pernicitatis tantæ, vt diei vnius tantùm spatio centum obiret milliaria vel in decimum diem haud interpellato labore. Hunc tamen Probum tradunt historici sibi oblatum respuisse, quasi fugaci magis quam forti ac strenuo congrueret militi. Rectè itaque equus inter astra Delphinum qui & ipse meritò velocitatis summæ symbolum existit, ita tamen vt nunquam quoque delassetur, equus insequitur, vt Manilius meminit, dum canit. *Lib. 4. Padia Cyri.* *Hippocentauri cur laudati.* *Cursus perseuerantia.* *Equus delphinum cur sequatur.*
Tum quoque de Ponto surgit delphinus ad astra *Lib. 1.*

Oceani cælique decus, per vtrumque sacratus:
Quem rapido conatus equus comprendere cursu
Festinat, pectus fulgenti sidere clarus. B

Iuuentus equo vt assimilata. Theognis verò etiam subtiliter adolescentiam citissimo pede transire significaturus, velocissimorum equorum cursui assimilat, inquiens:

Αἶψα γὰρ ὥστε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη
Οὐδ' ἵππων ὁρμὴ γίγνεται ὠκυτέρη. id est,
Statim enim tanquam cogitatio, præterit splendida pubertas
Neque equorum impetus est velocior.

Equis præcurrere quid. *Lib. 1. Ser. Sat. 7.* Sed & eleganter equis præcurrere dicimus eum qui alios ingenij velocitate vincit. Horatius prouerbialis istius paræmiæ sic meminit:

Sisennas, Barros vt equis præcurreret albis.

albos equos dicens, quia barri siue elephantes nigri sunt & tardi. Summa nempe hominis celeritas meritò illius iumenti figura notatur, cuius ope homo celerrimè fertur. Nec aliam ob causam Virgilianus Aeneas equum pulcherrimum pulcherrimis phaleris adornatum præmium proponit ei, qui pedum cursu primus metam contingeret. Et in multis quoque numismatibus nunc equus currens, nunc ipse Pegasus alis adiectis excusus summam velocitate gestam indicat. Et Sacæ sese Achilli similes non fugaci alicui homini monstrarunt, cùm equum pingerent, celeritatem simul & generosum in bellis animum eadem nota significantes. Homerus verò nullo epitheto Achillem libentiùs ornat quàm eo quo celeritas pedum explicatur, non illa quidem ceruina, sed tali quali generosus equus ad bella natus excellit. Inquit autem alicubi eum tanta pernicitate ad Troiana prouolasse mœnia: F

Achilles equo comparatus. *Iliad. χ.*

Σευάμενος ὥσθ' ἵππος ἀεθλοφόρος σὺν ὄχεσφιν
Ὅς ῥα ῥεῖα θέησι τιταινόμενος πεδίοιο, id est,
Ruens velut equus victor, cum curribus
Qui facilè currit extensus per campum.

Moxque Hectoris fugientis & eiusdem Achillis insequentis cursum ait tantæ fuisse velocitatis,

Ὡς δ' ὅτ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι
Ῥίμφα μάλα τρωχῶσι, τὸ δὲ μέγα κεῖται ἄεθλον: hoc est
Veluti autem certatores ad metam vnunguli equi,
Leniter valdè currunt, & magnum propositum est præmium, G

Equi iuncti celerius currunt. *Odyss. N.* Ex quibus Homeri locis etiam discimus equos currui iunctos celeriori cursu ferri, quàm si soluti currerent; quamobrem pernicitatem quoque expressurus nauis Vlyssis qua vnius tantùm diei spatio ex Phæacia Ithacam peruenit, assimilat eam quadriiugum equorum cursui, & Circi accipitrum pernicissimi volatui.

Ἡ δ' ὥς τ' ἐν πεδίῳ τετράοροι (aliàs τετράοιρες) ἄρσενες ἵπποι,
Πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῇσιν ἱμάσθλης
Ὑψόσ' ἀειρόμενοι, ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθον:
Ὥς ἄρα τῆς πρύμνη μὲν ἀείρετο, κῦμα δ' ὄπισθε
Πορφύρεον μέγα θῦε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Ἡ δὲ μάλ' ἀσφαλέως θέεν ἔμπεδον. οὐδέ κεν ἴρηξ
Κίρκος ὁμαρτήσειεν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν,
Ὥς ἡ ῥίμφα θέουσα θαλάσσης κύματ' ἔταμνεν. id est,
Illa autem sicut in campo quadriiuges masculi equi
Omnes simul incitati à verberibus scuticæ
Altè eleuati celeriter emetiuntur viam. H
Sic quidem huius puppis tollebatur, vnda autem ponè
Nigra magna ruebat personantis maris
Et valdè tutè currebat firmiter, neque accipiter
Circus secutus fuisset citissimus volucrum:
Sic illa celeriter currens maris vndas incidebat.

Aeneid. 5. Hoc enim loco Eustathius poëtam duplici ait vti comparatione, ob duplicem finem. Altera (inquit) ab equis quadriiugis sumpta est πρὸς τὸ πλῆστηρεὸν, id est, vt significetur quàm firmiter & solidè nauis illa cursum sequeretur, quod in ijs fieri solet, quæ cùm impetu & violentia quadam feruntur: altera verò ab accipitre, πρὸς τὸ τοῦ τάχους πλῆνὸν, ad celeritatem exprimendam quæ tanta fuit, vt nauis potiùs volare, quàm currere videretur. Virgilius quoque significaturus quanto gloriæ studio desiderioque & vincendi cupidine, nauali certantes certamine naues impellerent, harum ex carceribus erumpentium vim & deinde pernicitatem, equis biiugis cursu certantibus,

A non ſolutis maluit aſſimilare, dum canit:

Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus,
Nec ſic immiſſis aurigæ vndantia lora
Concuſſere iugis, pronique in verbera pendent.

Et rurſus alicubi ſimili planè comparatione vtitur à ludis circenſibus ducta. *Georg. 1.*

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Theoclymenus etiam apud Euripidem inſequiturus raptores Helenæ non celetes equos deſultorioſque ſed reſeratis clauſtris, apertiſque regijs ſtabulis expediri iubet currus, quaſi hoc modo faciliùs ſit aſſequi. *In Helena.* Hucque pertinet illud Pindaricum περὶ τῆς εὐθυμίας. ὑφ' ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς, παρὰ ναῦν δ' ἰθύνει ταχίστα δελφίς. κάπρῳ δὲ βουλεύοντι φόνον, κύνα δεῖ τλαθύμον ἐξευρεῖν, id eſt, *Equus in quadrigis, in aratro bos, nauem ocyſſimè præuertitur Delphinus: apro cædem molienti inueniendus eſt canis laborum patiens.* Significat poëta lepidiſſimus vnumquemq; adB hibendum ad id quo maximè valet. Cæterùm equuſne an equa in curſu celerior ac pernicior ſit, haud præter rem, & noſtrum inſtitutum fuerit ex antiquis inquirere. *Equane an equus celerior.* Homerus certè velocitatis palmam tribuit equabus Pheretiadis quas Eumelus ad bellum Troianum duxit,

Τίς τ' ἄρ τῶν ὄχ' ἄριστος ἔην, σύ μοι ἔννεπε Μοῦσα
Αὐτῶν ἠδ' ἵππων, οἳ ἅμ' Ἀτρείδῃσιν ἕποντο.
Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο,
Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας ὄρνιθας ὥς, id eſt:
Quis horum optimus erat, tu mihi dic muſa
Ipſorum & equorum qui ſimul ſequebantur,
Equæ quidem multò optimæ erant Pheretiadæ,
Quas Eumelus ducebat, veloces pedibus tanquam aues.

Antiochus verò equos ſuos ad currendum velociter exhortans, non curo (inquit) ſi ab equis Diomedis, quibus nunc Minerua velocitatem addidit, ſuperemini, ſed pudebit mei & veſtri, ſi à Menelai Aetha quæ fœmina eſt, ſuperemur. Sophocles cùm dixiſſet: Κἀκεῖνος ἐν τούτοισι Θεσσαλὰς ἔχων ἵππους ὁ πέμπτος: *In Electra.* mox ſubiungit, δεξιὸν δ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον, εἶργε τὸν προσκείμενον. ſic C cùm antea equas dixiſſet, mox dextrum funalem ſubiunxit, quaſi innuens equas curſui, equos pompæ aptiores eſſe. Horatius quoque equam maluit quàm equum dicere, quadrigis aptam: *Te greges centum, Siculæq; circum Mugiunt vaccæ; tibi tollit hinnitum Apta quadrigis equa.* *Lib. 2. Car. Od. 16.* Atque huc ſpectat illud Virgilij; *Eliadum palmas, Epirus equarum.* Quo loco Seruius, equas dicit, quia velociores ſunt quàm equi, quia (vt ait Plinius) inter currendum emittunt vrinam. *Equa cur velocior equo.* Pomponius tamen equas genere fœminino dixiſſe poëtam ait, quia in omni grege & armento fœminæ optimæ ſunt eligendæ. Et Probus, quare equarum potius quàm equorum (inquit) dicat, ipſe rationem ſuam explicat, cùm ait:

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Paſcit equos, ſeu quis fortes ad aratra iuuencos, *Georg. 3.*
Corpora præcipuè matrum legat.

Mihi hoc dicere poëta videtur, vt qui equos alere volunt agonibus aptos, eos eligant ex celerrimis matribus, quales nimirum habebat Epirus, & qui boues quærunt ad arationem, eos etiam ex matribus potius quæ arare conſueuere, accipiant, quàm ex ijs quæ ad mulctram tantùm enutriuntur, quarum iuuenculos minus robuſtos eſſe vero non eſt abſimile. *Boues qui aratro aptiores.* D Equarum autem admiranda celeritas ex multis Olympicis certaminibus prædicata eſt. Equa Crauxidæ octaua Olympiade omnes vicit deſultorios. *Equæ in certaminibus celebratæ.* Iolaus equabus ab Hercule mutuatis cæteros in Olympico certamine anteiuit & coronatus eſt, vt Pauſanias teſtatur, & octaua ſecunda Olympiade qui toto corpore certaret (pancratiaſtem vocant) & deſultorius equus in curriculum rediere. Anteuertit omnes Creuſidæ equa Crannonia. Hecratites Theſſalus equa prægnante Olympia vicit; Plinius hunc Echecratidem vocat, cùm de equarum prægnantium natura loquens inquit: *Viciſſe Olympia prægnantem Echecratidis Theſſaliæ inuenimus.* *Li. 10. c. 63.* Idem & Scythis tradit vſum fuiſſe equabus præliari, quod veſicam curſu leuarent; ſed tum ob hoc, tum quòd maribus ſint velociores: optimum enim pugnæ genus cenſebant, ſi cedere loco & rurſus inſtare poſſent. Zambei regis equos diem ac noctem perpetuo curſu indefeſſos exigere, nec vſquam quieſcere & edere legimus, verùm id in equabus præcipuum eſſe. Contrà Oppianus mares ad venationis vſum præſtare tradit, fœminaſq; minus celeres eſſe ad longiores per nemora curſus. Vtcumque eſt, hoc ſaltem animal ſua natura velox eſſe & leue certiſſimum eſt, ideoq; quadrupedem citum per excellentiam Maroni nuncupari hoc verſu: *Aen. 11.*

Quadru-

Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. E

Equi cursu victi ab homine.
Equus admissus quid Ciceroni.
Lib. 2 de finib. bonor.
Lib. 1. Miscell. ca. 7.
Lib. 5. c. 7.
Lib. 1. de bel. Gall.

Celeritate tamen equos ab hominibus superatos fuisse inuenio. Saxo enim author est Haraldum Hybernum Noruegiæ regem apud Helsyngam oppidum pignore cum Erico III. Danorum Rege posito cum lectissimis eius equis cursu contendisse & duobus in certamen admissis, vtroque metam priorem tenuisse: geminis siquidem bacillis inter currendum innixum, crebris corpus saltibus concitasse. Sæpe etiam inter nauigandum è puppi exilientem, in proram per exerta remorum capita decurrisse, indeque cursu in aliud nauigij latus reflexo per reliquos remorum ordines, locum quo excesserat, repetisse. Cæterùm antequam velocitati equorum calcem imponamus, scire refert, quid sit equus admissus M. Tullio his verbis: *Num etiam cùm P. Decius se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irrueret &c.* Gulielmus Budæus homo doctus & diligens in suis annotationibus quibus Pandectarum libros illustrauit, equum admittere idem esse arbitratus est quod conscendere, sed pro concitato & celeri accipi debere satis demonstrat (inquit Hieronymus Magius) Valerius Maximus, sic vocem interpretatus de eodem P. Decio scribens: *Caput suum pro reip. salute deuouit ac protinus concitato equo in hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem quærens, irrupit:* Concitato equo, vt vides dixit, pro eo quod Cicero habet admisso. Quin ipsemet Cicero rem totam aperuit, dum tertio de natura Deorum loquitur in hæc verba: *Rebatur enim fore vt exercitus Imperatorem equo incitato se in hostem immittentem persequeretur, id quod euenit &c.* Idem primo de diuinat. de P. Decio: *Post triennium autem cùm consul esset, deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus: quo eius facto superati sunt & deleti Latini.* Vbi vides verbum irrupit, equi concitationem admittere. Cæsar quoque eodem significatu verbo ipso, quo de agitur, vtitur: *Considius, inquit, equo admisso ad eum accurrit, dicit montem quem à Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri, &c.* Penelope apud Ouidium: F

Hic lacer admissos terruit Hector equos.

Lib. 36 Epi.

magno Francisci Philosophi errore qui amissos legit, qui alios etiam, neque infimi ordinis scriptores asseclas habet, præter Egnatium non obscuræ hominem famæ qui in obseruationibus in Ouidij heroidas admissos in eodem versu legendum esse contendit. Prædictis Ouidij eiusdem luculentius testimonium accedat ex primo Metamorph. vbi sic ait:

——— *Vtque monebat*
Ipse amor, admisso sequitur vestigia passu.

Vespæ cur ex equo nascantur.
Ocium equo inimicum.

Admissum passum pro celeri, quasi seipsum Apollo ad cursum acrius concitasset, dictum esse perspicis. Hæc itaque ille. Silentio etiam inuolui non potest, quod ex equi putrescentis medulla euolent vespæ, nimirum volucris progenies, vt ait Aelianus, ex equo animali volacissimo. Cæterùm tanta equi pernicitas agilitasque magna ex parte diminuitur, ac penitus sæpe perditur, cùm ocio sinitur domi marcescere, vt eleganter ostendit Ouidius: G

Lib. 5. de Trist. Eleg. 13.

Tempore qui longo steterit, malè curret, & inter
Carceribus missos vltimus ibit equus.


Antigoni astus.

Adhæc ocium sanitati officit, scabieque inficit creberrimè. Quamobrem Antigonus rex obsessus cum suo equitatu, cùm exercere equos propter loci angustiã non posset, eorum capita loro substrinxit altiùs quàm vt prioribus pedibus planè terram possent attingere: deinde cogebat ipsum equitatum posterioribus exultare & calces emittere: qui motus non minus sudorem excutiebat quàm si cursu terræ spatium decurrerent: ij post exeuntes castris ita agiles fuere, ac si nunquam fuissent obsessi.

LIBIDO. SALACITAS.

H

Lib. 2. Hist. ca. 26.
Cap. 5.
Hom. 12. in cap. 2. Genes.
Homines cur equi dicti.
Lib. 5.



ALACISSIMVM animal omnium tum fœminarum, tum marium equum esse memoriæ prodidit Aristoteles, vno homine excepto. Et Plato equum vocauit cupiditatis petulantem atque insolentem, posteaquam legisset Hieremiam dicentem: *Facti estis mihi equi furentes in fœminas.* Ad quem ni fallor locum alludens D. Chrysostomus: Diuina scriptura (inquit) homines interdum ob libidinem equos vocat. Nam vt equi in fœminam insanientes: Vnusquisque vxori proximi sui adhinniebat. Et D. Hieronymus: *Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* Ita quoque interpretantur illud Psalmistæ: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Hinnitu autem libidinis titillationem hoc genus animalium indicare attestatur Lucretius, dum canit:

Denique non hinnitus item differre videtur
Inter equas vbi equus florente ætate iuuencus

Pinnigeri

A *Pinnigeri sæuit calcaribus ictus amoris,*
Et fremitum patulis sub naribus edit ad arma:
Ac quom sic aliàs concussis artubus hinnit.

Eleganter etiam & appositè Prudentius de Saturno: Lib. 1. contra Symmachum.

Aduena quos profugus gignens & equina libido
Insulit Italiæ, Thuscis namque ille puellis
Primus adhinniuit simulato numine mœchus.

Cicero verò translatè: *Sic tuos sensus voluptuarios omnes incitauit; sic ad illius hanc orationem adhinniuit.* Idem etiam notum est ex Herodoto, qui Darium scribit Oebaris equisonis astu regnum Persarum equi libidine prurientis atque hinnientis ope adeptum esse hoc modo: Cùm interfectis Magis qui imperium inuaserant, Persarum proceres inter se eo pacto conuenissent, vt is cuius equus prius hinniret, regno potiretur, Oebaris manum vuluæ equinæ prius admotam, naribus equi præbuit olfaciendam, quo odore incitatus equus, primus dedit hinnitum. Hinc Oppianus in electione equorum ad venationem, libidinis hinnituumque maximam rationem habuit, equas equis in venationibus permisceri propterea nolens, quòd equi frequentioribus hinnitibus seipsos B feris prodant. Cæterùm ab equina libidine, hominem qui sit Veneri plus æquo addictus, meretricioque amore debacchetur, ἱππόβινον dicimus, atque ἱππόπορνον, cùm extremam alicuius libidinem summamque cuiuspiam nequitiam & immoderatam lasciuiam exprobramus. Ἱππεραστὴς & ἵππερος etsi aliàs equorum indicent studiosum aut amatorem, accipiuntur tamen etiam sæpenumerò in malam partem pro ἱππομανίᾳ, vt apud Aristophanem hoc loco: ἀλλ' ἵππερόν μ' κατέχει τῶν χρημάτων, id est, ἱππικὸν ἔρωτα, vt Scholiastes exponit. Ἱππομανία autem amoris est insania, & ἱππομανεῖν dicimus, qui more equini generis furijs aguntur ad coitus rabiem, quando aliàs ἱππομανεῖν etiam de ijs dicatur, qui insano equorum studio ducuntur. Cùm autem pro libidine stimulari accipitur, de equabus potissimùm sumitur, vt apud Aristotelem: αἱ μὲν οὖν αἱ ἵπποι θήλειαι ἱππομανοῦσιν: id est, *igitur equæ furiunt in equas*, Latini equire dicunt: & haud scio, num ab hac libidine pudenda seu membra libidinis tam virile quàm fœmininū ἵππος id est equus vocetur: certè ἱπποκλείδης dicitur cunnus à claudendo equo, vt scribit Hesychius ex Aristophane. Suntque qui huc pertinere putant illud Horatij:

Lib. 2. Darius vt regnum adeptus.

Equos equabus permistos inutiles esse in venationibus.

In Nebulis.

Hippomania.

Lib. 1. Hist. cap. 6. Equire quid.

Clunibus aut agitauit equum lasciua supinum. Item illud Martialis: *Hectoreo quoties sederat vxor equo.*

C Apud Plautum Stalino: *Perij (inquit) herculè ego miser dirumpi cantando hymenæum, licet illo morbo quo dirumpi cupio, non est copia:* Respondet Olympio: *Næ tu si esses equus, esses indomabilis.* Stal. *Quo argumento?* Olymp. *Nimis tenax es.* Quo loco Dionysius Lambinus legendum censet, nimis tendax es, quia tendax equus est qui nimia & nimis crebra tentigine affectus, frænum (inquit) mordet & calcari non paret, à tendendo sic appellatus, quemadmodum & tentigo. Hunc igitur senem Olympio cum equo tendaci comparat, propter immodicam eius tentiginem qua incitatus ac distentus ardet tetra libidine & in Venerem totus ruit. Quòd autem quidam legi volunt sternax, in quibus est Pius Bononiensis, non placet, nihil enim habet commune equus sternax, cuius est equitem ac sessorem suum excutere & sternere, cum viro tentigine affecto & libidine inflammato. Vulgata autem lectio quam & libri manuscripti retinent, nihilo minus placet: nam tenax equus significat potius eum equum qui propter aliam quamlibet causam neque freno neque calcari regi potest quàm propter tentiginem. At debet hic talis equus significari & commemorari, vt similitudo & comparatio quadret. Virgilius autem tanto libidinis furore rabieque accendi equos scribit, vt vel solo equarum odore percepto à congressu Venereo nulla vi, nulloque obstaculo cohiberi queant:

In Casina.

Equus tendax qui.

Equus sternax.

Equus tenax.

D *Nonne vides, vt tota tremor pertentet equorum*
Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam fræna virum, nec verbera sæua,
Non scopuli rupesque cauæ, atque obiecta retardant
Flumina, correptos vnda torquentia montes

Andræas Perusinus (referente Fulgoso lib. 9. cap. 4.) qui postea à cognomine familiæ Brachius fuit nuncupatus, cùm à Camerte vrbe, depulsis Caroli Malatestæ copijs, ipse cum parte tantùm copiarum sequeretur, reliquo pecorum præda captiuisque atque alijs rebus impedito exercitu, & in eo hostes benè gerendæ rei occasionem viderent, si ipsi Apennini iuga priores occupassent: cùm lassos iam equos vltrà vel calcaribus vel alia vrgere vi non posset, ex captiuo pecore aliquot equas delegit atque eas agmen præcedere iussit: quarum cupido equis adeò acres adegit stimulos, vt qui antea nullis calcaribus satis impelli poterant, tunc frenis vix cohiberi ac retineri possent. Obseruari itaque Geoponici diligenter volunt, vt tam equis quàm equabus, cùm pruriunt, coëundi fiat potestas, quoniam hoc præcipuè armentum, si prohibeas, libidinis

omnino excitetur furijs. Mas (inquit Ariſt.) omnibus temporibus init, nec ceſſat, quàm diu viuit, fæmina etiam quàm diu viuit, initur, nec tempus vllum certum libidinem aufert: ſed ingenium hominũ arcet aut vinculo aut aliquo huiuſmodi impedimento; Equũ apud Opunta fuiſſe accepimus, qui annos quadraginta natus poſſet coire: ſed adiumentũ quoad ſui pedes priores attollerentur, deſiderabat. Plin. hoc poſtremum de quolibet admiſſario ſcribit, in hæc verba: *Generat mas ad annos triginta tres, vtpote cùm à circo poſt viceſimum annum mittantur ad ſobolem reparandã; & ad quadraginta duraſſe tradunt, adiutum modo in attollenda priore parte corporis.* Eodem authore equæ gignunt annis omnibus ad quadrageſimũ: ſed Ariſtoteles coire mares ad annos triginta tres, fæminas ad quadraginta tradit, ita vt per totam fere vitam coitum equis (inquit) ſeruari eueniat. Quot autem fæminis vnus mas ſufficiat, mox examinabitur, nunc ex eodem Ariſtotele dixiſſe ſatisfuerit, ad libidinem & in libidine vires indicandas, tricenas fæminas vel paulò plures, maribus ſingulis dari: Mares autem fæminas ſocietate coniunctas dignoſcunt olfactu, etſi paucis admodum diebus vna fuerint: quòd ſi fæminæ diuerſæ permiſceantur, mares alienas morſu expellunt, ſuaſque ſingulos ſeorſum habentes paſcuntur: quoties mas acceſſerit aliquis, confeſtim in eum maritus conuertitur, & currens gyro aggreditur pugna, & fæminam ſi quà ſe mouerit, morſu reuocat. Hactenus Ariſtoteles, & alibi equos ſcribit tempore libidinis mordere equum, ſternere equites atque inſequi. Cæterùm equarum quàm equorum famoſior eſſe videtur ſalacitas. Nam vel eodem etiam Ariſtotele prodente ex omnibus fæminis equæ potiſſimùm libidine accenduntur. Quamobrem poetæ Cupidinem inter equarum armenta natum fingunt, vt meminit Propertius hoc tetraſtico:

Quamdiu generent. — *Zelotypia equorum.* — F — *Equarum ſalacitas.* — *Cupido inter equas natus.* — *Lib. 2. Eleg. 2.*

Ipſe quoque inter agros, interque armenta Cupido
Natus & indomitas dicitur inter equas;
Illic indocto primùm ſe exercuit arcu,
Hei mihi quàm doctas nunc habet ille manus.

Ipſæ autem equæ aliquot regionibus tanto flagrant ardore coëundi (inquit Columella,) vt etiam ſi marem non habeant, aſſidua & nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ Venerem (cohortalium more auium) vento concipiant: ſed de hac re poſtea: nunc de libidine equarum audiamus Virgilium:

Georg. 3.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum;
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci G
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ,
Illas ducit amor trans Gargara, transque ſonantem
Aſcanium: ſuperant montes & flumina tranant.

Quorum poetæ verborum intellectus eſt hic: ab eo tempore quo iuxta Potnas, in agro Bœotiæ, equæ Glaucum decerpſerunt, propterea quòd eas admiſſura equorum prohibuiſſet: ipſa Venus amoris ſtimulum equabus indidiſſe mihi videtur. Ouidius oſtenſurus amorem debere eſſe reciprocum, inter alia etiam hoc adducit pentametrum:

Fæmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

Ariſtoteles teſtatur equam & mulierem ſolas omnium animalium, grauidas coitum pati: equam quidem ſolicitate ſuæ naturæ, & quod aliquid ſpatij in vtero ſuperſit, amplius quidem, quam vt ab vno occupetur, ſed arctius quam vt alterum perfectè poſſit ſuperfœtari. Libidinoſam itaque natura eſſe equam ob eundem effectum quo ſolida omnia Veneris ſunt appetentiora: illa enim ita (inquit) ſe habent, quia carent purgatione, quæ perinde eſt fæminis, vt coitus maribus: equa enim menſtrua minimè emittit. E contrario Abſyrtus equam tradit, vbi ſe concepiſſe nouit, marem vlteriùs non admittere. Abſyrto fauent qui equas domi ſuæ enutriunt, non ſolùm aſſerentes poſt conceptum non admittere admiſſarium, ſed calcitrando etiam repellere. Vtcumque eſt, ab hoc vno animante, equa inquam, ἱππομανεῖν Græci, quod latini equire, dicunt teſte Ariſtotele, conuitio; ſiue vt hic ait, ἐπὶ τὴν βλασφημίαν, in mulieres quæ circa Venerem intemperantiores ſunt: atque hinc eſt quod hodieque iſtiuſmodi libidine prurientes mulierculas caballas id eſt equas nuncupemus, veterum imitatione. Sic enim apud Plautum legimus:

Lib. 4. de generat. anim. ca. 5. — *Mulier cur equa dicatur.* — *Equa grauida an coitũ admittat.* — H

Adhinnire equulam poſsim ego hanc, ſi detur ſola ſoli,
Nam ita muſtulentus æſtus nares attigit.

Videtur & Aeſchylus ſcienter hoc expreſſiſſe in Toxotidibus, his ad virgines verbis Latio redditis:

Ego nuptiales caſtis virginibus canam
Aſtus, oculorumque inſidias micantium,
Non vlla experta virgo nos fefellerit;
Virum ſi prodit ipſa oculis flagrantibus,

Hac

A *Hac arte gnarus ipse equas diiudico.*

Diomedis verò filiæ, illius inquam Thraciæ regis insanissimi, libidinis furore famosissimæ, equis quæ aduentantes deuorarent, comparantur à poëtis. Vnde ortum tradunt authores Græci, Διομήδειος ἀνάγκη, id est, *Diomedis necessitas*: atque hoc sanè sensu Aristophanis enarrator interpretatur hunc versum in concionatoribus, Καὶ ταῦτ᾽ ἀνάγκη μᾶσι διομηδείαι. Quærit adolescens, num qua sit necessitas sibi sectari anum: respondet illa, esse & quidem Diomedeam. Dicebantur autem aduentantes deuorare, quia Diomedes rex cogebat hospites cum ea rem habere, & quicquid auri haberent, pro coitu extorquebat: quanquam interimi ab eo solitos intelligere maluerit Eustathius, & equis suis in pabulum appositos, fabulam scilicet secutus, quam à poëtis fictam vno omnium consensu repererat. Cæterùm meretrices πώλους id est pullos vocari, etiam annotauit Hesychius, atque ita dici, quasi τῆς Ἀφροδίτης πώλους, id est, pullos Veneris. Atqui in quæstionem trahi queat, salaciusne sit genus humanum, an equinum. Gryllus quidem apud Plutarchum hominum libidinem & maiorem & nefariorem & magis execrandam ostendit his ferè verbis. Vestras libidines natura quanquam legis auxilio fulta, tamen intra suos non potest coercere fines: quin eæ instar fluuij exundantes atrocem fœditatem, tumultum, confusionemque naturæ gignunt in re venerea. Nam & capras, porcas, equas, inierunt viri, & fæminæ insano masculorum bestiarum amore exarserunt: ex huiusmodi enim coitibus vobis sunt minotauri, syluani siue ægipanes, atque (vt mea fert sententia) etiam Sphinges & centauri nati. Ad coitum nullus vnquàm est homo à bestia solicitatus. Refert autem idem Plutarchus in paralellis Stellum quendam animo fuisse à mulieribus ita alieno, vt cum equa rem haberet, quæ suo tempore filiam ediderit perpulchram, Eponæq; nomen indidisse: atque hanc deam esse quæ equorum procurationem gerit. Hæc ille Agesilaum citans authorem in tertio Italicarum. Sed vt equam ex homine concipere posse non est verisimile propter membri breuitatem, ita quod à bestijs homines ad coitum solicitari negat, haud vsque adeo verum etiam est, inuenio enim apud Dionem Chrysostomum Athenis locum fuisse, qui equi & virginis inaccessus dicebantur, propterea quod pater cum equo cùm inclusisset puellam, hæc ita disperierit: sed rem clariùs narrat Suidas, locum ibi fuisse inquiens qui diceretur ad equum & ad puellam, quod quidam Codridarum Hippomanes nomine, qui & postremus imperauit, filiam in loco quodam cum equo furibundo inclusit, eoquod clandestino concubitu virginitatem suam læsisset, & equus puellæ vim intulit; ex quo παρὰ ἵππον καὶ κόρην

C locum illum dixerunt.

Diomedis filiæ equæ dictæ.

Meretrices equæ dictæ.

Homone an equus salacior.

Orat. 32. ad Alexand.

COITVS. GENERATIO. Partus.

EQVVM qui ad prolem diligenter seruatur, sæpius admissarium nuncupauimus. Idem & emissarius nominatur, quanquam & ita vocetur qui in solitudinem est emissus. Legitur hæc vox non semel in veteris testamenti D. Hieronymi translatione. Dicitur autem admissarius quod ad equas, aliasque animantes (nam & ad alias quadrupedes hæc vox extenditur) admitti soleat. Græcis plerisque ὀχεῖον neutro genere, Absyrto ὀχευτὴς appellatur, ὀχεία ipsum opus, quod Latini admissum dicunt, admissionem, sæpiùs verò admissuram. Est & κήλων in Hippiatricis idem qui ὀχευτής. Ἀναβάτης nomen admissarijs, vt quo, asino, arieti &c. commune, ἱπποβάτης proprium asino qui equam salit. Fæminæ ipsæ submitti dicuntur. Proriga vocatur ille qui admittit: eo enim adiuuante equa alligata celeriùs admittitur, neque equi (inquit Varro) frustrà cupiditate impulsi semen eijciunt. Quo fit, vt apud Plinium capite de equis, Cælius rectiùs prorigam legendum arbitretur quàm aurigã, quem ab equa laceratum scribit, vt antè recitauimus: quanquam apud Varronem historiæ eiusdem relatione auriga etiam circumfertur. Quidam prurigas scribunt & equitiarios quoque vocari inquiunt. Equimentum Varroni est merces quæ pro admissura equi persoluitur, vt Nonius citat, cuius hæc verba: *An si equam emisses quadrupedem, vt meo asino Reatino admitteres,* (fortè submitteres,) *quantum posposcissem, dedisses equimenti*, sic scribit, non pere, vt in dictionarijs suis recentiores, ab equo deriuari existimantes, cùm potiùs ab æquitate deriuetur, proinde parem vicem exponit Nonius, scilicet mercedem pro eo quod admissum est. Hesychio fortè est ἱππόνομα, nisi sit merces quæ pro locatis soluitur. Coitus autem equis non tam laboriosus est quàm bobus, vt Aristoteles scribit: qui itidem de equi ætate qua procreationi aptus est, hæc diuersis locis ferè prodidit: Equus coire incipit bimus, tam mas quàm fœmina: sed hoc in paucis fit, pullique eorum ipsorum minores imbecillioresq; sunt.

Equus emissarius.

Admissura.

D

Plinius correctus.

Aequimentum quid.

Coitus.

Aetas equi generationi apta.

" Quod autem plurimùm trimatu, tam mares quàm fœminæ incipiunt & proficiunt subinde ad pro- E
" lis præstantiam, in vicesimum vsque annum. Alicubi hæc eadem repetit. Et alicubi rursus: Coire
" itaque incipit equus vel tricesimo mense: sed quoad dignè procreare possit, tunc tempus est, cùm
" dentibus mittendis cessauit, verùm iam nonnullos etiam cùm mutant, implere potuisse aiunt: id-
Aetas coitui apta qua. que fieri ita confirmant, nisi natura steriles sint. Et rursus: Fit itaque vt equis fere tempus idoneum maximè sit ad procreandum, cùm annum quartum & sex menses complerit: seniores equi prote-
" ctò fœcundiores sunt, tam fœminæ quam mares. Alibi etiam tum in equorum, tum in boum ge-
" nere turgere ait prius ad coitum minores natu, quàm maiores. Denique iuniorum equorum coi-
" tum præter ætatem contingere asserit pabuli bonitate & copia: Plinius verò equas post tertium
" annum, aut post vnum ab enixu vtiliter admitti putari ait, cogique inuitas: domitas autem sexa-
Dec.7.ca.9. ginta diebus equire, antequam gregales dici. Petrus Martyr de Hispaniola insula loquens equas decimo postquam natæ sunt mense concipere & geminos sæpe vnico partu excludere vulgò ferri testatur, diutiusque quam sub nostro cælo viuere. Columella equum marem minorem trimo non esse idoneum admissuræ nonnullos putare tradit: posse verò vsque ad vicesimum annum procreare: fœminam verò bimam posse rectè concipere: vt post tertium annum enixa fœtum educet, eamque post decennium non esse vtilem, quod ex annosa matre tarda sit atque iners proles. Anatolius vult, vt sit admissarius cùm admissuræ destinatur, quinquennis, decimum verò quartum agens annum a superuentu conquiescat. Equarum prurientium signa collegit Aristoteles: coitus tempore eas inquiens colligere sese & societate magis quàm antea gaudere: iactare caudam crebriùs, vocem immutare, humorem emittere suis genitalibus similem genituræ, sed multò tenuiorem quam mares, quem hippomanes nonnulli appellant, non quod pullis nascentibus adhæret: accipi eum humorem difficile esse dici, quod paulatim admodum labitur: Mingere etiam pluries, atque F
Mas quando impleat. inter se ludere, cùm equiunt. Mas eodem testante non certo dierum numero implet, sed aliquando vno, aut duobus tribusve; aliquando pluribus; serius certè quàm asinus, equam superueniens implet. Et alibi: equæ (inquit) interposito tempore admittuntur, quoniam ferre continuò nequeant. Quod vero interpositum tempus vocet, alias ostendit, inquiens: Non statim à partu equa impletur, sed intermisso tempore & melius quarto aut quinto anno interposito procreat. Omnino si nihil plus detur, vnum tamen interponere annum & quasi nouale facere necesse est. Sed Columella vulgari equæ solenne esse ait, vt omnibus annis pariat, generosam verò conuenire al-
Pulli vt nascantur generosiores. ternis continere, quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminum præparetur. Ita & Var- G
ro, alternis qui admittunt, diuturniores equos & meliores pullos fieri dici asserit. Necnon Palladius generosas equas & quæ masculos enutriunt, alternis (inquit) annis submittere debebimus, vt pullis puri & copiosi lactis robur infundant: cæteræ passim replendæ. Diligentiores tradunt, vt
Coeundi tempus. annotauit Plinius, equos & canes & sues initum matutinum appetere, fœminas autem post meridiem blandiri. Varro & Absyrtus bis die, mane & vesperi admittere oportere inquiunt, cùm tempus anni venerit; de quo nunc. Aristoteles initium coëundi in vere esse ait. Et alibi, Admissarios (inquit) non vt equæ, sic asinæ æquinoctio admouent, sed æstiuo solstitio, vt tempore calido pulli nascantur. Ita etiam Varro, *Feturæ initium* (inquit) *admissionis facere oportet, ab æquinoctio verno ad solstitium, vt partus idoneo tempore fiat.* Columella admissuræ certa tempora in vulgaribus equis seruari negat: generosis verò matribus circa vernum æquinoctium mares iungi oportere, vt eodem tempore quo conceperint, iam lætis & herbidis campis post anni messem paruo
Partus tempus. cum labore fœtum educent. Nam mense duodecimo partum ædunt, inquit, maximeque curandum est prædicto tempore anni, vt tam fœminis quàm admissarijs desiderantibus coëundi fiat potestas: quoniam si prohibeas, libidinis exstimulantur furijs, vt modò dictum est. Absyrtus etiam
Tempus coitui aptum. cur hoc tempore coitus sit concedendus, aut potiùs procurandus, rationem reddit: Tempus congressui aptissimum existere inquiens ab æquinoctio verno, hoc est à vigesima secunda Martij, vsque ad vigesimam secundam Iunij, vt partus videlicet fiat circa temperatissimam herbescentemque anni constitutionem. Equa siquidem vtero gerit vndecim mensium decemque dierum curriculo. Etenim quæ concipiuntur post æstiuum solstitium, ea sanè infeliciter educantur, protiusque inutilia sunt. Russius cùm & ipse commodum videri dixisset, vt equi locis calidis mense Aprili, frigidioribus autem Maio admittantur, quia nimirum, vt dictum est, circumuoluto anno pulli eo- H
Elei cur extra fines suos admitterent. In Quæst. Græcis. dem tempore nati, & aërem temperatum & copiosum inueniunt nutrimentum, subiungit, autumnus etiam easdem ob causas non incommodus est nascentibus in eo pullis. Elei equas finibus suis eductas iniri faciebant, quòd sexcentis experimentis cognitũ haberent, miræ felicitatis prolem sic prouenire: cuius rei Plutarchus causam reddit Oenomai regis execrationẽ. Equabus (inquit) equientibus extra fines abactis ad admissuram dant Elei, quòd regum omniũ Oenomaus equorũ studiosissimus qui hoc animal dilexit plurimũ, multa & dira execratus esset in capita equorũ, qui ineunt Elide equas, cuius metu deuotionis auersantur eas. Quid si verò moderatũ illum ex itinere laborẽ, quo pi-

tuitosus

A tuitosus veternosusque humor, quo dominante pigri procreantur pulli, & ad agonalia inepti, dissipatur, potius causam fuisse dicamus? Equi (inquit Ruffius) ad generandum admittendi, copiosè pasci debent, & sine labore, non prorsus tamen ocio relinquendi, ne iners & pituitosus humor augeatur, sed moderatis exercitijs recreandi magis quàm fatigandi sunt. Absyrtus quoque admissarium equum ab operibus relaxari oportere asserit: alioqui etiam eo tempore quo vocatur ad ineundas equas, non tantùm vt Veneri superesse queat, verùm quia etiam quò fortior ineat, eò firmiora semina præbeat futuræ stirpi, Columella roborari iubet largo cibo, & iam appropinquante vere, ordeo eruoque saginari: super qua re audiamus Virgilium: *Admissariorum victus.*

His animaduersis, instant sub tempus, & omnes
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori duxere maritum:
Florentesque secant herbas, fluuiosque ministrant,
Farraque: ne blando nequeant superesse labori,
Inualidique patrum referant ieiunia nati:
B *Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:*
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondesque negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant
Cùm grauiter tunsis gemit area frugibus; & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes,
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.

Anatolius cùm admissuræ tempus ab æquinoctio verno vsque ad solstitium æstiuum statui dixisset, addit hoc pecus vbertate verni pabuli lasciuire: cæterùm non esse permittendum, vt strigosa equa & sorde obsita saliatur, quippe cùm talium cupiditate celeriùs equum solicitari constet, perinde quasi stimulatus hac colluuione gaudeat. Quamuis modò salacissimum hoc pecus sit, & libidini impensiùs addictum, fit tamen, vt salacitatem promouere cogamur. Absyrtus, vt admissarius in Venerem proruat, hoc præscribit remedium. Vstam cerui caudam cum vino terito: testes & genitale linito. Sic hebes, ait, equus voluptate solicitatur ad Venerem. Sunt qui cicer exhibent, quòd hoc legumen potissimum Venerem incitet & semen generare credatur. Quomodo autem efficiatur, vt armentitiæ concipiant, legimus in Hippiatricis Græcis. Si gregalem (inquit Hippocrates) equam concipere velis, vrticam in os equi pellito. Ocimum (inquit Plinius) Venerem stimulat, ideo etiam equis asinisque admissuræ tempore ingeritur. Idem satyrij genus erythraicon arietibus quoque & hircis ad Venerem segnioribus in potu dari ait, & à Sarmatis, equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, hocque vitium prosedanum appellari. Coitum etiam in equo iuuat puluis testiculorum equi in potu datus, vt Aggregator ait citans Plinium. Quod si admissarius iners in Venerem est, Columella, odore vult perfricari detersis spongia fœminæ locis & admota naribus equi. Idem scribit Absyrtus, vt in Geoponicis legimus. Si fastidium saliendi est, Varro iubet, scillæ modicum conteri cum aqua ad mellis crassitudinem, deinde ea re naturam equæ, cùm menses ferunt, tangi: contrà, ab locis equæ nares equi tangi. Similiter si equa recusat, elicitur cupiditas, odore genitalium admoto naribus, vt Columella tradit: si verò marem non patitur, detrita scilla naturalia eius lini ait: atque ita accendi libidinem. Macer in fœminis iumentorum vrticam coitum incitare testatur, si folijs eius vulua perfricetur. *Salacitas vt augeatur.* *Cap. 14.*

C

D Anatolius gallinaceo fimo cum resina terebinthina trito easdem partes oblinit, magis tamen libidinem prouocari putat, si scilla affricetur. Ruffius sæpe etiam contingere asserit, vt equa salientem quidem equum admittat, coitum tamen detrectet: quod ex defectu (inquit) caloris circa naturalia contingit: quamobrem vrtica aut scilla perfricari debent. Porro sterilis equa concipiet authore Hippocrate, si fascem porrorum in pilo tusum vini cyatho perfundes & cantharides versicolores numero duodecim, ex aqua biduum oriculario clystere in vuluam ingeres: postero die equum ad ineundam fœminam emittes: postquam desiluit, bis genitales locos clues. Aliud: Nitrum, passeris fimum, resina terebinthina simul teruntur & in vnum coacta naturalibus inseruntur. Non defuere etiam qui darent operam, vt annotauit Anatolius, quo magis equarum amore flagrent admissarij, vt iubæ suorumque capillorum venustate, necnon ceteris elegantibus honestamentis exornentur, & ad hoc si quæ pollent aliæ cupidinis illecebræ: quin eam quoque equo tanquam cursu certantem proponerent. His autem lenocinijs credere equũ ad amorem inuitari. Non nunquã tamen ignobilis quoq; vulgaris equus elicit cupidinem coëundi, authore Columella: nam vbi admotus tentauit obsequiũ, fœmina abducitur, & iam patientiori generosior equus imponitur. *Equa sterilis vt concipiat.* *Ornatus amat admissarius.*

Li 1 2.c 44. Aelianus Lybicas equas vſque adeo tibiæ cantu oblectari aſſerit, vt huius blandimentis ad homi- E
Equæ cantum quæ ament. nes manſueſcant, & inſultare ac lædere deſinant, & quocumq; eas cantiuncularum blanditiæ inuitauerint, eò paſtorem conſequātur, cùm ille inſiſtit, has etiā à progrediendo ait ſe ſuſtinere: ac ſi cātum contentiorem ad tibiam canat, ex eo tanta voluptate affici, vt lachrymas tenere non poſſint: Earum autem paſtores ex rhododaphne arbore paſtoritiam fiſtulam excauare, eiuſque ſonoro inflatu armentum antegradientes demulcere. Euripides dicit paſtores ad tibiam canentes, ad Venerem equas incitare, atque etiam equos ad ineundas fœminas incendere. Ad hunc igitur modum equinas nuptias initiari, vt nuptiale carmen præcinant. Meminit huius rei etiam Plutarchus his verbis: Videtur autem Ariſtoteles etiam non iuſtam adferre cauſam, cur ſolæ delectationes
3. Symp. q. 5 ſpectaculorum & auditionum intemperantiæ culpa vacent: quia ſcilicet hominis ea ſint propriæ: reliquæ etiam à brutis percipiantur. Video enim multa horum quoque muſica demulceri, vt ceruos fiſtulis, & equabus cum ineuntur cantio occinitur, quam ἱππόθορον nuncupant. Pollux ve-
Hippophorbum quid. rò hippophorbum genus ait eſſe tibiæ quod Libyes Scenitæ, inquit, inuenerunt; hac ad equorum paſcua vti: materiam eſſe laurum detracto cortice; nam exempta medulla acutum reddere ſonum & equorum celeritati conuenientem. Præterea quod Aelianus de Lybicis equis ſcribit, inuenio F etiam de equis Myſiæ, apud eundem ipſum Aelianum. Apud Myſos, ait, cùm equinum genus coit, quidam velut hymeneum quendam nuptijs præcinunt, & cantus ſuauitate permulſæ equæ grauidæ fiunt, & formæ pulchritudine, eximios pullos ex ſeſe pariunt. Iam verò è contrario libidinem aliquoties in ſalaciſſimo hoc animante inhibere cogimur; nam alioqui robur corporis ab-
Libido vt frenetur & extinguatur. ſumitur, vt oſtendit diuinus poëta, dum canit:

Sed non vlla magis vires induſtria firmat,
Quàm Venerem, & cæci ſtimulos auertere amoris
Siue boum, ſiue eſt cui gratior vſus equorum.

Tolli autem hoc faſtidium Varro & Columella docent, ſi ad equarum naturalia mares naribus admoueantur. Adhæc aliquot regionibus, vt ex Columella diximus, tanto coëundi ardore fœminæ flagrant, vt etiam ſi mas deſit, aſſidua & nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ Venerem vento concipiant. Quæ poëta (inquit idem Columella) licentius dicit:

Continuoque auidis vbi ſubdita flamma medullis
Vere magis (quia vere calor redit oſsibus) illæ
Ore omnes verſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis G
Exceptantque leueis auras; & ſæpe ſine vllis
Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos, & depreſſas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos; neque Solis ad ortus:
In Boream, Caurumque, aut vnde nigerrimus Auſter
Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cælum.

Cùm ſit notiſſimum etiam in ſacro monte Hiſpaniæ, qui procurrit in Occidentem iuxta Oceanum, frequenter equas ſine coitu ventrem pertuliſſe, fœtumque educaſſe, qui tamen inutilis eſt, quod triennio priuſquam adoleſcat, morte abſumitur: quare, vt dixi, dabimus operam, ne circa æqui-
An ex vento concipiāt. noctium vernum equæ deſiderijs naturalibus angantur. Hactenus Columella: ſed verumne an falſum ſit, ita vento concipere, alij aſtruunt, alij negant; Ex affirmantibus eſt M. Varro: *In fœtura* (inquit) *res incredibilis eſt in Hiſpania, ſed eſt vera, quòd in Luſitania ad Oceanum in ea regione, vbi eſt oppidum Olyſipo monte Tagro, quædam è vento concipiunt equæ, vt hic gallinæ quoque ſolent, quarum oua hypanemia appellant: ſed ex his equis qui nati pulli, non plus trienniū viuunt.* Vbi pro Tagro legi debet ſacro, vt ex allatis Columellæ verbis optimè reſtituit Scaliger iunior in ſuis notis. Affirmat H etiā Plinius & Solinus, conſtare dicentes in Luſitania circa Olyſſiponem oppidum & Tagrum amnem, equas Fauonio flante obuerſas animalem concipere ſpiritum idque partum fieri, & gigni perniciſſimum ita, ſed triennium vitæ non excedere. Albertus quoque ex Auicenna, cum equæ proprium eſſe dixiſſet, pede aut coxa aliquantulum recalcitrare, cùm deſiderat coitum; addit, & hoc modo aperit vterum, hauritque eo meridionalem aut ſeptentrionalem ventum, quo plurimum delectatur. Scribit etiam Auicenna ſenem quendam fide dignum, natum in inſula cui Arabicum nomen Dealtuſa, ſibi narraſſe, quod equa Arabica illic concepto vento non ceſſarit currere per deſiderium coitus, donec octo leucas emenſa fines inſulæ attigit. Homerus itidem hoc non impoſſibile exiſtimans neque incredibile hominibus, viſum eſſe ait equorum ſubuentaneorum genus. Ait enim Boream adamaſſe Troicas quaſdam equas, eaſque impleuiſſe ſemine, genuſque equorum
Lib. 3. inde procreatum celerrimum, vt ſuprà ex eo recitauimus. Et Silius Italicus:

Hic adeò cùm ver placidum, flatuſque tepeſcit
Concubitus ſeruans tantos grex proſtat equarum.

Et

A *Et Venerem occultam genitali concipit aura:*
Sed non multa dies generi, properatque senectus
Septimaque his stabulis longissima ducitur ætas.

Diuus Augustinus idem & in Cappadocia scribit contingere. Sed & Aristoteles equas scribit ἐξανεμοῦσθαι, cùm innuit ex vento concipere, Gaza vertit euentari: Equæ, inquit, itaque equiunt: vnde vocabulum id ab hoc vno animali trahitur, maledicto in mulieres libidinosas. Necnon euentari per id tempus dicuntur: quapropter in Creta insula equos admissarios minimè à fæminis semouendos censent. Cùm verò ita affectæ fuerint, currunt relicta societate: simile hoc vitium est, quod subare in suibus dicitur. Currunt non in Orientem aut Occidentem versus, sed ex aduerso Aquilonis aut Austri, nec appropinquare quenquam patiuntur, donec vel defatigatæ desistant, vel ad marem deueniant, tum aliquid emittunt, quod hippomanes appellatur. Hinc Virgilium accepisse, quæ suprà citauimus, ostendit Petrus Victorius. Eos verò qui per os in ventum obuersum apud poëtam, equarum naturalia intelligunt, eos errare putat Pontanus. Rabicanum celerrimum equum similiter Lud. Ariostus absque patris opera conceptum fingit, sed ex igne & vento: *Euentari quid.* *Lib. 7. Var. Lect. cap. 6.*

B Questo è il destrier che fù del Argalia
Che di fiamma e di vento era concetto
Et senza fieno & biada si nutria
Da'l aria pura, e Rabican fù detto.

E contrario equas ita in Lusitanis Fauonio spirante concipere falsò à compluribus proditum existimat Iustinus, fabulasque vocat, quæ ex equarum Lusitaniæ natæ sint fæcunditate, pedumque & cursus pernicitate. Equidem & Aristoteles alicubi equum ijs animantibus annumerat, quæ nisi per coitum generant. Quam ob causam (inquit) animantium alia non solùm coitu, sed etiam sponte naturæ procreantur; alia coitu duntaxat proueniunt, vt homo, vt equus. An quòd etsi non aliam ob causam, tamen quod alijs gignendi tempus breue statutum est, itaque fieri non potest vt tempus quod vim obtinet generandi, amplificetur prorogeturque, sed temporum vicissitudine commutationeque vt procreentur, contingit: Alijs multò generatio ampliari solet: Etenim vel anno vel decem mensium spatio confici assolet: Quapropter vel nullo pacto vel ex coitu procreentur illa necesse est. Fit etiam in equorum genere, vt habemus apud eundem Aristotelem, vt aliæ omnino steriles sint; aliæ concipiant quidem, sed edere nequeant: cuius rei indicium aiunt, quòd fœtus circum renes alia quædam specie propemodum renum, ita continet, vt rescissus quatuor renes habere videatur. Vt autem in sterili equa conceptio promoueatur, paulò antè ex Hippocrate recensui. Quidam præcipiunt (quod etiam dictum est) admissarium saginari, vt hac sagina hilaris plurimis fæminis sufficiat, veruntamen ex Columellæ præcepto nec minus quàm quindecim, nec rursus plures quàm viginti vnus debet implere. Palladius æqualem omnibus numerum adhiberi posse negat, sed æstimatis viribus vniuscuiusque admissarij, submitti vult pauca vel numerosa coniugia, hæc.n. rem efficere vt admissarijs non parua ætate durare possint. Iuueni tamen equo & viribus formaque constanti non amplius quàm duodecim vel quindecim debere admitti, cæteris pro qualitate virium suarum Lucienus quoque apud Varronem tradit: *Ego quoq. adueniens aperiam* (inquit) *carceres & equos emittere incipiam, nec solùm mares, quos admissarios habeo, vt Atticus singulos in fœminas denas, è queis fœminas Commodius Equiculus vir fortissimus etiam patre militari iuxta ac mares habere solebat.* Aristoteles tamen, vt antea recitauimus, tricenas fæminas & paulò etiam plures, singulis maribus dari asserit. Cui conceptus indicium est, cùm menses cessarunt, spatio temporis bimestri, trimestri, quadrimestri, semestri: sed id (inquit) percipere difficile est, nisi quis iamdudum secutus, assuetusque admodum sit. Absyrtus an conceperit equa, hoc periculo constare asserit: si semel subacta marem postea respuerit, post dies denos rursus concilientur: quòd si ne tunc quidem equum exceperit, secernenda erit ceu iam grauida. Varro etiam quoad satis sit admitti, ipsas significare ait, quòd se defendant. Plinius annotauit, equas cùm concepere, colorem ilico mutare rubriore pilo, vel quicunq; sit pleniore: hocque argumento desinere admittere etiam volentes. Idem testatur equas solas animalium à coitu currere ex aduerso Aquilonum Austrorumue, prout marem aut fæminam concepere. Africanus verò si quispiam marem nasci velit, equam obijci iubet, cùm Aquilonius inspiret ventus: si fæminam fingi sit in animo, cùm Auster perflat. Vbi admissarius equam superuenerit, (inquit idem) certis signis comprehendere licet, quem sexum generauerit: quoniam si parte dextra desiliuit, marem seminasse manifestum est, si læua, fæminam. Democritus verò etiam nostri arbitrij esse æstimat, vt vel fæmina vel masculus concipiatur: præcipit enim, vt cùm progenerari marem velimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, aliove quolibet obligemus, cùm fæminam dextrum: idemq; in omnibus penè pecudibus (inquit Columella) faciendum censet. Inuenio marem edituram equam si submittatur tertio ante plenilunium die; fæminam si tertio post plenilunium. Sunt *Lib. 44.* *Lib. 10. Probl. 64.* *Equæ non omnes generant.* C *Quot equæ vni equo sufficiant.* *Conceptus signa.* D *Vt mas concipiatur, & vt fæmina.*

etiam

Vt color pro arbitrio acquiratur. etiam inquit Absyrtus, qui rerum perpulchrarum studiosiores, asinum, equum aut alium quemuis admissarium, huius coloris vestimento contegunt, quem futuram pullationem referre velint. Siquidem qualem vestitu colorem ij mentientur, in talem enata progenies degenerabit. Simile quid alibi etiam ex Oppiano scripsimus, nonnullaque cosmetica addidimus, quibus color pro arbitrio nostro inducitur. Si admissarijs similes omnino fœtus edat, iustam dicere licebit: nam Aristoteles lib. 2. Politicorum cap. 3. & 7. Hist. cap. 6. ita vocatam fuisse scribit in Pharsalia quæ semper similem equo cui coniuncta fuerat, partum reddebat. *Iusta equa.* A coitu ad cursum mox adigenda est equa, ne genitalem vrinam profundat. Cùm conceperit, Varro videndum esse ait, ne aut laboret plusculum, aut ne frigidis locis habeatur, algorem enim maximè prægnantibus obesse. Itaque in stabulis fugienda esse humida, amandam siccitatem, clausa habenda ostia & fenestras, & inter singulas à præsepibus interijci debere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. *In prægnantibus quæ obseruanda.* Ad hæc neque impleri cibo vult, neque esurire etiam. Columella verò largo pastu firmari cupit, & si frigore hyemis herbæ defecerint, tecto contineri, nullo aut opere aut cursu exerceri, neque frigori committi, nec in angusto clausone, ne aliæ aliarum conceptus elidant: quòd hæc omnia incommoda fœtum abigere queant. Vult similiter Virgilius:

Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris
Non saltu superare viam sit passus: & acri
Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant: & plena secundum
Flumina; muscus vbi, & viridissima gramine ripa:
Speluncæque tegant: & saxea procubet vmbra.

Russius verò grauidas à maribus separari, mox ita curari præcipit, vt neque macilentæ nimis, nec obesæ euadant, sed inter vtrumque habitum mediocres. Vterque enim si immodicus (inquit) fuerit, vt vel abortus fiat, aut infirmior, aut minor fœtus, in causa est. *Labores in grauidis non obesse.* Cæterùm vt quidem istiusmodi præcepta summoperè laudo, ita contrà inuenio nonnullis equabus grauidis labores etiam maximos nihil obfuisse, id quod etiam annotauit Plinius his verbis: *Nec impedit quasdam ob opere, falluntque grauidæ. Vicisse Olympia prægnantem equam Echecratidis Thessali inuenimus.* Sed conceptionis tempus distingui etiam potest, ita vt vbi recens est, regulæ istæ sint diligenter obseruandæ, mox verò firmiter hærente fœtu, non item. Nam & Scythæ referente Aristotele equabus grauibus equitant, cùm primùm se mouerit fœtus & nimirum eam proficere (inquit) ad partus facilitatem arbitrantur. Anatolius rerum peregrinarum obiectu abortum facilè contrahi scribit, ideoq; cauendum ne pabuli mutatione tententur, neque infestentur aquarum insuetarum nouitate. Abortus autem non vna causa est. Aristoteles tradit, & multi ex eo, abortire equam odore fungi fumigantis lucernæ extinctæ, id quod mulieribus quibusdam contigisse etiam certum est. Si cum equa ex equo prægnante coierit asinus, fœtus iam conceptus corrumpitur testante eodem. *Abortus causæ.* Plinius conceptum ex equo si sequatur asini coitus, abortu perimere scribit: non item ex asino equi. Aristoteles causam reijcit in asinini seminis frigiditatem: & aliàs, equi genituram (inquit) corrumpit asinus: sed equus asini minimè, cùm equa iam asini initu conceperit. Ait etiam, cùm equus cum asina, vel asinus cum equa coierit, multò magis abortum consequi, quàm si vnigenæ inter se iungantur: verbi gratia equa cum equo, aut asina cum asino. Vtraque equa scilicet & asina annum vterum ferunt, vt & idem Aristoteles prodidit, idque Varro etiam, Columella, Plinius alijque asserunt. *Quamdiu vterum ferant.* Duodecimo mense die decimo aiunt nasci, inquit idem Varro, quæ post id tempus nascuntur, ferè vitiosa atque inutilia existunt. Absyrtus tamen equam scribit vterum gerere vndecim mensium decemque dierum curriculo. Mares citiùs in vtero quàm fæminæ perficiuntur, notante Aristotele, quare etiam pariendi tempus determinatum esse nequit. Facillimè autem omnium quadrupedum equam parere testatur, & cùm cæteræ quadrupedes iacentes parere soleant, hanc cùm tempus pariendi appropinquauerit, erigere se, stantemque emittere partum, (hoc & Plinius notauit) parere autem magna ex parte singulos, sed gemellos quoque aliquando: vacare admodum à purgamentis in partu: minimumq; emittere profluuium sanguinis, videlicet pro corporis magnitudine: cùm peperit, statim secundas deuorare, atq; etiam quod pulli nascentis fronti adhæret, hippomanes dictum, de quo suprà. *Equæ partus facilis.* Eumelus author est cùm tardiùs pullitium enititur, continuò egrituram si comprehensas leniter nares constrinxeris. Cur verò tardiùs quàm homo pariat, alibi Aristoteles causam esse ait vteri duritiam, quomodo enim sitiens ager haud citò suas stirpes enutrit: sic durior vulua equarum in formando nutricandoque suo fœtu remoratur. *Li. 10. Prob. Cur tardiùs quam mulier pariat.* Sed hac de re antea etiam scriptum est. Quærit etiam cur monstra paruæ quadrupedes pariant; homo autem grandesque animantes omnes minus, vt equi & asini? An quod paruæ (inquit) vt canes, sues, capræ, oues, longè sunt fœcundiores quàm grandes: illarum enim aliæ omnino singulos pariunt, alia magna ex parte. *Cur magna animantia raro monstra pariant.* Monstra autem tum confici solent, cùm plura semina inter

A inter se cohærescunt, confunduntúrque, vel cùm prodeunt ex mare, vel cùm se in fœmina permiscent, vnde aues etiam monstra edere possunt. Oua namque vitello pariunt geminato. Monstrum autem ex geminatis illis consistit, quorum vitelli nulla interiecta membrana distinguuntur. Hæc ille. Cæterùm cùm in monstrorum mentionem inciderimus, hoc potiùs quam alio loco libet obiter meminisse, reperiri in equino quoque vt in hominum genere, in quibus vtriusque sexus membra sunt conspicua. De Nerone legimus equas habuisse hermaphroditas ex agro Treuerico quas carpento suo subiuges ostentabat, ceu planè visenda res esset, inquit Plinius, principem terrarum insidere portentis. Testatur & Cardanus equum se vidisse androgynum. Is erat (inquit) Principalli Vicecomitis: Vnum habebat tantùm testem proprio loco, cum mammis tumidis, vt equæ habent, inde vuluam proprio loco, & ex vulua penis emittebatur. Hinniebat ad equas, & forma masculina erat, promptus & erectus capite, crassiore autem corpore, colore griseo, (vt vocant,) caput magnum; penis non maior palmo, cùm illum exereret. Emptus aureis triginta sex. Certum erat, cùm auerso esset pene, coire illum non posse.

Equi hermaphroditi.
Lib. 11 c. 49
Li 7. de Var. rer. c. 33.

B

V O X.



DE equi voce Latini hinnire, & adhinnire dicunt; ipsam verò vocem hinnitum: Græci χρεμετίζειν, ἐπιχρεμετίζειν, & χρεμετισμὸν, vt scribit Iulius Pollux agens de vocibus animalium: addens quibusdam equorum vocem dici quoque φρυμαγμὸν, eosque φρυμάττεσθαι, omnes verò dicere equos φρυάττεσθαι. Interpres Rodulphus Gualterus Tigurinus φρυμαγμὸν vertit fremitum, φρυμάττεσθαι fremere, φρυάττεσθαι frendere. Fremere quidem de equis Latini dicunt, frendere quod sciam nunquam. *Ex fremitu equorum* (inquit Cæsar) *illata suspicione*. Virgilius:

——*Equorum ardescit fremitus*, & alibi.

Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes.

φρυμάττεσθαι aliàs apud Pollucem scribitur per iota, vbi equinæ vocis synonyma recenset: ἵππος φρυάττεται, χρεμετίζει. χρεμετισμὸς, φρύαγμα, φριμαγμὸς: ἆσθμα, πνεῦμα, φύσημα, καὶ γαυρίαμα καὶ αὔχημα, φριμάττεσθαι, φυσᾶν, ἀσθμαίνειν, ἵππιαν, γαυριᾶν, καὶ τὰ ὅμοια. Atque ita potiùs scribendum esse Suidas & Hesychius ostendunt. Pollux verò mox φριμαγμὸν & φριμάττεσθαι

Hinnire.
Hinnitus.
Fremere.
Fremitus.

C magis proprium caprarum esse dicit, & Ammonius de differentijs vocum φρυάττεσθαι equi esse scribit, φριμάττεσθαι hirci & φριμάγμὸν dici quasi φρυμαγμὸν, innuens non scribi quidem per ypsilon, videri tamen à φρυάττεσθαι deduci abundante scilicet μῦ, vt & apud Etymologum videre licet. Oppianus equos vocat χρεμίθοντες pro χρεμετίζοντες· quanquam & χρέμω & χρεμέθω inueniantur. Hesychius & Varinus χρεματίσαι exponunt κρίξαι, vt (inquiunt) equus, χρεμετισμὸν verò equorum vocem. Sed apud eosdem alia itidem vocabula pro χρεμετισμῷ id est equi voce leguntur, vt βρίχαλος, μιμαγμὸς, quod postremum per onomatopœiam factum apparet. De mutatione verò vocis hæc legimus apud Aristotelem: Equorum etiam voces (inquit) differre palam est, fœminæ enim simul ac natæ sunt, vocem exiguam mittunt ac tenuem: mares exiguam quidem & ipsi, sed pleniorem tamen & grauiorem quàm fœminæ & indies maiorem reddunt. Bimus cùm est, atque inire incipit, vocem magnam grauemque mas mittit: fœmina maiorem quàm antè & clariorem vsque ad vigesimum ætatis annum magna ex parte: sed ab hoc tempore imbecilliorem tam mares quàm fœminæ reddunt. Qui nunquam in aliorum equorum turba hinnit, hunc mutum esse scribit Mizaldus ex Cardinale Simoneta. Inuenio apud Hippocratem vel quicunque

Vocis mutatio.

D ille est in libro de sacro morbo, si quis acutiorem aut concitatiorem vocem emitteret, equo fuisse assimilatos, & Neptunum vbi ægrè haberent, causam morbi esse credidisse.

Æ T A S.



EQVI authore Plinio viuunt annis quinquagenis, equæ minori spatio: Aristoteles verò maribus propter coitum vitam breuiorem attribuit in hæc verba. Vita equorum plurimis ad decimumoctauum atque etiam vicesimum annum, sed nonnulli etiam quinque & viginti atque triginta egerunt, & si cura diligenter adhibeatur, vel ad quinquaginta protrahitur ætas. Longissima tamen vita in pluribus ad trigesimum annum, quod magna ex parte fieri nouimus. Fœmina magna quidem ex parte quinque & viginti annos viuere potest, sed iam nonnullæ etiam quadraginta vixere. Minus temporis mares viuunt quàm fœminæ propter coitum, & qui domi aluntur minus

Quot annos viuant.
Masne an fœmina diutius viuat.

minus quàm gregarij. Hæc ille, & rurſus: Coëunt mares ad annos tricenos ternos: fœminæ ad quadragenos: ita vt per totam ferè vitam coitum equis ſeruari eueniat. Viuit enim magna ex parte mas annos circiter quinque & triginta, fœmina pluſquam quadraginta. Iam & quinque & ſexaginta (ſeptuaginta, Athenæus & Plinius) annis equum vixiſſe proditum eſt. Hæc eadem verba leguntur etiam apud Athenæum, citata tamen ex epiſtola Epicuri. Albertus quoque refert, ſe a quodam audiuiſſe milite, quod equum habuiſſet, qui ſexageſimum annum exceſſiſſet, ſemper tamen belli vſui aptus fuiſſet. Et Auguſt. Niphus teſtatur ſe ex equiſonibus Ferdinandi primi intellexiſſe, fuiſſe in regio ſtabulo ſeptuaginarium equum. Plinio aſtipulatur Solinus: *In huiuſce (inquit) animalis genere ætas longior maribus: legimus ſane equum aduſque annos ſeptuaginta vixiſſe. Iam illud non venit in ambiguum quod in annum tertium & triceſimum generat, vtpote qui etiam poſt viceſimam mittantur ad ſobolem reparandam. Notatum etiam aduertimus Opuntem nomine equum ad gregariam Venerem duraſſe in annos quadraginta.* Hactenus Solinus: cæterùm Opuns oppidum eſt Eubœæ, a quo Opuntius ſinus dictus eſt. Habet autem iſta ex Ariſtotele, qui equum (vt ſuprà diximus) apud Opuntem annos quadraginta natum coire potuiſſe ſcribit, ſi priores pedes attollerentur. Quare ſic videtur legendum in Solino: *Notatum etiam apud Opuntem nomine, equum ad gregariam Venerem &c.* Ruſſius verò tradit, equum ſi diligenter curetur, & mediocriter equitetur, ita vt non nimio labore exhauriatur, vt plurimùm ad vigeſimum vſque annum in vigore ſuo permanere.

Solinus correctus.

Aetatis diuerſitas pro loci diuerſitate.

Differt autem ætatis tempus pro regionis diuerſitate: authorem enim habemus Vegetium ætatē longæuam eſſe Perſis, Hunnicis, Epirotis ac Siculis: breuiorem Hiſpanis ac Numidis. De equis in Luſitania ex vento conceptis, quorum vita triennium non excedit, ſuprà dictum. Ætatem autem non tantum ex dentibus, ſed alijs etiam ſignis oportere agnoſci monet idem Vegetius, ne velamentis imperitiæ ſubeamus (inquit) incommodum, vel curantes ægrotantis ignoremus ætatem: quia ſicut hominibus, ita & equis, aliud conuenit cùm iumenta ſunt feruida, aliud cùm ſenectute iam frigida.

Aetatis equorum ſigna.

Quomodo ex dentibus ætas dignoſcatur, & nunquid tutum inde accipiatur inditium, ſuprà in dentium mentione, aperuimus. Hic alias notas adferemus: nam non ab illis ſolùm peti debent, vt & Anatolius atteſtatur: qui nonnullos ait à maxillis annos explorare: ipſe verò hanc notam ponit: Si cutis à corpore reliquo non ægrè diducta, trahentemque manum ſequens, perquam facilè ſuam in ſedem reſilit, equi iuuentam denunciabit. Si vero leuata cutis ſeipſam carni tardiùs agglutinat, ſenectutem teſtabitur. Vegetius pleroſque ait aſſerere domitis & freno aſſuetis animalibus rugas quæ in labris ſunt ſuperioribus, computandas, ita vt ab angulo, vbi cœperit morſus, incipientes vſque ad extremum labrum perueniamus: quia annorum numerum, rugarum (numerus) inquit, oſtendit. Poſtremò rugarum multitudine, triſtitia frontis, deiectione ceruicis, pigritia totius corporis, ſtupore oculorum palpebrarumque caluitie ſenectus ipſa ſe prodit. Ariſtoteles etiam in libro de coloribus, animalia quæ in ſenectute albeſcunt, vt equi & canes, omnia ex natiuo colore in album mutari aſſeuerit διὰ τὴν ἀτροφίαν, id eſt propter ablatam nutritionem, vbi in vulgatis codicibus legitur perperam διὰ τὴν εὐτροφίαν. Eſt & hoc à veteribus vt annoſitatis indicium proditum citante Camerario, ſi contracta armorum pellis lentè explicetur: ſed hoc de pelle maxillarum (inquit) ſcripſit Ariſtoteles: Dixit equidem philoſophus ætatem quadrupedum cognoſci, ſi cutis prætenta maxillis detracta, mox relaxata illico in ſuum redeat locum, idque indicium eſſe iunioris, contrà ſi rugata maneat, veteris. Inuenio & ex tota cute tracta ætatem ſciri: in iuuenibus ad ſuum ſtatim locum redire extendique: in ſenibus autem non item. Palladius prouectioribus tempora cauari, ſupercilia caneſcere, denteſque prominere ait. Sunt denique qui ex iuncturis caudæ iudicent, vbi ætas non amplius ex dentibus innoteſcit.

Quandiu creſcant.

Equæ teſte Plinio quinquennio finem creſcendi capiunt, mares anno addito. Addit Ariſtoteles poſt annis ſequentibus totidem creſcere in corpulentiam, & ad viginti vſque annos pergere proficiendo: verùm celerius fœminas quam mares perfici: quanquam in vtero mares quàm fœminæ citius, quemadmodum etiam homines: idemque vel in cæteris animalibus quæ pariunt plura, fieri ſolere.

Iliad. β.

Qui ætate minores ſunt, vt labores ſuſtinere non poſſint, Homerus ἀταλὰς πώλους vocat, adultos & laboribus aptos πολυτλήτους & τάλαντας, vt citat Varinus.

Equæ Eumeli.

Idem Homerus equas Eumeli colore, ætate & magnitudine, figuraque dorſi per omnia ſimiles deſcribit hoc verſu:

Ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας, id eſt,
Similes pilo, coæuas, velut ad perpendiculum tergo æquales.

Lucretius equos ſcribit tertio ferè ætatis anno florentiſſimos eſſe, hocque potiſſimùm argumento probat Centauros neutiquam ex equis fuiſſe conceptos, quòd Centaurus etiamnum puer ſit, & vix materna vbera relinquat, cùm iam equus florem ætatis amiſit.

Centauros non eſſe equorum prolem.

Principio circum tribus actis impiger annis
Floret equus; puer haudquaquam: quin ſæpe etiamnum
Vbera mammarum in ſomnis lactantia quæret:

Poſt

A

Post vbi equum validæ vires ætate senecta
Membraque deficiunt fugienti languida vita:
Tum demum pueris æuo florente iuuentus
Occipit, & molli vestit lanugine malas:
Ne fortè ex homine & veterino semine equorum
Confieri credas Centauros posse, nec esse.

GRESSVS.



DE incessus equorum differentijs suprà dictum est, nec aliud apud veteres reperio, nisi quòd cùm incedunt equi, sonitum edunt, pedibus videlicet terram pulsantes; vnde sonipedes Latinis, Homero ὑψηχέες quasi altisoni, aut altum clarumque sonum edentes, & in eodem sensu ὑψαύχενες dicuntur, vt ostendit Eustathius. Cardanus causam quærit, atque etiam reddit, cur homines cadant facillimè & frequenter descendendo, ascendendo minimè: equi pari fermè periculo in (B) vtroque versentur. Cùm homo (inquit) descendit, nititur in inferius, si labatur pondus corporis, cum nixu iungitur, ideoque homo maximo impetu præceps agitur in inferna: at ascendendo cùm nixus sit ad superiora, etiamsi labatur, corporis pondus à nixu & viribus continetur, atque adeò non facilè ruit: equi tamen quoniam poplites non adeò flectere possunt, ascendendo longè magis fatigantur quàm descendendo, ideoq; lassi & faciliùs labuntur, & lapsi maiore cum impetu ruunt, descendendo autem magis obnituntur contra pondus, quòd quatuor habeant crura ideo faciliùs homine labuntur, dum ascendunt, rariùs verò illo dum descendunt. Boues tutiùs equis per montes incedunt, quod pede sint latiore & vngula humiliore atque diuisa & lentiùs eant: sic vt bos pedem vt B. Hieronymus testatur, posteriorem non prius eleuet, quàm priorem fixerit.

Cur dicantur sonipedes. — *Lib. 13. de Var. rer. c. 63* — *Equi cur & ascendendo & descendendo facilè cadant.* — *Boues cur facilè per montes incedant.*

CIBVS. POTVS.

C



QVIBVS cordi est (inquit Columella) educatio generis equini, maximè conuenit prouidere authorem industrium & pabuli copiam: quæ vtraque vel mediocria possunt alijs pecoribus adhiberi: summam sedulitatem & largam satietatem desiderat equinum pecus. Equidem pabuli cura neglecta fit, vt generosissimus equus pereat ac corrumpatur, & mediocris prorsus inutilis fiat: contrà futiles exiguique admodum pretij sæpenumerò illa ipsa cura exquisita & assiduo respectu, ad non spernendum vsum, mediocres autem ad præstantiam quoque nonnunquam perducantur. Quod & ipsum poëtas veteres indicasse arbitratur Camerarius, cùm Neptuni progeniem Arionem vel nescio quem alium, fecere nasci de Cerere. Quo quis non videt significare illos voluisse de bono pastu equos ad diuinitatem propemodum quandam euadere solere. *Equus (inquit Plinius) quia frugibus victitat inter animalia sapientissima censetur.* Frugibus tamen solis non vescitur, sed & herbis etiam, vt testatur Aristoteles, & nulli non notum est. Hippocrates boum & equorum cibos ex terra nascentia vocat his verbis: Quin vt rem altiùs expendamus, neque ipsam sanorum diætam ac alimoniam qua nunc vtuntur, inuentam fuisse censeo, si suf- »
feciisset homini idem cibus ac potus qui boui ac equo, veluti sunt ex terra nascentia, fructusque (ve- »
(D) rendum ne fruges scribendum sit, sed & fructibus equi bouesque vescuntur,) ac herbæ & fænum: »
Ex his enim nutriuntur & augescunt & illæsi degunt, non indigentes alia diæta: quanquam ego »
sanè ab initio hominem tali victu vsum esse putem. Fruges aliæ spicatæ, siue vt Ausonius loquitur, spiceæ sunt, vt frumenta, vt triticum, zea, hordeum, auena, aliæ paniculatæ, vt panicum, milium, quales equis exhiberi non solent, licet apud Indos ex esu mahiz plurimum adipis corpori adijciant. Herba item vel recens, vel arida, quæ tunc fœnum dici solet: & ex frugibus stipulæ collectæ in eundem vsum conseruantur. In herbarum quibus equi aluntur, enumeratione primò occurrit gramen, quoniam non solùm certam herbam quam ἄγρωστιν Græci vocant, denotat, sed aliàs etiam ex quibus fœnum cogitur, id quod in primis ostendit Ouidius, dum ait:

Lib. 7. c. 27. — *Equi educationi quæ necessaria.* — *Li. 22. c. 25.* — *Lib. de vet. med.* — *Frugum diuisio.* — *Gramen quid.* — *Lib. 5. de Trist. eleg. 13.*

Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

Et Virgilius: ——— *Nulla neque amnem* (*Egloga 5.*)
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Idem

Iliad. 22. B

Idem & hoc Homeri de dracone:

Ὠς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσι
Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, reddidit ſic:
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus, &c.

Lib. 2. de Finib.

Cicero: *Num igitur vtiliorem tibi hunc Triarium putas eſſe poſſe quàm ſi tua ſint Puteolis gramina.* Gramen autem ſiue herbam, natiuum equorum cibum eſſe poëtæ innuunt paſſim: Ouidius de equis Diomedis regis, qui humanis carnibus eos alebat:

Gramen natiuus equorũ cibus.

In Ibin.

Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis,
Impius humano viſcere pauit equos.

In Agamemn.

Seneca Tragœdus de iiſdem:

Egit Treicium gregem, *Quem non Strimonij gramine fluminis*
Hebrique ripis pauit Tyrannus Hoſpitum dirus, ſtabulis cruorem
Prebuit ſæuis &c.

Item Claudianus in præfatione libri ſecundi de raptu Proſerpinæ.

Sed poſtquam Inachijs Alcides miſſus ab Argis F
Thracia pacifero contigit arua pede.
Diraque ſanguinei vertit præſepia regis
Et Diomedeos gramine pauit equos,
Tum patria feſto lætatus tempore vates,
Deſuetæ repetit fila canora lyræ.

Eſt vbi ita ſe gramine implet equus, vt præ nimia repletione, modum ſibi præſcribere ignarus pereat: quod non ineleganter ſic expreſſit Andreas patritius & academicus Florentinus:

Præcipites timui ſaltus rupeſque pereſos
Aut miſerum triſti poſſe perire fame.
Pabula non timui pingui lætiſſima campo
Quæ rupto cauſam ventre dedere necis.

Lotus.

Odyſſ. 4.

Cur cyperũ loto coniunxerit Homerus.

Inter herbas modo pratenſes quibus equi potiſſimum delectantur, præcipua eſt quæ lotus nuncupatur, officinæ melilotum dicunt, in Italia alicubi trifolium caballinum. Telemachus Menelao quos ſibi donauerat, equos relinquit apud Homerum, quod cùm aſpera eſſet Ithaca equiſq; alendis inidonea, Menelaus verò latis imperitaret agris, in quo copia eſſet loti; Addit autem poëta & cyperi, vt riguos eos agros fuiſſe indicaret, quibus hoc genus animalis quam maximè delectatur: *Equorum gregibus* (inquit Columella) *ſpatioſa & paluſtria, necnon montana paſcua eligenda ſunt riguа, nec vnquam ſiccanea, vacuaue magis quàm ſtirpibus impedita frequenter mollibus potiùs quàm proceris herbis abundantia. Vulgaribus equis paſſim maribus & fœminis paſci permittitur.* Addidit item triticum, Zeam & album hordeum, vt nihil quoad cibum apud Menelaum deeſſe indicaret. Achilles verò qui omnia medicinæ præcepta à Chirone præceptore didicerat, equis ſuis in ocio degentibus, atque ideo pedum & articulorũ doloribus obnoxios lotum præbet & apium, quòd huic affectui egregie opitulatur. Eandem laudem in nutriendis equis habet quæ vocatur à Media regione medica. Medica herba (inquit Strabo) quæ præcipuè equos nutrit, in Media abundat. Cæterùm in hac obſeruandum quòd teſte Ariſtotele prima falx vitio datur, & cùm fœtida aqua rigatur, incommoda eſt. Quater autem rectè, interdum ſexies, vt tradit Columella demetitur per annum. Ad maciem equorum nulla res tantum, quantum illa prodeſt. Quæ ſit vera medica, & nunquid illa ſit quæ apud Hiſpanos alfalfa vocatur, & ſumma diligentia propter pecora colitur, diligenter examinabo in plantarum hiſtoria: nunc hoc dixiſſe ſuffecerit, Hiſpanicam vocem proximè accedere ad Arabicam alfaſaſat, ſic enim nominatur ab Auicenna in capite de Cot: pro qua voce etiam legitur alaſelet, & aliſtiſcat: Bellunenſis alesfeſt & faſfaſa eandem eſſe ſcribit: faſfaga autem eſt trifolium quod datur equis ſaginandis, ſimile ſulæ, vt vetus Auicennæ gloſſographus interpretatũr: Sullam verò Syluaticus arthriticam, vel ſecundum quoſdam herbam ait eſſe dulciſſimam & gratam equis, qua Calabri equos ſaginent, Alasfeſt authore Ebenbitar eſt vox Perſica, idemque ſignificat quod faſtaſa, quæ eſt (inquit Andreas Bellunenſis) ſpecies trifolij, quod datur equis ſaginandis & in Syria eſt pabulum omnium pecorum: ſiccum appellant cot, recens alrathbe. De cytiſo hæc ferè Plinius: *Vtilitas quæ eruo ſed ocyor ſatietas, perquam modico pingueſcente quadrupede, ita vt iumenta hordea ſpernant:* Et mox: *Datur animalibus poſt biduum ſemper; hyeme verò quod inaruit, madidum. Satiant equos denæ libræ, & portione minora animalia.* Columella equo abundè eſſe ait cityſi viridis pondo xv. Sed antequam vlterius procedamus, in equino cibo obſeruabimus, animantis præſtantiam, locum in quo degit, anni tempus, ætatem, corporis habitum, ſexum. Locus duplex, prata nimirum, & ſtabulum. In pratis eas amat quas diximus, ab alijs tamen minimè abſtinet. Domi paſcetur arido fœno, vel etiam ſtramento, Equus (inquit Ruſſius)

Medica. G

Alſaſaſat. H

Alaſelet.

Alesfeſt.

Faſfaga.

Sulla.

Cot.

Alrathbe.

Cytiſus.

Li. 13. c. 24.

Quæ in cibo obſeruanda.

A sius) edat fœnum, paleas, herbas, hordeum, auenam, quæ sunt naturales & proprij semper equorum cibi. Si tamen equus sit iuuenis herbis & fœno cum hordeo vel alio simili vel sine hordeo pascatur sufficienter: quoniam herbæ & fœnum ventrem dilatant & corpus, & humiditate sua aluntaugentque. Nam cùm omne animal natura humidum sit, equus in omni ætate reficiendus est humidioribus herbis. Vbi iam adultus & labori idoneus fuerit, siccioribus alimentis mediocriter vtatur, vt paleis & hordeo & similibus. Paleæ quidem cùm ficciores sint, equum non facilè obesum reddunt, sed in habitu mediocri conseruant, & robur addunt. Nam dura cùm dissoluantur ægrius, vires diutius fouent; tenera & mollia non item. Nemesianus quoque paleis tantùm & hordeo alendos indicat, inquiens: *Cibus proprius.* *Palea.*

Inde vbi pubentes calamos durauerit æstas,
Lactentesque vrens herbas siccauerit omnem
Mensibus humorem, culmisque armarit aristas,
Hordea tum paleasque leues præbere memento.

Quàntoperè autem hordei esu delectentur, indicat Plautinus ille, qui ferenti se minatur, his verbis: *Hordeo vt delectentur.* *In Asinaria.*

B *Demam iam tibi de hordeo, tolutim ni badisas.*

Menelaus autem apud Homerum solutis Telemachi equis, iam vix ad præsepe ligatis & sudore adhuc madentibus album hordeum & Zeam apponi iubet. Idem & Achilles præstantissimum suis equis obijciebat, vnde postpodum Achilleum id nuncupari meruit cùm apud Hippocratem, tum apud Aristophanem, necnon apud Theophrastum, atque alios. Albertus Magnus hordeum & siliginem ideo probat, quòd minus quàm auena aut triticum inflet aut etiam spelta. Vtraque tamen Germania equos suos multò magis auena quàm hordeo enutrit; multoque plus semper absumit auenæ ad iumentorum esum quam ad proprium. Alberto astipulatur Camerarius, Germaniæque morem illum improbat. Pabulum auenæ, ait, apud nos dari solet; etsi nonnunquam hordeum apponunt, idque existimo si fieret crebriùs, futurum cum equorum bono: nam alit magis hordeum, & est minus, crudum id est, ἄπεπτον: & sanguinem gignit tenuiorem. Cum autem hordeo equus connutritur, ἀκοστῆσαι pronunciatur, vt notum est ex hoc Homeri: *Auena.*

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων. id est, *Iliad. ζ.*

C *Veluti cùm aliquis qui diu steterit equus hordeo pastus ad præsepe,*
Vinculo rupto currit per campum terram feriens.

Glossematarij rationem reddunt, quòd hordeum Nicandro vocetur acoste: quanquam apud Thessalos cibaria omnia eo quoque vocarent nomine. At triticum modò quod attinet, Serapio citans Galenum equos cum edunt frumentum, nunquam sine detrimento id facere scribit. Galenus certè, vbi Hector apud Homerum ita equos suos affatur: *Acoste.* *Triticum.* *Lib. 1. de Aliment. facult. c. 13.*

Ὑμῖν γὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν.
Vobis prioribus suaue triticum apposuit,

De typhæ semine dicit intelligi, hanc enim equis paruum esse triticum, hancque absque noxa mandere, triticum autem non item. Cæterùm hîc obseruandum est studium & cura Andromachæ de equis sui coniugis, eos charissimè alentis, atque adeo cum potiore & maiore diligentia quàm proprium coniugem, quod ideo factum ab ea conijciunt docti, quia in ijs positam esse Hectoris salutem aut gloriam militarem siue in euitandis, siue in persequendis hostibus intelligeret. Sic ergò eos aluisse, vt cùm ad pugnam deuenirent, robur & generositas eos non deficeret, quæ non parum incrementi ex optimis alimentis accipit: ideoque & vinum bibendum dedisse, vt mox patebit. Hoc itaque nunc ab ijs exigere Hectorem, cùm dicit, Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, id est, *nunc mihi pabulum rependite*, quod propriè est de hominibus, nam parentibus debentur & persoluuntur alimenta quæ ab ijs accepimus, & hoc dici τὰ τροφεῖα ἀποδιδόναι. *Typhe.* *Andromachæ studium in alendis equis.*

D

Nonnulli etiam πυρὸν non triticum sed panem interpretantur, id quod improbari non potest, nam & vbique terrarum nostra ætate multi equis partim vt reficiant, partim vt in labore perdurent, panem vel simpliciter, vel immersum vino offerunt, & apud eundem poetam equi Diomedis electum panem comedunt. Et in quibusdam Angliæ locis panes tradunt ex leguminibus, vt fabis & pisis confici in hunc vsum: in Belgio secalitios potissimum in itinere præbent. Quin ex eodem Homeri loco discimus diuersam esse & fuisse militarium equorum rationem & eorum qui vt in spatijs solis currant, aluntur, cùm hi præscriptis quibusdam pabulis vtantur, vt leuiores fiant, in illis armatum hominem vecturis, magis robur quàm summam pernicitatem quæramus. Iam verò hordeum similiaque grana sicca offerri solent, quod quidem laudo in ijs qui exercentur, sed otiosis improbo. Eumenes enim rex equis suis obsessis, & exerceri commodè vel quantum necessarium fuisset, non potentibus hordeum obijciebat *Panis.* *Vt hordeum præbendum.*

I elixum

elixum, vt refert Plutarchus in eius vita, vt & conficeretur id citiùs & concoquerent melius. E
Madefacere pabulum (inquit Camerarius) quamuis plerique improbent, ratione tamen vt interdum hoc fiat, carere non videtur: ſicut neque hoc improbandum, vt fruſtum panis præbeatur nonnunquam cum ſale. Nam eſt pabuli magna ariditas, de qua vt equus ſiccitate laboret, facilè acciderit. Sed faſtidioſos hæc equos reddere putant. Id quod, ſi verò modo & hæc & alia omnia adminiſtrentur, non videtur pertimeſcendum. Multis in locis vicia manipulatim collecta equis præbetur, quod pabulum haud improbari reperio. Damaſci referente Bellonio equos & camelos alunt eruilia & eruo. Quod ſi modò cogat neceſſitas, equis præter enumerata pabula, alia quoque dari poſſunt. Equi Cæſaris referente Hirtio à Scipionis exercitu in Africa obſeſſi, cùm pabuli inopia quàm maximè premerentur, alga è littore collecta & aqua dulci elota nutriebantur:

Equi varijs modis aluntur

Pompeiani verò ad Dyrramchiam obſeſſi propter eandem inopiam folijs ex arboribus ſtrictis & teneris arundinum radicibus equos ſuos alebant. In regno Senegæ ob aridam tellurem quæ pabula non producit, pro fœno vtuntur phaſiolorum laceramentis, vt ſcribit Aloyſius Cadamuſtus, & loco auenæ ſuccedit Milium, quo mirum in modum (inquit) pinguеſcunt. Thraces

Milium. Cap. 32. Tribulus. Hippice. Arborum rami. Piſces.

verò equos tribuli folijs ſaginant, illi ſcilicet qui ad Strymona amnem habitant, vt Dioſcorides & Plinius tradunt: Hic & Parthorum equos ſcribit hippice herba paſtos famem ſitimque multos dies perferre. F
Tartarorum equi, vt Sigiſmundus Baro notauit ramis & corticibus arborum herbarumque radicibus, vngulis è terra excuſſis euulſiſque aluntur. Matthias à Michou eoſdem equos teſtatur pedibus aquam & pabulum ſub niuibus ſibi quærere. Paulus Venetus ait in prouincia Aden equos, boues, camelos & oues veſci piſcibus, quorum ingens (inquit) illic copia, & libentiùs ſiccis quàm recentibus: nam propter immenſum calorem herbis & frugibus carent. Dulcinde Perſiæ prouincia litoralis eſt, quæ ſuis quoque equis referente Scaligero ſiccatos piſces in cibum dat. Idemque de alijs populis prodidit Ælianus in hac verba. Herodotas & Gedruſios

Exerc. 206. 5. Li. 14. c. 25.

fama eſt tanquam fœnum piſces equis edendos objicere: Celtas audio boues & equos piſcibus alere: & nonnulli quoque teſtantur, Macedones & Lydos piſcibus equos ſuos paſcere. Et apud Herodotum legimus apud Pæonas qui Praſiadem paludem habitant (vnde breuis admodum in Macedoniam via eſt) iuxta montem Orbelum, equis & ſubiugalibus piſces pro pabulo præbere. Arabes qui in Africa ſedes poſuére, equos ſuos celerrimos vel ad venatum vel ad excurſiones non fœno alunt, ſed (vt Scaliger teſtatur) camelino lacte bis in die. Vere tantùm tenellas herbas depaſci ſinunt.

Camelinum lac.

Nunc ad conſueta noſtri cæli pabula reuertamur, quæ potiſſimum ſunt paleæ & hordeum, cuius vicem apud nos & in pleriſque etiam Italiæ locis Zea ſiue ſpelta ſupplet, in Germania, vt dictum eſt, auena: ſed qui equum & ſanitate & robore validiorem habere cupit, ei ex Ruſij præcepto paleas & hordeum toto anno præbebit, & ne herbas aut farraginem tempore verno det, cauebit: cæterùm autumno herbas roſcidas dabit è pratis & nihilominus adijciet annonam hordei pro nocte. Sic equus & ſanior & laborum tolerantior & à morbis tutior ac viuacior erit, nec nimium pinguis. G

Vt equus ſanus & robuſtus conſeruetur.

Qui ſunt principum equiſones, generoſiores equos & ad curſum præſertim paratos quos Barbaricos dicimus, ita alere ſolere Grapaldus tradit. Mercatores verò vt pulchriores appareant equi, vt pingues ſint, ſtudent: quos itaque hoc latere nolim, quod Albertus ſcribit, tortucas id eſt, teſtudines cum pabulo molli decoqui ab ijs qui citò obeſos efficere equos deſiderant, equos enim grandem quidem inde ſed falſam corpulentiam acquirere: Sed & ſecale inuenio falſam corpulentiæ ſpeciem in equis vendendis repræſentare, ſi elixum cum pabulo detur.

Vt pulchriores & pinguiores appareant.

Quod modo ad potum attinet, equi, vt & cameli (inquit Ariſtoteles) aquam turbulentam & craſſam ſuauiùs bibunt, quippe qui ne ex fluuio quidem prius hauriant, quàm pede inturbent: poſſunt vel ad quatuor dies tolerare ſine potu, mox bibunt quàm multùm. Et alibi: Bibunt equi aquas libentiùs tur- H
" bidas, quod ſi clara eſt, inturbant vngulis ſuis, & cùm biberint, lauant ſe totos, lymphiſ-
" que potiuntur: balneum. n. omnino hoc animal adamat & aquæ deditum eſt: quamobrem
" natura etiam equi fluuiatilis ita conſtat, vt viuere niſi in humore poſſit. Bos contra quàm e-
" quus, niſi aqua ſit clara, frigida atque lympida, bibere nolit.

Aquam qualem deſiderent.

Author etiam quidam obſcurus obſeruari iubet, ne aqua bibenda equis ſit nimium lenta aut mollis, ſed duriuſcula, turbida & leniter fluens. Hæc enim craſſiore ſua ſubſtantia melius (inquit) nutrit: cæterùm quo frigidior aqua eſt & velociùs fluit, eò minus alit: conceditur tamen per æſtatem cùm nimium calorem temperari res poſtulat. Non parum etiam conſuetudini dandum eſt, quæ licet mala fuerit, ſubito tamen mutari non debet, ſed paulatim.

Bos aquam clarã amat.

Et quoniam equus niſi affatim bibat, non ſatis proficit, os ei interdum ſale (qui vino nonnunquam recenti conſpertus ſit) perfricandum eſt: ſic enim bibendi ſimul edendique auiditas acuetur. Potum omnino procurandum eſſe innuit Ariſtoteles, cùm potu maximè pingueſcere ſcribit: id quod Auicenna quoque teſtatur, & quod de turbida aqua diximus, etiam aſſerit: aſſeruntque ex eodem multi alij.

Vt bibat multum.

Cate-

A Cæterùm Vegetius aqua vt sit in potu equis limpida vult & frigida, etiam perennis ac profluens. Nam quicquid importuniùs (inquit) fluit, virus non admittit. Camerarius quoque aquam cùm dixisset nunquam offerendam esse equo, quæ in vase aliquantisper retenta situm duxerit, aut in quam illo aperto aliquid decidisse incubuisseve pulueris seu quisquiliarum possit, sed semper in stabulum importari debere, quandocunque hoc fieri oportebit, & offerendam esse equo recentem: etsi non desunt (inquit) qui stagna turbida optimas & saluberrimas aquationes suppeditare existiment; cuius rationem ipsi reddiderint: hoc certè videmus plerosque equos fastidire tales aquas, nec velle bibere quamuis sitientes. Etsi vir peritissimus Aristoteles scribit camelos & equos crassiore & turbidiore potu gaudere: neque de flumine nisi prius pedibus turbato bibere. Hæc Camerarius. Petrus Crescentiensis mediocritatem seruandam esse innuit, dum iubet, vt aqua sit leniter currens, vel parum turbida; tales enim aquæ calidæ (inquit) sunt & crassiusculæ (miscet autem parum etiam salis, quod & Rusius facit) & magis nutriunt; frigidæ verò & veloces in motu, perparum. Addit tamen Rusius temporibus valde calidis dulces aquas conuenire videri: sed habendam esse consuetudinis rationem. Et Andreas Baccius aquas palustres ait admodum reficere iumenta in potu, & equos earum vsu impinguari: nullaque vbi ex labore aut citato incaluerint itinere, dolorum pericula incurrere, vt si frigidas crudasque bibissent. Vinum quoque apud Homerum potus est equorum, quod suis misceri solitam ait Andromachen Hector diligentiùs quidem & accuratiùs, quàm sibi qui ipsius esset maritus: sic enim Hector equos suos alloquitur post recitatum à nobis versum de pane ab eadem Andromache exhibito.

Aquam debere esse claram. *Lib. 9. c. 5.* *Aquæ palustres.* *Lib. 5. de ther. ca. 2.* *Vinum bibunt.* *Iliad. 8.*

B

Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι, id est,

Vinumque immiscens ad bibendum quando animus iuberet.

Ad quem locum commentans Ioan. Spondanus, ait variè hunc de pane & vino poëtæ locum fuisse multos interpretatos. Quosdam enim, cùm absurdum existimarent, & inusitatum, vt triticum & vinum equis porrigeretur, mirabilem & subtilem nimium constructionem horum vocabulorum confingebant: id quoniam inutile est, & Homeri sententiæ potius (inquit) obest, apage. Alij tolerabilius verba ipsa simpliciter, vt à poëta disposita sunt, sequuntur, nouumque non esse contendunt equos οἰνοποτεῖν vel πυροφαγεῖν, præcipuè si ad ea assuefiant, quod non mirum, si equi Diomedis illius Thracij humanis carnibus vescebantur. Ipse autem Spondanus sic statuit, C his Andromachen alimentis equos animosiores reddere voluisse: tritico enim (inquit) siue pane pinguescebant, vino alacriores & generosiores reddebantur. Equidem & ego sic intelligendum poëtam existimo, quando verisimile est Andromachen tunc tantùm mariti sui equos curasse & cibum potumque subministrasse, cùm ad bellum ipsi eundem esset. Equos etiam nonnullos vini potu delectari quotidiè obseruamus, adeo vt etiam sit credibile, paulatim subtracta aqua, id continuò vsurpare pro potu posse: apparetque inde etiam pingues euadere. Authorem enim habemus Columellam, qui equis sanis sed macilentis, vini potionem dari iubet. Vidi etiam qui vinum nollent attingere, cogerenturque aurigæ per os infundere, vt animosiores laborisque tolerantiores euaderent, & Camerarius tradit se audiuisse de quodam, qui cùm delectaretur ferocissimis & acerrimis equis, quoties vellet etiam eorum augere animos, tum soleret adductis loco altiùs capitibus & disclusо ore imbrice, infundere illis vini quantum quidem visum esset, quo hausto cum incaluissent sub agitatore illo vesano, ipsi planè furerent. In illis autem locis, vbi vini inopia est, cereuisiam equis præbent, quod & veteres forsan fecerint, nam interprete Varino βόρτακος est rana, auena, & secundum alios frumentacea equorum potio: Hesychius verò alios ait exponere equorum potionem, alios frumentaceam, quasi frumentacea ab equorum potione sit diuersa, vt D est reuera, sed & equi eadem delectantur.

Cur panis & vinum equis porrigantur. *Vinum quibus prosit.* *Bortachus quid.*

CVRATORIS OFFICIUM.



VRATOREM voco qui equorum curæ præfectus est, quem equarium Solinus, Varro equisonem, Græci hippocomum nuncuparunt: quanquam æquè equi cura ad ipsum dominum quoque spectet. Scitè enim ab equisone dictum esse ait Plutarchus, nihil perinde saginare equum quàm regis oculum: quod ipsum M. Cato in agrum transtulit. Aristoteles hoc quoq; dictum laudat, & aliud addit, Egregia sunt (inquit) illa Persæ cuiusdam & Lybios dicta. Nam alter interrogatus, quæ res potissimùm saginaret equum, respōdit, Oculus domini: alter, quod ster-

Lib. de instit. liber. *Domini oculus.* *Li. 1. Oecon.*

 cus esset

cus esset optimam, domini vestigia, inquit. Huc pertinet illud quod refertur à Gellio, quod cũ quidam corpulentus ac nitidus equum haberet macilentum, rogatus alius quispiam, quid esset in causa respondit, mirum non debere videri, si equo esset habitior, quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret seruus. Tritum etiam apud veteris agriculturæ studiosos prouerbium: omnium optimum esse fimum qui ex frequenti vestigio domini (non seruorum) in agrum cadit, & sicuti equum, ita quoque & agrum impinguare domini oculum. Rectè ergò dominus ipse sæpe respicit ad equum suum, cum vt sciat qua sedulitate curetur, tum vt equo non sit ignotus. Id enim si fecerit, ex eo non paruam voluptatem capiet, & si forte equum contigerit, inter alios quos possidet, habere strenuum & obsequiosum, eum & amabit, charum habebit & solus potiri cupiet, Teutonum exemplo, qui dicere solent eos qui amant vxores suas, rectissimè facere, si non dimittant ad externos coetus conuiuiorum & festiuitatum, quòd semper reuertantur cum moribus aut opinionibus nouis: itidemque qui equos quales maximè vellent, nacti sint, si vtendos eos dent alijs, hoc scire debere, illos leuiùs quidem aut vehementiùs sed omnino mutatos reuersuros esse. Sed & dominus vt cogitet oportet, præclarum & salutare ad domesticam disciplinam hoc Catonis præceptum, *Frons occipitio prior*; sic enim fiet, vt curatori eius eiusque ministerijs ita confidat, vt & ipse quoque aspicere crebrò ad operas illorum velit: sæpe cùm pabulum dabitur, cùm aquabuntur, distringentur, instruentur, ipse adesse cupiat. Cura enim horum animantium ab affectu quodam proficisci debet. Facilè autem hoc diligentia & obsequium (inquit Camerarius, ex cuius hippocomo hæc desumpsimus) effecerit, non solùm equus vt amet, sed vt requirat etiam atque desideret curatorem suum. Contrà si minus sedulò curentur, non modo quod ad pabulum attinet, sed in tota tractatione reliqua, fiunt strigosi & deformes, nam attenuantur & macrescunt, & coxæ eminent & depyges fiunt, non aliter quam vel manifesto in morbo, vel occulto interdum languore. Rursus ait si diligenter curetur, & mediocriter equitetur, ita vt non nimio labore exhauriatur, vt plurimum ad vigesimum annum in vigore suo permansurum. Maximi in primis refert ad equi sanitatem, & præstantiam cùm acquirendam tum conseruandam ipsum stabulum, siue vt Varro & Cato vocat, equile: quod vt tale sit quale requiritur, ad equi dominum pertinet. In hoc & loci ipsius situs, & mox fabrica considerari examinarique debet. Eò loci stabulum (inquit Xenophon) ædificatum habere conuenit, vt quam frequentissimè ob oculos domini equus versetur. Ipsius equi veluti conclaue ita construi optimum, vt non magis pabulum de præsepi, quam cibus domini de penu subduci possit. Palladius vult, vt meridianas quidem plagas respiciat, non tamen egeat septentrionis luminibus, quæ per hyemen clausa minime noceant, per æstatem patefacta refrigerent. Idem Xenophon stabulum (ἐξώςαθμον) exteriore sui parte ita rectissime se hebebit, (inquit) & pedes equi ampliabit, si rotunda saxa palmari magnitudine, pondere libræ, quammulta, quot quatuor aut quinque plaustra vehere possint, effuse deijciantur & ferro includantur, ne a se dilecedant. Ac super hæc inductus equus quasi in lapidosa via singulis diebus aliquantisper gradiatur. Nam siue distringatur, seu a muscis pungatur, vti vngulis illum, non secus ac si vadat, necesse est. Etiam testudinem (chelidona) pedis hoc modo ettuli lapides solidant. Hac puto authoritate Camerarius in stabulo à plerisque reprobari ait pauimentum ligneum asserum seu trabium atque axium. Columella tamen, cùm dixisset, curandum esse vt stabulentur loco sicco, ne humore madescant vngulæ, id facilè nos euitare posse scribit, si aut stabula roboreis axibus constrata, aut diligenter subindè emundata fuerit humus, & paleæ superiectæ. Et vetus quidam, nescio an Vegetius: plancæ (inquit) roboreæ supponantur stationibus equorum cum stramine, vt iacentibus molle sit, stantibus durum. Sed & Vegetius fusiùs de stabulis qualia esse oporteat, his verbis disserit: *Diligens dominus stabulum frequenter intrabit, & primum dabit operam vt stratus pontilis*, (hunc etiam inferiùs in hoc capite similiter nominat: & alicubi rursus: *iumenta mundissimè stabulentur & roboreis pontibus consternantur*,) *emineat: ipsumque sit non ex mollibus lignis, sicut frequenter per imperitiam vel negligentiam euenit, sed roboris viuacis duritia & soliditate compactum. Nam hoc genus ligni equorum vngulas ad saxorum instar obdurat. Fossa præterea quæ lotium recipiat, deducticium debet habere cuniculum, ne pedes iumentorum redundans vrina contingat. Patena quæ appellatur* (Gesnerus hanc vocem conijcit factam esse a Græcorum φάτνη, id est præsepe) *hoc est alueus ad hordeum ministrandum sit munda semper ne sordes aliquæ cibarijs admisceantur & noceant. Loculi præterea vel marmore vel lapide vel ligno facti distinguendi sunt, vt singula iumenta hordeum suum ex integro nullo præripiente consumant. Nam sunt animalia ad edendum auidissima, quæ cùm celeriter sua deuorarunt, partem consortis inuadunt. Alia verò naturali fastidio tardiùs comedunt, & nisi separatim acceperint, vicinis rapientibus macrescunt. Cratis quæ iacca vocatur à vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit, ne cum iniuria guttur extendatur, nec nimis humilis, ne oculos contingat aut caput. Luminis plurimum stabulo infundi oportet.*

Marginalia: *Equi & vxores quà in re similes.* — *Frons occipitio prior.* — *Cura diligẽs quid præstet.* — *Pedum ratio.* — *Pauimenta stabuli qualia esse debeant.* — *Lib. 1. c. 56.* — *Lib. 2. c. 58.* — *Equorum voracitas.* — E — F — G — H

A *oportet; ne tenebris assueta, cùm producuntur ad solem, vel caligent, vel aciem visus imminuant. Aestate in apertis locis tam noctibus quàm diebus iumentis libera aura praestanda est. Hyeme verò tepere debent stabula potius quàm calere: nam nimius calor licet custodiat pinguedinem & reficere videatur, tamen indigestionem facit & vehementius nocet naturae. Propter quod diuersa genera morborum ex vapore ipso animalibus generantur; & si producuntur ad frigus insolitum, statim aegritudinem ex frigoris nouitate percipiunt.* Huculque Vegetius. Caeterùm nostro aeuo stabula procerum cratibus ferè carent, & pauimenta ex lapidibus fiunt, vel quòd meliora salubrioraque esse credantur, vel quòd Vegetij praecepta non viderint. Ego lapidea pro equabus laudauerim, pro equis verò non item, quod lotio eorum calx facile liquescat ac corrumpatur. Laudo autem si stabulum ita extructum sit, vt cellae vinariae esse debent, hyeme vt tepidum, aestate gelidum vt sit. Equus enim non minus calore offenditur quàm frigore. Praesepia nunc quidam lapidea exstruunt, quod antiquitatem quoque sapit. Inuenio enim apud Pausaniam in Atticis, supra lacum Maratonis lapidea praesepia Artaphernis equorum fuisse & in saxo tabernaculi vestigia. Improbari haec nec possunt, nec debent. Nam multi reperiuntur ita petulantes equi, vt quicquid attingere possunt, arrodant, & B deglutiant. Vicinum sit stabulum loco arido, stercore vel paleis mollibus adoperto, in quo ante potum animalia volutentur: hoc enim ad sanitatem conducere mox indicabimus. Praesepia alta vult Anatolius, vt sursum versus spectantes cibum capiant: qua de re infrà in pulli educatione rursus fiet mentio. Pertinet praeterea ad dominum equis de pabulo abundè prospicere, quotiesque & quantum exhiberi cupiat, hippocomo praescribere. Curabit autem, vt siue faenum siue paleae, vel quodcumque aliud pabulum pro regionum vsu aut copia praeberi solet, sint incorrupta, beneque olentia & munda. De hordeo quoque non erit sollicitudo dissimilis, ne aut puluerulentum sit, aut lapidosum, aut mucidum aut vetustate corruptum. Curabit insuper dominus ne pabuli inopia laboret equus, neque etiam nimium offeratur. Vegetius monet, vt hordeum (idem de auena, Zea, similibusque pabulis alijs intelligendum,) non semel aut bis, sed pluribus portionibus praebeatur: quicquid enim paulatim (inquit) acceperint, legitima digestione conficiunt: quod verò semel & enormiter sumpserint, cum fimo indigestum integrumque transmittunt. De tempore & quantitate mensuraque exhibendi disserit Camerarius in haec verba. Manè foenum obijci non oportebit, sed post datum & consumptum pabulum hora tertia manipulus vnus foeni obijcietur, quod equus vbi confecerit, aquabitur. Id tempus incidet in horam circiter nonam. *Quamdo & quantum exhibendum.*

C Tum iterum manipulus foeni obijcietur, & post horas tres, id est circa duodecimam (id est meridiem,) pabulum praebebitur meridianum simile matutino. Postea hora secunda aut tertia manipulus foeni obijciatur, & mox deinde bibendi copia fiat equo. Tandem vespertinum apponatur pabulum paulò copiosius, praesertim hyeme, & vnà obijciatur manipulus vnus aut alter foeni. Priusquam autem pabulum proferri sentiat equus, afferatur aqua pura & admoueatur equo, si fortè sitiat & potum desideret. Veteres, id quod Xenophon innuere videtur, bis tantùm pauere equos suos. Haec ille: & rursus: Manè hora sexta (haec quarta est a media nocte,) in stabulo equo pabulum praebebitur, nisi altera res & vsus, equi suaserit accelerare pastum. Nam multa possunt incidere, quae ordinem turbent. Mensura auenae aut hordei non potest certò praefiniri: nam aequalem non omnes expetunt: communis tamen videtur quatuor choenicum, siue semodij id est quantum fermè sexies cauis ambabus manibus comprehendi poterit. Tantum quidem ferè apponere solent, sed largiùs parciusúe hos vel illos equos pascere oportebit. Qui quidem non multum defatigantur & quiescunt, aut raró agitantur, illis plenum pabulum nequaquam dabitur, neque merum: sed cum minuetur, tum miscebitur paleis, aut quod magis laudatur, confectis culmis frugum. Summo manè autem alendos esse equos discimus quoque ex Euripide, apud quem auriga seu equi curator sic loquitur: *Hordei mensura.* *In Rheso. Act. 5.*

D

Κἀγὼ μελούσῃ καρδίᾳ λήξας ὕπνου
Πώλοισι χόρτον προσδοκῶν ἑωθινὴν
Ζεύξειν πρὸς ἀγῶνα ἀφθόνῳ μέτρῳ χερὶ
Λεύσσω δὲ φῶτε περιπολοῦνθ' ἡμῶν στρατὸν
Πυκνῆς δι' ὄρφνης, id est.
Nam ego corde sollicito, somno excitus
Dum equis prospicio de matutino pabulo,
Quo largiter expletos ad certamen instruerem
Video duos viros obambulantes exercitum
Densa sub nocte.

Suppeditabit item curatori suo dominus tegumenta, vnum lineum quo se aestiuo tempore à muscis defendat, equus, laneum alterum quo frigus repellat. Ac denique procurabit ne quid desit quo equi status integer conseruari queat. *Tegumenta.*

In curatore quid requiratur. In curatore præcipuè requiritur, vt ſit fidelis & equo non ſolùm nihil de pabulo ſubtrahat, verùm E etiam conſuetis temporibus omnia conſueta officia atque obſequia præſtet; vt ſit ſtudioſus munditiei, vt ſit diligens, laboriſque patiens ac iracundiæ ferè expers. Cauendum enim præcipuè eſt, id quod à pleriſque fieri videmus, ne in equum quacumque de cauſa in ſtabulo & ad præſepe ſæuiatur. Hoc enim vt taceam quòd metu & fugæ cupiditate ad illas lintras præſepium adiguntur, quibus inflictos armos ſæpenumerò rumpunt, & fiunt inutiles equiti; ſed vt tam detrimentoſum non ſit, hoc certè incommodi & mali affert, quòd equum aut trepiditate & formidine aut immanitate & furore complet. Itaque animaduertas quoſdam palpitantibus membris in metu ſine euidenti cauſa ad præſepe quaſi plagas vitaturos non poſſe conſiſtere: alios omni vi atque impetu efferri atque irritari, tanquam à ſe depulſuros contraria & violenta: ideo autem fit quia ſenſere ad ſe *Equi demulcendo pingueſcunt.* aliquem accedere, & expectant ſcilicet malum, quod ſæpe pertulerunt. Tales itaque moroſi atque iracundi curatores fugiendi ſunt, cùm ea ſit equorum natura, vt demulcendo plus quàm pabulo pingueſcant: Gaudent autem earum potiſſimum partium contrectatione & demulſione, quæ maximè ſunt hirtæ, & à quibus ſi quid moleſtum inciderit, repellere minimè valent. Nemeſianus tanti fecit hanc curæ partem quæ demulcendo fit, vt non rectè omnino cibum confici poſſe crediderit, niſi ea continuè equo præſtetur: canit enim: F

Cura ſit atque toros manibus percurrere equorum
Gaudeat, vt plauſu ſonipes, lætumque relaxet
Corpus, & altores rapiat per viſcera ſuccos:
Id curent famuli, comitumque animoſa iuuentus.

Diligentia curatoris. Diligentia curatoris plus ſatis laudari non poteſt, nam quemadmodum ex eiuſdem negligentia macreſcunt & ſæpe etiam morboſi fiunt, ita ex illa proficiunt maximè, præſertim cùm ſtrigile atque etiam manu ſola bene & diligenter curantur. Incredibile enim eſt quantum & valetudini & venuſtati equorum comferat hæc cura. Itaque cùm in languore extenuarentur equi, in primis fri*Fricatio.* catione veteres vſos legimus. Columella enim teſtatur ſæpè plus prodeſſe preſſa manu ſubegiſſe terga, quàm ſi largiſſimè cibum præbeas. Nitidos etiam equos reddere ſolet, ſi mox curator manipulo ſtramenti puri & aridi equum detergeat, ita vt manus ſequatur pili ſitum. Cùm autem di*Vt diſtringendus.* ſtringetur & detergebitur equus, optimum fuerit (inquit Camerarius) extra ſtabulum educi, & alligari laxiori habena, vt quaſi ſolutus & liber aſtet: inſiſtere autem ſaxis teretibus, atque ita placidè & fricari & ſordes repurgari, atque etiam flabello excuti conueniet, tum iubam & pilos verticis atque caudæ humectari & pectine diſponi. Ipſum curatorem tum iubere ſtercora & madida G ſtramenta efferri. Quod ſi quotidie factum fuerit, & equo prodeſt, & miniſtrorum laborem diſpartitum minuit. Fuit veteribus in vſu, vt ligneo gladiolo perpurgarent cutem equorum, & de pilis ſordes atque puluerem excuterent: itemque texta quædam de corticibus palmæ vt inducerent manibus, quibus pili deterſi complanarentur & ſplendeſcerent. Quomodo autem diſtringendus ſit equus docet etiam Xenophon, ordiendum eſſe inquiens à capite & iuba, quandoquidem fruſtra inferiora nitemur perpurgare, ſi ſuperiora immunda fuerint. Atque ita deinceps per totum corpus, cunctis ijs quæ ad repurgandos equos comparata ſunt, ad pilos erigendos & expellendum puluerem, vtendum: ſpinæ verò pilos attingi non vult niſi manu, qua illos (inquit) pre*Vt ad equum accedendum.* mat & mulceat, ſequens ſitum eorum quo enati ſunt. Docet item quo ſitu detergeri debeat equus, & vt ad eum accedere curator debeat. Si quis (inquit) equum detergere velit tali ſitu, vt oculos habeat verſos in eam partem, in quam ſpectat equus, in periculo verſabitur, ne in faciem ſibi equi tum genu tum vngula incutiatur. Sin contra equum propter crus exterius iuxta ſcapulam procumbens defricauerit, neque ipſe affligi & ſic cauum pedis vngula explicata repurgare poterit. Atque ſimiliter & poſteriora crura repurgantur. Hoc meminerit equi curator, & hæc & alia H quibus opus factù, nequaquam ita fieri debere, vt vel contra faciem, vel contra caudam equi accedatur, ideo quòd equus, ſi vim facere conetur, vtraque illarum partium ſui homines vincit. Ad latera verò adiens maximè & ſibi cauerit, & equum prolixè tractare poterit. Poſt deſtrictionem vtraque iuba & cauda diligenter depectitur, & caput aqua eluitur; nam cùm ſit oſſeum, ſi ferro aut ligno perſtringat, moleſtiam attulerit. Cardanus aſſerit caput pulli ſi ſæpius frigida lauetur, extenuari & macreſcere: contrà ſi collum calida, craſſeſcere, iubamque pulchriorem euadere. Iubam verticalem (procomion) & ipſam humectare debet. Crura verò lauari Xenophonti non placet, quoniam cùm nullam (inquit) vtilitatem habeat, damnoſa interim eſt vngulis quotidiana humectatio. Crura autem manibus deſtringi ſatis eſſe putat. Patroclus, vt apud Homerum ait A*Oleo vngebantur.* chilles, iubas equorum poſtquam abluiſſet, inungebat oleo.

——— Ὅς σφῶιν μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
Χαιτάων κατέχευε λοέσας ὕδατι λευκῷ, id eſt,
——— *Qui ipſis admodum ſæpe humidum oleum*

Iubis

A *Inbis superfudit, cùm lauisset alba aqua.*

Nonnulli vesperi crura equorum perluunt aqua calida è coquina, qua ablutá sunt vasa escaria: aut vino collectitio, quod obiter cùm vina depromimus, aut aliàs è dolijs defluit: dorsum verò recenti aqua frigida cum sale. Vinum autem neruis prodesse existimant, sed Vegetius vngulas corroborari tradit, si articuli vel suffragines post iter calido foueantur vino. *Vngulæ vt corroborentur.* Ex re equi fuerit, vt extra stabulum in loco patente, vt atria & vestibula, destringatur: ita enim & excuti pulueres & sordes eximi, & omnia quæ assolent, ritè geri possunt: sed famulorum ignauia plerumque laborem fugit, & super stramenta equum astantem ad præsepe, destringit, deterget, fricat, pectit: si tamen hoc ab illis fit, ac non potius magna ex parte, siue etiam totum negligitur, quo admodum equi vitiantur; est tamen & modus quidam his in rebus seruandus: nam Xenophon aluum & tenuioris pili aut glabra loca sæpe emundari non putat bonum esse: cuius quidem rationi & nos (inquit Camerarius) assentimur; sic tamen, ne penis quasi vtriculus quem Græci vocarunt χώρυκον & θυλάκιον, negligatur: quem repurgari sedulò oportet: nam illo sordibus referto, accidit plerumque difficulter vt mingat equus. *Quæ partes rarius purgandæ.* Vult autem Xenophon inferius aluum minus repurgari equum, quod & in primis hoc sit molestum equo; & quò fuerit illa pars mundior, eò plura quæ

B molestiam exhibeant equo, ipsa colligat. Sciendum etiam est, (inquit idem Xenophon) nunquam esse lori eius, quo ad præsepe alligatur equus, astringendum nodum, ea parte capitis, in quam verticale fremi applicatur. Cùm enim crebrò ad præsepe caput equus moueat, nisi fuerit circa aures verticale innoxium, sæpenumerò vlceris causa existit: his igitur exulceratis, & destrictioni & frenationi equus refragabitur. *Capistri vtilitas.* Sciet etiam curator accommodare equo capistrum, quoties vel ad destrictionem vel volutabrum educere volet. Denique quocumque sine freno ducendus erit, capistrum inducetur. Nam hoc respirationem non impedit & morsibus tamen obstat, atque subitas inuasiones equorum coërcet. Alligari equum à capite supernè rectum est: quicquid enim os illius offendit, declinare solet elato capite equus. Id cùm facit ita alligatus, magis laxantur quàm rumpuntur vincula. Atque hæc de destrictione. Cùm verò hoc animal, vt ex Aristotele diximus, aquæ admodum sit deditum, ad balnea fluuiorum nonnunquam à curatore deduci debet. *Ad balnea duci debet.* ἱππολούστρας Græci dicunt locum vbi lauantur equi: nos aquare & mergere equos pro lauare vel abluere per æstatem in præterfluente dixerimus. Apparet autem rapidiora fluenta balneandis equis incommoda esse. Homerus. n. Paridem equo comparat, qui diu ad præsepe hordeo pastus, rupto vinculo per campum fertur:

C Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο, id est,

Consuetus lauari lenisluo flumine.

Nunc quotidiè bis aquatum (inquit Camerarius) equi agi solent, vt ipsis crura & venter humectetur: quorum Xenophon neutrum probat: madefactionem etiam crurum nocere dicit vngulis. Sed hoc contrà tam receptam consuetudinem & vsurpationem omnium asserere nimiæ audaciæ fuerit, præsertim cùm & veteres eluisse sordes tam crurum quàm ventris solitos fuisse, & hoc aliquoties præcepisse reperiatur. Et rursus. Ego (inquit) in ea sum opinione, in hyeme crebrò mergi non oportere: omnino autem numquam adhuc æstuantes & sudantes. Aquari quidem non debent prorsus in suspicione vitij morbiúe, neque cùm medicari illos voluerimus, siue pharmacis, siue manu. Monent quidam ne macilenti equi supra ventrem in aquam adigantur quod ventre eis refrigerato alimentum non sentiant: pinguiores verò sæpius atque altius in aquam agendos: sic effici ne nimium pinguescant & corpus sanum ac integrum conseruent. Equus (inquit Petrus Crescentiensis) ad aquam potaturus ducatur paruo passu & tam manè quam vesperi retineatur vsque ad genua vel paulò suprà spatio trium horarum in aqua dulci frigida vel marina: nam aquæ naturaliter equis conueniunt, dulcis quidem frigiditate, marina verò siccitate sua constringendo humores qui ad crura descendunt & morborum causæ sunt.

D Inde rediens equus stabulum non ingrediatur, donec crura eius detersa & siccata sunt: nam stabuli vapores in cruribus humidis facile excitant gallas & prauos humores. Iam verò volutatio teste Vegetio sanitati proficit & ægritudinis vitium commostrat: nam quoties animal aut non solito more se transuoluit, aut omnino detractat accumbere, scias (inquit) illud ex tœdio laborare, & ideo separari debere, atque curari. Absyrtus quoque optimum esse scribit, vt interdum ad volutabra ducantur quæ solidas gerunt vngulas; *Volutatio.* locum autem ad id eligendum esse solidum, terrenum, æquabilem, non lapidosum, nec salebrosum, quo sese possint sine noxa saburrare: improbari lætos tractus, βαθύγεως, graminosos, stercoratos, quòd expeditum non reddant equum, nec corporis agilitate præstantem: porrò durum solum & solidum, non esse eis alienum. Nos è contrario ex Vegetio diximus stabulum vicinum esse debere loco arido, stercore vel paleis mollibus adoperto, in quo ante potum animalia volutentur. Nostri curatores in excusso ex frugibus acere, vel alicubi etiam in pratis, si foris fuerint, domi verò nunquam, volutare equos sinunt. Græci Hippiatri volutare κυλίειν dicunt, & ῥαίζειν

etiam,

Ruellij errores. etiam, volutabrum verò ſiue locum in quo ſe volutant veterina κυλίςραν: ſed Ruellius, vbi in E Hippiatricis legimus; τὸν ἵππον ἄγειν ἐπὶ τὸ κύλισμα (codex impreſſus non rectè habet κλύσμα) καὶ ῥοίζειν: ineptè tranſtulit ad aquationes & lauacra: Et alibi æquè ineptè κυλιέσθω & ῥοιζέσθω vertit proluatur & ad curſum leniter incitetur, cùm ipſi vertendum fuiſſet, volutetur, & ad volutabrum deducatur, cùm ſit ῥοία, vt videre licet apud Varinum & Heſychium, idem quod κύλισμα ſiue κυλίςρα; exponunt enim locum iuxta fluuium & arenam, in quo equi volutantur. Ad *Munditiã ſeruandam eſſe.* diligentiam modò curatoris præcipuè etiam pertinet munditia, vt non ſolùm, quicquid equo in ſtabulis vel vbicunque offerendum eſt, à puluere vindicet, vt hordei exemplo monuit Nemeſianus, dum canit:

Puluere quin etiam puras ſecernere fruges
Cura ſit.

Verùm etiam vt nihil in ipſis ſit ſtabulis, quod vel aduentantem dominum, vel ipſum etiam equum offendere poſſit. Quotieſcumque (inquit Camerarius) intra ſtabulum & ad præſepe equus curabitur, ſtramenta etiam furcillis cùm excutientur, tùm componentur, & immunda omnia auerrentur: hoc enim non ſolùm aſpectu eſt iucundum & curatorum diligentiam ſtudiumque mundiciæ commendat, ſed etiam valetudinem equorum bonam conſeruat atque auget, propter fœtoris & F ſitus remotionem, quibus cùm anhelitus equorum facilè vitiatur, tùm ſqualida omnia aërem inficiunt, vt maius etiam malum metuendum ſit. Quare qui diligenter & accuratè tractari equos ſtudent, hoc vident non minus vt equilia niteant, neque ſecus vt ſuo quidque loco repoſitum, omniaque verſa & præterſa ſint, quàm in conclauibus & triclinijs ſuis, ne quis fortè cùm ingreſſus ſit *Inſtrumenta vt ſeruanda.* abſentibus equis, non equos ibi curari, ſed ſues paſci exiſtimet. Ornatum & ſupellectilem equeſtrem omnem & totum ſtabuli inſtrumentum aptè atque ordine collocato; vniuerſa quidem ab equis longiuſculè. Nam multi reperiuntur ita petulantes equi, & bona cùm natura tùm cura luxuriantes, vt quicquid attingere fortè potuere, id arrodant, & fruſta interdum pannoſa aut lorea deglutiant. Quod illis, ſi fecerint, nequaquam ſcilicet ſalutare fuerit. Quare ſerie quadam omnia erunt diſpoſita, neque panni deterſorij aut ſtrigiles aut pecten, in præſepi abijcientur, neq; propè etiam appendent: neque ſtrata temere quocumque infligentur, vt obliqua pronave iaceant, nihil laboret miniſter. Aliqui etiam poſt abſumptum pabulum, ſtramenta carpunt, ne ſordida quidem reſpuentes, quod putatur anhelitum lædere: quamuis quibuſdam hoc non nocere, quibuſdam etiam prodeſſe videatur: quod mihi quidem nemo facilè perſuaſerit, quo minus temerè hoc *Fœnum vt exhibendum.* referentibus aſſentiemur. Ergo qui ſtramenta carpent, ijs capiſtrum inducetur poſt pabuli comeG ſtionem, hoc animam non impediet, & ſtramenti paſtum prohibebit. Præſepe etiam diligenter extergendum, & niſi repurgatum optimè pabulum inferendum: itidemque fœnum nunquam obijcietur equo ita, vt de fœnili eſt detractum, ſed prius intra manus verſabitur, vt pulueres & immundiciæ excidant, atque ita purum dabitur equis. In quo autem loco ſues ſtabulabunt, eo*Suilla equo inimica.* dem equos nequaquam deducemus, neque propè conſiſtere patiemur. Inimica enim omnia ſuilla equino generi, grunnitus, fœtor, halitus, diſcernente hac etiam in parte natura ipſa generoſiſſimam ab ignauiſſima beſtiam. Remouebuntur & aues domeſticæ atque altiles à præſepibus equorum, quæ propter reliquias pabuli ſectari ea ſolent, & tum in his non ſolùm pinnulas excutiunt, ſed etiam ſtercora deijciunt: illæ enim cum gutturis, hæc cum alui periculo deglutiuntur. Hæc itaque diuerſis locis Camerarius, quæ ad tractationem equi diurnam ferè pertinent: ſed & nocturnæ non omittendæ, quæ vt cautæ fiant, hortamur, illatis ſcilicet luminibus, quod diligentiores fideliorſ*Equus vt noctu tractandus.* que curatores obſeruare videmus, lumine in laternis recluſo. Stramen enim & fœnum flammam celeriter concipit & auget: quare maximè laudantur ſtabula lapidea & concamerata. Hoc autem modo vbi omnia quæ equo debenter, adminiſtrauerit, cubile ei parabit è palea vel craſſiore fœno, vſque ad genua, vt præcipit Creſcentienſis. Camerarius vult vt iſtiuſmodi ſtramenta hyeme H quàm æſtate pleniora ſuggerantur, propterea quod & noctu recubat diutiſſimè equus, & non minus calore offenditur atque læditur, quàm frigore. Quod ſi verò equi ſtramenta diſſipent (ſunt enim qui id facere ſolent anterioribus pedibus) ſæpiuſculè ijs componi debent. Curabit verò etiam ſi poſtero die magnum quid inſtabit equo agendum, vt præcedente nocte quieſcat ſecurius: ita. n. par..tior agiliorque fiet. Quies enim nocturna auget vires & alacritatem ſuggerit, ſicut inequita*Quietis quæ ratio habenda.* tio ſubneruat & vexat. De Caligula itaque legimus apud Suetonium pridie quàm Circenſes fierent, viciniæ ſilentium per milites indixiſſe, ne equus ſuus Incitatus inquietaretur. Cum iter faciendum eſt, meminerit, per quæ loca fiet eundum, nam ſi per montes vel quæuis aſperiora loca fuerit agitandus, loco octo clauorum, quatuordecim inuenio affigendos, quod plurimum illic atterantur claui. Creſcentienſis monet vt ſoleæ ſint leues, rotundæ, & ſtrictæ, ita vt vngulis in circuitu bene adhæreant. Nam leuitas (inquit) ferri reddit equum agilem ad leuandum pedes & ſtrictura eius vngulas maiores & fortiores facit. Cum autem nouæ ſoleæ inducuntur, aut veteres.

A nouis clauis firmatæ, aliquantisper equũ quiescere patiemur, ne post recentem molestiam alia mox ei objiciatur. Camerarius scribit priscos soleas vngulis affigere non consueuisse: Catullum tamen ferreæ soleæ meminisse, cùm de mula loquitur & quendam optat in luto veternum & supinum animum relinquere: *Soleis carebant veterũ equi.*

Ferream vt soleam tenaci in voragine mula.

Poppæa verò etiam argenteas soleas equo induxit: Turcarum ferreæ soleæ, vt refert Petrus Bellonius Cenomanus, vix dimidium Europeæ soleæ pendent, neque eorum binæ soleæ plus materiæ requirunt, quàm vna externarum gentium. Soleas ferreas magnas & paruas iam complanatas; nondum tamen pertusas, emere (inquit) solent, quas deinde equorum pedibus accommodant, sedentes nostratium sartorum modo, hoc est, cruribus decussatim compositis: malleo autem supra incudem accommodant, deinde chalybeo stylo benè temperato perforant, alioq; quadrato bonæque aciei pugione foramina pro arbitrio augent. Hæ soleæ vncos non habent, quoniam suos equos exercendo ad plenum cursum alternis nec impellunt, nec sistunt, præterea claui quibus soleas adfigere solent, oblonga crassaque habent capita instar columbacei cordis. Cùm autem equi gradatim incedere soleant, per semestre integrum calceandi non sunt: quæ consuetudo cum *Lib. 3. Obseruat. c. 45. Turcicorum equorum soleæ, & habena.*

B admodum laudabilis sit, de Turcarum in bello gerendo commoditate agentes, eam minimè præterire debuimus. Cum equi pedem ad ferream soleam applicandam repurgant, eum in fornicem non excauant nostro more ferramenti concisorij aciem protrudendo, sed eum complanant, ferreo instrumento palmum lato, cuius acies versus manubrium obuersa est, attrahendo. Eorum item habenæ exiguo admodum fræno præditæ sunt: strigiles verò etsi dentatæ sint vt nostræ, manubrio tamen carent. Hactenus Bellonius. Nunc ad equum itineri aut labori accinctum reuertimur. Hic quotiescumque reductus à labore fuerit in stabulum & inductus in suam cellulam, tum curator detergeat, totum quidem corpus stramento arido, diligentissimè verò pedes & aluum. Vngulas interius quoque repurgabit, & vtrum rectè atque commodè præferratæ sint, considerabit, & vt Vegetius admonet, ne quid luti vel sordium in articulis basique permaneat. Sed & alijs temporibus maximè verò vesperi vngulæ emundabuntur, ad quem vsum diligentiores ferreum vncinum habent, quo sub solea abditas arenas & lutum proruunt. Tum deinde fimus, bubulus maximè, aut si hic desit, equi, in cauam vngulam inculcabitur, applicato stramento quò minus citò excidat. Placet hoc quibusdam fieri maximè alternis diebus, quidam non dubitant singulis iubere, quidam malunt pluribus intermitti. Nec desunt qui hanc curam, vt superuacaneam aut etiam *Equus vt post laborem curandus.*

C inutilem planè negligant: quî tamen consensu penè omnium redarguuntur. Contrà aliqui non solùm probant & obseruant, sed insuper etiam seuo aut aruina illas crebrò perungi volunt. Detergebit autem sudores atque humiditatem omnem cum magna cura. Strata sudantibus & defatigatis non statim auferet, sed sub illis patietur refrigerari & recipere vires equos. De magno autem calore & labore graui, vt paulatim refrigeretur equus, optimum. Nam celeriter vtrumque fieri, equo non solùm perniciosum sed sæpe etiam exitiale. Quamobrem si ephippium aufertur, strato operietur, vti & rhedarij nostri longiori itinere lassi: sed omnem equum aiunt itinere defessum, adeo vt nulli omnino labori amplius par videatur, recreari ac veluti recentem effici, si sella aut clitellis ablatis, in domo vel stabulo aliquo, si occurrat, aut ipsa etiam via, liberè volutari pro arbitrio sinas, vt muli ferè & asini facere consueuere. Cauendum tamen esse, ne talis sit aëris constitutio, vt pluuia aut vento lædi possit. Gaudent verò etiam post lassitudines aquari: id quod Statius etiam meminit, aliquando etiam ociandum esse docens, cùm sit, vt ait, maior post ocia virtus: Canit autem: *Volutationis vtilitas.* *Aliquando ociandum esse.*

Et sonipes aperit pharetras, arcumque retendit
Parthus, & Eleis auriga laboribus actos
D *Alpheo permulcet equos, & nostra fatiscit*
Laxaturque Chelys.

Procuratio lassi & æstuantis veterini hæc legitur lib. 2. veterin. medicinæ: Lasso & æstuanti veterino adeps in fauces demittitur, merumque in os suffunditur & operimenta adhibentur, quò possit à frigore vindicari: caputque & spina tepenti adipe vel lino linuntur. Nec minus quotidiè corpora iumentorum quàm hominum defricanda sunt, ac sæpe plus prodest pressa manu subegisse terga, quàm si largissimè cibos præbeas. Multum quoque refert robur corporis seruare. Quod vtcunque custodiemus, si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem duxerimus. Cæterùm cum iugalia disiunguntur ab opere, substricta prius curator confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur adhærere. Collum subigat, merumque faucibus, si æstuauerint, infundat. Sed antè ad præsepia religari non expedit, quàm sudare atque anhelare desierint. Cùm deinde tempestiuè potuerint vesci, non multum nec vniuersum cibum, sed partibus & paulatim præbere conuenit: quem cùm assumpserint, ad aquam duci oportet, sibiloq; *Vt vires cõseruantur.* *A labore vt curandi.*

biloque allectari, quò libentius bibant: tum demum reducta largiori pabulo satiari. Absyrtus eisdem equis, qui labore viæ aut cursu fatigati sunt, ait commodum esse vti hoc remedio: Polenta tenuis mista cum vino odorato formatur in offas, quæ comprehensa lingua demittuntur in fauces. Sed insequentes (inquit) notæ lassitudinem præsagiunt. Primum equus insistere non potest, sed intremiscens perstat, demissum habens caput, & flaccidas aures: Oculi sunt concaui, ceruix intenta riget. Si ipsum stimulo lacessas, caput erigit, sed confestim demittit. Itaque primum curæ fuerit, vt stabulentur loco non duro sed molli, cui lætamen superiectum sit: dein vinum ex oleo tepefactum conuenit inspirare, postea defricare, postremò calida aqua liberaliùs eluere, manu terga subigere, vngere, fricare, vestimentis obuelare, sub tecta continere. Enimuerò qui ex itinere aut cursu spiritu distenduntur, ijs vitium tollunt vinum & aqua, cùm pares portiones habent, commistaque binas implent heminas: sed quotidiè septem dierum spatio per os infundere conuenit. Hierocles verò equo, si itinere aut cursu æstuauerit aut membra nimis feruecant, adipis suillæ veteris offas vino vetere odorato madefactæ, faucibus infundi iubet. Vegetius post sudorem si tum quoque æstus sit, posca os abluit, si hyems, muria. Vinum quoque & oleum faucibus infundi vult, æstate frigidum, hyeme tepefactum, ita vt hyeme meri sextario olei vnciæ tres, æstate autem duæ tantum misceantur. Solent verò etiam periti agasones equum antequam ad præsepe ducunt, leni deambulatione lassitudinem mulcere: cuius rei meminit Apuleius, eleganter & succinctè quid agasoni lasso equo ex itinere faciendum sit, his verbis docens: *Postquam ardua montium & lubrica vallium & roscida cespitum & glebosa camporum emersi, me equo indigena peralbo vehens, iam eo quoque admodum fesso, vt etiam fatigationem sedentariam, incessus vegetatione discuterem, in pedes desilio, equi sudorem & frontem curiosè extrico, aures remulceo, frenos detraho, in gradum lenem sensim proueho, quo ad lassitudinis incommodum, alui solitum ac naturale præsidium eliquatur. Ac dum is ientaculum ambulatorium prataq. preterit ore in latus detorto pronus adfectat.* Præcauendum verò etiam, vt monet Vegetius, vt in longiore vectatione vel itineribus, iumentis vrinæ copia non negetur: quandoquidem hæc res non sine periculo sæpè differtur. Curandum itaque vt in itinere equus tempestiuè semper vrinam reddat, semel saltem intra sex, septem vel octo miliaria. Aiunt autem equum quo magis vacuus est, eò magis extendi ad meiendum: sed cauendum omnino ne post talem extentionem ad cursum incitetur, ne quis neruus conuellatur aut aliter lædatur, priusquam partes paulatim in pristinum statum reducantur. Si equus, vt contingit aliquando, meiere nequeat, Cardinalis Simoneta hoc nos docuit remedium, quod vbiq; in promptu est, Foliatis sambuli ramis vndique illius corpus diu ac blandè verbera, & tum demum folia ipsa collo & capiti, necnon vniuerso corpori coapta: nam iumentorum impedimentis (inquit) arbuscula hæc maximè confert. In æstate sub caudam subrepere solent muscæ, itemque sub ventrem ad inguina, quas maximè vesperi, sed interdiu quoque curator eximet, vt requiescere equus possit. Sunt & aliæ muscæ circa equorum capita obuolantes & fastidientes, quas ex eorundem fimo nasci tradunt, quare etiam monetur curator, vt æstiuo tempore fimum iuxta stabulum remorari, tantoque minus in ipso stabulo sinat. Si verò iter fiat hyeme, cum viæ niue horrent, curabit omnino curator, ne nix inter soleas & vngulas adhærescat: noxam enim affert sæpenumerò: quod ne fiat, quidam hoc pacto cauent: fascias ex marginibus pannorum præcipuè sectas, nouem ferè digitos longas, aqua ardente madidas ferreo instrumento inter soleas & vngulas manè equitaturi infarciunt: atque ita securi iter faciunt. Refert Olaus Magnus apud Septentrionales, flante Austro niuem sub equorum pedibus conglobatam præsens exitium in conflictu sessoribus afferre: solere itaque ferreeas eis soleas adimere, ne illis nix adhærescere possit. Mirum verò quod scribit Cardanus eosdem Boreales populos adalligare corbes ex viminibus ac virgultis equorum pedibus, sicque tutos ambulare per niues. Niuem enim sustinere: cùm aqua etiam lata pondera sustineat. Sensim autem equos & homines assuescere sportulis: ferre autem hastulas, vt si in niue mergantur, adhuc possint extrahi. Quod etsi huc non pertineat, in septentrionalium tamen mentione referre libuit. Apud Suidam lego in πεϱιδεῖν, equis & iumentis, cùm per niues ducuntur, saccos pedibus esse circumligandos. Dorsi etiam ratio in ijs potissimum equis quorum ad sellam vsus est, non exigua haberi à curatore debet: nam vt id laboris plurimum sentit, ita testante Vegetio diligentiùs est curandum: laudabiliorque industria est, quæ incolumitatem tuetur, quàm quæ cupit læsa curari. Nam diligentia (inquit ille) defendit à vitio, si centones vel saga primum sufficientia, deinde mollia imponantur & lota atq; ad tempus diligenter excussa, ne aliquid sordium aut asperitatis inhæreat, quod sub pondere inulceret pellem: tunc sagmarum & sellarum mensura conueniens & apta qualitas debet adhiberi. Si enim ista vel minora fuerint vel maiora, angustiora vel vltra modum lata, vel quæ non congruunt, grauiter nocent. Hinc enim collisiones, suppurationes, apostemataque nascuntur, cùm nimis locis inæqualibus premitur pondere, vel discentes tracturam, mercurius aut spina deteritur. Ipsorum quoque pondere, etiamsi in stratis

Lassitudinis signa.

Lib. de Asino aureo.

Vrinandi ratio habenda.

Vt meiat equus, secretum.

Muscæ equum infestant.

Li. 11. c. 39.

Lib. 13. de Var. re. c. 69

Equi vt per niuem incedant.

Dorsi ratio habenda.

A stratis nulla sit culpa, enormitas nocet, & ideo temperanda est mensura, ne inferat vulnus. Hactenus de equo ad cursum, onusque ferendum vtili, nunc quomodo tractandus à curatore sit pullus, pullique mater quædam afferemus. Si partus prosperè cessit (inquit Columella) minime manu contingendus pullus erit. Nam læditur etiam leuissimo contactu. Tantùm cura adhibebitur, vt & amplo & calido loco cum matre versetur, ne aut frigus adhuc infirmo noceat, aut mater in angustijs eum obterat. Paulatim deinde producendus erit, prouidendumque ne stercore vngulas adurat: mox cùm firmior fuerit, in eadem pascua, in quibus mater est, dimittendus, ne desiderio partus sui laboret equa. Sed de amore equæ erga pullos suos suprà dictum est. Varro ait in decem diebus secundum partum (vtor autem eius verbis,) cum matribus in pabulis prodigendum. Testatur Aristoteles vulgò dici mulum lactare semestre temporis spatium, equo autem plus temporis tribui. Anatolius equos & asinos ad biennium lactare iubet. Varro quinquemestribus factis, cùm redacti sunt in stabulum, obijci vult farinam hordeaceam molitam cum furfuribus, & si quid aliud terra natum libenter edunt: anniculis iam factis dari hordeum & furfures, vsq; quoad erunt lactentes: neque prius biennio à lacte remouendum. Quod si quis prius ablactari velit, inuenio id commodissimè fieri hoc modo: Separetur à matre triduo ante plenilunium & per horas vigintiquatuor ab ea exclusus, rursus manè ad eam admittatur, & vbi lac copiosè suxerit, adeo vt venter turgeat, remoueatur, nec admittatur amplius: sicque deinceps habitiorem manere & elegantiorem fieri. Præsepia quidem omnibus iumentis altiora esse oportere Anatolius tradidit, ad quæ capistrentur, vt sursum versus spectantia cibum capiant, id verò maxime in pullis obseruandum esse: sic enim erecta ceruice niti consuescere, quæ res (inquit) equino pecori maximam venustatem adfert. Vult iam vt equa post alterum aut tertium post editum partum, mensem exercitationibus longè magis credatur, ita enim lac in ea præstantius gigni; & sequens equuleus etiam cursibus committatur: Et si pulli molles gerant vngulas, asperis locis eos citatiùs agamus, calculos pedibus substernentes: sic enim vngulas durari: & si parum adhuc solidatæ mollescant, hanc curationem debere adhiberi: Adeps suilla vetus & hircina, sulphur ignem non expertum, & alliorum spicæ miscentur: ijs vngulæ & earum caua perunguntur. Rusius ad firmitatem vngulis comparandam, vtile esse ait, vt pullus locis nascatur saxosis & montanis, vt duris & asperis locis & aëre frigido durescant. Conducere autem montana loca duplici nomine: primùm quia pedes in ijs validiores, aptiores, crassiores ac duriores reddunt: deinde quoniam subinde per inæqualia loca descensu ascensuque exercitati, laboribus sustinendis præparantur roboranturque. Absyrtus vngulas difficilè duras reddi posse scribit, id vitium natiua conditione est insitum, quandoquidem in agendo itinere damnum è diurno detritu maius est, quam vt per noctis quietem tantum renasci possit, quantum die subteritur. Solere tamen mangonizari quo vitium occultetur, & venustior ad vsus placeat. Nam cupressi fruticibus in aqua decoctis pedes foueri aut similiter rubi coliculis: decoctum absynthium eundem præbere effectum: acida quoque muria perfundi prodesse: vngulas per hyemen oleo perungendas: sub æstate axungia foueri melius esse. Mangones suis fucis vngulæ detrimenta moliri. De ratione vrendi multa multos memoriæ prodidisse; longè tamen omnium optimum esse, succendere bitumen & eius pingue facibus instillare. Cæterùm si eius qui firmo stabilitur pede, subtrita sit vngula, sanguinem è suffraginibus mittendum, ne sensu inflammationis corrupta corona dehiscat. Et Pilosella quouis modo equis administrata, hoc illis adferre præsidij aiunt, ne lædi possint, dum ferreas soleas à fabro recipiunt: vnde à nonnullis clauorum herba nominatur. Curabit etiam hippocomus vt satis mollia sint pulli labra, quò faciliùs aptiori tempore frenum sentiat. Molliuntur autem fricatione manuum leui & aquæ tepidæ fotu, & oleo interdum inuncta. Frenum autem faciliùs admittent, quorum molliuscula sunt labra, vt testatur Xenophon citante Camerario. Difficile verò est, imo ferè impossibile, vt probum os habiturus sit equus, nisi extrahantur ei dentes scaliones dicti & plani. Calefactus enim si hos dentes habuerit, ægrè per sessorem retineri posse periti aiunt; & morsum freni plurimum auersari: quamobrem iam dictos dentes quatuor, priusquam annorum trium cum dimidio ætatem exegerint, radicitùs extrahi debent de maxilla inferiore, bini vtrinque, ferramentis ad id aptis. Pulchritudinem pulli natiuam conseruabit atque si opus est, augebit: nam in equis non solùm vtilitas (inquit Vegetius) verùm etiam decoris ratio seruanda est. De iuba quomodo tondeatur, & quod cirri crurum non sint tondendi, ipse in hæc verba disserit. Nunquam itaque nisi necessitas passionis exegerit, de articulis resecandi sunt cirrhi. Naturale enim ornamentum pedum natura in illis constituit. Ceruicem etiam ipsam diligens debet ornare tonsura. Multi enim sicut curilibus, ita & sellaribus iumentis pressiùs colla radunt. Quæ res licet præstare creditur augmentum, tamen sub honesto sessore deformis est. Alij ita tondent, vt arcum videantur imitari. Nonnulli Armeniorum more crines aliquos in tonsura ipsa per ordinem derelinquunt. Sed gratiora sunt, quæ translata de Persis posterior vsus inuexit. Nam media iuba ad omnem accurationem ex sinistra parte tondetur;

Pullus vt tractandus.

Quam diu lactet.

B

Vt ablactetur.

Præsepia qualia esse debeant.

Vngula vt durescant.

C

Ad vngulam detritam.

Labra vt molliantur.

D

Dentes scaliones cur extrahantur

Tonsura.

tondetur, à dextra verò omnino inſecta ſeruatur. Et neſcio quo pacto plurimum deceat, quia illud E
quod naturaliter laudatur, Virgilius imitatur:

Denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo.

Quod ſi bicomis fuerit, vt vulgus appellat, mediæ ceruicis ſetas æqualiter oportet attonderi, ita vt tam dextri quàm ſiniſtri limitis continuata ſerie iubæ relinquantur intactæ: quod nihilominus inuentum conſtat à Parthis. Hucuſque Vegetius. Miratur verò Camerarius illorum rationem qui elegantiſſimos interdum equos verticis iuba præciſa & truncata cauda reddunt aſpectu fœdos quaſi infamiæ quibuſdam notis: etſi videntur (inquit) non ſine cauſa maiores hoc noſtri factitaſſe: (nos ſuprà Germanorum equos qui in Piſanorum auxilium contra Florentinos Maximiliano imp. ducente in Italiam venerant, omnes cauda mutilata fuiſſe ex Iouio diximus,) itaque illi poſtea alligata quaſi phenace pilorum, ſtuduerunt ademptum mutilatione decorem reparare. Quid autem vt naturalem non retinerent, ac defenderent potius cauſæ fuiſſe ſuſpicabimur? Equidem exiſtimo primum hoc factum fuiſſe ab aliquo, cuius equum ſtrenuum & bonum, vitiata ſcabioſa impetigine cauda deturparet: poſtea in quouis pilorum defluuio id vſurpari cœptum, in ignoratione ſcilicet remediorum huius mali: dum nouitate, vt fit, res commendari & placere inſolentia ſua cœpit. Iam verò etiam audiui (inquit) quod haud ſcio an falſum ſit, animoſiores reddi mutilatione equos. Sed omnino barbarum hoc & corrigendum videtur, præſertim cùm eripiatur hæc contra muſcas neceſſaria illis flabelli defenſio, præciſo caudæ verbere, Græci σόβην vocarunt. Iam etiam aliqui verticis iubam implectunt, vt in fronte tanquam virgunculæ crinis, filo diſcolore implicata dependeat: quo ſi putant equum ſpecioſiorem reddi, admodun falluntur: ſin conſuli proſpectui, redarguuntur à Xenophonte, qui hos pilos viſui nihil officere, vt diximus, demonſtrat. Videmus etiam nonnullos generoſos equos à nonnullis in pretio haberi, quibus vtraque mutilata auris eſt, (bertones vocant) ſed etſi meo iudicio propterea maioris fieri non debent, cùm ex ea parte animantis indoles ac generoſitatis vigor præcipuè innoteſcat, vt ſuo loco oſtendimus. Quamobrem diligens hippocomus harum in primis partium curam habebit in pullis, ne mox malè curatas in adultis mutilare dominus cogatur. Procera autem & lata cauda fiet, ſi pectine diſtringatur, & ſæpiuſculè etiam à ſordibus detergatur, & frigida humectetur, vel etiam ſero liquidiore: hoc enim præſentem habere efficaciam quidam citante Camerario aſſerunt. Inuenio etiam, licet in obſcuro quodam authore pilum elegantiorem cùm aliàs tùm colore naſciturum, ſi menſe Maio teneras fagi frondes equis in cibum dederis. Et Albertus aſſerit equi caput macreſcere & ſiccari, ſi antequam ſeptem annos habeat, ſæpè aqua frigida abluatur & fricetur: collum autem craſſeſcere, & crines meliùs creſcere, ſi aqua calida ſæpe ac diligenter iuxta ſcapulas humectetur & crines digitis ſcalpantur & prope caput, ſed frigida, non calida aqua, quia caput (inquit) debet eſſe gracile. Fit etiam vt quibuſdam in corporis partibus hunc vel illum in equo colorem deſideramus. Id quoque commodius fiet in pullo quàm in annoſo equo. Quod ſi itaque album pilum nigreſcere cupiemus, Vegetius atramenti ſutorij ſcrupulos ſeptem, rhododaphnes ſucci ſcrupulos quatuor, ſepi caprini quod ſufficit, pariter temperari iubet & vti. Si è diuerſo albos pilos facere voluerimus, cucumeris ſylueſtris radicum libram vnam: nitri ſcrupulos duodecim in pulueres cogi, heminam mellis adijci, hiſque permixtis vti.

Cur cauda quibuſdam præciditur. F

Equi truncatis auribus.

Vt cauda fiat lata.

Vt caput macreſcat. G

Colorem pro arbitrio induci.

CASTRANDI RATIO ET modus.



CASTRATIONEM Apuleius eleganti vocabulo deteſtationem nuncupat, ſimulque cauſam caſtrationis inſinuat his verbis: *Multos ego ſcio non modò aſinos inertes, verùm etiam ferociſſimos equos nimio libidinis calore laborantes, atque ob id truces veſanoſque, adhibita tali deteſtatione, manſuetos & manſues exinde facios.* Vbi execti ſunt canterios vocari inter ſynonyma dictum eſt, idque Varro in primis teſtatur, eandem caſtrationis neceſſitatem docens: *Inijs* (inquit) *malunt habere placidos; propter quod diſcrimen maximè inſtitutum, vt caſtrentur equi. Demptis enim teſticulis fiunt quietiores, & ideo quod ſemine carent, ij canterij appellati, &c.* Quamobrem Scythis & Sarmatis peculiare eſt equos præferoces eunuchos facere, quò mollitis animis mitiores fiant, vt ſuo loco dicetur. Animi enim vigorem fortitudinemque non parum, vbi execti ſunt, perdunt, corporis tamen robur conſeruant: contumelioſi verò vbi exciduntur, à morſu & contumelia ceſſant; nihilo tamen minus ſunt bellicoſi. Ab his itaque ſumpto argumento Cyrus teſte Xenophonte ſpadones corporis robore minimè carere iudicabat. Non placent H

Lib. 3. Metam.
Deteſtatio.
Canterij qui

Caſtrationis vtilitas.
Lib. 3. Pædiæ.

A cent autem qui ita degeneres atque languidos inde reddi volunt, & canterium in fossa hinc etiam dici, cùm quis lacessitus ad pugnam, mox linquitur animo, vt cominus congredi non audeat; prouerbij enim vsus est, quoties quis ad id negocij trahitur, in quo nequaquam valet, vel vbi res vehementer erit impedita: nam vt plurimùm valet equus in planitie; ita minimè in fossa. Iam verò Albertus aliam omnino castrandi equos causam refert, ne indurescant equis nerui ex calore cursus; loquitur autem de equis celeribus & ad cursum vtilibus, quos curriles haud satis peritè nuncupat. Quibus modo temporibus & quonam pacto castrare equos deceat, sic ferè Absyrtus docuit. Castrationis in hoc animali duo tempora seruantur, veris & autumni: æstate tamen quibusdam virilitatem dempsimus, nec vlla prorsus affecimus iniuria. (Palladius mense Martio omnia quadrupedia, maximè equos castrari debere tradit.) Administrandæ castrationis ratio ita se habet. Oportet deiectum equum pedibus comprendere, exceptosque testes stricta pelle claudi, „ aut duabus angustis ligneis veluti forficibus vinctos teneri: folliculum solum, ambientemque cu- „ ticulam non latiùs rescindi, quàm vt per impressum vulnus exprimantur testiculi. Cùm virile par- „ tem ferro resectam detraxeris, binas vtrimque fibulas lineas aut canabinas adhibuisse satis est. „

Canterius in fossa cur dicatur.

Castrari quādo & quomodo debeant.

B Tum mediam quasi tunicam quæ interuenit duobus membris genitalibus expressam rescindito. „ Testium neruos, quos Græci cremasteras ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, quà parte testiculis adhærebant, ferramento candente resecato, admouens à posteriori parte, non per anteriorem. Sed maximè ferrum ignibus incandescat vt vno, sin minus altero detraxeris. Namque si plures ardentis ferri acies imprimantur, inflammationem mouebunt, Linamenta, lanarumúe flocci, oleo & pice imbuti vulneribus induntur, fibulæ colligantur. Verùm linamenta tertio die resoluenda, vlceraque pennis, oleo & pice intinctis quotidiè linenda, quousque cicatricem ducant. Abstinendus quo die castratus fuerit omni cibo: postero ad liberaliorem potum sensim inuitandus, ciboque in dies largiùs obiecto alendus: Horis quæ nonnihil refrigerationis præstant, paulùlum agatur: per æstum in equili manere melius est. Hac ratione curabis eum qui intra præsepe continetur. Quod si in armentis equum castraueris, candente ferramento, vti suprà dictum est, excides. Pice & oleo vulnus inunges & ad pascua religabis. Sed id tempore verno tantùm gregalibus fieri debet. Si ei qui præsepio recipitur, vulnus per inflammationem intumescat, Cimoliam cretam ex aceto linere conueniet. Qui vno teste præditi sunt, non oportet reliquo dempto canterios facere. Namque facilè iniurijs patent, & castratione pe-

Victus castrati.

Quos castrare non oporteat.

C riclitantur. Cùm autem statim à dissectu consurgens equus hinnitum ediderit, non facilè sospes euadit. Fama est eum qui secundos dentes eijcit, castratum reliquos non mutare, neque caninos emittere grandes. Horum qui pullinam adhuc ætatem agunt, testiculi nobis vix conspici possunt. Non est tamen ignorandum castratos maxima ex parte malidis lue non implicari, neque destillationis quæ ad crura decumbant, facilè torqueri: addiderim neque strumas in ijs erumpere. Hæc omnia Absyrtus. Hierocles etiam de equo actum esse asserit, si amputatis testibus ei gens sese confestim hinniuerit. Cum castratus est equus, à coitu omnino non abstinet. Turcarum itaque imperatorem ferunt, quòd vidisset castratum equum inire equam, eunuchis suis etiam penem detruncari iussisse: indeque natum quod eunuchos facturi pueros, penem simul cum testibus auferant.

Pulli testes.

Hinnitus post castrationem quid innuat.

Coit post castrationem.

DOMITVRA. INSTItutio.

D



QVVS indomitus, quamuis natura bene compositus sit, (verba sunt Ciceronis) idoneus non potest esse ad eas vtilitates, & aptus ad ea quæ desiderantur ab equo: sicuti etiam homo indoctus quamuis ingeniosus, ad virtutem non potest peruenire. Et Aristippus teste Laërtio dicebat sic differre doctos ab indoctis, vt differunt equi domiti ab indomitis. Domiti. n. parere sciunt, indomiti nesciunt, Ouidius:

Lib. 4. ad Heren.

Domiturę necessitas.

Doctus vt differat ab indocto.

Fert tamen vt debet casus patienter amaros.
More nec indomiti frena recusat equi.

Vt verò pueris adiungitur necessario pudor & laudis studium, vt dicebat Lycon Troadensis referente eodem Laërtio, ita equis additur calcar & frenum. Elegans quoque Plutarchi dictum: Sicut equos qui rectè instituunt, eos docent freno facilè parere; ita qui pueros ad audiendum promptos faciunt, docent audire multa, loqui pauca. Siue autem ad vecturam siue ad currum trahendum & sessorem vehendum assuefaciendus sit, magistro erit tradendus,

quibuscumque ex locis, quoue semine ortum ducat, sed quo ætatis suæ tempore id fieri debeat, nunc videndum. Horatius ætatem probauit teneram: E

Lib. 1. Epist. Qua ætate domandus.

Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam qua monstrat eques.

Palladius ait pullos domari, vbi tempus bimæ ætatis excesserint. Columella distinguit, pro vsus ad quem domandus est, diuersitate; *Equus bimus ad vsum* (inquit) *domesticum rectè domatur, certaminibus autem expleto triennio; sic tamen, vt post quartum demum annum labori committatur.* Similiter Plinius: *Diuersa* (inquit) *circa ratio quæritur: itaque cùm bimi in alio subigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipit.* Absyrtus cùm annum & sex menses impleuit equulus, manibus vult vt sit tractandus, capistrum circum ponendum, frena præsepibus suspendenda, vt tangere consuescat, ne è motu audiens exterreatur: trimum verò rectè domari, à quo tempore scilicet farrago dari solet. Idem & Varro scripsit: atque insuper addit, cùm iam ad manus accedere consueuerit, interdum imponere ei puerum bis aut ter pronum in ventrem, postea iam sedentem: hæc facere cum sit trimus, tum enim maximè crescere & lacertosum fieri. Idem & Virgilius tradit, qui item domandos satiari cibo prohibet, domatis farraginem (la biada) apponi cupit: F

At tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare
Compositis, sinuetq; alterna volumina crurum,
Sitq; laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet, ac per aperta volens ceu liber habenis
Aequora, vix summa vestigia ponit arena:
Hic vel ad Eleas metas & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito: namq; ante domandum
Ingentes tollunt animos, prensique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

Sit itaque ætas idonea: nam quemadmodum infans aut puer docilitatis non est capax, multò minus pullus, id quod meminit Lucret. vbi ostendit animas mortuorum non in aliorum migrare corpora: G

Lib. 3.

Sin animas hominum dicent in corpora semper
Ire humana: tamen quæram cur è sapienti
Stulta queant fieri, nec prudens sit puer vllus
Nec tam doctus equæ pullus quàm fortis equi vis,
Si non certa suo quia semine seminioq;
Vis animi pariter crescit cum corpore toto.

Annosum tamen qui domandus instituendusque est equus, esse minimè decet, quia tales disciplinam omnem aspernantur & refractarij sunt, ostendit Plutarchus de liberorum educatione agens: Qui vero equi (inquit) a prima ætate rectè domiti non parent sessoribus? qui maturè non subacti duriceruices & feroces non extiterunt? Isidorus in octauo pullum tradit, passum cui iuuenis assuescit, siue is suauis sit, siue durus, vix iam prouecta ætate relinquere posse. In pullo autem instituendo non decet (inquit Xenophon) ipsum equitem occupari, sed potiùs domitori tradet, & quomodo institui ab eo velit, præscribit. Domari Martio mense dum dicit Palladius, non ita accipi velim, quasi tam breui tempore domari possit, nam vt ait Ouidius:

Animosi cur non domentur.

Lib. 1 de Arte.

Tempore paret equus lentis animosus habenis
Et placido duros accipit ore lupos H

Sed vt id tempus domituræ aptissimum esse indicaret. Locus vbi domatur, & docetur spatiosus esto: talem fuisse olim haud obscurè innuit Virgilius, inquiens:

Aeneid. 3.

Filius ardentes haud secius æquore campi
Exercebat equos.

Non finitur tamen iri quo ipsi pulli volunt, sed frenis coërcentur. Varius de morte ita scribit de Hippodamis agens cum renitentibus pullis quos domandos suscepere, certantibus:

Quem non ille sinit lentę moderator habenæ
Qua velit ire, sed angusto prius ore coërcens
Insultare doces campis, fingitque morando.

Author est Cicero in Hortensio citante Nonio, domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandū, sed cibum etiam sæpè subtrahunt, vt fame delibitetur equuleorū nimis effrenata vis, Cibum autem domandis pullis subtrahi etiam ex Virgilio diximus. Cùm verò tota equitandi scientia in

A tia in eo consistat maximè, vt equus sessori frenum moderanti obediat, & quamcunque in partem velit, ille sequatur, quod declarat locus Cæsaris, qui est de essedarijs Britannicis: *Ac tantum vsu quotidiano & exercitatione efficiunt, vt decliui ac præcipiti loco incitatos equos sustinere & breui moderari & flectere & per temonem percurrere & in iugo insistere & inde se in currus recipere citissimè possint*. Sed & Propertius dicebat: *Equitandi scientia in quo consistat.* *Lib. 4 de bello Gall.*

——— Seu frena sonantia flectes
Seruiet asper equus.

Indeque equos flectere, pro nostro arbitrio vti poëtæ vsurpant; Horatius: *Lib. 3. Car. Od. 3.*

Quamuis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine Martio.

Virgilius de Neptuno: ——— *Cæloque euectus aperto* *Aen. 1. & 9*
Flectit equos. Rursus:
Venatu inuigilant pueri, syluasque fatigant;
Flectere ludus equos. & spicula tendere cornu.

B Nihilominus qui effrenes equorum pullos edomandos accipiunt, non statim initio freno ori iniecto natiuam eorum ferociam (inquit D. Basilius) frangunt aut inhibent aut sistunt. Ad eum enim modum refractarij redduntur & retrogradi ac discunt dorso suo excutere sessores, sed primùm nõnihil obsecundant & indulgent illorum ferocienti naturæ. Dein vbi viderint è proprio impetu feritatem iræ absumptam, tunc acceptos aliqua iam ex parte edomitos, arte moderatiores reddunt & quouis sequaces. Totam autem domandi artem in eo consistere, vt equus se mansuetum præstet atque obsequentem, ex Theopompi Spartanorum regis parœmia notum est, qui, cùm quispiam diceret eò seruari Spartam quòd reges imperare didicissent, quin propterea potius (inquit ille citans quam diximus domandi artem) quod ciues imperio parent: non enim parere illis patiuntur, qui nesciunt imperare, sed subiectorum obedientia disciplina est principis, nam qui rectè ducit, vt rectè sequatur, efficit. Quemadmodum itaque prudentis principis est blandè atque amicè cum subditis suis agere, ita etiam in re equestri est, vtilissima doctrina atque institutio, ne iracundè tractetur equus: nam ira, vt inquit Xenophon, nihil prouidet: sed ea designat plerumque, quorum pœnitentia necessario comes est. Virgilius cum de equo ad bellicum vsum aut certamina equestria instituendo, dixisset: *Homil. in Iulittam martyrem.* *Theopompi regis dictum* *Blandè tractãdum esse equum.*

C *Sin ad bella magis studium, turmasque feroces* *Georg. 3.*
Aut Alphæa rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituosque pati tractuque gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes:

Addit blandè mox à domitore tractandum esse;

Tum magis atque magis blandis audire magistri
Laudibus & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atque hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat: inque vicem dat mollibus ora capistris
Inualidus, etiamque tremens, etiam inscius æui.

Institutionem equi à blandimentis, mollique ac placida tractatione olim inchoasse, breuiter insinuat nobis Statius, de Arione loquens: *Li. 6. Theb.*

Tunc rector genero Polynici indulget agendum
D *Multa monens, vbi feruor equo qua suetus ab arte*
Mulceri: nec sæua manus, nec liber habenis
Impetus: vrge alios inquit stimulisque minisq;
Ille ibit minus ipse voles.

Gaudet enim equus istiusmodi demulsionibus, quæ manũ fiunt, etiam cum edoctus est, & in ipso cursu, vt ostendit Ouidius: *Gaudet mulceri.*

Quadrupedes inter rapidi certamina cursus
Depexæque iubæ, plausæque colla iuuant. Necnon iam ad currendum parati: Virgilius:
Circumstant properi aurigæ, manibusq; lacessunt Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt

Cæterùm si aliàs, tùm verò maximè equo blandiendum est, cùm quis conscendere eum cupit. Qui equum (inquit Camerarius) inscendere volet, nisi ipse fortè ducet, accedito placidè & illi ablanditor verbis & sono oris conueniente, aut etiam palpis: ita gaudebit conscensione equus & libenter consistet, admittetq; equitem. Hoc efficitur atq; obtinetur in summa interdum ferocia equorum, conscensionem vt neque reformident, neque detractent. Itaque hoc de Alexandro Magno pro- *Vt inscendendus.*

Alexandri equitandi peritia. ditum memoriæ eſt (à Plutarcho in eius vita, vt ſuperiùs etiam meminimus) cùm ad Philippum adductus fuiſſet celebris ille equus Bucephalus nomine, à Theſſalo Philonice, & indicatus immani pretio, regem exciuit, vt prodiret cum ſuis in campum, equi periculum vbi fieret. Ibi ille ferocire & neminem admittere velle, ac ſi inclamaretur, concitari & reſilire, denique videri nulli vſui & planè ferus. Tum rex iratus iubet abduci equum inſolentis atque indomitæ feritatis. At Alexander, qui & ipſe fortè aderat, querebatur equum eximium & admirabilis bonitatis amitti atque perdi inſcitia atque formidine eorum, qui illum tractare neſcirent. Ad hæc primum tacere Philippus & diſſimulare. Cùm verò eadem Alexander repeteret ſæpius, Túne igitur inquit, melius poſſe tractare te equos ſperas quam hos ſenes, qui reprehenduntur increpatione tua? Hunc quidem certè, inquit Alexander, melius ego tractauero, quàm quiſquam alius. Sin verò minus, inquit Philippus, quam pœnam vis ſuſtinere procacitatis tuæ? Egone inquit Alexander, pretium equi ipſe tum ſoluam. Hic riſu ſuborto, argentique perſolutione præfinita, accedit Alexander ad equum, prehenſumque loro contra ſolem conuertit, quòd conijceret illum vmbram appropinquantium aſpicientem perturbari motu & ſpecie huius. Atque ita parumper circumiens placido greſſu & equum manu demulcens, cùm intelligeret de ſpiritu animoſitatem equi maximam eſſe, atque hanc illum quaſi colligere, ponit chlamidem, ac ſe in illum ſublatum ritè collocat, frenorumque habenas ſic prehendit, vt equi os minimè læderet aut laceraret. Tum equum nonnihil remiſiſſe de ira & commotione animi ſentiens, atque geſtire excurrere, laxatis habenis incitat voce quoque vehementius & calcibus ferit latera. Quæ res Philippum primum & alios perterruit, ſed mox vbi vidêre quòd & Alexander reflexiſſet & ageret ita, vt par eſſet equum cum exultatione & lætitia: ibi acclamare vniuerſi; Philippo verò etiam lachrymæ cadere præ gaudio, neque poſſe ille ſibi temperare quin filium complecteretur atque exoſcularetur. Quare ſic ſe res habet quemadmodum diximus, vtilem maximè eſſe placiditatem & moderationem in conſcenſionibus, & cautionem hanc, ne qua res aut ſpecies tum obijciatur equo, quæ illum percellat & perturbet, aut etiam perterreat. Quod ſi hoc etiam obtentum ſit, equus ſeſſorem ſuum vt cognoſcat & illo gaudeat, nihil ad commoditatem conſcenſionis iam poterit deeſſe. Idem Camerarius ea quæ contraria ſunt equis & ingrata, remoueri ab illis omni tempore iubet, & in primis caueri, ne quid tale de improuiſo & inopinato illis obijciatur, præſertim ſi animoſiores fuerint, quia ſic perturbantur, & ad inſaniam quodammodo adiguntur: Cardanus corrigi quinque modis equum tradit, voce quam (inquit) maximè timet, virga, freno, cruribus, maximè calcaribus additis & labore: blandiri nos iis manu ſcalpentes crinium locum, palpanteſque leniter & voce ſubmiſſa, tum etiam cibo, maximè pane & vino, quibus eos nobis (inquit) conciliamus. Similiter etiam Xenophon docet, ſi cui fortè oblatus ſit ferocior aut ignauior equus, quo pacto vtroque rectè vti queat, edocet. Primùm ſciendum eſſe monens ferociam in equo ſimilem eſſe iracundiæ hominum. Vt igitur non incitantur facilè quibus nihil dicitur, neque fit, quo offendantur; ita & ferociorem equum minimè commouent is, qui (inquit) non læſerit. Quapropter ſtatim in conſcendendo prouidendum, ne conſcenſor moleſtus ſit equo. Cùm autem in equo conſeſſum fuerit, acquieſcendum pluſculum temporis, vel quamdiu licuerit, atque ita agitandus equus quàm blandiſſimo imperio: ac mox lentiſſimis à gradibus initio facto, ad celeritatem adigetur: inter quæ vix ſentiet ille agitationem. Imperio autem repentino equus ferocior, itidem vt homo perturbatur animo, ſiue quid tum aſpexit ſubitò, ſeu audiuit, ſeu etiam patitur. Quare hoc non ignorabimus, repentina omnia in equis perturbationes efficere. Verùm ſi incitatum ad celeritatem contineri ferociorem in curſu volueris, non attrahes de repentè, ſed placidè adduces frenum, vt inuites, non cogas ad conſiſtendum. Placantur etiam equi longioribus ſpatijs magis, quam ſi crebrò conuertantur: atque lenta diu equitationis ſpatia & placidos præſtant, neque ferociam equorum ſuſcitant. Quòd ſi quis ſperat, ſi diu & celeriter agitet equum, fore defatigatum, deinde manſuetiorem, diuerſum ſentit atque accidere conſueuit. Nam hæc inter feroces magis violentiam vſurpare, inque ira, quamadmodum homines iracundi, ſæpe & ſe & ſeſſorem indignis modis tractare ſolent. Proindè ad celeritatem ſummam equos feroces non facilè incitabimus. Nequaquàm autem adigemus ad alios equos, nam fermè improbiſſimi quique ferociſſimi ſunt. His aptiores freni quoque lenes quam aſperi. Si quando tamen aſperos indiderimus, laxando vt lenes videantur, efficiemus. Prodeſt etiam vt ſeſſor aſſuefaciat ſeſe ad talem in equo potiſſimùm feroce collocationem, qua & ipſe minimè commoueatur, & nulla ferè alia parte equum contingat, quàm vbi ſeſſionis firmæ cauſa contingi illum neceſſe fuerit. Nec hoc ignorãdum, præcipi poppyſmo (id eſt cum labris compreſſis acutior quidam ſonus oris editur,) equos mitigari; χλώγμῳ verò (qui ſonitus fuerit palati & gutturis) incitari. Atſi quis initio equo offerat grato cum clogmo, contraria autem cum poppyſmo, citò ille didicerit, poppyſmo iam incitari, mitigari verò clogmo. Atq; ſimiliter inter clamores ac tubas cauendum, ne equo formido aliqua noſtra appareat, neue illi hoc tempore turbulentum aliquid

Ingrata equis ſunt remouenda.

Lib. 7. de Variet rer. cap. 33.

Vt corrigatur.

Si equus fuerit ferox aut ignauus quid faciendum.

Vt incitatus retinendus.

Ex labore non manſuefieri.

Improbi qui equi.

Poppyſmus quid.

A aliquid obijciatur: sed quantum fieri poterit, quietem tum conciliare equo studebimus, & (si fieri poterit) matutina aut vespertina pabula præbebimus. Hoc autem consilium optimum fuerit, ne quis sibi equum ferocem ad bellum parare velit. Verùm de ignauis tantùm scripsisse satis fuerit, in his omnia contraria exercenda, quàm de ferocibus dicta sunt. Hactenus Xenophon. Qui autem equitare primum discit, volunt nonnulli, vt generosum eligat equum, nam si hunc sibi (inquiunt) reddiderit obedientem, eò minus negotij facessent alij. Socrates itaque recitante Laertio asperioris ingenij vxori ita congrediendum monebat, vt equis animosis equites. Nam sicut illi (ait) cùm eos semel subegerint, reliquis facilè vtuntur, ita & mihi post Xantippes vsum, reliquorum mortalium facilis toleratio obuenerit. Cæterùm calcaria non nisi cùm opus fuerit, subdi equis Camerarius iubet: ad reliqua vocem & virgulam sufficere dicit. Acres enim equos ad feritatem incitari; & placidos ad patientiam quandam ignauam, illorum crebritatem adigere, & veluti asinos ad plagas perferendas assiduitate durari: & mox ex laboribus asperiores potius, & ferociores quàm mitiores & placidiores reddi Xenophontis testimonio probabimus. Quare rectè dixit Cardanus, corriguntur, non instituuntur, & mox vitia quæ corrigenda sunt, enumerat; & maxima esse ait, si cadat, si se prosternat, si erigat se, ac si contumax sit. Erectionem vt omnium periculosissimam virga corrigi, anteriora crura dum se erigit, verberando, nec vllum esse præstantius auxilium: si enim adhibeatur cura, breui emendari vitium. Si se prosternat, voce, oculis & baculo deterreri: contumaces baculis inter aures verberando, clauo post ephippias pungendo, igne denique corrigi. Qui sæpe cadunt, cùm vitio naturæ, non sponte, cadant, nulla cura emendari. Sunt sæpe & alia vitia equorum, quæ nisi corrigantur, inutilem planè equum reddunt, id quod Socrates ostendit ad quendam equitum magistrum futurum scribens, vt memorat Xenophon his verbis: *quod si equites (inquit) equos tibi adduxerint tam vitiatis pedibus ac tibijs: quosdam verò ita debiles ac strigosos vt sequi non possint: & quosdam ita malè educatos, vt non maneant quocumque in loco ordinaueris: quosdam verò tam calcitrosos, vt non sit possibile de vno in alium aciei locum transferre, quæ tibi vtilitas erit equitatus?* Equos his vitijs præditos Xenophon Græcè vocat κακόποδας, κακοσκελεῖς, ἀσθενεῖς ἀτρόφης, ἀναγώγως, λακτιστάς. Calcitrosi autem equi, id est λακτισταί, quos Latinè etiam calcitrones dicimus, sunt qui calcibus impetunt peruicaciùs. Corrigi aiunt vitium à diligenti curatore, si quoties animaduertit calcitraturum, baculo pedes percutiat. Alij malunt, compedibus pedes posteriores stringi, quo vsque calcitrare desierit. Neque verendum C est inde noxam aliquam inferri equo, quin apud Xenophontem legitur, vt Suidas citat Persarum equos plerumq; ligatos pedes habere, ne fugiant, si soluti fuerint: indeque Xenophon malum esse nocte dicebat exercitum Persarum, quoniam equi eorum ligati essent. Inuenio verò etiam à multis inter secreta annotatum calcitrosum equum patienter se siniturum curari in stabulo, & ferreis apud fabrum calceari soleis, si exiguum & rotundum silicem alterutri aurium immiseris & apprehensam auriculam manibus perstrinxeris ac retinueris. Sic enim fore immobilem, & quantumuis etiam ferox sit, quieturum: si verò in vtramque aurem singulos immiserimus silices, tam mitem fore, quàm est ouis. Antonius Mizaldus se hoc secretum expertum accepisse testatur à quodam equisone regis Nauarræ. Cardanus hoc eodem remedio prospici ait, si vel sessorem respuat, vel nauem ingredi nolit, vel timeat rotas, similiaque alia: lapillum autem è filo suspensum in aurem indi. Et si hoc non prodest, vult prætera equi sensum perturbari, oculos vitta vinciri: hoc enim sæpe profuisse. Virga etiam si cedantur crura quæ retrò agere aut eleuare solet: ignem quoque caudæ submissum, tum instrumentum ferreum, quod dum retrocedit, illum pungit & sauciat: optimum enim hoc esse, ita si in humum procumbat, infra ventrem sint aculei. Sunt qui Latinis effrenes, & infrenes dicuntur, Græcis ἄστομοι, & σκληρόστομοι, quibus durum os est. Hi difficul- D ter flectuntur, & quamuis permittas eis frenum, minimè apprehendunt: contra qui molli sunt ore (μαλακόγναθος dicunt Græci) facillimè. Morigerum autem iudicabimus, si laxatum frenum contracturo tibi facilè paret, & si dato ad cursum signo, alacri statim impetu procurrit, & rursus à cursu audito subsistendi signo etiam difficilibus in locis mox subsistat. Quidam autem tanta sunt oris duritia, vt ait Xenophon, vt cùm frenos quemadmodum dicitur, momorderint, frustrà in continendo sessor laboret: quos omnino ipse repudiat. Cum morsu frenum apprehendere, inclinato capite extra iter institutum violenter feruntur, & ceruice obliqua crebroque concussa, vim facere & excutere conantur, & in dorsum elatis scilicet cruribus prioribus, tergiuersando reclinant: sed quàm periculosus sit horum equorum vsus, etiam indicauit Ouidius, cùm canit:

Vt rapit in præceps dominum spumantia frustra
Ora retentantem durior oris equus.

Et quomodo prospiciendum est, etiam docet, inquiens,

Asper equus duris contunditur ora lupatis.

Aliquibus verò ora sunt neq; dura neq; mollia, magis tamē dura quàm mollia: ideoq; si initio cùm incitaris

Calcaribus quando vrgendi.

Vitia equorum pessima.

Lib. 3. de dict. & fact. Socrat.

Calcitrosi qui & vt corrigantur.

Persarum exercitum cur Xenophon improbarit.

Lib. 3. de Var. rer. c. 32.

Effrenes qui

Li. 2. Amor.

Lib. 1. Eleg.

incitaris & adegeris ad curſum aut gyrum, habenas attrahas, non obſequuntur. Faciendum igitur eſſe aiunt, vt talibus latiſſime remittatur primùm, ita enim regere & pro voluntate quemque ſua moderari facile poſſe. De effræni equo locus Luciani legitur dignus qui recitetur: *Idem verò vobis vſu venit, quod contigiſſe cuidam ferunt, qui equum conſcenderat furibundum: abreptum enim illum equus ferebat: nec vlla deſcendendi equo currente facultas erat: Cùm autem obuius quidam interrogaret, quonam pergeret: reſpondit, quò illi videtur, demonſtrans equum. Hic à vobis ſi quis quærat quò pergatis, ſi verum fateri volueritis, quocunque libuerit affectibus, dicetis.* Equos qui ſic aufugiunt, vmbratos dici in ſchedis meis annotatum reperio. Mordacem qui morſu aduenas offendit, Græci δηκτὴν vocant: ἀκροχρήστικον vero quem nos ſternacem dicimus, qui facile ſternit ſedentem. Mordacitatem remittit, ſi morſurus vapulet, deinde placidè tractetur, & quo delectatur, offeratur aliquid. Similiter puto ſternax tractari poterit. Aiunt ſoleas equorum ex ferro quo aliquis occiſus fuit, agiles equos reddere, & ſi ex eodem morſus concinnentur, tractabiles & obſequioſos fieri, etiamſi rebelles eſſent, moroſiue ac mordaces: vt citat Mizaldus: ex Raſi videlicet & Alberto. Sunt & ſuſpicaces qui accedere aliquopiam ſæpè nolunt. His Xenophon demonſtrari vult, quod ea quæ auerſantur, fugienda non ſint: hoc quidem planè equis animoſis: ſin erunt timidiores, contrectemus vt id, quod eis horribile apparet, & leniter eodem ipſos adducamus. Qui vero verberibus adigunt, plus timoris incutere equis inquit. Nam quia tum malè mulctantur, huius etiam ea quæ ſuſpicione ſua refugiunt, cauſam eſſe arbitrantur. Camerarius quoque in auerſationibus & tergiuerſationibus, calcaria ſi ſubdantur, magis equum perturbare ait, & terrorem & peruerſitatem augere: itaque tum placandos maxime & confirmandos, vt ſecuritatem intelligant, & ſentiant non eſſe exhorreſcenda illa quæ refugerint: ita enim horribilia etiam tandem extimeſcere deſinere. Idem rurſus: ſi quid per iram (inquit) in equum tergiuerſantem committatur, vehementiùs ille perturbatur, & poſtea faciliùs terretur, quia illa obiecta aliemiora exhorreſcit, propter quæ afflictum ſe recordatur. Solent autem plerumque à foſſis aliiſque cauis ſibi fere timerè, niſi rite ad eas tranſiliendas edocti ſint, quod inter cæteros indicauit Statius:

In Cynico. — *Equus vmbratus.* — *Mordax.* — *Sternax.* — *Quæ timere ſoleant.* — *Lib. 10.*

Soluitur interea vallum, primæque recuſant
Stare moræ, iam ſe peditum iunxere cateruæ
Manibus at patulas ſaltu tranſmittere foſſas
Horror equis, hærent trepidi atque immane patentes
Abruptum mirantur equi, nunc impetus ira
Margine ab extremo, nunc ſponte in fræna recedunt.

Qui itaque tranſiliendis foſſis inſtituti ſunt atque aſſuefacti, quique ex altis & præruptis ſe demittere & librare didicere & per decliuia celeriter vectari, hi tantò præſtant inexercitatis & horum imperitis, quantum aërea & pennigera animantia agilitate terreſtribus; rurſus qui pedibus ſunt exercitatis, tantum eis antecellunt qui ſunt ad aſperitates viarum inexercitati, quantum claudis integri. Quamobrem Xenophon bellicum equum primùm ita edocendum eſſe voluit, vt in cliuos ſurſum & per decliuia & in obliquum agitari poſſit, foſſas tranſilire ſciat, vallumque ſuperare, in collem erumpere, & de colle deſilire. Quomodo autem inſtituendus ſit, ipſe in hæc ferè verba tradit.

Bellici equi inſtitutio.

,, Qui nactus eſt equum omnino imperitum ſaltuum, is vacuum illum prehenſo loro ducto-
,, rio tranſgreſſus foſſam prior attrahito ad ſaltum: quod ille ſi renitatur, a tergo aliquis flagrum aut
,, virgam ſummis viribus incutiat, ita tranſiliet non ſolùm illud ſpatium, ſed longius etiam quam
,, debuiſſet, & in poſterum non expectabit verbera, ſed vbi ſenſerit modò ponè accedere aliquem,
,, ſtatim ſaliet. Cum vacuum aſſueſeceris, ita etiam agitabis conſcenſum, primum quidem trans-
,, minores foſſas, mox etiam latiores. In conatu autem ſaliendi ſubdes calcaria, itidemque cùm tranſ-
,, ſilire equum & cùm deſilire volueris, calcaria ſubdito: toto enim corpore in omnibus his annitens
,, equus, faciet ille ita, magis vt cum ipſe, tum eques in tuto ſint, quàm ſi poſteriore parte ſui quaſi
,, deficeret, vel in tranſiliendo, vel in erumpendo ſurſum, vel in deſiliendo. Cæterùm ad decliuia
,, primum leuiori in ſolo equos aſſuefieri conuenit. Ita tandem aſſuefacti libentiùs per decliuia,
,, quàm recto curſu ferentur. Nam quod quidam verentur, ne ſi per decliuia incitentur equi, armos
,, rumpant, neminem debet terrere, qui cognouerit & Perſas & vniuerſos Odryſſas curſu per decli-
,, uia certantes, nihilo minus habere ſanos equos, quàm Græcos. Porrò ſeſſor ad hæc omnia accom-
,, modum ſe præbere debet. Itaque ad primum ille equi impetum proclinator, ita minime equus
,, tergiuerſabitur, aut eques ſuccutietur: ſtatimque reprimens equum, reſupinator, ita minimè ip-
,, ſe iactabitur. In traiectu foſſæ & cliui aſcenſu, non fuerit incongruum iubam tenere, ne ſimul &
,, loro & freno grauetur equus. Sin per decliue agetur, & reſupinator eques & equum ſuſtineto
,, freno, ne præceps vterque deorſum feratur. Hæc ille. Aliàs omnino dandam ait eſſe operam, vt
,, aliis atque aliis in locis, itemque modo longæ, modo breues equitationes vt fiant: minus enim

hæc

A hæc equo odiosa esse quàm si semper iisdem locis & eodem, modo agerentur. Pollux primò agitari vult per plana & læuia loca, non rectà autem aut repentè ex contrario locorum situ in contrarium agi, sed obligari, nunc longam, nunc breuem, nunc remissam, nunc concitatam equitationem per vices institui. Ne verò armorum fremitum & gladiorum ad clypeos resonantium crepitum equi extimescant, eos (inquit Ælianus) ad strepitum ac sonitum assuescere cogunt, armataque cadauerum simulacra sub ipsum fœnum subijciunt, vt cæsorum conspectum in bello ferre consuescant, vt ne rerum terribilium metu affecti, ad rem militarem inutiles sint. *Ne strepitus armorum timeant.* Quod quidem ipsum Homerus haud sanè ignorauit, cùm Diomedem quidem in Iliade scripsit Thraces iugulare: Vlyssem verò interfectos pedibus subtrahere, ne in cadauera incurrentes Thraces equi formidine perterrerentur: atque ad hæc ipsa insueti, vt per formidolosa quædam ingredientes præcipiti effrenatione efferrentur. Inuenio etiam quod qui meticulosos equos docent, id noctu libenter facere solent, quoniam cùm eo tempore pauores sint maiores, si eos superent, facile spes est, quod etiam quoscunque non æquè magnos contemnere discent. Alij παρώπια oculis obdunt, sic vocantur coria quæ equorum formidolosorum oculis apponuntur, alio nomine ἀνθήλια siue ἀνθῆλια dicta, eò quod à sole oculos tuentur. Iam si lubeat idoneo bellis equo vti ad agitationem magnificam & speciosam, omnino ab eo, quod plerique faciunt in opinione præclaræ equitationis,
B abstinendum (inquit Xenophon) os vt frenis laceremus; itemque calcaria vt subdamus & incutiamus scuticas. *Vt bellico equo vtamur pro pompico.* Nam ita diuersa omnia accident ab ijs quæ expetuntur, cùm & figuram quandam arduam equi habenis arreptis efficientes, qui debuerat prospicere, cum excæcant, & calcaribus atque flagris equum territant, vt non sine periculo perturbetur. Hæc autem sunt quæ faciunt hi equi quibus agitatio molesta est maximè, atque in turpitudine quidem, non cum honestate. Sed equus si didicerit agitari frenis laxioribus, & ceruicem attollere, eandemque à capite recuruare, ita facile præstabit ea quibus etiam ipse potissimùm delectatur & sibi placet. Hæc autem esse quæ diximus, vel hoc argumento intelligi poterit, quòd equus quoties festinat ad alios equos, sed ad equas in primis, tùm & attollit ceruicem quàm altissime & caput maximè proclinat, truci cum specie, tum crurum mollitudinem fert sublimem & caudam sursum intendit. Qui igitur ad talem formam composuerit equum, qualem ipse effingit, quoties pulcherrimus videri cupit, is hoc consequetur, vt & de agitatione voluptatem equus capiat, & magnificus atque terribilis ac spectabilis sit. Quæ quidem qua ratione obtineri posse credamus, nunc deinceps conabimur exponere. Prima igitur frenorum cura est, quæ non pauciora duobus parabimus: quorum vnum, leuius orbes
C habeat grandiores: alterum eosdem cùm graues, tum depressos. Echini autem id est clausuræ, erunt acutiores, vt cùm istud prehenderit, offensus equus asperitate mox dimittat: *Frena quot & qualia esse debeant.* cum autem lenius illi inditum fuerit, tum gaudens huius quidem lenitate, alia nihilominus, ad quæ asperiore freno instructus fuerat, sub leni quoque exequatur: sin lenitate contempta in hoc penitus incumbere volet, cogent scilicet illum hanc ob causam subiecti grandiores orbes, os pandere, atque ita admittere lupos. Poterit autem asperius frenum variari cum implicatione quadam, tum extensione: cæterùm cuiuscunque modi fuerint frena, sunto mollia omnia. Nam rigidum quauis parte sui prehensum retinet equus totum inter maxillas, perinde ac veru vbilibet prehendas, totum sustuleris. Alterum verò non aliter quàm catena, ea parte tantummodò, qua tenetur, non flectitur, aliæ pendent; quas elabentes dum captat equus, lupos interea amittit de maxillis. Hanc ob causam & inseruntur medijs axibus annuli, vt hos lingua atque dentibus prensans, omittat correptionem inter maxillas freni. Frenum molle est, cùm axes commissuras habent læues atque latas: itemque omnia quæ axibus accommodantur, cùm sunt ampla & minus densa; mollius frenum existimandum. *Frenum molle & asperum vt differant.* In quo verò omnes particulæ freni grauiter discurrunt
D atque colliduntur, illud frenum rigidum erit. Sed qualecumque contigerit frenum cum hoc cuncta ea quæ subijcientur, præstabit is, qui voluerit formam equi efficere eam, quam suprà diximus. Os igitur equi concutiendum, neque ita vehementer equus vt refugiat, neque ita placidè, vt persentiscat. Atque iam post concussionem vbi equus ceruicem attollet, statim freno indulgendum: itemque alia oportebit (id quod monere non cessamus) dum scitè obsecundarit, vicissim illi gratificari. Cumque animaduersum fuerit delectari equum elatione ceruicis & habenarum laxitate, tum cauebitur ne quid illo tempore huic molestiæ obijciatur, quasi ad laborem equum adigere velimus, sed blandimentis tum eum demerebimur, vt speret requietem: ita enim magis prompto animo ad celeritatem agitationis deueniet. Iam verò celeritate etiam gaudere equos, satis argumenti est, quod liberatus pedetentim nullus abit, sed aufugit: hæc enim certè est voluptas equorum, nisi fortè ad cursuram importuniùs fuerint incitati. *Equi celeritate gaudent.* Sed cùm inter agitandum equus exultabit, scilicet edoctus iam priore agitatione de flexibus ad celeritatem incitari; quod cùm facere sciuerit, si quis tum illum adductis habenis retineat, & signum aliquod det concitationum, coërcitus hic frenis, imperio concitationis mouetur & pectus effert,

& iratus

& iratus protollit crura altiùs, non mollia tamen hæc: quippe in offenſis iam non magis mollibus cruribus vtuntur equi. E Sic igitur exardeſcente equo, ſi frænis indulgeas, ibi præ gaudio, quod in laxitate ſe fręno liberatum putet, exultabundo habitu mollibuſque cruribus elatè ſeſe inferet, plane repræſentans pulchritudinem qua componere ſe equi ſolent feſtinantes ad alios equos. Quique hoc cernunt, talem equum appellant liberalem & voluntarium & equitatorem & ferocem & ſuperbum, ſimulque & iucundum & terribilem aſpectu. Idem autem Xenophon erigendi facultatem quæ in iſtiuſmodi pompico equo requiritur, cum crurum mollitudine coniunctam eſſe cùm negaſſet, ſed cui lumbi molles ſunt & ſuccincti atque robuſti, cum poſſe ſpatioſè prioribus cruribus ſubijcere poſteriora: hoc (inquit) dum facit, tum ſi quis freno concutiat os equi, fit vt poſteriores in talos ille reflectatur atque ſubſidat; erigat autem ſuperiores corporis partes, ſic aſpicientibus contrà aluus & inguen vt appareat. Ibi igitur frenis indulgendum, vti equus quod pulcherrimum eſt in hoc genere, faciat libens, & ita ſpectatoribus hoc facere videatur. Sunt qui ad hoc etiam erudiant equos, quorum hi virga talos pulſant: illi baculo iubent accurrere qui coxas verberet. Nobis vero hæc videtur inſtitutio optima, ſi id quod ſemper dicimus, non omittatur vnquam, equo vt quies contingat, poſtquam voluntati agitatoris obtemperauerit. Proinde certis ſignis excitatum equum ſponte pulcherrimos & ſplendidiſſimos geſtus exhibere oportet. F Quod ſi poſt equitationem & copioſum ſudorem, necnon cùm ſe ſcite erexerit, ſtatim ſeſſore ac frenis releuetur equus: non dubitandum quin ſua voluntate poſtea ad erectiones peruenturus ſit. Super huiuſmodi iam quidem agitationi idoneis equis reſidentes, & dij pinguntur & heroës; hominesque in vſu horum decente, magnifici videntur. Vſque adeo vero equus qui ſeſe erigit, vel pulcra vel admirabilis, vel etiam expetenda res eſt, vt omnium oculos ſpectantium in ſe conuerſos teneat, tam iuuenum quàm ſeniorum. Maximè ſanè laudatur talis equus qui corpus & altiſſimè & frequentiſſimè erigit & lentè interim procedit. Iam verò & in gyrum flecti equos docebant Romani, vt ex hoc Virgilij notum eſt: *Carpere mox gyrum incipiat*: eratque hoc præcipuum Romanæ iuuentutis exercitium, vt ex Horatio in exordio oſtendebamus, & clariſſimè meminit etiam Ouidius lib. 1. de arte:

Equus optimus.

Equus vt ſe erigat.

Vt in gyros flecti diſcat.

Hos ignaua iocos tribuit natura puellis,
Materia ludunt vberiore viri.
Sunt illis celereſque pilæ, iaculumque trochique
Armaque & in gyros ire coactus equus.

Iſtiuſmodi gyrorum apud Gręcos quoque exquiſitam rationem & magnam àrtem fuiſſe facilè poteſt vel ex eodem Xenophonte perſpici. G Hæc nunc eſt mutata prorſus, vſque adeo (inquit Camerarius) vt quod ille laudatiſſimum eſſe ſcripſit, in læuam circumagi equos, nunc planè reprobetur. Etſi enim in vtramque partem gyrari equum rectum eſt, idque niſi contumacia oris impedimento ſit, paris facultatis eſſe conuenit: tamen in oſtentatione gyri nunc in dextram partem dari ſolent, & qui in læuam eduntur, eos vocant auerſos. Ad iſtiuſmodi circumactiones: in vtrumque latus & in gyros, itemque conuerſionem celerem directi curſus, eſt id quidem non vulgaris induſtriæ equum inſtituere; ſed niſi ſit valdè nihili pecus, aſſiduitas & diligentia etiam hæc celeriter aſſequitur. Loquor autem de equo integro & cuius vires nulla iniuria morbi debilitauerit. Nam talium labant crura, neque tutò pedetentim per plana etiam loca ingredientibus his vehare, nedum illos ad curſum concites & in gyros torqueas aut agas per ſalebras, qualia in hac inſtitutione requiri oſtendit Xenophon: In flexibus (inquit) ſiſtendi ſunt equi: neque enim facilè eſt, neque periculo caret, equum concitatum ſtatim circumagere, præſertim loco ſalebroſo aut lubrico. Cùm equus (inter flectendum) freno attracto pauliſper retinebitur, curandum vt ſitu corporis interim quàm minime obliquo ſit & ſeſſor ipſe ſimiliter. Sin aliter fecerit, ſciat leuiſſima de cauſa fieri poſſe, vt vnà cum equo corruat. H Verùm vbi iam poſt flexum directè proſpiciet equus, ibi ad celeritatem inſtigandus erit. Nam obſcurum non eſt, in prælijs quoque flexus vſurpari, cùm inſequendi hoſtem, tum ſe recipiendi gratia: quare expedit ad celeritatem poſt flexus aſſuefacere equos. Iam verò poſteaquam ſatis eſſe exercitij videbitur, profuerit tamen & poſt quietem repentè incitare equum, cùm auerſum ab alijs equis, tum ad illos conuerſum: itemque de celeritate ſtatim reprimere, necnon conſiſtere eum pati, & mox flectere ac incitare: non. n. dubium, quin venturum tempus ſit, quo ambobus illis opus ſit. Cùm deſcendendum erit cauebitur, ne hoc fiat vel inter equos, vel in hominum cœtu, vel extra agitationis ſpatia, ſed quo in loco defatigari cogitur, eo ſcilicet in loco & requies equo contingat. Vocatur autem rectus curſus ὀρθοδρομεῖν, & qui reflectitur ἀποκάμπτειν. Iam verò apud Romanos ſummæ erat curæ, vt pretioſiores ac generoſiores equi molliter & tollutim crura attollerent Aſturconum modo, ſiue vt Martialis ait, ad numerum colligerent; de quo greſſu ſupra egi, nunc dixiſſe ſuffecerit, in tanto honore fuiſſe eum inceſſum, vt itidem minoris pretij equos eum docerent, vt Varro teſtatur his verbis: *Vt equus qui ad vehendum eſt*

Equus qui gyris idoneus & qui non.

Vt ex equo deſcendendum.

Vt tollutim ingredi diſcant.

A *dum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim.* Modum docendi refert Cardanus his verbis: cum equus trifariam moueatur, vel extremam pedis iuncturam flectendo, vel genu: Itali, ligatis binis & binis pedibus dextris inuicem; atque sinistris inuicem, cogunt eos binos simul mouere, spatula etiam mota, sed genu præcipuè agitato atque flexo: Galli, vltimam pedis iuncturam arcto vinculo omnium pedum deuinciunt: ita fit, vt cogatur equus genua mouere. Atque ita patet ad Asturconis disciplinam pertinere, vt genua flectat. Nam si iuncturam solam inferiorem moueat, etiamsi ambas dextras simulatque sinistras, non perfici gradarium gressum constat. Sunt igitur duo genera grandarij incessus equorum: Gallicus, cùm genua simul mouentur, spatula vix: cùm verò genua & spatulæ, Italicus. Mollior est incessus quicunque fit altiore iunctura, quoniam modico interuallo mochlij multum spatij superatur. Mulæ tum molliter incedunt, mota interiore iunctura, vocaturque incessus ille Traina: cùm autem genu asturconius concutit, magis genu flexum quàm pes, quod altius cadat, quàm figitur. Hæc itaque Cardanus. Cæterùm *Parthis*, vt author est Vegetius, *consuetudo erat equorum gressus ad delicias dominorum hac arte mollire; non enim circulis atque ponderibus prægrauant, vt soluti ambulare condiscant; sed ipsos equos* B *vulgò trepidarios, militari verbo tottonarios vocant, ita edomant ad lenitatem & quadam blandimenta vecturæ, vt Asturconibus similes videantur. In sicco itaque æqualique solo quinquaginta passus in longum, & quinque in latum plenis cophinis digeritur per ordines Creta, ad similitudinem stadij, quod aulicibus* (silicibus videtur legendum esse,) *asperius sit, tum difficultate coronam velocitatis optantibus ingerit, in quo spatio cum equus frequentissimè exerceri cœperit, in illos aulices necessariò offendit, & priores & posteriores vngulas impingit, & aliquando vel cadit, vel sic offendit, vt cadere videatur: post quod admonitus iniuria, tollit altiùs crura, & inflexione geniculorum atque gambarum molliter vehit. Præterea minutos gressus imitatur, vt inter aulices vngulas ponat, nam si extendere volueris, offendit in cumulum. Minutim autem equus ambulans commodiùs vehit, & pulchrius videtur incedere.* Hactenus Vegetius, sed quos trepidarios equos vocet, non satis constat: Gesnerus vocabulum vel ad Germanicam succussatorum nomenclaturam traber alludere ait, vel ad Τρίπεδον Græcum, quod apud Absyrtum legimus, à calpe id distinguentem his verbis: καὶ ἀναβάτην ἐπιεικῆ ποιήσας, δρόμῳ τῷ διὰ χάλικος γύμναζε, ἤτοι τῷ λεγομένῳ τριπέδῳ. Ego trepidarios Vegetio succussatores potius, vel propter imperitiam quodammodo trepidantes intelligi putem quàm quod ad Τρίπεδον alludere credi possit. Apparet enim τρίπεδον idem esse quod πέδη, hoc C scilicet, ni fallor, equitationis genus, de quo sermo est, gressus (inquam) gradarius siue tolutarius, cùm sit propriè πέδη vinculum & pedica. Solent enim vinciri, vel ponderibus aggrauari pedes equorum qui ad hoc instituuntur, vt gradarijs & Asturconibus similes fiant. Hanc agitationem Xenophon in primis probat, quoniam ambas buccas ad conuersionem assuefacit: Esse verò etiam bonum asserit, agitationem mutare, vt equi buccæ in vtrisque exæquentur: seque etiam extentiorem illam catenam agitationis gyratæ præferre: quandoquidem in hac libentiùs & conuerti se equus satur iam procursionis, & simul ad directum cursum, simul ad flexus assuefieri patitur. Nunc alia quædam præcepta adferamus quæ ad equitantem & equitare discentem magis quàm ad indoctum equum pertinere videntur. Etsi enim optimè edoctus fuerit equus, nisi etiam sessor equitandi fuerit gnarus, sepenumerò non sine magno periculo excutitur, vt in principio ex Plutarcho exposuimus. Sed & Ouidius id eleganter Phaëtontis exemplo docuit, dum canit:

Lib. 7. de Variet. c. 32.

Gradarij siue tolutarij incessus duo genera.

Lib. 1. c. 56. Parthi vt equorum gressus emolliãt.

Equi trepidarij.

Pede & tripedon quid.

Sed leue pondus erat, nec quòd cognoscere possent
Solis equi, solitumque iugum grauitate carebat,
Vtque labant curuæ iusto sine pondere naues
Perque mare instabiles nimia leuitate feruntur
D *Sic onere insueto vacuos dat in aëre saltus*
Succutiturque altè similisque est currus inani,
Quod simul ac sensere, ruunt, tritumque relinquunt
Quadriiuges spatium, nec quo prius ordine currunt, &c.

Inter istiusmodi præcepta primo occurrit, vt equus aptè infrænetur, etsi hoc curatoris sit, non domini. Vt autem rectè infrænetur, Xenophon vult, vt accedat curator primùm ad læuum equi latus, deinde habenas ob caput in summis armis deponat, verticale autem attollens in dextra teneat, ac lupos sinistra admoueat, quos si equus admiserit, applicet freni lora. Sin equus os non aperiat, tenens frenum propinquum dentibus, maximum digitum manus inserat maxillis, quoniam hoc pacto plerique os pandunt: sed ne sic quidem si frenum receperit equus, tum labrum ille vrgeat ante dentem qui caninus appellatur, quod cum fit, paucissimos non admittere frenum asserit. Vult item vt curatori præcipiatur, primùm ne vnquam habenis attrahat equum, siquidem ita heterognathus redditur: deinde vt à buccis conueniente spatio distet frenum. Nam cùm illas premit, callum (inquit) solet obducere, ita sensus retunditur. Cùm autem longius dependet vsque ad sum-

Vt equus infrenetur.

Vt equus frenum admittat, & quid in freno obseruandum.

ad ſummum os, poteſtas tamen ſit equo, ſi frenum momorderit, minus parendi domino. In his E
acrem eſſe curatorem non minus quàm vlla alia in re elaborare conuenit. Tantum enim momenti in hoc eſt ſitum, libenter vt equus ferrum admittat, vt ſi quis omnino reijciat, is nulli vſui eſſe cenſendus ſit. Quod ſi curator non ſolùm cùm ad laborem equus ſed etiam cum ad pabulum ducetur, & de agitatione domum ſeducetur, frenum illi induerit, nimirum iam vltrò appetet ſtatim, vbi hoc offerri ſibi viderit. Probat hanc infrænandi rationem Camerarius & alia inſuper præcepta addit, cum frenandus (inquit) & inſternendus erit equus, tum deterſus eſto & nitidus atque pexus: frenetur autem ſic vt minimè offendatur (aliàs etiam quoſdam equos facilè offendi dixerat inter frenandum, ſiue ipſi reſpuunt ferrum, aut lorum indui vertici moleſtè ferunt, ſiue duriùs & immitiùs inuaduntur:) ita libentiùs frenos admittet, quos vidi qui initio ſale conſpergerent, quod cùm lingeret equus & ſimul manderet, frena illa pati aſſuefieret. Quidam comprimentibus equis dentes, neque recipere frena intra os volentibus, ferro labra & gingiuas vrgent: quod etſi in præſentia, niſi ſint ferociores, facit, vt admittant frenum, odium tamen illius perpetuum excitat. Quare melior eſt ratio Xenophontis, digitis premere labrum: non enim in hoc tantus ſenſus doloris, vel dolor potiùs nullus omnino ineſt. Frenantur autem hoc modo: Habenæ, quibus equus regitur, obducuntur ob equi verticem & deponuntur ad imam iubam ſeu ſcapulas, vel (ſi quis hoc mauult) ad armos aut ſpinam. Tum ſiniſtra teneat ferrum freni ſiue lupos, & dextra ſubter collum equi ſenſim circumacta verticale lorum vnà cum reliquo frenorum loreo quaſi reticulo applicet atque circundet capiti, & quæ nectenda fuerint, connectito, & catenulam qua nunc maxillæ reuinciuntur, infibulato; atque ita inſtructus equus ductorio loro, ſi conſiſtere ad præſepe diutius debeat, religator ſupernè de furcillis ſeu clatris, in quas equis fœnum noſtris moribus objjcitur, vt fœniles dicere poſſe videamur. Sed melius fuerit extra ſuam cellam productum equum in loco aperto & libero, vbi atterere latera nequeat, neque etiam attingere, quod ore impetat, reuincire, vt ibi conſiſtat tantiſper, dum conſcendatur. Atque hæc erit frenationis ferè ratio & adminiſtratio. Dentes ſcaliones & plani vulgò dicti, equis extrahi ſolent vt frenum commodiùs admittant, vt antea ſcripſimus. Quæ frena cuiuſque ori maximè conueniant, diligenter (inquit idem Camerarius) exquirendum; conuenientia autem non facilè mutanda ſunt: ea ſic indentur, ne aut augeantur buccæ, aut illa in buccis voluantur; quorum alterum callos in malis creat, alterum obſtat moderationi: nam ſic facilè morſu freni arripiuntur ab equis, quo facto illi ſe regi non patiuntur. Frænorum duo genera ex Xenophonte diximus, vnum leue, alterum aſperum, ſed vtrumque rurſus vel leuitate vel aſperitate differt. Sunt enim quædam valde leuia, quædam minus: alia aſperrima & duriſſima, alia minus; quædam media inter prædicta, pro mollitie ſcilicet & duritia equi qui infrænandus eſt. Formas eorum ſcribere omitto, quia nota apud frænorum artifices, nec poſſunt tam aptè deſcribi, quemadmodum poſſunt oculata fide videri. Aſperiores, lupati ferè dicuntur à lupinis dentibus qui inæquales ſunt, vt Seruius & Iſidorus ſcribunt; necnon lupi. Ouidius:

Frena cur ſale conſpergantur. — *Frenorum duo genera.* — *Lupata qualia frena.*

F — G

Tempore paret equus lentis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

Virgilius:

——*Prenſique negabunt*
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

Et alicubi.

Aſper equus duris contunditur ora lupatis,

Accipitur tamen lupatum ſiue lupus ſæpenumero ſimpliciter pro freno, vt apud Statium:

——*Non aſpera præbet*
Ora lupis. Et Silium: *Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.* H

Lupatus. Solinus maſculino genere dixit: *Iſque adeo ſprenit lupatos, vt de induſtria incuruatus, ruina & ſe & equitem affligeret.* Sed & lupata frena dixit Horatius adiectiuè ſumens: *Lupatis temperat ora frenis.* Plutarchus λυκοσπάδας πώλους vocat, qui lupatis aſſueti ſunt, contra ἄστομους qui durioris ſunt oris, vel frenis non aſſueuerunt. Græci frenum χαλινὸν dicunt: eſt tamen χαλινὸν ea propriè pars freni quæ ori inſeritur; inde verba χαλινοῦν, & χαλιναγωγεῖν, & Callimachus χαλινοφάγα στόματα ἵππων dixit. Pars freni quædam vocatur echinus: ſicut quod circa mentum eſt, pſellium: quod ori inſeritur, chalinus; cuius medium eſt hemium; poſt in ambitu dactylij, echini, quos mandit equus, vt annotauit Cælius ex Polluce, qui ſic habet, Freni pars quæ ori inſeritur χαλινὸς, οὗ τὸ μὲν μέσον ἥνιον, τὰ δὲ περὶ αὐτὸ, δακτύλιοι, ἐχῖνοι, τρίβολοι, ὅσαπερ μασᾶται ὁ ἵππος. Idem Pollux equum ſingularem inſtruens deſiderat κημὸς, φιμὸς, ψαλλία, χαλινός. φιμὸν autē & κημὸν Græci vocant illud vinculum quo toto oris equi ambitu quaſi fibula quadam colligato rictu morſus arcetur, auditurque illud quotidiè in pſalmo; *in camo & freno maxillas eorum conſtringe.* Hinc φιμοῦν,

2. Sympos. — *Echinus.* — *Pſellium.* — *Chalinus.* — *Henium.* — *Dactylij.* — *Li. 12. c. 18.*

A φιμῶν, idem quod ἐπιστομίζειν, quod ἀναλαμβάνειν, aut ὑπολαμβάνειν. Pastomis (aliàs postomis, quod minus placet,) dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur, Græcè ἀπὸ τοῦ στόματος, vt citat Nonius in hoc Lucilij: *Pastomides huic ingentes de naribus pendent.* Habenæ lora sunt frenis annexa, quæ manu tenentur, vnde & retinacula nuncupantur. Græci ἡνίας vel ἡνία dicunt ἀπὸ τοῦ ἀνίω τὸ λυπῶ, aut ἀπὸ τοῦ ἱέναι καὶ συνδεῖν τοὺς ἵππους: non solùm enim de celete equo id est singulari ἡνία dicuntur, sed etiam de iunctis curru aut biga, vt Varinus docet: Hinc ἡνιοχεῖν est manu tenendo habenas equum regere. Xenophon habenas laudat æquales, non infirmas, nec lubricas, neque crassas; vt etiam hasta illa manu, si opus sit, comprehendi queat. Harum maiorem apparet esse necessitatem quàm frenorum cùm multi planè frenis non vtantur, vt de Massylis & Numidis dictũ, quos infrenes inde dixit poëta qui sola virga equos regebant; & Strabo author est Maurorum equos collaria (περιτραχήλια) habere è ligno aut pilo confecta, vnde habena dependet: Nunc & in vilioribus equis similia vsurpantur collaria, sed his cùm ad currus onustos eorum tantum vsus sit, nulla etiam habenarum ratione, lora affiguntur, quibus currus protrahuntur. Insolens verò etiam fuit olim Indorum frenandi equos modus, de quo sic Arrianus. *Equi eorum non sunt ephippijs instructi, sed neque*
B *frenis ita vt Græci aut Celtici: nam summum equi os corio bibulo crudo ambitur: quod consutum est & annexum: continet autem stimulos ex are aut ferro introrsum conuersos: ditiores eburneos parant. Cæterum ori ferreum inditur instrumentum obeli figura, (hoc est rectum & oblongum,) à quo habenæ dependent. Habenis attractis, obelus equum coërcet, & stimuli ab eo pendentes pungendo habenis parere cogunt.* Hæc ille, habenas ῥυτῆρας nuncupans, sed & ῥυτὰ dicuntur, quanquam plerique χαλινὰ interpretentur. Ῥυτῆρες dici Varinus ait δι' ὧν ἐρύονται ἵπποι ὧδε καὶ ἐκεῖ. Ab ἡνία apud Lacones ἡνιοχαράτης dicebatur, qui iuuenes in re equestri instituebat, vt idem Varinus annotauit: ἀφηνιάζειν autem dicuntur equi contumaces & præferoces, cùm rebelles sunt habenis, & frenum morsu corripiunt, vel aliter per vim sessorem in via instituta auferunt. Herodianus eleganti metaphora vsurpat pro imperium detrectare, ac subditum esse nolle. Cæterùm rarior puto equorum quibus sola frena & habenæ addita erant, vsus erat, nisi simul insternerentur, quamuis nudos istos desultorios dici velint, nam & talium vsum in venationibus Martialis improbat, dum canit:

Stragula succincti venator sume veredi,
Nam solet à nudo surgere ficus equo.

C Stragulum autem idem & stratum dicebatur: Seneca apud Lucilium: *Stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit sed stratum eius & frenos.* Liuius: *malis strata detrahi iubet*: vnde equos stratos & instratos dicimus, qui eis ornati sunt. Liuius: *Armatos deinde instratisque equis signum expectare.* Eosdem & ephippiatos vocamus ab ephippio, quod, vt Varro ait, tegmen est equi ad molliorem vecturam paratum. Sed Varro equos non eodem modo parari ad ephippium ait, vt ad prædam, quasi in venationibus equi non insternerentur, id quod allato etiam loco Martialis insinuare videtur. Ephippium vulgus sellam nuncupat, non inepto vocabulo, nam licet Budæus ephippium de equo dici inquiat, sellam non item: Isidorus tamen sellam à sedendo dici ait, & inter equi instrumenta enumerat: eodemque vocabulo vtitur Vegetius, dum ait: *Africa quos velocissimos præstat ad vsum sellæ.* Et rursus: *Equorum mulorumque genus sub sellis aut sagmis solo tergo præstat officium.* Græcè ἐφίππειον rectè scribitur, nam ἐφίππιον equorum potiùs currentium certamen est. ἔποχον idem quod ephippium, item σάγη & σάγμα, sed σάγμα de vilioribus equis & iumentis alijs potius dicitur, vulgo il basto, vnde equum & caballum sagmarium dicimus, quo vilior adhuc clitellarius, qui mulorum asinorumque more clitella onera in dorso fert & sarcinas, vnde & sarcinarius & dorsuarius quoque vocari solet. Cingula vocatur cannabinum illud lo-
D rum latum, quo venter equi cingitur, ne diffluat ephippium, antilenæ verò coriaceum illud quo cingitur pectus; postilena quod sub cauda poni solet. Sed & cingulas laterales legimus, quas Gesnerus eas interpretatur, quæ à lateribus cingunt quasi de iugalibus & currui iunctis tantùm dicantur; sed & cingulæ coriaceæ ex ephippijs è lateribus ornatus gratia equitantibus proceribus dependent, quas puto rectiùs sic vocabimus. Persas testatur Athenæus lib. 12. 4. plura strata in equis habere, magis molliter sedere, quàm rectè equitare cupidos. Quid modo circa cingulas & ephippij instrationem fieri à curatore debeat, docet Camerarius. Bene quidem (inquit) cingula (mallem cingulis, cingulum enim teste Isidoro hominum est, cingula animalium. Ouidius: *Vt noua velocem cingula lædit equum.* Apud Apuleium, vbi Lucius ait; *si ephippia fucata singula armata sint*, lege *cingula*, ex Ioan. Baptista Pio Bonon.) strati adduci cùm ad alia prodest, tùm minus reddit molestum & graue pondus sessoris, cùm strata non quasi volutantur super equi tergo. Strata autem placidè apponentur ita, vt curator ad latus sinistrum accedat, & stratum sine impetu & tumultuatione, quàm molliter poterit fieri, super dorso equi deponat, vt illius veluti capulus supra spinam, qua parte ceruix exoritur, sistatur: omnia autem quæ expedita esse debent, cauebit,

Marginalia: Habenæ. — Habenarum necessitas. — Lib. 8. de gestis Alex. Indi vt equos frenent. — Nudorum equor. rariorem fuisse vsum. — Lib. 14. — Ephippium quid. — Sella. — Equus sagmarius. — Cingula. — Antilenæ. — Postilena. — In cingulis quid obseruandum. — Amor. 4. — Cap. 194. — Strata vt imponenda.

uebit, ne super stratum dorso equi impingantur, vt sunt cingula & illa sessionis adminicula, & lorum pectoris siue armorum, necnon reticula illa lumborum, si annexa forte sibi stratum habeat. Tum deinde primum omnium annectitur lorum pectoris & per illa reticula, si adsint, cauda exeretur, vt fieri consueuit, atque ita strati diligenter compositi vinculum adducemus, & infibilabimus cautè. Nam benè equitant, qui bene cingunt. Idque vt antè dixi, equo prodest: neglectum verò eques vt leui impulsu delabatur, in causa esse poterit. Hoc cingulum debet crati pectoris subligari, non aluo atque ilibus. Instrati vel inditis vel nondum inditis frenis, minus laxè reuincientur, ne fortè procumbant, id quod neque equo bonum, & stratis nocet. Educi autem optimum de cella tum equos in aperta & libera loca, & alligare loro prolixiore: ibi vt quasi arbitrio suo aliquantulum versentur; quo generosos admodum delectari putant. Etiam ad eas partes, quas cingulum obit, sæpius respiciendum, ne fortè illo perusta cute vulneratæ sint: quod malum citò curari debet, & facilè poterit intertriginum communibus & notis omnibus remedijs. Pompicum equum conscensurus eques calcaribus non indiget, nisi ignauus ille sit & parum alacris. Animosi enim indignantur, & ictu læsi tanquam accepta iniuria in cursum præ iracundia aguntur, & impetu, qui periculosus est domino, propter iram feruntur: Quod si quis equitandi artis imperitus fuerit, parumque firmè insederit, illum etiam excutiunt, & ab instituta via auferunt, & in posteriores pedes erecti tergiuersantur. In bello verò calcarium vsum fuisse nulli dubium esse debet. Virgilius enim id ostendit:

Qui bene equitent.

Calcaribus qui egeat & qui non.

Calcarium vsum fuisse in bello.

Aeneid 6.

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

Lib. 7. bell. Punic.

Et Silius:

—— Ferrato calce atque effusa largus habena
Cunctantem impellebat equum.

In itinere calcarium vice ferè flagello vtimur, è summis arborum partibus, id est virgis lentis & flexilibus, è loris, è neruo taurino, atque è corio, quod propriè scutica dicitur, nam σκύτος Græcis corium est. Poëtæ etiam virgam dicunt. Martialis:

Scutica.

Et Massylæum virga gubernat equum,

Silius:

Quadrupedem flectit, non cedens virga lupatis

Mastix.

Μάστιξ pro quouis flagello accipi potest, vnde Μαστίζειν flagellare, vt ἀπὸ τοῦ κέντρου id est calcari κεντρίζειν, id est stimulare siue calcar addere, pro quo & μυωπίζειν passim legimus, nam & μύωψ calcar est. Πλῆκτρον verò tam de flagello quàm de calcari dicitur. In conscensione maximè vtilis est placiditas & moderatio, cautioque ne qua res aut species tum obijciatur equo, quæ illum percellat & perturbet, aut etiam perterreat. Quod si hoc etiam obtentum sit, (inquit Camerarius) equus sessorem suum vt agnoscat & illo gaudeat, nihil ad commoditatem conscensionis iam poterit deesse. Ipse qui conscendere volet, habenas teneto medias, & capulum strati sinistra, dextra autem librato corpus, quò residat expeditiùs, neúe mole corporis quasi inflicta equum lædat. Iaponenses equos ascendunt à dextro latere, vt refert Boterus. Ad inscensionem tam instratum quàm nudum equum assuefieri rectum fuerit, vt placidè consistat propter adminiculum siue hoc saxi siue etiam soli editioris sit. Quod si accedere aut stare nolit, aut vehementiùs quoque renitatur, tum blandimentis atque affabilitate potiùs etiam mitigabitur, quàm minis & increpatione ac plagis compelletur. Si enim tum vapulet, aut inclametur, nunquam inscensio grata huic futura est, à qua dum abhorrebit, semper trepidabit, ac tumultuabitur, ad conspectum conscensoris. Inter conscendendum cauebitur, ne habenæ quibus equus regitur, attrahantur in alteram partem. Dominis conscendentibus famuli adesse debent, & solent, cum non desides sunt neq; ignaui. Hos ab altera parte basim dimidiati orbiculi ferrei, quæ sunt sessionis adminicula, retinere probatur nobis, ita enim mollius inscendet eques, & erit inscensio equo minus molesta: attrahi autem ab illis habenas non oportet, sed omnino liberum relinqui os equi. Istiusmodi equitantium adminicula quibus sessoris pedes inseruntur, staphas nuncupat inscium vulgus, Auicennæ interpres primo Canonis subsellares, quod sub sella propendeant. Monet autem ibi Auicenna, non oportere subsellares aut pedum integumenta esse iusto arctiora, quoniam eius membri motus longè faciliùs arcere valeat frigus. Grapaldus eleganter & Latialiter stapedes dici scribit, quia in ijs sessores dum terga (inquit) premunt equorum, pedes habere consueuerunt. Veterum equos neque legimus, neque ex monumentis eorum aspicimus, huiusecemodi pedum sustentacula habuisse: vnde non sine labore ac molestia, præsertim qui viribus non valebant, in equos conscendisse ait Petrus Victorius, ideoque qui vias militares sternebant, vt laborem illum minuerent, in lateribus viarum collocasse altiores quosdam lapides & tanquam quædam pusilla suggesta excitasse, ex quibus paruo negocio quilibet, tenui etiam corporis firmitate, poterat se conijcere in dorsum equi: βῆμα autem hoc, quod (inquit) dixi, valere apertum est: Hinc βιβημάσαι apud Polybium. Manifestissimè

Plectrum.

Conscensionis præcepta

Stapha.

Subsellares

Stapedes.

Veteres stapedibus carebant.

Lib. 37. Var. lect. cap. 15.

A Manifestissimè verò id ostendit Plutarchus in Caio Graccho: qui cùm omni ratione consuleret commodis multitudinis, studeretque cunctorum Italiæ populorũ animum sibi conciliare, in alijs etiam plures vias strauit, & cùm ipsas commodas valdè fecisset atq; ornasset, curauit etiam vt lapidibus certa mensura positis & columellis quibusdam notarentur milia passuum, & alijs itidem propinquioribus lapidibus effecit, vt qui equo veherentur, possent in illum facilè ascendere sine instrumento illo, quo huic rei facto, vtebantur, cùm imponi in equũ vellent & ἀναβολία ipsum vocabant. Cæterùm istiusmodi lapides in vijs erectos fuisse putem equitationis imperitis. Suprà enim ex Vegetio ostendi apud antiquos moris fuisse, vt equi lignei hyeme sub tecto, æstate in campo ponerẽtur, super quos iuniores primùm inermes consuetudine proficerent, demum armati ascendere cogerentur: tãta quidem cura, vt non à dextris modò, sed à sinistris partibus & insilire & desilire discerent, euaginatos etiã gladios, aut quid simile manu tenentes. Nostri equites plerunq; ex istiusmodi sugestis in equos ascendunt, id quod in ijs maximè laudandum qui equitationis minus gnari sunt, quandoquidem neq; seipsos inter conscendendum offendũt, neq; ponderis sui impetu equo molesti sunt.

Lib. 3. Hist.
Antiqui vt in equos ascenderent.
Lib. 1. de re mil.

Bonum & hoc (inquit Xenophon,) tenere curatorẽ imponendi in equum sessoris Persicum morem, vt cum ipse dominus in morbo & senecta habeat, à quo in equum facilè imponatur,
B tum alteri cui gratificari voluerit, copiam illius facere possit. Volaterranus Persicum hũc morem in epitome sua in Xenophontem, fuisse ait, vt dorso domini pedes sustineret, id est, vt dominus ex tergo mancipij sui tanquam ex lapideo sugesto in equum conscenderet. Cõmodum etiam esse scribit Xenophon, si equus etiam edoctus fuerit se submittere. Fit autẽ hoc, vt annotauit Pollux, cùm cruribus diuaricatis humiliorem se præstat equus, & veluti subsidit, quo facilior sit conscensio.

Hastato militi vt conscẽdẽdum.

Quomodo militi hastato sit conscendendũ docuit idem Xenophon his verbis: Conscensurus equũ primùm de freni parte inferiori seu etiam de annulo bullave huius religatum lorum ductorium, (ῥυταγωγεὺς vno verbo Græcis est) aptè sinistra manu prehendet, ea laxitate, vt neq; sit insurgens, pilisq; auribus vicinis inhærens, neq; si de hasta saltu conscensurus est, conuellat equũ. Dextra capiet habenas depositas in summis armis vnà cum iuba, ne scilicet vllo pacto cõuallat habenis os equi. Postquam se alleuarit ad conscensionem, tum igitur sinistra quidem librato corpus, dextra verò intensâ subleuet se ipse. Huiusmodi conscensio etiam à tergo omnem deformitatis aspectum excluserit. Conscendet autem crure incuruato, neq; genu dorso equi impinget, sed in latus dextrum tibiam traijciet. Vbi verò iam circumactum pedem applicuerit, tum deinde & natibus resideat super equo.
C Quod si fortè eques sinistra manu ducet equum cùm gestet dextra hastam, equidem censeo vtile esse, visum sibi illo vt paret etiam à dextro latere conscendendi. Neque vlla alia ad hoc scientia opus, quàm quæ dextra paulò ante exequebatur, ea vt sinistra agat: & contrà, quæ sinistra, vt tum dextra. Hæc ideo laudatur à nobis conscendendi ratio. Nam simul ac conscenderit eques, paratus mox est ad omnia, si quod forte ingruat subitum certamen hostibus ingruentibus.

Vbi iam resederit eques (inquit idem Xenophon,) siue super nudo equo, seu iam in ephippio, non laudatur quasi curulis sessio, sed vt cruribus diuaricatis maximè rectitudo custodiatur: sic enim & feminibus firmiùs adhæserit equo, ac erectus validiùs & coniecerit iaculum, & ictum si res poscat, intulerit ab equo. Hoc etiam studendum, tibiæ vnà cum pedibus vt remissæ sub genibus dependeant. In rigiditate enim si crus aliquopiam impegerit, periculum fuerit ne frãgatur: fluxa verò tibia facilè cesserit offendentibus, neq; femur tamen demutauerit. Curabit & hoc eques, vt quoq; truncus id est ea corporis pars quæ est supra coxas, quasi ad fluxum quendam agilitatis composita sit: hoc enim modo & efficacior fuerit, & minus, si quis detrahere aut impellere conetur, subsultarit. Cùm iam resederit, vt tum consistat placidè equus institutus esse debet, dum attrahet eques, si quid fortè oportet, & habenas coæquet & hastam adaptet. Tum deinde brachium læuum lateri adpo-
D nito, qui habitus equitis est elegantissimus & robur manui addit. Habenæ laudantur æquales non fragiles neque lubricæ, neq; crassæ: etiam hasta illa manu, si opus sit, comprehendi vt queat. Pollux itidem sessionis præcepta isthæc tradidit, vt insidens equo femina non admodum premantur, sed pedes molliusculè suspendãtur, ita vt stanti similis appareat equitaturus. Validior enim (inquit) qui stat quàm qui sedet. Vult etiam curari, ne quam corporis equi partem laborantem attingat eques, vt pedes aut latera: quoniam has præcipuè partes in perpetuo motu esse oporteat: quin & equum faciliùs portare, ritè insidentem. Nonnulli in equis iacent verius quàm sedent, sed hi equos non solùm pondere sed pigritia sua grauant & debilitant, vt sub illis ingrediantur difficiliùs & celeriùs defatigentur. Atq; talibus equitibus tamen, nisi strata sint penè plumis, vt nunc multis in locis fit, efferta, femina facilè aduruntur, itemq; nates: Quod si accidisset, veteres remedio esse prodidere, vt illinatur spuma equi collecta de ore & inguinibus. Vult modò Camerarius, vt eques cùm se collocarit in strato, tũ adductis habenis quasi erigat caput equi: nã ita (inquit) pergendũ esse equus intelliget; vultq; vt tum sessor paululũ remittat habenas, sic tamẽ semper, vt teneat arduiores, neq; has vnà cum manu defluere patiatur, quoniã hoc equos segniores reddit in defatigatione: cõtrà diligens

Sessio qualis esse debeat.
Habenæ quæ laudentur.
Sessionis præcepta.
Adustio natium vt curanda.

ligens & attenta habenarum prehensio, vegetos efficit. Cæterùm cùm aliquibus ora sint neque dura neque mollia, magis tamen dura (vt videtur) quàm mollia: ideoque si initio cùm incitatur, & adigitur ad cursum aut gyrũ, ita postea regere & pro voluntate quenq; sua moderari facilè posse asserit. Equum tamen natura generosum, etiam laxato ei freno, erecta ceruice pergere; ignobilem freno cogendum. E

Equitationis initium quale esse debeat.

Præterea monet, vt initia agitationis semper sint lenta & placida, sensimque progressiones maiores fiant, dum ad cursum, si videatur, & hunc ipsum intensiorem perueniatur: itemq; ne subito attractis habenis incitatos retineamus, nam lentè desinere agitationem, ita vt cæperat, æquum esse. Esse autem ait quosdam equos ad hoc etiam assuefactos, vt de incitatissimo cursu repentè consistere & subito omni vi excurrere sciat: sed hoc singulare esse, neq; in præcepta referri posse.

Præcepta progressionis.

Habemus postremò etiam Xenophontis præcepta de progressu & elegantiori in progrediendo equi forma. Signo dato (inquit) vt equus progrediatur, fiat hoc initio pedetentim; ita minimè turbabitur. Habenæ, si flexibilior fuerit equus, attollantur manibus paulò altiùs: sin caput protendet, premātur. Sic enim forma reddetur venustissima. Post hæc si suo proprio gressu pergat, abiq; minima molestia corpus quasi lentescet & equus libentissimè ad cursuram conuertetur atq; incitabitur. Hic cùm opinio sit à læua parte initium facere pulchrius esse, ita hinc potissimum incipietur, si gressum post consensionem dextrum mouente equo, tunc signum datur ad cursuram: ita enim ille sublaturus læuum, ab eo principium fecerit cursus: cumq; ad sinistrā conuertetur, sic etiam flexuram incipiet. Fit enim vt equus si conuertatur in dextram, dextris etiam partibus procedat, in sinistram verò læuis. Sic ille. F

Equitatio nostri temporis.

Iam verò sunt quædam horum temporum à veterum more diuersa, ac pleraq; omnia barbara & immania, letaturq; audacia & temeritas nostrorum hominum similibus bestijs. Quippe qui maiora pericula ludere in equis soleāt, quàm vnquam in vllo circo ædita comperiantur. Nam incitatis videas equis in medio quosdam & contentissimo cursu sic insidere, vt remissis habenis ambas manus sursum & in latera iactitent: quod tamen factũ scio, (inquit Camerarius,) cui mortem & exitium attulerit, cùm ita, vt diximus, instigatus equus ad saxum offendisset, & obruisset impetu illatus sessorem. Aliqui de arduissimis cliuis atque etiam montibus præcipitijsque ad cursum equis adactis deferri, in laude & ostentatione ponunt. Quid ille? qui per scalarum plurimos gradus vix & difficili molitione attractum equum conscendit, & de editiore eo loco desilire secum, verberibus, calcaribus atque voce coēgit? Quid verò alter? qui in roboreum lacum, cuiusmodi in oppidis ferè adductæ aquæ excipiuntur & continentur, cum instigato equo insilijt. Taceo totam illam in venationibus agitandi temeritatem, vbi omnia insequentibus conspectas feras esse plana oportet; quæ & Teutonico prouerbio notatur, quo dici solet, de manibus & pedibus tum actum videri, scilicet quòd inter hanc vita si conseruetur, felix eques fuisse videatur. G Verùm si ratio & disciplina accederet, nunc quidem, vt ego iudico, res equestris ad quandam admirabilem perfectionem perduci facilè posset: Ita est instructio equorum præclara & commoda & omni à parte tam equis quàm viris apta atq; oportuna. Sed hæc de domitura atque institutione equi atq; equitationis studiosis hactenus dicta sunt, quibus si addidero, qui primùm hanc artem inuenerunt, nemo puto vitio vertet.

Qui primũ equitationẽ inuenerint. Lib. 2. Mithol. c. 8. Sesonchoses Aegypti rex. Pegasus. Amazones. Lib. 9. Var. hist. Mares eiusque figura. Hippomiges Centauri. Georg. 3. Lib. 6.

Enarrator itaque Apollonij scribit referente Natali de Comitibus Sesonchosem Aegypti regem primum inuenisse equum ascendere. Plinius verò Bellerophontem Glauci regis filium omnium primum equo vehi docuisse author est: Pegasum videlicet, alatum equũ cùm in Chimeram iret, ascendisse: Et Pindarus eundem Bellerophontem tradit frenum aureum dono à Pallade per somnium accepisse inuectum Pegaso, indeq; postmodum infrenandorum equorum vsum ad posteros emanasse; cuius rei memoriam Corinthios aiunt numismate expressisse, in quo Pegasus esset cusus, eumque ab Eubulo Anchise τῆς Παλλάδος πῶλον fuisse appellatum. Inuenio verò Lysiam rhetorem memoriæ prodidisse, Amazonas primas fuisse hominum quæ equos ascendere fuere ausæ atque hoc suo inuento fretas, plurimas regiones inuasisse. H Iam & Aelianus commemorat, antiquissimum in Italia virum fuisse nomine Marem vulgò dici, cuius anterior facies hominis, posterior equo similis fuerit, id quod Græcis sonat Hippomiges. Fabulæ ansam dedisse quòd primus Mares equos domare docuerit. Quod idem de Centauris (inquit) quidam putant: sed putant etiam nonnulli Marem fuisse Thessalum, & Virgilius hanc inuentionem Thessalis ascribit:

Frena Pelethronij Lapithæ gyrosq; dedere
Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo & gressus glomerare superbos.

Ita etiam Lucanus:

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen
Exiluit, primus chalybem frenosq; momordit
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.

Hippocentaurus quid Plutarcho.

Item Plinius: *Pugnare ex equo Thessalos inuenisse tradunt, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem.* Hinc apud Plutarchum hippocentaurus (qui idem est cum Centauro) dici videtur pro equitatore præstantissimo & inexsuperabili. Ipse (inquit) se ait perniciter currere, illum autem volare, se commodè in equo vehere, ἀλλὰ τί πρὸς ἱπποκένταυρον τοῦτον; quod est, vt vertit,

A vt vertit Cælius, sed quid ad hippocentaurum hunc? Non desunt denique qui equitandi artem
in Libya compertam primò tradunt: Qua ex causa nuncuparit Pindarus in Pythijs Κυρήνην ἱππαρ-
χὸν: etiamsi ad id referunt alij, quòd ab Neptuno edocti sint Libyes currus iungere; quin & Pal-
lada equestrem in Libya genitam. Neptunus autem etiam equitandi artem inuenisse dicitur, vt *Cyrene eque-*
infra dicetur. *stris dicta.*

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.



CCVLTAM quandam gallinacei generis amicitiam esse cum equo alijsque *Amicitia*
iumentis, adeo vt vix natus pullus ea nihil reformidet, ostendimus in nostra *cum gallinis*
Ornithologia. Amatur & ab Otide equus, vt Aristoteles testatur, & Aelianus, *Cum Otide.*
otis (inquit) ex omnibus auis equorum studiosissima censetur: nam cùm cæte-
ra animalia in pascuis oberrantia aspernetur; equum vt aspexerit, magno statim
B cum gaudio ad ipsum aduolans, appropinquare pergit. Vnde qui Otides ve-
nantur equinam pellem induunt. Apud Orum vbi scribit Aegyptios significaturos hominem vi- *Orus emen-*
ribus infirmum, qui fortiorem fugiat, otidem & equum pinxisse, legendum fortassis anthos (flo- *datus.*
rus) hæc enim auicula teste Aristotele equum odio habet. Pellitur (inquit) ab equo pabulo her- *Inimicitia*
bæ qua vescitur: nubeculans hic, nec valēs acie oculorum est, quippe qui equi quidem vocem imi- *cum floro*
tetur, atque aduolans equum fuget: sed interdum excipiatur occidaturque ab equo. Aliàs Orus *aue.*
aliorum scriptis aduersatur. Cum struthiocamelo non benè etiam conuenit equo, nam equum
aiunt hanc auem refugere, nec intueri audere, vt Cardanus annotauit. Sed fortassis camelum *Cum Stru-*
dicere voluit. Hic enim equis naturali quodam odio aduersatur, vt Aristoteles & Plinius asserunt. *thiocamelo.*
Quantoperè autem equus camelum reformidet, Cyrum & Cræsum agnouisse aiunt, inquit Ae- *Cum camelo*
lianus. Equidem Cyrus pugnaturus aduersus Cræsum, camelos contra equitatum instruxit hac *Cyri astus.*
ratione, quòd camelum equus reformidet adeò quidem, inquit Herodotus, vt nec speciem eius
intueri, nec odorem sentire sustineat. Id ideo commentus est, vt equitatum Cræsi, quo ille se
prævaliturum considerabat, inutilem redderet. Simul atque in pugnam itum est, equi olfactis pro-
tinus conspectisque camelis retrò se auerterunt, vnde spes Cræsi perijt. Aliàs idem Hesiodus de
C Xerxe loquens, eiusdem odij meminit: Camelis Arabes loco equorum vtuntur pernicissimis. Cùm
Xerxes contra Græcos exercitum duceret, equitum habuit octoginta millia. Arabes in vltimo lo-
cauit, ne equitatus consterneretur; Equi enim camelos aspicere non sustinēt. Hæc ille: Tradit itaq;
Aelianus Persas post Cyri pugnam in Lydia camelos simul cum equis alere, equorum metum ex
camelis conuictu conantes expellere. Elephantorum aspectum etiam non ferunt; vt ex Romana
historia passim notum est. Iulius Florus de bello Tarentino scribens, in quo Pyrrhus pro Tarenti- *Cum ele-*
nis pugnauit, huius dissidij meminit in hæc ferè verba. *Apud Heracleam & Campaniæ fluuium Sirim,* *phantis.* *Lib. 1. c. 18.*
Leuino Consule prima pugna, quæ tam atrox fuit, vt Ferentanæ turmæ præfectus Obsidius, inuectus in *Romanorũ*
regem, turbarit coëgeritq́ proiectis insignibus prælio excedere. Actum erat, nisi elephanti conuersi in spe- *cum Pyrrho*
ctaculum belli procurrissent, quorum tum magnitudine, tum deformitate & nouo colore simul ac stridore *rege pugna.*
consternati equi, cùm incognitas sibi belluas amplius quàm erant suspicarentur, fugam stragemq́ latè
dederunt. In Apulia dein apud Asculum meliùs dimicatum Fabritio Aemilioque consulibus. Iam
quippe belluarum terror exoleuerat, & C. Minutius quartæ legionis hastatus vnius proboscide ab-
scissa mori posse belluas ostenderat. In Persarũ quoq; exercitu aduersus Iulianum, elephantorum
formidandam speciem & truculentos hiatus vix pauidæ mentes perferebant, vt scribit Ammianus
D Marcellinus, & ad eorum stridorem odoremq; & insuetum aspectum magis equi terrebātur. Itaq;
Cæsarem tradit Hirtius bellaturum in Africa, equos suorum militum priusquam Roma discederet, *Cæsaris*
ad elephantorum quos in Italiam deferri curauerat, aspectum assuefecisse, stridoremq; & odorem. *astus.*
Idem Cæsar referente Polyæno cùm in Britannia ingentem fluuium traijcere conaretur, rex verò *Lib. 8.*
Britannorum Cassouellaunus cum multis equitibus & essedis transitũ arceret, assensio maximo qui
ipsum sequebatur, elephante, Britannos terruit, equosq; eorum fugauit, & cũ suis sine vllo pericu-
lo flumen transmisit. Cæterùm magis mirandum fuerit, quòd ne tympana ferre possint equi, si ex *Tympana*
pellibus vel elephāti, vel cameli vel lupi facta fuerint: Hisce enim auditis aufugere Baptista Porta *quæ horreāt.*
asserit Lupum autem præ cæteris animantibus reformidant, in tantũ, vt rumpi eos traditũ sit teste *Li. 10. Ma-*
Plinio, qui vestigia Luporũ sub equite sequuntur. Alicubi idem Plinius scribit vestigia lupi calcata, *gia nat. c. 7.*
equis afferre torporē, in cruribus videlicet, vt Pāphilus ait in libro rerum naturaliũ, vt citāt Geopo- *Cum Lupo.*
nica, necnon & Ælianus, qui præterea addit, si lupi calcaneum equi quadrigā trahentes conculcēt,
sisti, tanquā cum quadriga conglaciati essent. Ægyptij itaq; significaturi mulierem quæ passa esset *Abortus ty-*
abortum, pingebant teste Oro, quæ lupum presserit. *Equa enim* (inquit) *abortit, non modò si lupum* *pus.*

calcauerit, ſed etiam ſi ipſius veſtigia attigerit. Cùm inteſtinis verò lupi præcipuam aiunt eſſe antipathiam. Scribit enim Pierius Valerianus nunquàm tranſituros equos, vbi lupi inteſtina ſunt defoſſa. Dentes verò luporum maximos Plinius aſſerit infatigabilem curſum præſtare equis dici, ſi eis alligentur, & Zoroaſtres in Geoponicis tradit equum à lupo ſauciatum, bonum euadere ac velocem. Hinc fortaſſis Lycoſpades tales equi dicti fuerint, de quibus cùm multa memoratu digna legantur, hic potiùs quàm alijs noſtræ hiſtoriæ locis dicendum fuerit. Cælius in primis equi cur dicantur Lycoſpades, etymum duplex ſe comperiſſe putat, quorum alterum eſt de freni genere quòd Lycon vocant, noſtri lupata, ſicut Georgicorum tertio, *duris parere lupatis*: Quo in loco Seruius & qui ab eo mutuati ſunt plures, eſſe lupata tradunt frena aſperrima, ſic de lupinorum dentium ſimilitudine nuncupata, quos eſſe inæquales conſtet: vnde & morſus infigatur ſummi nocumenti. Hoc verò frenorum genus equis adhiberi perferuidis, ſæpeque in obſitam animoſitatem rebellibus, vt retundatur impetus hebeſcatque generoſitas nimia, moris eſſe, nemo non nouit. Sunt qui malunt Lycoſpades inde dici, quòd qui pullina ætate in lupos inciderint, ſi periculum euadant, inſigniter bonitate proficiant ac pernicitate. Cæterùm propenſione dignum cur nam eiuſmodi caſum conſequatur euentus hic, niſi dicamus, ideo credi vehementiores effici equos ab ea impoſtura, quòd ſi fuiſſent natura tales, haudquaquam dilabi valuiſſent: neque enim prudentem euaſiſſe Vlyſſem dictitamus Cyclope declinato; ſed ideo declinaſſe, quia foret prudens. Hæc Cælius: Tranſtulit autem ex Aeliano, (vel Plutarchi ſympoſiacis,) ex quo rurſus eadem repetere interprete Gillio, vt clariora fiant, nihil prohibet. Lycoſpadas igitur (inquit ille) alij ideo dicunt à frenis lupatis appellari, quòd his effrenationem præcipitem ſeſſores moderentur. Plutarchus ex parentis ſui ſententia exiſtimat hos optimos & velociſſimos eſſe, qui à lupo appetiti, ex eius faucibus euaſerint: quod ipſum dubitationem habet, cur ij quos Lupus mordicus preſſerit, acriter animoſi efficiantur, cùm feræ beſtiæ morſus terrorem potiùs quàm animum facere videatur: & timidi effecti quemadmodum feræ tendiculis attentatæ, magis inſidiarum metuentes ſunt: ita hi à currendi celeritate ſeſe ſuſtinent. (τὰς ὁρμὰς ὀξυῤῥόπως καὶ ταχείας ἴσχουσι. Plutarchus: accipit autem ἴσχειν pro ἔχειν, inquit Geſnerus, non pro ſuſtinere & morari, vt Gillius ineptè vertit.) Quamobrem dicimus huiuſmodi equos non ex eo magis ad currendum præſtare, quod cùm pulli eſſent, ex lupis euaſerunt, ſed quia animoſi & veloces natura eſſent, propterea effugiſſe. Eiuſdem rei (cur inquam equi ex rictu luporum ſeruati, alacriores, θυμοειδεῖς, eſſe dicantur) cauſam inquirit idem Plutarchus in ſympoſiacis, ex cuius verbis vel Aelianum erraſſe qui ex Plutarcho tranſcripſit, vel interpretem potiùs (nam Græcum exemplar non vidi) facilè apperet. Ipſa quidem Plutarchi verba ſic verterim: cùm pater meus equorum pullos, qui lupi morſum effugiſſent, bonos & celeres euadere diceret, & multi qui aderant idem affirmarent, quæſtionem propoſuit, cur hic euentus θυμικωτέρους καὶ γοργοτέρους (animoſiores & velociores: nam & paulò pòſt ſubdit, θυμικοὶ καὶ ταχεῖς) reddat equos. Et cùm pleriſque videretur, hoc caſu equos non animoſos, ſed potiùs timidos fieri: itaq; iam prorſus pauidos vel leuem ob cauſam ſtatim ad curſum & velocitatem excitari, ſimiliter vt feræ illæ quæ ſimul irretitæ fuerint. Ego verò conſiderandum duxi, ne contrà potiùs res ſe habeat quàm pleriſque videatur, nempe vt non quia lupos effugere, velociores fiant equi, ſed quia natura veloces erant, iccirco effugerint. Hæc de Lycoſpadibus equis Geſnerus, cùm quibus an ijdem Lycophori ſint, haud (inquit) ſcio. Heſychius quidem & Varinus in vocibus ἰτίδες & ἰνδεῖς, eoſdem facere videntur. Vtriq; etiam à celeritate commendantur. Sed differre videri poſſunt, quia aliam rationem cur dicti ſint Lycophori (quàm de Lycoſpadibus ſuprà retulerim) affert Strabo his verbis: Fama eſt inter Venetos celebrem admodum fuiſſe quempiam qui in faciendis vadimonijs ſtudio non mediocri teneretur, qua ex re & hominum iocis carperetur. Is igitur in venatores fertur incidiſſe, qui irretitum haberent lupum & illis per iocum rogitantibus, velletne pro lupo vadem conſtituere? vt illata ab eo damna perſolueret? ſic è retibus belluam dimiſſuros. Fide iubere ſe confeſſus eſt: Emiſſum deinde lupum, magnum equarum armentum agitantem nullo notatum cauterio ad fideiuſſoris ſtabulum adduxiſſe. Eum recepta gratia, equabus lupi notam inuſſiſſe, & inde Lupiferas (λυκοφόρους) nominaſſe, velocitate magis, quàm pulchritudine præſtantes. Cuius ſucceſſores & ſignum & nomen, equarum generi ſeruaſſe, vtque ſolis eis ſtirps ipſa legitimè perduraret, fæminam nullam alienare conſueſſe. Equinam hinc præcipuæ celeritatis progeniem extitiſſe. Hac verò tempeſtate, vt diximus, omnis huiuſmodi rei defecit exercitatio. Hucuſque Strabo. Nunc ad alia animantia cum quibus equo antipathia eſt accedimus. De vrſo & equo ſic ſcribit Porta: Equo animali obſequijs hominum nato, capitale diſſidium eſt cum vrſo, homini noxia beſtia: agnoſcit hoſtem numquam viſum ac protinus ſe parat ad pugnam, in qua arte potius quàm viribus vtitur; & audiuimus vrſos in ſolitudine fugatos tympani ſonitu, cùm ex equina pelle confici ſolitum ſit. Si calcet equus veſtigia Lupi, obtorpeſcere ſuprà dictum eſt, idem Raſis & Albertus de Leone

quoque

Lib. 11.

Lycoſpades equi qui.

Lupata quæ

Cur pulli à Lupis morſi, in alacres & generoſos euadant.

Lib. 2. q. 8.

Lycophori equi.

Lib. 5.

Lib. 20. Mag. nat. cap. 3.

Equi cum vrſo antipathia.

E F G H

A quoque tradunt. Auicenna verò dextrarios siue equos, non castratos & fortes, asserit ex audacia adoriri & impugnare Leonem (sed Oppianus hoc priuatim equis charopis tribuit, cæteros verò omnes Leonum aspectum sustinere negat,) castratos autem adeo timere, vt nec calcaribus nec flagris adigi possint, vt propius ad Leonem accedant. Inimica item omnia suilla equino generi esse antè dixi, grunitum, fœtorem, halitum: ideoque in quo loco sues stabulant, eodem equos nequaquam deducendos. Contrà in equino genere aliquid est quid ouibus inimicum est. Scribit enim Columella Oues si vtantur stabulo, in quo mulæ aut equi aut asini steterunt, facilè incidere in scabiem. Quamuis verò vbique fermè terrarum equi ruditus asinorum facilè ferant, nihilominus naturaliter eum odio habere, vel inde constare poterit, quòd in Scythia, vbi neque asinus neque mulus gignitur, ac ne vllus quidem visitur propter frigora, rudentes asini qui erant cum Dario Persarum rege in expeditione illa memoranda, equos Scytharum perturbarunt, & cùm hi Persas sæpius adoriri solerent, eorum equi exaudita asinorum voce consternati auertebantur, arrectis auribus stupefacti, vtpote insolentia tum vocis, tum formæ quam nusquam inspexissent: super qua re consulendus est Herodotus. Serpentes quoq; exhorrescit equus, vt ostendit Silius Italicus, vbi de Lybico illo serpente agit quo cum bellum tam atrox fuit Atilio Regulo, inquit enim,

Cum Leone. Cum sue. Cum ouibus. Cum asino. Cum serpentibus. Lib. 4. Lib. 6.

B *——Subitoque propinquus in ora*
Lato distantum spatio ventis omnis anhelans
Attonitus serpentis equus, frenoque teneri
Impatiens crebros expirat naribus ignes.

Cur aut sibi timeant à serpentibus equi, ratio est quod noxam sæpe ab ijs accipiant; nam & in Genesi legimus: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò.* Est & in trachuro pisce nescio quid equabus infestum, dummodò verum est quod Aelianus scribit, si posteaquam illius piscis caudam abscideris, ipsumq; in mare liberum emiseris, eam equæ ventrem ferenti appendas, non multò certè post abortum pariet. Iam & phocæ aspectum ferre nequeunt equi. Fabulantur siquidem Theseum Phędræ vxoris precibus commotum à Neptuno patre impetrauisse, vt Hippolythum filium necaret, quem falsò Phædra accusarat tentatæ pudicitiæ, quia nouercæ libidini noluisset assentiri. Neptunus phocas Hippolyto iuxta litus vecto in curru immisit, quibus visis tanta trepidatio equis iniecta est, vt in fugam versi è curru delapsum discerpserint. Meminit fabulæ Virgilius, sed phocas monstra marina vocat:

Cap. 49. Cum trachuro pisce. Cum phoca. Hippolytus cur ab equis discerptus. Aeneid. 3.

C *At Triuia Hippolytum secretis alma recondit*
Sedibus, & nymphæ Aegeriæ, nemorique relegat:
Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versoque vbi nomine Virbius esset:
Vnde etiam Triuiæ templo, lucisque sacratis
Cornipedes arcentur equi, quod littore currum
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.

Sunt item plantæ aliquot, in quibus occultum aliquod virus inest, quo equi vexantur: illudque imprimis memoratu dignum, quod Plutarchus scribit, animo linqui equos & asinos, qui aut mala aut ficus dorsuarij comportarint: sed maiore dignum miraculo remedium, quo ipsis & hominibus quoque succurritur. Exanimata ferè iumenta extinctosque penè deliquio virium homines panis obiectus reuocat: namque si pauxillum huius vorarint animantes, eæ protinus cibo sese recolligentes roborantur, firmatæque pristinum iter prosequuntur, nec secus in hominibus euenisse prodidit. Credidit autem probabile esse aliquid ex his fructibus exhalare, quo iumentorum illorum attenuetur calor, & in partes minimas dissipetur. Ἱπποφοβὰς id est equis terrorem incutiens: Herbæ nomen Democrito apud Plinium, quæ alio nomine achemenidon: eandem (inquit) hippophouada appellat, quoniam equæ præcipuè caueant eam. Quærendum an sit hæc helleborus niger; quo, vt idem Plinius annotauit, equi, boues & sues necantur: itaque cauent id (inquit) cùm candido vescantur. Circa Abderam & limitem qui Diomedis appellatur, nascentibus illic herbis pasti equi, inflammantur rabie, circa Potnias verò asini, vt ipse quoq; ait. Circa Scytharum & Medorum dictam Thraciæ regionem locus est viginti ferè stadiorum spatio, qui hordeum producit, quo quidem homines vescuntur, equi verò & boues abstinent; vt refertur in libris de Mirabilibus Aristoteli ascriptis. Cardanus certum esse scribit, equos in rabiem agi, si lasere nares illinantur, sed nostrum laser imbecillum esse aut aliud à lasere veterum, quod (inquit) olim erat herba. Ferrum equinum siue soleam equinam à siliquarum figura nominatam, ab Italis ferro di cauallo, à quibusdam Sferra cauallo vulgò dici volunt ab effectu, quòd equi si hanc herbam calcauerint, ferreis soleis exuantur. Chimici inter Lunarias recensent, Matthiolus securidicam montanam vocat quòd non paruam videatur habere cognationem cum minore securidica tum figura tum viribus. Est & in gentiana aliquid equabus prægnantibus noxium; Etenim Gesnerus

Cum plantis vt pomis & ficubus. Sympos. 6. qu. 8. Hippophobas herba. Li. 24. c. 17. Lib. 25. c. 5. Cum hordeo quodam. Lib. 16. de Var. re. c. 90. Ferrum equinum. Cum gentiana.

D (marginal letter beside "tiens: Herbæ nomen…")

Erucæ ne herbis sint noxiæ. scribit se ex sene quodam audiuisse, hanc herbam, cuius alioqui virtutes tantoperè celebrantur, abortus causam esse equabus. E contrà erucas herbis innoxias futuras aiunt, si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, fœminæ duntaxat. Semina item horti vel agri malis omnibus ac monstris succo syluestris cucumeris tuta seruari Geoponici Græci tradunt; item equæ vel asinæ caluaria, suaque fœcundari præsentia quæ spectant, ego eadem apud Plinium reperio. Cardanus tradit, si quis succo foliorum cucurbitæ pilos equorum & aliorum animalium æstate media intinxerit & madefecerit, non paruo rei miraculo muscarum tædijs ac molestia, immunes fore. *Equi ne à muscis infestentur.* Stygis aqua cùm vasa omnia, lapidea, è crystallo & murrhina, ossea & ex quouis metallo conflata penetret, & perrumpat, testante Pausania, solam equi vngulam illæsam contineri hic idem asserit: an verò etiam Alexander Magnus huius aquæ veneno vitam finierit, dicere certè (inquit) non possum, famam verò esse scio. Iustinus quidem seu Trogus de equi vngula id etiam tradit; alij verò de asini, alij de mulæ vngula, sicuti his verbis ostendit Cælius: Stygis aqua ex petris profluens insigni frigiditate est, dissilientibus vasis omnibus; asini modò vngula excepta aut mulæ sicuti alij prodidere, nisi mendosa sunt Græcorum exemplaria. Certè in libro de primo frigido Plutarchus de asini vngula intellexit, quod facit in historijs item Ioannes Monachus in Alexandri mentione. At Plinius mularum vngulis contineri modò stygis aquam prodit, facilis lapsus, nam Græcè ὄνος asinus est; mulus autem vel mula, ἡμίονος. Aut vtrumque est, aut forsan labitur Plinius. Nam in Alexandro Plutarchus ὄνου χηλὴν dicit: quanquam interpres equi vngulam reddidit. Hæc Cælius. Ego de toto equino genere id intellexerim. Nam & Curtius; dum iumenti ait, æquè equo, quàm asino aut mulo id attribuit. Cæterùm Ælianus non vngulis sed cornibus asinorum Scythicorum contineri scribit. *Cum Stygis aqua. In Arcadicis. Lib. 17. Lib. 30. Lib. 10.*

Cum alijs fluminibus. Lib. 11. Li. 15. c. 25. Si equi ex Sybari fluuio biberint, sternutamentis exagitari constat authore Strabone, ideoque ab eius potu armenta arcentur. Efferari verò & in rabiem agi apud Aelianum legimus, equos, inflammatosque tabe, si ex Cossinite Thraciæ flumine, quod defluit in agrum Abderitarum, biberint: quo loco etiam scribit, idem accidere equis qui de Phontine biberint, qui non longè abest à Thebis. Haud procul à Potnijs Bœotiæ vrbe puteum fuisse referunt, ex quo si aqua hausta fuisset ab indigenis equis, furore etiam agitabantur. Vnde appellatæ deæ Potniades quæ furorem facerent, hoc est μανιοποιοί. In Marathone vico, vt testatur Pausanias, tota nocte equos hinnientes & viros pugnantes audire est. Hos quidem propius spectare voluisse data opera, nemini (inquit) profuit: si quis verò rei ignarus, imprudens & fortuitò inciderit, nullam dæmonum iracundiam mouet. Sed hoc huc non pertinet. *In Atticis.* Colore verò aterrimo torpescere equi etiam videntur, quod Silius Italicus ostendit exemplo equi Catonis qui in Maurum aterrimum aterrimis indutum armis, &c. calcaribus adactus, sese inferre recusabat, sed versus adscribam, sunt enim perquam venusti. *Cum atro colore. Lib. 3.*

Iamque in palantes ac versos terga feroces
Pugnabant Itali, subitus cum mole pauenda
Terrificus nigris perrumpit Maurus in armis
Nigra viro membra & fului iuga celsa trahebant,
Cornipedes, totusque nouæ formidinis arte
Concolor æquabat liuentia currus equorum
Terga, nec erectis similes imponere cristis
Cessarat pennas aterque tegebat amictus;
Ceu quondam æternæ regnator noctis ad imos
Cùm fugeret thalamos Aetnæa virgine rapta
Egit nigrantem stygia caligine currum:
At Cato tum prima sparsus lanugine malas
Quod peperere decus circeo Thuscula dorso
Mœnia Laërtæ quondam regnata nepoti
Quanquam tardatos turbata fronte Latinos
Collegisse gradum videt imperterritus ipse
Ferrato calce atque effusa largus habena
Cunctantem impellebat equum, negat obuius ire
Et trepidat crassa sonipes exterritus vmbra.

Cum cadaueribus. Expauescunt verò etiam equi & tumultuantur visis cadaueribus, vnde est quod Vlysses quem vbique prudentissimum Homerus depingit, & hic quoque πολύμητιν appellat, cæsorum in castris Rhæsi cadauera extra viam proijcit, ne equi Rhæsi pauore affecti, vtrosque proderent.

OMINA.

A

OMINA. SOMNIA. OSTENTA. Prodigia.



Auſpicia de quibus animantibus dicantur.

AVSPICIA quamuis propriè ad aues pertineant, ſæpè tamen ad alia quoque diuinandi genera referuntur, quin author eſt Feſtus, pedeſtrium auſpicia nominari, quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, cæteriſque animalibus quadrupedibus. Equos autem vel feliciter quid, vel infeliciter portendiſſe inuenio, hinnitu, fremitu, caſu, inopinato viſu, inſuetis facinoribus, animi paſſionibus. Dioniſio factum eſt omen futuri regni, cùm equum exaudiſſet hinnientem, qui ſubmerſus voraginibus extrahi non potuit. Dario quoque hinniens equus regnum Perſiæ peperit, ſed hinnitus arte procurauerat, vt meminit Herodotus, & Valerius Maximus quoque his verbis: *Sordina Magorum dominatione Perſide oppreſſa, Darius rex adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis, pactum cum præclari operis conſortibus fecit, vt equis inſidentes, ſolis ortu, curſum in quendam locum dirigerent, iſq́ regno potiretur, cuius equus in eo primus hinniſſet, cæterùm maxima mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus ſolus acumine equiſonis ſui Oebaris proſperum fortunæ optata rei effectum aſſecutus eſt, qui in equæ genitalem partem demiſſam manum, cùm ad eum locum ventum eſſet, naribus equi admouit, quo odore irritatus ante omnes hinnitum edidit, auditoque eo ſex reliqui ſummæ poteſtatis continuò equis dilapſi candidati, vt mos eſt Perſarum, humi proſtratis corporibus Darium regem ſalutarunt: Quantum imperium, quàm paruo interceptum eſt vaframento?* Hactenus Valerius. Saxones verò etiam ex equorum hinnitu ſua potiſſimum auguria olim ſumebant, vt legimus apud Ioannem Bohemum, qui ſic ſcribit: *Saxones olim equos deorum miniſtros & diuinorum conſiliorum conſcios credebant. Candidi publicè alebantur & nulla mortali opera contacti, vt eorum præſagia & monitus experirentur. Hos preſſos ſacro curru ſacerdos vel rex princepſue ciuitatis comitabatur, atque hinnitus & fremitus obſeruabat, nec vlli auſpicio maior fides adhibebatur non ſolùm apud plebem ſed apud proceres etiam atque ſacerdotes.* Eſt autem & hoc valde memorabile, quod refert Plutarchus in Parallelis ex libris de fluminibus: Pyrechmes Euboënſium rex bellum in Bœotos geſſit. Hunc Hercules vicit, & equis alligatum in duas partes diſcerpſit, & inſepultum abiecit. Locus pulli Pyrechmæ dicitur. Situs eſt ad flumen Herculeum & equis bibentibus hinnitum edit. Ioannes Roſinus etiam nunc militibus perſuaſum eſſe ſcribit equos hinnitu alacriore & ferociore fremitu victoriam ominari prælia inituris. Turnus apud Virgilium, cùm produci equos iuſſiſſet, eoſque frementes conſpiceret, lætitia exultat.

Ex hinnitu. Dionyſij augurium. *Lib. 7. Darius vt regno Perſiæ potitus.* B *Lib. 3.* C *Lib. 3. c. 2. ant. Roman. Lib. 12.*

Hæc vbi dicta dedit, rapiduſque in tecta receſſit,
Poſcit equos, gaudetque tuens ante ora frementes.

Contrà triſtitia equorum mali ominis fuit. Auguſtinus Niphus ante mortem Caligulæ equorum armenta ſcribit comperta eſſe pabulo abſtinere, vbertimque flere. Ego in Caligulæ hiſtoria non reperio. Accurſius legum interpres, refert Cæſarem triduo antequam moriretur, aſturconem ſuum flentem inueniſſe, futuræ mortis inditium: quod fidem non caperet (inquit Textor,) niſi Tranquillus in eiuſdem vita ſimile quid teſtaretur. *Proximis diebus* (inquit) *equorum greges, quos in traijciendo Rubicone Marti conſacrauerat, ac ſine cuſtodibus vagos dimiſerat, comperit pabulo pertinaciſſimè abſtinere, vbertimque flere.* Huius augurij ſiue prodigij meminiſſe Virgilium ſunt qui certò affirmant:

Ex triſtitia equorum. *Equorum fletus.*

D *——— Nulla neque amnem* *Eglog. 5.*
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Cæſonius Pætus Romanorum dux contra Vologeſim Parthorum regem bellaturus Armeniam intrauit narrante Tacito triſti omine. Nam in tranſgreſſu Euphratis, quem ponte tranſmittebat, nulla palam cauſa turbatus equus qui conſularia inſignia geſtabat, retrò euaſit, oſtiaque quæ muniebantur hibernaculis aſſiſtens, ſemitacta opera fuga perrupit, ſeque vallo extulit, &c. Simile ferè omen euenit Craſſo in eoſdem Parthos ducenti, vt notum eſt ex Plutarcho: Equus enim ex imperatorijs egregiè adornatus, tracto per vim rectore in flumen, ſubmerſus diſparuit. Flamminius Conſul, vir ferox indignè ferens per mediam Italiam vagari Hannibalem, atque obſiſtente nullo cædibus & incendijs omnia vaſtantem ad ipſa Romana mœnia proficiſci oppugnanda, ſigna ocyus cùm conuelli iuſſiſſet, quàm primùm in equum inſilijt, equus repente corruit, conſulemq́; lapſum ſupra caput effudit; inauſpicati nimirum incœpti ſignum, cuo paulò pòſt ipſe cum exercitu cecidit, fœdiſſima ad Traſymenum clade ſuperatus. Huc facit facetum Sulpitij Galbæ in equum ſuum inopinatum lapſum ſcomma. Is itaque cùm in prouinciam exiens, ad portam ipſam

Cæſonij Pæti triſte omen. Lib. 15. Annal. Craſſi interitus omen. In Craſſo. Flaminij omen. Sulpitij Galbæ facetum in equum ſuum ſcōma.

Pertinax vt imperium nactus. equum suum animaduertisset cecidisse, *video* (inquit) *canterie te iam lapsum esse, cùm tam longum iter iturus, vix id sis ingressus.* Quomodo autem equus Pertinaci imperium peperit, sic relatum reperio. Equus ea qua natus est hora, pullus in tegulas ascendit, atque ibi breui temporis spatio commoratus, simul & decidit & exspirauit. Quod quidem huic in villa Martis genito & ad bellica negocia nato futuræ sublimitatis quamuis breui duraturæ augurium fuit. Dion Cassius verò seu potius Xiphilinus ex eo de Pertinacis augurio sic scribit. Cùm autem adhuc esset in Britannia Pertinax post illam magnam seditionem quam sedauit, atq; eius rei laude dignus ab omnibus iudicaretur, Romæ equus nomine Pertinax victus fuit, cuius equi Prasinæ factionis Commodus studiosus erat, cumq; vicisset, statim conclamatum est ab ijs qui erant earundem partium; En Pertinax est: quo audito ij qui erant alterius factionis, irati scilicet Commodo; vtinam quidem esset, inquiunt: quæ verba ad hominem, non ad equum referebant. Præterea eundem equum, cum non curreret amplius, essetq; ruri confectus senectute, Commodus accersiri iusserat, adductumque introduxerat in circum inauratis vngulis ac super aurea pelle ornatum, qui dum primum de improuiso comparuit, rursum conclamatum est ab omnibus: Ecce Pertinax adest. Id per se dictum portendebat futura, præsertim cùm illo anno contigerit postremis ludis ci censibus: statim enim imperium ad Pertinacem peruenit. Est verò equus futuri belli omen potissimum, vnde Lucanus equum vocat *bellis feralibus omen.* Virgilianus Anchises id latius explicat in Aeneæ socijs, cùm primùm Italiam viderent, & læto Italiam clamore salutarent:

Equus belli omen.

Quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campos latè, candore niuali:
Et pater Anchises: Bellum ô terra hospita portas
Bello armantur equi; bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre
Spes est pacis ait.

Pacis cur etiam omen.

Carthaginis exædificatio. Tyrij Carthaginem ædificaturi cùm bouillum caput adinuenissent, augurio territi, aliò vrbis mænia transtulisse feruntur, quandoquidem id ostentum nil nisi laborem & anxietatem minitari videretur, caput scilicet animantis quod terræ laboribus exercendis destinatum est, γαῖον inde appellatum, donec mox equi adinuento capite, belli signum excepere. Verùm vt augurium hoc facilius intelligatur, non erit ab re Seruij commentationem adscribere; cuius hæc sunt verba. Historia hoc habet, quam more suo Virgilius per transitum tangit. Dido cùm transiret per quandam insulam, Iunonis illic accepit oraculum, & sacerdotem eius secum abstulit, cùm ei parum crederet promittenti Carthaginis sedes: quò cùm venisset, sacerdos elegit locum faciendæ vrbis: quo effosso inuentum est caput bouis, quod cùm displicuisset, quia bos semper subiugatus est, alio loco effosso caput equi inuentum placuit, quia hoc animal licet subiugetur, bellicosum tamen est & vincit, & plerumque iugum subiens concordat. Hæc ille. Virgilij versus sunt:

Lib. 1. Aen.

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra
Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam & facilem victu per sæcula gentem.

Virgilius explicatus. Lib. 3. Hierogl. Seruius itaque hunc nouissimum versum de bouillo capite intelligendum putauit, quidam non postremi interpretes *facilem victu* interpretari malunt, ad victum comparandum, Pierius verò de ipso eodem equo intelligi existimat, vt scilicet facilem victu per sæcula gentem, facilem quæ tandem vinceretur, exponamus. Hoc enim magis (inquit) ad Virgilianam sententiam accedit; quamuis in tauri commentario Seruianum intellectum illustrare conati simus: cæterùm Pontanus hanc Pierij interpretationem omnino à poëtæ sententia recedere arbitratur: quoniam si bello egregia sit, ne tandem (inquit) vincetur, sed inuicta erit magis. Præterea cùm illud caput Iuno tutelaris monstrauerit, vtrum illi animos facere, an desperationem inijcere debuit? Rem itaque Seruius tetigit: Rhodoginus Virgilium putat allusisse ad vetus Carthaginis nomen, Stephanus enim ait prius dictam fuisse Caccaben (κακκάβην) quod illarum gentium lingua equinum indicat caput. Cæterùm Seruij interpretationi fauet interpretatio illa Anchisis, quàm paulò antè recitaui. Meminit eiusdem augurij Silius Italicus, sed quod aliquando iugum subitura esset Cartago, subiicit:

Li. 18. c. 38. Caccabe dicta Carthago. Lib. 2.

Condebat primæ Dido Carthaginis arces
Instabatque operi subducta classe iuuentus:
Molibus hi claudunt portus, his tecta domusque
Partitis iusta Bitia venerande senecta
Ostentant caput effossa tellure repertum

Bellatoris

A *Bellatoris equi, atque omen clamore salutant.*

Tarquinio alterum in Hetruria contra Romanos bellum mouente, magnum ostentum factum traditur, referente Plutarcho. Cùm regnaret adhuc Romæ Tarquinius, templumque Iouis Capitolini iam ferè absoluisset, quadrigas fictiles, quas in culmine eius ponere siue augurio aliquo siue consilio suo adductus statuisset, Veientibus (sunt autem hi in Hetruria) fabris faciendos locauerat: paulo pòst ipse regno excidit. Fabri quadrigas cùm effinxissent, & in fornacem posuissent, non id accidit quod solet luto, vt in igne positum humore absumpto densetur atque in se coeat, sed intumuerunt, seq; extulerunt, & cum robore ac duritie tantam molem adeptæ sunt, vt ægrè, ablato fornaci culmine & destructis parietibus, eximi indè potuerint. Quod signum cùm essent interpretati aruspices, felicitatem potentiamque ijs portendere, apud quos esset: reposcentibus eas Romanis Veienses decreuere non reddere, responderuntque Tarquinij eas esse, non eorum qui Tarquinium expulissent. Paucis interiectis diebus, equorum certamina Veijs sunt edita: & cætera quidem solito studio spectata sunt. Verùm is qui quadrigis vicerat, currum victorem coronatus ipse paulatim è circo agebat: equi autem consternati, nulla eius rei apparente causa, siue diuinitùs acti, siue id fortuitò accidit, auriga abrepto summa celeritate Romam versus contenderunt: qui cum nihil neque contendendo habenas, neque adhortando equos proficeret, impetui eorum concedens, vsque ad Capitolium ab illis est raptatus: ibique abiectus apud portam, cui nunc Ratumenæ nomen est. Huius rei miraculo metuque compulsi Veienses, fabris vt quadrigas traderent Romanis, mandauerunt. Fuit autem equus Troia semper exitialis. Ob Laomedontis equos primum vrbs capta est ab Hercule & excisa: dein lignea equi effigie pari euentu in hostium venit potestatem: postremò Charidemi ductu, cùm equus ferro concisus concidisset, fuit iacens Iliensibus, quo minus fores irruentibus obijceretur hostibus impedimento, vt scribit Sabellicus ex Plutarchi Sertorio. Horatius quoque equos atque ipsos etiam Troianos ob Helenę raptum sudare canit præ timore inde imminentis cladis:

In Poplicola

Romanorum cum Veientibus contentio de curribus fictilibus.

B

Heu heu quantus equis, quantus adest viris
Sudor? Quanta moues funera Dardanæ
Genti?

Similiter equus, qui à possessore suo Seianus dicebatur, & ipsi & qui postmodum possederunt, prodigiosus fatalisque fuit adeo vt in prouerbium cesserit: qua de re A. Gellius hæc ferè prodidit. C Caius Bassus in commentarijs suis: item Iulius Modestus in II. quæstionum confusarum, historiam de equo Seiano tradunt, dignam memoria atque admiratione. Caium Seium quempiam scribunt fuisse, eumque habuisse equum natum Argis in terra Græcia, de quo fama constans esset, tanquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules Diomede occiso, è Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse dicunt magnitudine inusitata, ceruice ardua, colore phœniceo, flaua & comanti iuba, omnibusque alijs equorum laudibus quoque longè præstitisse: Sed eundem equum tali fuisse fato, siue fortuna ferunt, vt quisquis haberet eum possideretque, is cum omni domo, familia fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn. Seium dominum eius, à M. Antonio qui postea triumuir reip. constituendæ fuit, capitis damnatum, miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cor. Dolabellam Consulem in Syriam proficiscentem, fama istius equi adductum Argos diuertisse, cupidumque habendi eius exarsisse, emisseque eum H-S. centum millibus: sed ipsum quoque Dolabellam in Syria bello ciuili obsessum atque interfectum esse. Mox eundem equum qui Dolabellæ fuerat, C. Cassium qui Dolabellam obsederat, adduxisse: Quem Cassium postea satis notum est, victis Parthis fusoque exercitu miseram mortem oppetijsse. Dein Antonium, post D interitum Cassij, parta victoria, equum illum nobilem Cassij requirisse; & cum eo potitus esset, ipsum quoque postea victum atque desertum detestabili exitio interisse. Hinc prouerbium de hominibus calamitosis ortum, dicique solitum. Ille homo habet equum Seianum. Hactenus Gellius de equo generoso, sed infelicitatis symbolo. E contrario, vt magnum quid fuit, ita etiam futuræ felicitatis indicium in Alexandro Macedone, tam ferum equum (bucephalum) qui à nullo subigi poterat vt equitem sessoremve pateretur, tam subita vi ab adolescente adhuc eo, frenari potuisse. Aiunt enim indomitæ peruicaciæ primùm domandæ rationem ostendisse; moxq; præter omnium opinionem quadrupedem ascendisse, cùm multi frustrà eam Philippo regi operam nauare conati essent: sed præsagium fuit illud, vt dicebam, non exemplum bellicæ virtutis. Nam & Philippus in filio indolem vigoremque exosculatus, dixisse fertur: aliud tibi regnum quæras fili; nam te Macedonia non capit. Plinius cum de hoc equo scripsisset, subdit: *Nec Cæsaris dictatoris quenquam alium recepisse dorso equus traditur, idemque hominis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris genetricis ædem.* Quibus verbis monstrosum potius quàm ominosum equum Plinius describit; cæterùm futurum perpetuum dictatorem portendebat, nam præterquam quod Dion scribit,

Equum Seianum habere quid.

Alexandri fortunam bucephalus præsagit.

Philippi de filio dictum.

Cæsaris equus imperium præsagit.

ſcribit, immodica ipſum deinde cœpiſſe ſibi polliceri, adeo vt triumphum quem prius ambiebat, E
vltrà omiſerit, aruſpices imperium ipſum pollicebantur, vt Tranquillus teſtatur his verbis: *Caius Iulius Cæſar vtebatur equo inſigni pedibus prope humanis, & in modum digitorum vngulis fiſsis; quem natum apud ſe, cùm aruſpices imperium orbis terræ ſignificare domino pronunciaſſent, magna cura aluit: nec patientem ſeſſoris alterius, primus aſcendit: cuius etiam inſtar pro æde Veneris genetricis poſtea dedicauit.* Huius prodigioſi equi icon ex chronico prodigiorum & oſtentorum Con. Lycoſtenis hîc



F

G




H

A exprimitur, cui & aliorum equorum siue prodigiosorum siue monstrosorum effigies alias ex eodem in curiosi lectoris gratiam adieci. Prior pulli est præcedenti non absimilis, nisi altero pede destitueretur, & aures haberet pendulas & rostrum deforme. In villa Pomeraniæ Rexouu vicina Rugio ad ostium Viadri natus est, vt scribit Iobus Fincelius in libro de miraculis, capite horrendo, in quo loco oculorum maculæ erant subruffæ, aures pendulæ, quales sunt canum sagacium, infimis auriculis cuti accretis. Os quoque erat monstrosum, labris inflexis, quemadmodum duæ tudiculæ compositæ, vt lactari non posset. Collum erat tortum & sinuosum distinctis coloribus variatum. Iuba erat impexa, plena phlegmatibus. Quando hinniebat, putabatur hinnire ingens caballus, ac si qui fortè ex nobilibus adderet, toto corpore mouebatur, terramque pulsabat, tanquam in rabiem versus, & quasi impetum in ipsos facturus. Erectus stabat, hinnitu terribilis. Ciues & colores ferre poterat, quibus accessum liberum permittebat. Cutis erat asperior & vestis villosa. Loco caudæ alta crista erigebatur, etiam mortuo pullo. Pes imus anterior, vnus erat humanus, alter nullus erat, sed tantùm tibia manca. Pedes posteriores erant equini. Triduum viuebat, deinde extinctus in triuio sepeliebatur. Natus est anno 1554. Anno autem 1254. Veronæ

Pullus auribus pendulis

B



C

D equa pullum equinum peperit, cætera quidem equum, sed humana planè facie. Paulò pòst inter Tuscos & Pisanos bellum exarsit, quo vniuersa ferè Italia conflagrauit. Eius monstri effigiem ex Ambrosij Parei libro de monstris & prodigijs hic quoque appingere placuit. Lycosthenes addit, ad huius prodigiosi equi murmur, vagitum & confusum humanæ vocis sonitum, accurrentem ruris illius accolam & nouo attonitum spectaculo, exerto ingenti gladio monstrum occidisse quam ob causam cùm ad iudicium tractus & de monstruosi partus origine & de occidendi causa interrogaretur, horrore atque abominatione rei tantum se fecisse, respondisse, eoque audito suspicionem omnem ademisse. Idem verò Iobus Fincelius testatur in Marchia non procul à Rhegiomonte subsequentē monstrosum equum natum esse anno 1555. vndiq; lacerata cute, caligis dependentibus & thorace scissis indutum. Postremus equuleus quinque pedibus Reate natus est anno mundi 3963. Alius Exquilijs anno 3824. Alius Bernæ Heluetiorum visus anno 1555. Et antea temporibus Alexandri Magni noui generis bestia maior elephante comparuit, tribus armata in fronte cornibus, equo simile habens caput, atri coloris. Hanc Indi appellant Odonta. Hæc pota aqua intuens castra subito in milites impetum dedit, ne ignis quidem oppositi tardabatur ardoribus.

Pullus facie humana.

Equus lacerata cute.

Odonta.

A falcati inutiles facti, vixque tandem defixa venabulis occubuit. Marem aiunt temporibus Iani Italiæ accolam fuisse, magnique nominis si animum inspicias, virum; si corpus verò monstrosissimum, pubetenus scilicet hominem, reliqua verò equum referentem. Hunc scribunt 120. annos vixisse, ac ter à morte reuixisse, vt author est Aelianus & Volaterranus. Similes planè in Scythia Asiæ regione populos esse aiunt Hippopodes dictos, humana nimirum forma, sed equinis pedibus. Cum Xerxes cum exercitu Hellespontum transisset, ingens prodigium oblatum fuisse Herodotus & Valerius tradiderunt: siquidem equa leporem peperit, quod facile (inquit Herodotus) erat interpretari, fore vt Xerxes, qui exercitum aduersus Græciam maximo strepitu & ambitiosissimè ducebat, rursus pro seipso solicitus ad eundem locum fuga recurreret. Sed ne quis fabulosum omnino arbitretur, ex equa leporem natum, is M. Antonium Baucium audiat Reuerendiss. Nicensis episcopi à secretis, qui tam prodigiosum equæ partum oculatus testis proprijs oculis vidit, vt scribit in epistola ad Petrum Toletanum medicum & physicum, sed si recensere (inquit) voluero, cachinnum alicui sum excussurus, cùm humanam fidem planè superet. Ipse certè dum partum intuerer, somniasse potiùs mihi videbar, quàm mirandæ huic rei interfuisse, quin imo hærebam sæpius ac mecum animo reuoluebam asinumne in Apuleianum versus essem magicis incantationibus, an verò ille is M. Antonius, qui pridem fueram, essem denuo. Equa trimestri tantùm prægnans leporem peperit. Lepus editus continuo humana voce locutus est, & matrem dentibus suffocauit. Adhæc dum sanguinem maternum pro lacte sugeret, visæ sunt perpalam eius tergo plumæ longiusculæ innasci in alarum morem, quibus innatis, altiori quàm soleant homines voce hæc protulit: Fundite iam lachrymas & suspiria miseri mortales, ego hinc abeo; his dictis statim euolauit. O rem nulli credendam, sed vero ipso veriorem. Tabelliones publici septem numero huic ostento affuerunt, qui documenta sumpsere, testibus idoneis euocatis. Hactenus ille. Homericus Xanthus præstantissimus Achillis equus etiam loquitur, & domino suo breui moriendum esse prædicit. Apud Phlegontem Trallianum Publius Imperator insania correptus Romanis hoc augurium minatus est:

Lib. 9. c. 16. Lib. 17. Antropologiæ. *Xerxis fuga ex Græcia omen.* *Equa leporem parit.* *Lepus ex equa natus loquitur.* (B)

Nisea quando frenis auroq; superbæ
Egrediuntur equæ, proprijs de sedibus albæ,
(Arte Siracusis quas in locupletibus olim
Dædalus Ection iucundæ nobile pignus
C *Fecit amicitiæ præsepia ad ærea stantes,*
Aureaque inter se connectunt vincula cunctas:
Quis super insignis radijs, oculosque coruscans
Inuehitur famosi Hyberionis inclyta proles,)
Tum grauium te Roma attinget summa malorum.
Nam magnus veniens exercitus omnia perdet,
Ciuibus orbabit fora & vrbes igne cremabit,
Sanguineque implebit riuos & sanguine manes
Seruitioque premet spe libertatis adempta.
Nulla virum è bello reducem tunc fœmina diro
Excipiet: Pluto nigro sed tristis amictu
Sub terras rapiet natos, matresque patresque,
Marsij peregrinis coget seruire relictos.

P. Callimachus Experientis in Attila, de eo tale narrat portentum: Signa mortis præcesserant, quod reuertenti ab Italica expeditione, in transitu Lici amnis qui Rhetes diuidit à Vindelicis, mulier fanatica in equum inuecta, clamauit ter, retrò: equusque quem propè in delicijs habebat, ipso nuptiarum die, nullo ægritudinis signo præcedente, subitò interijt, & nouæ nuptæ cubiculum intrantis pes dexter sic limini impactus est, vt præ dolore aliquantisper assederit, auditaque est eius vox dicentis: Si tempus est, veniam, quibus verbis mortem in dolore compellasse crediderc. Cræso bellum gerente cum Cyro, cùm minimè crederet vnquam fore, vt Cyrus, Sardis copias admoueret, Herodotus scribit omnia suburbana colubris impleta fuisse, quos, vt existimabant, equi, cùm ad pascua irent, comedebant. Id Cræso (inquit) cernente, visum est, vt erat, portentum esse: ideoq; mittendum ad coniectores Telmisses. Qui missi sunt ad eos consulendos, vbi accepere responsum, didicereq; quid sibi vellet significaretq; portentum, noncontigit, vt Cræso renunciarét. Nam priusquàm retrò Sardis reueheretur, Cræsus erat captus. Telmisses ita cognouerant, exercitum externũ Cræso illic affuturũ, qui cùm afforet, indigenas subigeret, quod dicerent colubrũ terræ filiũ esse, equũ hostem & aduenã. Hæc Telmisses Cræso sunt interpretati, sed iam capto, nondũ tamẽ gnari eorũ quæ Sardibus & Cræso cõtigerant. Castor & Pollux bello Latino apud locũ Iuturnæ visi sunt equorũ sudorẽ abluẽtes, cùm ædes eorũ quæ iũcta fonti erat, spõte patuisset.

De Attila portentum. (D) *Lib. 3. Colubri ab equis deuorati.* *De Castore & Polluce omen.*

Lib. 1. de origin. erroris cap. 8.

Equos nigros in ſomno videre quid portendat.

Equi caput habere in ſomno.

Nero equũ poſteriore parte ſpecie Simiæ vidit.

Pelopidæ ſõnium, de immolanda virgine.

Equa pro virgine mactata.

Iidem bello Macedonico equis albis inſidentes P. Vatinio Romam nocte venienti, ſe obtuliſſe dicuntur, inquit Lactantius Firmianus, nunciantes eodem die regem Perſen victum atque captum, quod paucis poſt diebus literæ Pauli verum fuiſſe docuerunt. Valerius Maximus addit Vatinium a ſenatu propterea in carcerem coniectum fuiſſe, tanquam maieſtatis eius & amplitudinis vano ſermone contemptorem, ſed poſtquam Pauli literis illo die Perſen captum apparuit, & cuſtodia liberatum & inſuper agro & vacatione donatum eſſe. Nunc de inſomnijs aliquid dicamus. Nigros equos videre in ſomno infelix quicquam potiùs portendere, albos contra ſemper bonum diſcimus ex his ſenarijs, qui leguntur apud Suidam: E

Ἵππους μελαίνας οὐ καλὸν πάντως βλέπειν,
Ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις, ἀγγέλων φάσις.

Coniectores eos qui ſe caput equinum, vel caninum, vel aſininum habere ſomniarunt, in ſeruitutem vel id genus ærumnas dedendos eſſe ſuſpicantur. Sunt enim tria hæc animalia ſeruituti mirum in modum obnoxia. Aiunt etiam equum in ſomnis viſum qui ſe portet, polliceri, vt amica amantis imperio facile ſit ſubijcienda, morigeraque in poſterum futura. Quod verò Nero Aſturconem quo maximè delectabatur, poſteriore corporis parte in ſimiæ ſpeciem abijſſe per quietem videre viſus, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros, oſtento fuit, quòd illa equi ferocitas in ſimiæ ludibrium eſſet abitura. Suetonius exitium Neronis portendiſſe teſtatur. Euripides aurigæ Rhęſi inſomniũ, quod ea habuit nocte qua præſtãtiſſimos regis equos Vlyſſes & Diomedes abduxerunt, recitat, quod tale eſt: Per ſomnum autem huiuſmodi quædam opinio mihi obijcitur: equarum enim quas ego nutriui & parere docui iugo, Lupi robuſta videbantur terga premere, atque verberantes cauda pellis equinæ feras agitare: ipſæ verò ronchum ex repagulis emittere, iram ſpirantes & metu turbidæ renitentes. Pelopidæ verò ſomnium minimè prætereundum fuerit, de virgine immolanda, pro qua equa immolata fuit, vt Plutarchus recitat his verbis. Poſtquam pugnare decretum eſt, & apud Leuctra Lacedemonijs caſtra ſunt oppoſita, ſomnium Pelopidam non mediocriter perturbauit. Sepulchra filiarum Scedaſi in campo Leuctrico ſunt, quæ inde Leuctrides appellantur: ibi enim vim hoſpitum Spartanorum paſſæ humatæ ſunt. Eius tam atrocis & nefarij facinoris vindictam pater à Lacedæmonijs cùm non impetraſſet, execrationibus in eos peractis ſeipſum ad ſepulchra filiarum iugulauit. Sortes autem & oracula ſubinde monebant Lacedęmonios, cauerent ſibi à Leuctrico piaculo: neque id vulgò ſatis intelligebatur, ambiguitate loci fallente: nam & in Laconica maritimum eſt oppidum, & locus apud Megalopolim Arcadię, Leuctro vtrique nomen. Cæterùm is caſus multis ante Leuctricam pugnam euenerat temporibus. At Pelopidas vidit per quietem puellas iſtas circum ſepulchra lamentantes, & Lacedæmonijs diras imprecantes, ipſum autem Scedaſum ſibi præcipere, vt ſi victoriam de hoſtibus expeteret, fuluam virginem filiabus ſuis immolaret. Atrox hoc & nefarium mandatum ratus, vt ſurrexit, rem cum aruſpicibus & magiſtratibus communicauit. Erant qui nequaquam negligendum detrectandumque id eſſe cenſerent, collectis exemplis de vetuſtis Menœceo Creontis filio & Macaria Herculis; de poſterioribus Pherecydem philoſophum à Lacedæmonijs necatum, pellemque eius à regibus oraculi monitu aſſeruari: Leonidam quoque vaticinium ſecutum, victimam quodammodo ſe pro Græciæ obtuliſſe: tum homines Baccho crudiuoro immolatos à Themiſtocle ante naualem pugnam Salaminam: atque his omnibus rem feliciter geſtam, teſtimonio fuiſſe. Contra Ageſilaum cùm contra eoſdem, quos Agamemnon, hoſtes ab eodem loco copias duceret, Aulide vidiſſe deam poſtulantem, vt ſibi filiam mactaret, eumque quod id mollitie victus non perfeciſſet, re infecta turpiter expeditionem eam diſſoluiſſe. Alij verò id ſacrificium ita barbarum ac impium fieri prohibebant, nulli eorum qui præſtantioris humana naturæ eſſent placiturum. Non enim Typhones iſtos aut Gigantes, ſed deum hominumque patrem regnare: ſtultum porrò eſſe, numina putare quæ ſint, quæ cæde & ſanguine hominum delectentur: & profectò ſi ſint aliqui, nihil eos poſſe, contemnendoſque eſſe: abſurdas enim has eorum & immanes cupiditates ab impotentia & malitia animi proficiſci. Hæc primoribus ita diſceptantibus & Pelopida cùm primis animi dubio, equa nullum adhuc coitum experta, vt a grege aufugerat, per caſtra diſcurrit, eoq; conſtitit loco, vbi conſultabatur: cuius cùm coma fuluo colore rutilans, ceruix erecta & laſciuiens, hinnituſque ferox alijs ſpectaculum præbet: Theocritus vates re animaduerſa, Pelopidam alta voce compellat, adeſſe ei victimam, neque aliam victimam expectandam, hac quam Deus obtuliſſet vtendum. Proinde equam ad ſepulchra virginum redimitam coronis adducunt, factiſque votis læto animo immolant, de ſomnio Pelopidæ, ſacrificioque per caſtra vulgato rumore. Hæc itaque de Pelopidæ ſomnio Plutarchus. F G H

HISTO-

HISTORICA.



QVANDOQVE in equis quædam ceu humani sensus vestigia comperta esse alicubi ostendimus. Cæterùm quod de Clodouci Francorum Regis equo historici tradunt non ei equo sed D. Martino ascribi debet. Ferunt itaque hunc regem, ad Christianam fidem conuersum, consentientibus proceribus bellum Vestgothis intulisse, non solùm quia terras Francorum occupauerant, sed quia Arrianæ perfidiæ assertores erant. Cùm in eo prælio ab hostibus vrgeretur, S. Martino equum cui insidebat vouisse, si victor euaderet: voti verò compos cùm esset factus, equum pretio centum aureorum redimere voluisse, sed cùm equus loco non moueretur, ducentos impendisse, & confestim ducentem secutum esse. Tum regem iocosè dixisse: Martinus quantum video, auxiliator est facilis, sed mercator difficilis. Simillimum ei quod Clodoueo accidit, contigit postea sub Pipino Gallorum Rege. Nam quidam nomine Vvillimarus, graui infirmitate depressus voto promisit oblaturum se equum Ecclesiæ B. Galli confessoris. Incolumitate recepta, voti immemor non persoluit: verùm forte fortuna, cùm Birthlonem virum nobilem comitaretur eques, ad B. Galli Ecclesiam peruenêre: recedentibus omnibus equus Vvillimari substitit, neque à foribus Ecclesiæ vllis conatibus auelli potuit. Pudore tandem ductus Vvillimarus, dilatæque voti satisfactionis compunctus astantibus omnibus rem aperuit, atque ita equum Ecclesiæ obtulit. Id narrat Vualfridus Strabus in vita S. Galli apud Surium. Egit igitur equus quoddam quasi prophetantis officium, sicut Balaam asina, conscientiam domini mortuam miraculo excitauit, & quod nemine loquente dederit, acta peregit haud dubiè, sic diuina dispositione operante. Iam verò equi sanctis hominibus ita obtemperarunt vt nullo domitore fuerit opus; quando sedentis sanctitas id expostulauit, Sanctus enim Malachias Episcopus cùm aliquando Eboracum peruenisset, comitumque suorum causa plurima vrgeret equorum necessitas, oblatus est ei indomitus equus, durissimè quemlibet sessorem ferens. Malachias oblatum perbenignè accipiens sibi sternendum mandat, quo adeò commodè est vsus, vt peritè domitum mox conuersus inuenerit, eoque ad nouennium, id est, reliqua tota vita sit vsus, vt memorat sanctus Bernardus Abbas Clareuallensis in S. Malachiæ vita. Præterea si quando studiosiùs quàm par est, clerici equis alendis & domitandis se dedunt, diuinis rebus postpositis, vltionem diuinam breui aliquando perdidicere. Nam Theophilactus Constantinopolitanus patriarcha adolescens adhuc electus cùm contrà decorem & officium equas plurimas aleret, vnam verò insigniorem præcipuè, vt in prohœmio dictum est, amaret, vt ante absolutum quod inchoarat, sacrum, partum videndi causa ecclesia excederet, equitatione qua maximè afficiebatur, perijt, alliso corpore, nam cùm inde sanguinem per os reijceret, & in aquam inter cutem incidisset, diem tandem extremum clausit. Sæpè verò id ita contingit effrenatis hominibus equis abutentibus; nam vt narrat B. Petrus Damianus ad Desiderium Abbatem, de quibusdam miraculis, Deus per equos hominum vitia vlcissitur. Clerico enim cuidam Burgundo indisciplinato ac mundanis rebus prorsus dedito equa erat insignis, cui plurimùm ob cursum confideret, armatorum collecta manu, diuinis contemptis verbis, factioni studebat & æmulationi: dimicaturus igitur cum aduersario audaciorem se exhibuit. Casu autem, immo Deo disponente contigerat, vt præcedente nocte equa soluta egressa stabulum per domum erraret, aceruumque salis inueniens ex eo plurimum comederet, atque ideo siti plurima affligeretur. Dum insidens clericus obuium æmulum in agro aggreditur, equa proximum præsentiens riuum extortis de manu sessoris habænis, ad aquas accurrit, vbi tum hostili manu occiditur, tum aquis demergitur occisus. Memoratur præterea à Zonara in Constantino Leonis philosophi filio, quomodo equus eius exultans exercitui perniciem attulit. Cùm Constantinus ille, ac eius mater Zoes, imperarent Constantinopoli ac Simeonem Bulgarum industria Phocæ legionum domestici insigni victoria superasset, ob defatigationem, & sudorem Phocas equo descendens ad fontem quendam se recreauit. Interea equus ministri manibus elapsus in planitie castrorum sine sessore exultabat; qui cùm insignis esset, tantum terrorem incussit exercitibus, Phocam cecidisse ratis, vt & pugna & persecutione hostium abstinerent; quod cum Bulgarus hostis è specula quadam vidisset, suos cohortatus contra Romanos ducit, subitoq; in perturbatos impressione facta, vniuersos in fugam cõuertit, in qua alios Bulgaros assecuti occiderunt, alij inuicẽ conculcati perierũt. Romaricus miles referente Vincentio, cõsanguineo suo equũ tradidit, vt se mortuo venderet, & pauperibus daret: sed ille equã vendidit & sibi pecuniã retinuit. Post dies autẽ triginta anima eius reuersa, inquit: triginta diebus fui in pœnis tartari: sed tu qui nõ pauperibus quod iusserã dedisti, hodie eo venies, me in paradisum translato. Eodẽ die

Clodouei regis votum.

Equus ab foribus ecclesia auelli nolens.

Equi sanctis obtemperãt.

Clerici equis alendis nimis studiosi puniti.

Per equos homines puniti.

Constantinus à Bulgaris victus.

Lib. 24. c. 8.

Equus pauperibus relictus.

dæmones illum rapuerunt & in altissimo monte post duodecim dies cadauer illius est repertum. E
Maledicentia punita. Daphidas Telmissensis Grammaticus adeo maledicus in omnes fuit, vt legimus apud Suidam, vt nec ipsis dijs parceret: is itaque Delphos profectus deridendi causa rogauit Deum: num equum suum reperturus esset? cumque responsum fuisset: celeriter esse reperturum, ad vanitatem oraculi coarguendam, passim iactabat, equum se nec amisisse, nec habuisse. In reditu autem ab Attalo Pergami rege, quem maledictis lacerauerat, comprehensus & è rupe, cui equi nomen erat, præcipatus, interitu suo veritatem oraculi comprobauit. Est autem & illud valdè memorabile quod accidisse memorant insignes authores apud Constantinopolim ante sacellum Deiparæ Virginis. *Equus pictus hinnit.* Media enim nocte, cùm nullus ibi equus adesset, pictus tantummodò, ille omnium terrore magno bis hinnire auditus est, vti iam idem acciderat ante annos plus minus quinquaginta. *Lib. 8.* Id autem accidit Clemente V. Pontifice, vt narrat Nicephorus Gregor. & Genebrardus in Clemente V. Strodenses Angli quomodò impietatis temeritatisque suæ pœnas D. Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo dederint, breuiter sic narrauit Polydorus: *Li. 13. Hist. Angl.* Irridentes (inquit) Archiepiscopum, caudam equi cui insidebat, amputarunt. *Angli qui caudati.* At postea nutu dei ita accidit, vt omnes ex eo hominum genere qui id facinus fecissent, nati sint instar brutorum caudati. Refert Vincentius in suo speculo naturali & Gulielmus Malmesburiensis monachus in sua historia, tempore Petri Damiani F *Li. 3 c. 103.* fuisse duas vetulas in via publica qua Romam itur: quales D. Augustinus appellat stabularias, *Lib. 18. de ciuit. dei ca. 18.* id est transeuntes ad hospitia pro mercede suscipientes (nam stabulum propriè hospitium venale & publicum dicitur,) quæ in vno commorantes tigurio, vna quoque arte malefica imbutæ, *Hospites in quadrupeda immutati.* hospitem quandoque solum aduenientem, in equum, vel suem, vel asinum mutabant & certo pretio mercatoribus diuendubant. Quodam die iuuenem histrionicis gesticulationibus victum exigentem, hospitio exceperunt & in asinum verterunt, multum eo lucri facientes, qui gestuum miraculo destineret transeuntes, nam ad anus mandatum nutumque quocunque modo mouebatur: non enim illi intellectus perierat, sed loquela. Ingentem inde quæstum fecerant vetulæ. Quo cognito vicinus carè asinum redemit. Cautio tamen hæc à mulierculis adhibita est, vt custodiretur ne in aquam descenderet. Seruatus diu ab aqua & tandem incautiorem nactus custodem, in lacum proximum se coniecit: ibi se aliquandiu volutans, propriæ restituitur formæ. Cumque ab eodem obuius sciscitaretur eius custos, num asinum vidisset? ille se esse respondit. Famulus ad herum retulit. herus ad Leonem Pont. sanctissimum. Conuictæ anus idem fatentur. Dubitantem Papam confirmauit Petrus Damianus, vir eruditissimus, probato exemplo de Simone mago qui suam Faustiniano imaginem impresserat. G Quidam nomine Præstantius (inquit D. Augustinus loco paulò antè citato,) patri suo contigisse indicabat, vt venenum illud per caseum in domo sua à stabularijs illis mulierculis exhibitum sumeret, & iaceret in lecto quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot, autem dies eum velut euigilasse dicebat, & quasi somnia enarrasse quæ passus esset, caballum se scilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus, quæ dicitur retica quoniam ad retia deportatur. Quod ita vt narrauit, factum fuisse, compertum est, *Lib. 18.* quæ tamen ei sua somnia videbantur. Vincentius item scribit Pudicam feminam, in quam vesano amore exarserat Ægyptius à maleficio in equam versam & à D. Macario Aegyptio eremita restitutam. Otho autem Episcopus Frisingensis scribit D. Macarium, cùm ad eum adduceretur ista puella, *Li. 2. Chron.* quam amici in equam à maleficis mutatam dicebant, dixisse, puellam se videre non equam: amicis inquam equam visam fuisse, sed viro sancto puellam: itaque ad deum fusis precibus, tam puellam quàm amicos eius à præstigijs dæmonum liberasse.

AB EQVIS OCCISI.

H



IPPOLYTVM Thesei & Hippolytes Amazonum reginæ filium, cùm currus iuxta mare agitaret, (patris furorem fugiens, quòd falsò accusatus esset de stupro Phedræ nouercæ intentato,) apparētibus phocis equi exterriti rupto curru discerpserunt, vt suprà indicauimus: *Hippolyti interitus.* qui exitus nomini tanquam omini infelici respondit. Idem nominis omem in Hippolyto nostræ religionis euentum habuit. *Hippolytus martyr.* Is enim Ostijs Tyberinis martyr sub Decio Cæsare & Valeriano præfecto ab equis dilaceratus est. Cuius mortem describens Prudentius, de iudice Romano hos versus reliquit:

Ille supinata residens ceruice, quis inquit
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.
Ergo sit Hippolytus, quatiat turbetque iugales
Intereatque feris dilaceratus equis.

Licinius

A Licinius imperator, cùm filiam Christianæ religionis cultricem ab equis discerpi vellet: ipse à suorum vno morsu interfectus est, vt Textor memorat. Plutarchus recitante eodem, in Parallelis (minoribus) ponit Comminium quendam, Comminij ex Aegeria filium, qui a Gidia nouerca (cuius votis parere noluerat) stupri instar Thesidæ accusatus fugiens, ab equis fit dilaniatus. Præchmen Eubœæ rex bellum Bœotis inferens ab Hercule pullis equinis alligatus est, vt in duas partes discerperetur, vt legitur apud eundem Plutarchum. Bœtis Persa, vrbi Gazæ præfectus, capta vrbe equis raptatus est ab Alexandro Magno, vt author est Sabellicus. Nota est historia Metij Suffetij apud Liuium, quem cùm Albanorum esset dictator, ob proditionem & defectionem, Tullus Hostilius Romanor. Rex victoria contra Veientes potitus, nudatum regijs ornamentis alligari quadrigis in diuersa nitentibus præcepit: cuius corpus agentibus lictoribus & vi equorum trahentium, vtroque spectante exercitu, in partes plures discerptum est. Hippodorum quendam Cedridarum vnum narrat Aelianus, filiam eò quod apud mœchum deprehendisset, currui alligari & discerpi iussisse. Carolus Magnus superatis hinc inde bello Saracenis Ganalonum ad Marsurium & Belingandum adhuc debellandos in Hispanias mittit his conditionibus, vt Christi fidem & pacem acciperent aut certum auri & argenti sibi pondus tributi nomine penderent. Ganalonus mandatum quidem perfecit: cæterùm auro corruptus, proditor exercitus Caroli factus, consilium tale hostibus dedit, quod secuti illi, Rolandum ducem cum flore totius Gallici exercitus ceciderc. Carolus tam atroci nuncio perculsus, debellatis hostibus, Ganalonum proditionis conuictum, ferocissimis quadrigis distractum fœdè laniauit. Brunechildis Athanagildi Visigothorum Regis F. vxor Sigeberti Francorum Regis, vno pede & brachio multata, ad caudam equæ indomitæ religata, ex Lotharij Regis & procerum sententia, ob inaudita scelera & decem reges extinctos extincta est, vt Auentinus memorat, alijque passim. Saxo tradit Iarmericum Danorum Regem, comites, duces, principes Teutonicæ gentis captos, traiectis fune tibijs, equis in diuersa raptantibus præbuisse lacerandos. Sub Hunnorum in Europam aduentum anno Domini 373. quædam mulier, quæ in viri nece deprehensa fuerat, capitis accersitur, inquit Bonfinius; homicidij conuicta pariter & adulterij, vsque adeò Regis Gothorum Hermanatici iram facinoris indignitate succendit, vt quatuor equorum discerptu multaretur. Brixiani Henrico VII. imperatori Theobaldo Brussato auctore rebellantes, tandem obsidione longa, fame, ferro, flammaque perdomiti sunt. Theobaldus ante illud Spiræ à Cæsare militari parazonio donatus fuit, eiusque beneficio ab exilio in patriam receptus. Is referente Cuspiniano cum paucis militibus in monte qui Brixiæ imminet, capitur & ad Cæsarem perducitur: quem acerbissimis verbis, vt proditorem incessit diligentissimeque curatum (vulnus enim lethale habuit) equo alligatum per exercitum raptari, in quatuor dein partes dissecari iussit. Hector Boëthius testatur Gualiam totam ab Eduardo Anglorum Rege I. subactam esse, principem in bello cæsum ac fratrem pedibus ad caudam equi religatis ad locum supplicij tractum, in quatuor partes discerptum easque in diuersas Angliæ ciuitates missas, ad defectiones cohibendas. Anno salutis 1536. vitam finijt Galliæ Regis filius natu maximus Franciscus, (vt refert Sleidanus,) octodecim annorum adolescens, veneno perijsse fama fuit, & Italus quidam Sebastianus Moncucullanus in suspicionem vocatus, habita quæstione, diuersis equis Lugduni fuit distractus: & rex datis postea literis ad Germaniæ principes, inter alia grauem ea de re querimoniam habuit, in Antonium Leuam & Ferrandum Gonzagam, Cæsaris administros, omnem inuidiam facti conferens. Sed de ijs qui vel iustè vel iniustè equis distracti sunt hæc sufficiant. Sunt item quos vel deuoratos vel demorsos ab equis interijsse legimus; Notissima est in poëtarum libris siue historia siue fabula Diomedis Thraciæ Regis, qui dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule illic iter faciente equis ipsis datus est in pabulum, vt breuiter inter alios meminit Ouidius in Ibin:

Licinij mors · *Præchmen Rex* · *Bœtis Persa.* · *Metius Suffetius.* · *Adulterium punitum.* · *Brunechildis Regina.* · *Lib. 3.* · *Lib. 7.* · *Lib. 2. dec. 1* · *Theobaldus Brussatus.* · *Ab equis demorsi & deuorati.*

D *Vt qui Threicij quondam præsagia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.*

Aegidius Masertus in Argonautica Flacci commentans, Abderum scribit vnum fuisse eorum, qui ab equis Diomedis interfecti sunt & deuorati. Glaucus filius Sisyphi (qui apud Potniam regnauit) cùm equos & ipse suos humana carne aleret, ab eisdem tandem etiam deuoratus est, vt alicubi ex Virgilio demonstrauimus. Hippomenem Atheniensiũ principem fuisse referunt, qui Limonem filiam in adulterio deprehensam vnà cum equo feroci conclusit, nec huic, nec illi cibum præbens. Equum igitur fame in rabiem actum, puellam deuorasse. Hinc ortum adagium à Diogeniano positum: *Magis impius Hippomane.* Inuenio etiam apud Plutarch. Neoclem Themistoclis filium, equi morsu interijsse: sed & in sacris literis legimus Iehu, occupato regno Israëlitarum, Iesabelem impiam, quæ fuerat multorum causa malorum, iussisse præcipitari deorsum: itaq; equorũ vngulis cõculcatã esse, sic, vt sola caluaria capitis ad sepeliendũ inueniretur: canes verò eius linxisse sanguinẽ. Theodoric. Gothorũ rex, vt testatur Nicephorus, cũ indomitũ equũ ascenderet, hastã erectã (quæ ante tabernaculũ regiũ more gentis suæ erecta erat) concussit: illa obliquè in eum illata, latus eius

Diomedis fabula. · *Glaucus Sisyphi filius.* · *Adulterium punitum.* · *In Themistocle.* · *4. Reg ca. 9.* · *Iesabele impia.* · *Li. 16. c. 21* · *Theoderici regis obitus.*

Caroloma-ni mort. vulnerauit, quo vulnere etiam obijt. Sic & Carolomanum teſtatur Æmilius, in equo ludibundum dum refugientem domum puellam inſequeretur, impetu equi intra humile oſtium illatum, corporis compagem ſoluiſſe. *Lib. 3.* Sed & Corſum Donatum Florentinum ſcribunt Fulgoſus & Sabellicus, *Lib. 6.c.11.* cùm ad proſperum rerum ſuarum ſucceſſum eius exiſtimatio nimium creſceret, ideoque populo in *Lib. 3.c.8.* ſuſpicionem veniret, tanquam in vrbe tyrannidem affectaret, furente populo, & ædes ipſius, Libertatis accepto vexillo, oppugnante, clam in equum conſcendiſſe; & cùm milites quidam eum inſequerentur, ab equo delapſum, ſtapedi adhæſiſſe atque adeò ab equo conculcatum fuiſſe. Noſtris denique temporibus Fabius Pepulus, comes illuſtriſſimus, & heros inuictiſſimus, vrbe egreſſurus *Fabij Pepuli mors.* vnà cum liberis, cùm equi conſternati nullo modò ab auriga cohiberi poſſent, ipſe ſibi liberiſque conſulturus, ſingulos quam fieri licuit ſine læſione rheda exponebat, ſed deſiliturus, adhæſit implicitus, atque ita alliſo ſaxis capite perijt, Hippolyti in morem.

EQVITATIONIS COMMODA, & incommoda.

F



Lib. 2. de sanitate c. 11. MOTVVM qui exercitij cauſa aſſumuntur (inquit Galenus) alij per nos fiunt, vt ambulatio; alij extrinſecus, vt nauigatio & geſtatio quælibet: nonnulli mixti planè ſunt, vt equitatio: non enim vt in vehiculis, præſertim in quibus ſtatim quieſcas, ita etiam cum equo inſideas, accidit, vt à geſtante tantùm agiteris, ipſe nihil agas. quin ſpinam erectam ſuſtinere, tum vtriſque feminibus equi coſtis firmiter hærere & crura extendere oportet, etiam ante proſpicere: in quo non modo viſus, ſed etiam collum laborat. Præcipuè tamen viſcera hon genere agitantur. Plato in Timæo ſtatim à gymnaſtica exercitatione reponit vectionem facilem ſiue equo, *Cap. 5. de ratione victus salub.* ſiue nauigio, ſiue vehiculo fiat alio. Atque harum vectionum alia tamen alia eſt laborioſior: Equitatio autem concitatior, & per inæqualem locum facta ex Ficini iudicio harum exercitationum robuſtiſſima cenſeri poſſit. Iſtiuſmodi in primis equitatio minimè laudanda eſt, nam ſæpe aliquam *Lib. de parua pila lusu.* circa renes partem vel Galeno teſtante ruperunt aut circa pectus læſerunt, quandoque etiam ſeminarios meatus. Imperatrix Irene, vxor Ioannis Ducæ, cùm Theodorum peperiſſet, accidit, vt ſpectandæ venationis cauſa, per longum ſpatium ab eo traheretur, vnde læſa matrice parere deſijt, vt ſcribit Gregoras lib. 2. Sed de equitationis facultatibus diligentiſſimè ſcripſit Mercurialis, G *Lib. 6. de arte gymnast. cap. 8.* tam in medicorum quàm equitum gratiam. Eſt (inquit) non parua differentia, an equus (ſic appello equum, mulum & aliud quoduis portandis hominibus accommodatum animal.) lentè celeriterve gradiatur, an ſucculſet, an aſturco ſit ac tolutarius, an currat. De tacita ac lenta agitatione *Oribas lib. 6. cap. 24.* ſcriptum inuenitur ab Antyllo atque Aëtio, ſi placidè equus gradiatur, nihil magis quàm laſſitudinem & præſertim inguinibus afferre: de hac inquam verba faciens Hippocrates memoriæ prodi- *Aetius lib. 3. cap. 7.* dit, continuam equitationem laſſitudinem magnam parere, homineſque infœcundos & coëundi *L. De aëre, locis & aqua Hippocrates & Arist. conciliati.* impotentes reddere, necnon dolores diuturnos & claudicationes generare: neque iccirco ſententia Hippocratis damnanda videtur, quod Ariſtoteles contrario planè ſenſu ſcriptum reliquerit, equitantes aſſiduè libidinoſiores euadere, quoniam genitalia continua attrectatione, motioneque incaleſcentia ſpiritum concipiunt, ſicque coëundi cupiditas inducitur: ſiquidem Hippocrates de placida & nimis frequenti loquitur, vtpote quæ leni motu non ita calefaciat & pendentes coxas atque pedes obledat: Ariſtoteles verò de ea quæ equo celeriter gradiente & interdum ſuccuſſante, ſed non admodum frequenter exercetur, verba facit. Hæc etenim equitando facta exercitatio, vt Antyllus & Aëtius crediderunt, totum corpus laborioſè concutit, & magis adhuc omnibus alijs exercitationibus. H Vnde ab Alexandro Tralliano in dolore capitis, quem cauſa frigida gi- *Lib. 17. c. 7.* gnit, adhibetur, ſicut in epilepſia, in ſurditate, præſertim verò ſtomachum firmat: vt non imme- *Li. 11. c. 30.* ritò ſcriptum ſit à Plinio, equitationem ſtomacho & coxis vtiliſſimam reputatam fuiſſe: qua item *Lib. 9. c. 3.* ratione in ſingultu curando ab Aëtio vſurpatur, ſenſuum inſtrumenta ſubinde purgat, eaque reddit acutiora, hydropicos (vt ſentit Trallianus) ſi quid aliud maximè iuuat, ſolutam aluum & fluentem, dicente Celſo, coërcet, crura quoque tenuia craſſefacit, quòd Germanici exemplo teſtatur Suetonius. *In Caligula.* (Suetonius ſcribit Germanicum crurum gracilitatem aſſidua equi vectatione poſt cibum repleuiſſe) alioqui equitatio à cibo teſte Auicenna noxia eſt, quod periculum ſit, ne cibus in ventriculo putreſcat, cæterum thoraci maximè aduerſatur, necnon veſicæ malè affectæ, in cuius vlceribus curandis ante cætera huiuſmodi exercitationem vitari placuit Archigeni illi, præſtantiſſimo Hadriani Imp. Archiatro: coxis etiam obeſſe ſcripſit Hippocrates; quanquam in hac re varias auctorum poſteriorum extare ſententias reperio. Themiſon Methodicorum princeps in

coxendi-

A coxendicum dolore, ἰσχιάδος nomine à Græcis appellato equitare imperabat ægrotantes, quo magis ob vehementiam motus partium faceret vexationem: post ipsum idem cõfirmauit Theodorus Priscianus & quem modo citaui, Plinius. Ex altera parte iam diximus Hippocratem coxis equitationem inimicam, earumque dolorum parentem reputasse, quem secutus Cælius Aurelianus Themisonis placita insectatus est tanquam veram ischiadicorum curationem destruentia. Ego, cùm animaduerto in hac exercitatione vehementer coxas incalescere, ac ex motu debilitari, ita sentio humores defluentes faciliter ibi decumbere, atq; inde dolorificas affectiones excitari, tanto magis affectus iam excitatos, quasique inueteratos acerbiores & indissolubiores fieri reor: quibus item rationibus equitationem à Celso podagricis iure damnatam fuisse puto. Equitatio peracta succussante equo prædictis duabus proculdubio deterior est, nimirum quæ vniuersum corpus molestè quasset & dolores excitet augeatque: sicut in Niptris ille sapientissimus Græciæ saucius intelligebat, vbi diceret: *Pedetentim ite & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor.* Quod item Lucilius poëta antiquissimus innuit, dum equum succussantem, tetrum nuncupauit hoc versu: Cal. l. 5. c. 1. Lib. 2. ad Timo. cap. 1. Lib. 4. c. vlt. Cicero 2. Tus. Non. Marcell.

Succussatoris tetri, tardique caballi.

B Adhæc succussationem vehementer caput offendere, collum & dorsum & nates, experiuntur illi qui aliquando in hunc modum equitare coguntur. Denique si vlla est equitatio, quæ viscera præcipuè (id enim fatetur Galenus) agitare apta sit, proculdubio nunc proposita talis est, à qua non solùm interiora omnia concuti, verùm etiam suspendi quasique arripi videntur. Illud vnum habere iuuamen potest, vt cibis atque crudis humoribus concoquendis, aluoque ciendæ ac vrinæ prolicienda, necnon à renum (quod Auicennæ placuit) loco lapillis atque arenulis ad inferiora deducendis adiuuare queat. Sed, quoniam maioribus damnis commoda hæc compensantur, omnes ab exercitatione simili abstineant consulo. In asturconibus equitatio (eam sic appello quam vulgari nomine portantum aut trainam vocant Itali & de qua ita Martialis: Succussationis noxa. 2. de san. c. 11. Li. 3. fen. 19 tr. 1. c. vlt. Traina eiusque vtilitates.

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.)

Quemadmodum magis corpus & membra gradarij equi vectione exercet, ita minorem molestiam parit, siquidem mollis illa alternorum crurum explicatu glomeratio minimum fatigat, peculiariterque aluum citare vsu probatur. De equitatione currentibus equis facta licet apud Aristotelem legatur, ita equitantes quòd magis caueant, minus cadere, tamen eam improbare videtur Galenus hac ratione, quia sæpè contingit equitantes in terram decidere & non nunquam ex casu emori: sed præter hanc multæ exstant causæ aliæ, ob quas à sanitatis studiosis huiusmodi equitatio omni diligentia euitari debet: nam corpus (vt scribit Hippocrates,) nimium calefacit, exsiccat, atque extenuat, ob id ad minuendam carnis multitudinem à Cælio Aureliano probata, caput malè afficit, sensus hebetat, oculos non parum offendit: quandoquidem Aristoteles causam indagans, cur, qui equo vehuntur, quò longius equus decurrerit, eò magis emittere lachrymas solent; significat illud ideo euenire, vel quoniam motus calefaciens valdè humores oculorum eliquat, & lachrymas inde ciet, vel quia sicuti venti aduersi oculos perturbant, sic aër occursans tantò magis ferire potest, quanto equus velocius agitatur. Lædit præterea hæc equitatio tam thoracem & pulmonem quàm viscera vniuersa. Quod etiam renes maximo detrimento afficiantur, fidem facere possunt multi, quorum alij vrinæ ardore; alij lapillis, alij vlceribus modò renum, modò vesicæ, modò peritonei vsque adeo ob hanc exercitationem sollicitati fuerunt, vt ferè ijs affectionibus mortem obierint; ne dicam quot luxationes, quot ossium fracturæ, quot membrorum distorsiones sæpenumerò inde nascantur, dum brachia, dorsum, coxæ & crura supra modum laborant. Videant igitur quos currentibus atque mutatis equis itinera sua obire delectat, quot ijsq; grauissimis periculis, nedum valetudinem, verum etiam salutem ipsam subijciant, quomodoque non ingenuorum aut sanitatem curantium ac vitam sed potius perditorum hominum, athletarum, nihilque vitam qua nobis carius ac optatius nihil reperitur, æstimantium opus exerceant. Hactenus de equitationis speciebus, quarum nullam ægrotantibus conferre scripserunt Antyllus atque Aetius; quasque nec ijs qui medicinam scripserunt, vllo pacto congruere memoriæ tradidit Soranus Ephesius, neque illis qui renum morbis officiuntur, vel earum inflammatione laborant, conuenire censuit Galenus. Sunt qui in equo sedentes gestari delectentur, quæ exercitatio parum malè valentibus vsui esse mea sententia potest: nam, vt mollissimè veharis, tamen lassitudo inguinum lumborumque & dura suspensio explicatioque percipitur, quando subpedaneis corpus sustentare, perarduum est, ne dicam impossibile: accedit & mala ac dolorifica illa concussio, si quo modo incitatius feraris. Valentibus magis conferre eadem potest, corpus, animum & stomachum firmando, sensus expurgando, acuendoque, sed pectus atque pedes debilitat. Hucusque Mercurialis. Quærit Ambrosius Nolanus, cur qui longa & frequenti equitatione vtuntur, ij vt sicci Equitatio equis currentibus. Lib. de ludo par. pilæ. 2. Diæta. li. 5. ca. 8. Sect. 5. prob. 13. 6. Epi. com. 3. aph. 1. Sessio in equis quid præstet.

C

D

ventris

Multum equitantes cur sicco ventre, contrà lotium faciunt plurimum.

ventris sunt; ita lotium multum faciunt. An quia (inquit) equitantium lumbi nimium laborant; atque ob id calefiunt; quorum caliditatem renes etiam sentiunt: renibus calefactis omnis ferè humor, qui in hepate, corpore ac ventre est, exugitur, quòd lotium ipsum est; exucto verò humore cætera ficciora descendunt in sedem, ac ventrem siccant: siquidem cùm lotium plurimum fit, tum excrementa siccantur. An quoniam equitantium sedes ob concussum & hippiam, cui assiduè hæret, calet, ac premitur & arctatur, quibus affectibus omnia excrementa, quæ ad sedem fuerint, calendo & premendo siccantur & obdurescunt: hæc siccata etiam superiora desiccant. Natura autem cùm alteram excrementorum viam impeditam sentit, altera intentiùs vtitur: atque si non potest crassas excrementorum partes in viam lotij conuertere, subtiliores & humidiores committit: vnde lotium plurimum fluit in vesicam, iam ventre sicco remanente. An quia in equitantibus decussus de superiore corporis parte ad inferiorem fit: in eo verò decussu faciliùs citiusque humor deiectus descendit, quàm durior substantia: illius enim vt nihil mollitudinem impedit; etiam per angusta penetrantis; ita duro corpori vnum quoque ob ex esse facilè potest; quo fit, vt vbi prius faciliusque humor descendit, reliqua ficciora remaneant in equitantibus, necesse fit eorum vt lotium fit multum, ita venter ficcior euadat. Hæc itaq; ille.

GESTATIO IN VEHICVLIS. & lectica.

Lib. 6. de arte. gymnast. cap. 10.
Li. 34. c. 39.



EHICVLORVM multa fuere apud maiores nostros genera, (inquit Mercurialis,) quorum luxuria vsque adeo interdum Romæ creuit, vt referente Plinio, aurea ac argentea facere non fint veriti: sed hoc præter institutum nostrum est. Nam, quæ pro sanis aut ægris in vsu habita sunt à medicis vehicula, alia ab animalibus, mulis aut equis agebantur, alia ab hominibus, & vtraque vel tardiusculè vel celeriter. Gestationem vehiculo factam quamuis cæteris acriorem esse dixerit Celsus, ea nihilominus secundum Galeni sententiam, inter debiles exercitationes recenseri meretur: quo fit, vt sanis, nisi aliter exerceri impediantur, minimè omnium conueniat. Valetudinarijs atque senibus magis: quemadmodum Antiochum exercuisse sese & Cæcilium Plinium accepimus; maximè verò ægrotantibus, de quibus sermonem faciens Anthyllus, dixit gestationem in vehiculo factam vim quandam amoliendi commouendique morbos stabiles & permanentes habere. Quapropter Seneca ad bilem faucibus infixam discutiendam & ad spiritus densitatem extenuendam sibi mirificè profuisse scribit, qui quod anhelandi difficultate, siue suspirio, vt ipse vocat, non raro vsque ad exspirationis periculum exerceretur, huiusmodi exercitatione aduersus morbum vtebatur. Hæc inquam exercitatio duplex ab Aetio traditur, altera mitior, altera vehementior. De mitiori scriptum reliquit, ea in capitis affectionibus, & his quibus intestina fluxione laborant, vtendum esse. Vnde sapienter Cælius Aurelianus iudicauit capitis dolore vexatos per longam viam gestari debere, ne frequenti versione ægrotanti vertigo induceretur, velut etiam non sine ratione in furore, atque paralysi curandis vehiculi manibus acti gestationem adhibendam esse voluit, quanquam eandem postea in epilepsiæ curatione improbauerit, quod motus rotarum vertiginem caliginemque faciat ægrotanti, quæ passionis imaginem ferat. Licet enim Galenus Trallianus & Aetius in vertiginosis, epilepticis, graui ophthalmia, aut aurium dolore, surditateve captis, necnon in hemicranicis similem exercitationem prorsus auersari non videantur: attamen Aetius sic affectos leniter moueri & auersos ab itinere retrorsum desidere in curru mandauit: multos subiungens se nouisse hoc modo curatos, qui nullo alio auxilio indiguerunt. Aetium secutus deinde Auicenna addidit huiusmodi vectationem retrouersa facie peractam visus debilitati eiusque obfuscationi magnum iuuamentum conferre. Hanc mitiorem in aluo fluente commendauit Celsus, quam valetudinarijs quoque & senibus Ausonium Gallum poëtam & Ausonij medici à Marcello citati filium probasse puto, quando is amico cuidam seni & à morbo resurgenti scribens, monet cisio & veredo, quæ erant vehiculorum genera, tardè vehatur, thedas, petorita & equorum veloces motus fugiat, his versibus:

Gestatio per vehiculum.
Lib. 2. c. 15.
Lib. 2. de tu. val. c. 11.
Lib. 5. de tu. val.
Epist. 56.
Lib. 3. ca. 6.
Lib. 1. c. 1.
Vectatio retrouersa

Velle soporiferi senium, nubemque veterni,
Atque alacri mediam carpe vigore viam:
Sed cisium aut pigrum cautus conscende veredum,
Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi.
Canterij moneo malè nota petorita vites,
Nec celeres mulas ipse metiscus agas.

Porrò

A Porrò vehiculi gestationem vehementiorem tanquam calefaciente attenuanteque vi præditam in supprimenda carnis multitudine à Cœlio commendatam inuenio, quam item ab ipso pro atrophiæ curatione & ab Aëtio in affectionibus pectoris, & stomachi, in tumoribus laxis, in hydropicis, ac stupore attonito perculsis veluti optimum præsidium vsurpatam fuisse constat. In lectica gestatio facta, vt prædicta aliquanto remissior atque blandior existit, sic quoque plures vsus apud medicos in exercendis ægris habuisse legitur: quod enim in sanis quandoque eam adhibitam reperiamus, id factum credo, non vt simili exercitatione vlla valetudini accederet vtilitas, sed potiùs quia à senectute siue alia causa (veluti Alexander ob cruris vulnus in militari expeditione lectica vsus traditur,) cogebantur vel vt à puluere, sole, ventorum flatibus, pluuia, grandine ac hyemis rigoribus defenderentur: quocirca nisi aliqua ex prædictis causis homines sani vrgeantur, vt à lectica abstineant, consulo, quoniam præter agitationem illam quæ plurimorum capita vexare consueuit, generat & in corporibus quendam torporem, dum omnia ferè membra à motu ferientur, vt mox difficilè reddatur, ea maioribus ac vtilioribus exercitationibus assuefacere. Verum enimuerò hac particulari commoditate non mihi videtur priuāda lecticæ gestatio, quod sani viri ea possunt vti post cibos, non ad exercenda corpora, sed ad obeunda negocia necessaria, citra motus B damnum, aut solatij & exhilerandi animi gratia, quemadmodum factitasse Augustum, quando se à cœna in lecticulam lucubratoriam recipiebat, auctor est Suetonius. Quantum autem ad exercitanda languentium corpora spectat, duplex fuit illius apud medicos gymnastas vsus, aut gestātis sedentibus aut decumbentibus. Decumbentes in lectica gestantur, vt Antyllus, Aëtius & Auicenna memoriæ mandarunt, qui lethargica febri, aut semitertiana aut quotidiana ac phlegmatica vexantur, hydropici secundum Tralliani sententiam, apoplectici, resoluti, nephritici ac podagrici: siquidem hæc commotio per lecticam habita (vt ait Arabum medicorum princeps,) materiam expulsioni aptam efficit: prodest subinde talis gestatio ijs qui diuturna imbecillitate laborant, qui helleborum sumpserunt: itemque vigilantibus aut segnitie & pigritia quadam oppressis, necnon ijs, quibus caninum in modum appetitus intentus est, nimirum cum intentio illa sedetur. Cæterùm sedentes ij lectica, secundum Aëtium, portari debent, qui in integra febrium declinatione consistunt; eadem ratione & illi qui alias exercitationes obire nequeunt, qui diuturno aliquo & leui morbo impliciti sunt, qui cùm adhuc imbecilles sint, vires reficere cupiunt, qui tardè alimenta conficiunt. Ex quo prudenter satis Cor. Celsus vbi phtisici nauigare nequeunt, lectica eorum corpora dimouenda consuluit; quemadmodum Alex. Trallianus, si quid aliud, huiuscemodi gestationes & naui & lectica factas, hydropicos iuuare scripsit. C

Gestatio per vehiculum vehementior.
Lib 4. c. vlt.
Gestatio in lectica.
Curtius.
Lectica noxa.

TEMPERAMENTVM.



LAVRENTIVS Russius equum temperatum existimari asserit, quoniam docilis est & in dominum vel nutricium suum seu curatorem facilis placidusque. Ad caliditatem tamen vergere arbitratur, idque arguit ex leuitate, audacia & vitæ longitudine, qua plæraque animantia superat. Cæterùm sicut in nobis vsu euenit, equorum nonnulli sanguinei, alij biliosi, alij pituitosi, alij melancholici; Quomodo autem inuicem dignoscantur, docet Petrus Montis philosophus G. Ayora Cordubensi interprete, à sanguinea complexione exordio sumpto. Cùm sanguinea (inquit) complexione proportionantur, citi quocunque in curriculo sunt, præsertim si id parumper accliuum est: cæteris delicatiores sunt, & freni obedientiam supra cunctos possident: breuem anhelitum habent, quamobrem in longo cursu præstare non queunt: in breui tamen citò D eunt, & cum pulchritudine transeunt: tum quia minutim & iunctim currunt. Ex ijs ferè nullus alta vel longā vestigia facit, sed omnes penè crura anteriora in cursu implicant. Ad iaculandum ex eis nimium præstant, & in gyris huc atque illuc faciendis mirum in modum excellunt. Has habitudines tenent: pedes paruos & non crebrò multā duritie præditos possident: breues iuncturas articulosve (si dicere cupis) gracilia crura & media longitudine sita tenent. Fœmora habent crassa, quæ crura breuiora videri quàm sunt, faciunt: multam etenim carnis copiam in natibus habent, & ea nimium deorsum descendit, neque aliter ea quæ à scapulis pendet, toros anteriorum crurum induit. Carne & super clunes & circum ilia abundant: crassi in posteriori parte sunt, in anteriori verò subtilitate hilarantur. Tergum & eius partem aduersam rectè conditam habent. Clunes atque nates rectè conditæ & optimæ distributæ sunt, quibus cruces apta æquitate respondent. Collum breue, crassumque tenent. Quæ res simul cum copiosa conditione posteriori ipsos freno parere efficiunt. Eorum capita parua atque breuia sunt, quæ inter corpulentiam & maciem medium sortiuntur. Minores huiuscemodi complexionis equi, quàm ex cæteris sunt. Cholerici neque celeritatem

Cur temperatus esse dicatur equus.
Calidum esse.
Temperamēto variare.
Equi sanguinei.
Equi biliosi.

celeritatem neque tarditatem habent, quamuis eorum plurimi tantam ſuperbiam teneant in exitu, E
vt ſiniſtrum iter perſæpe capiant, neque id tamen in alterum magis quàm in alterum latus fieri dicimus; nimium currunt, præſertim in longo curſu; anhelitus quidem patientiores cæteris ſunt; cùm currunt, plurimùm ſe attollunt. Longis quoque paſſibus & nimium apertis incedunt; eorum plurimi infreni ſunt. Equi nimium veloces iſtius complexionis à ſanguine ſubſecuti naſcuntur, qui eos celeriores, freno obedientiores, pulchriores & pretioſiores reddit. In iſtis namque duabus complexionibus huiuſmodi animantes nimiam oſtentationem apitudinemque cum vigore poſſident. Quocumque in terræ ſitu currunt, maximè vbi viribus opus ſit. At ſi phlegma pro ſanguine ſequitur, animalia tardiora & anhelitus patientiora & infreniora fieri ſolent; quæ melancholiæ aduentu ſemper dureſcunt. Has aut ſimiles habitudines poſſident. Mediocres pedes & ſatis ab vngula vegetos habent, quæ inter duritiem & temperiem medium poſſidere experitur. Iuncturæ curtæ atque fortes ſubſiſtunt. Eorum crura tam anteriora quàm poſteriora mediocrem tum longitudinem tum groſſedinem habent: ea tamen nimio oſſe exuperant, quod vndique maximum eſſe omnia membra demonſtrant. Femora tantum ſeorſum eriguntur, vt reliqua longitudine excedere videantur. Nates cum clunibus eorum ſtrictæ & ſiccæ potius quàm vel latæ vel carne vberes dicendæ ſunt, præſertim in ſummitate, illic etenim in pectoris volucrū modum deducuntur colliguntur que. At oſſa clunium nimio interuallo diſtant, groppam longam habent, quæ in parte poſteriori contrahitur, quæ res eorum tergum breue efficit. Ilia adeo ſurſum eriguntur, vt pars illa in qua clunes nateſque conſiſtere diximus, altiorem videri quàm ſit, faciant. At cruces inferiores habent. Supina pars prælonga eſt, quanquam magna ex parte, etſi longum pectus, breuiſſimum ventrem teneant (quem Hiſpani Hamelgum dicunt) pectora lata atque aperta poſſident; quamuis ob acuitatem quam in fronte tenent, accipitres imitentur, & minorem latitudinem habere videantur, quæ equidem res animalium velocitatem præ cæteris indicat. Neque vllum adhuc pernicitate præſtare, ni id apertè decurrat, compertum habemus. Non ſunt graues ſed in anteriori parte nimium oſſis & poſſident & oſtendunt. Crurum altitudine & corporis breuitate præſtant; quod quidem ſignum ſingula animalia vt pernicitate excellant, habere debent, quamuis minus, ob id, pondus tolerent. Curſus etenim crurium expeditionem appetit. Huiuſcemodi equi quos cholericos dicimus, colla ſatis longa atque gracilia ſortiuntur. Quapropter & poſteriorem leuitatem & currendi impetum freno inobedientes ſunt. Capita mediocria ſiccaque tenent, quæ inter longitudinem & medium conſtituuntur; maiuſcula etiam cholericis quàm ſanguineis inſunt, G
quod in hominibus ob capillaturam nequaquam oſtenditur: capillis tamen ſubſciſis non minus in nobis quàm in equis vti eſt, oſtendi ſolet. Iſtiuſmodi demum equi multum ſentiunt atque elaborant, ſed ſuperbiſſimi ſunt. Melancholici citi vti cholerici ſunt, quamuis & duri & intemperati conſiſtant, & multum celeritatis illis vt cholericos æquiparent, deeſt. Eorum etenim nullus cum ſufficientia currere experitur; immo & tam rotundè atque implicitè in curſum eunt, vt inter eorum currendi atque rotandi modum nullum ferè diſcrimen (quanquam non cadant) iudicetur. Magis ſaliendo quam curſu valent, quam quidem affectionem vniuerſim à melancholicis animalibus obſeruari videmus. Os durum poſſident: multum tamen in longum fugere nequaquam ſolent ſi eos frena coercent; cruribus quippe vti non magnoperè cupiunt. Ingentes labores perferunt; in iiſq; tolerandis præſtant præſertim cùm ſarcinas deportare expedit. Omnes denique equi qui pedes atque crura arcuata ſortiuntur, & intemperati & pauciſſimi laboris ſunt, debiles quoque pro ſui corporis magnitudine experiuntur, verùm quia melancholici ſunt, fortes eſſe oſtenduntur, & magnos ictus, vbi tangunt, dare videntur. Pedum cornua benè condita atque fortia quamuis non temperata ſortiuntur; Crura craſſa, curua, atque breuia poſſident. Coxæ atque clunes rotundæ ſunt. Tergus media longitudine coextenditur, quod ſæpe curuum eſt (quem quidem defectum H
pandum Hiſpani vocant,) quam quidem ob rem & quia libenter ſtant, ad rotationes ſuper ipſos peragendas optimi ſunt. Pectus latum, apertum & tabulatum (ob ſimilem adequitationem dictum) tenent. Collum curtum craſſumque illis tributum eſt, cui diuerſum caput minimè ſed ſimillimum annectitur, quod magno oſſe conſtare vſque quaque conſpicitur. In iuſta pugna valent. At cùm choleram huic complexioni anteire natura vult, longè præſtant. Canes quoque huiuſmodi complexionis fortes ſunt & tenaciſſimè mordent qui pollices magnos atque aduncos in ſuffraginibus magna ex parte habent, (quamobrem peſugnados ipſos Hiſpani appellant.) Simi etiam eſſe conſueuerunt; quæ res & in equis & in canibus dignoſcendis commune inditium eſt. Phlegmatici lenti in principio ſunt, neque vlla tamen in totius curſus parte laxitudinem deſerunt, quanquam & in medio & in fine minorem lentorem retineant; præſertim ſi currendi ſpatium accliuum eſt, & nimium dilatatur, & aliorum complexionum defectionem exiſtimes. Neque eos ob id vnquam leues eſſe, ſed vno ferè modò in longum pergere dicimus, quam rem ij qui iunctim atque celeriter vim immittunt, agere non poſſunt. Parum ſaliunt & ſpatioſè voluuntur. Non citò

Equi melācholici.

Canes melācholici.

Equi pituitoſi.

à curſu

A à cursu consistunt, quamuis & molli ore sint & multum fugere nequaquam assuescant. Laborum patientiores experiri quàm videri consueuerunt. Ex istis vel cum melancholico humore commixto multi resides eunt. Verùm cum melancholia præcedit, phlegmaque subsequitur, iter pertinacius refutare & vlterius nolle progredi pugnant. Horum pedes magnitudine sparguntur, quorum cornua mollia sunt: articuli immo artus longi, crura verò atque femora longa existunt: at sua femina (interiores coxarum partes intelligas) nimium carnosa & quoquo modo summissa iacent. Tergum atque ilia longa porriguntur, venter propensus atque longus est. Pectora curta, non lata sed nimia carne inducta possident: colla crassa longaque existunt, & plurima induuntur carne: quibus capita conformitate proculdubio correspondent. Latiùs in istis equorum complexionibus scribi poterat, debueratque: plura etenim alia tum publica, tum quouis modo tecta sortiuntur. Verùm cùm hæc vniuersalia cognoscantur, cætera quæ restant, facilè comprehendi poterunt: Magnitudinis atque colorum discrimina pro aliquali cognitionis parte; non autem pro vniuersa infallibiliue norma inseruntur. Singulæ quippe istiusmodi differentiæ in quauis complexione & locum inueniunt & inesse experiuntur. Sanguinei minores cæteris sunt, qui vel album vel castaneum colorem (ob fructuuum similitudinem à nobis dictum) sortiri assuescunt. *Equi sanguinei.* B Cholerici inter mediam & proceram magnitudinem consistunt: at colorem ex cinereo atque albo cum medio vtriusque coloris permixtis confectum habere solent (qui color rutio ob rotarum discretionem ab Hispanis dicitur,) quamuis ex equis istis non pauci castanei sint, nomen iam desuper expositum. *Cholerici.* Melancholici mediocres & nigri sunt. Phlegmatici magni, albi atque castanei esse assueuerunt. *Melancholici.* *Pituitosi.* At in singulis prouincijs equorum complexiones illis quæ hominibus insunt, conformari sunt solitæ, tunc præsertim cùm non delecti vel externi emissarij equas comprimerent, sed cùm tumultuatim ac permixtim ex ijs vti ex hominibus generatio fieret, id (quod retulimus) longè certiùs obseruaretur. Hæc itaque Petrus Montis, quæ fortassis aptius ijs quæ ex Cardano de electione equorum scripsimus, coniungi possint: sed & hîc non malè quadant, cùm deinceps quæ vel ad equi præseruationem à morbis, vel ad curationem eorundem pertinent; sit dicendum. Temperamentum enim ægri in primis cognoscendum est medico.

MORBI, EORVMQVE Cura.

C ARISTOTELES author est, homines vsu peritos asserere, totidem ferè morbis equum atque etiam ouem infestari, quot homo solet. Ego verò de singulis accuratè tradere non institui, sed de ijs tantùm in quos frequentiùs incurrere solent. Nonnullos autem cognoscere difficile est, vt tradit Pelagonius, propterea quòd eadem sæpe signa diuersis in morbis appareant: Verbi gratia, non solùm febriens capite in terram demisso anhelitum ducit frequentiorem, sed cùm alij etiam dolores vrgent. *Morbos multos cognoscere esse difficile.* Rursus opisthotonicorum notæ traduntur, quæ etiam proueniunt ijs animantibus, quæ longior insolatio aut diuturnus labor ad imbecillitatem perduxit. Ea non possunt insistere, sed commissis in vnum pedibus concidunt. Non ergo putabis ipse dolorem esse ventris aut tormina, neque ab ijs medendi rationem trahes, sed conueniens morbo remedium adhibebis. Multa igitur germanarum ægrotationum signa similitudine confunduntur: multa quoque prorsus dissidentium indicia facilè deprehendes, si diligentiùs animaduertas. Ægrè autem habere equum non difficile est cognoscere, *Aegrotantis signa.* D nam tristior est solito aut pigrior, vt ait Vegetius, somno non vtitur consueto, nec solito se more transuoluit, nec requiem vt assumat, accumbit, nec deputatum cibum assumit ex integro: & potum aut intemperantius accipit, aut omnino fastidit, stupentibus oculis, auribus flaccidis, erecto visu, turpi pilo, exhausta sunt ilia, fit spina rigidior, anhelitus crebrior aut grauior; incessus ipse, quo maximè notatur segnis, ac nutans. Cùm huiusmodi signa in iumento vnum vel plura conspexeris, statim illud (inquit) separabis à cæteris, vt contagionem non inferat proximis & faciliùs in solo iam causa morbi possit agnosci. Si diligenter habitum, post vnam, secundam vel tertiam diem ab illa mœstitia fuerit absolutum, nihilque resederit in corpore ipsius quod putetur ambiguum, scito ex leuioribus causis illam venisse tristitiam & animal consuetudini pristinæ esse reddendum. Nec explorandi omittatur intentio, nam frequentiùs inspici debet & cautiùs, quod semel cœpit esse suspectum. Hucusque Vegetius. Idem tradit equos in nonnullis morbis cadere, vt in eo qui inde caducus vocatur, & eo quem Frenes vocant, & malide humida & morbo acuto ex pabulo contracto (apparet crithiasin hoc est, vt Gaza vertit, hordeationem intelligere; nam in hac quoque cadunt & erigi recusant.) In podagra *In quibus morbis cadant.*

etiam ferè ſtare & ambulare neſciunt: ſi coguntur, claudicant: ſæpe ſe proijciunt, vt indigeſto ex hordeo animalia quæ propter dolorem non coquunt cibum. *Morborum cauſa.* Plerumque autem morbos concipiunt laſſitudine & æſtu, nonnunquam & frigore & cum ſuo tempore vrinam non reddunt: vel ſi ſudant & a concitatione confeſtim bibunt, vel ſi cùm diu ſteterint, ſubitò ad curſum extimulantur. *Frigus vt equis noxium.* Quantopere autem frigus noceat equis, ſuprà in curatoris munere indicauimus. Labor quoque per nimium calorem eos ſcalmatos id eſt emaciatos facit. Iam verò plenitudo & obeſitas quamuis morbus non dicatur, æquè tamen lædit & medicationem requirit. *Morbi acutiſſimi.* Morbi acutiſſimi tres authore Hierocle, equis & alijs, quorum ſolidæ ſunt vngulæ, accidunt, veſica, conuerſio inteſtinorum quæ ileos (inquit) vocatur, & cardiacus: cæteri verò ad dies aliquot differuntur. Addit tamen ſolere etiam crithiaſim & ſuffocationem, & ventris dolorem illico perimere, niſi præſens remedium auxilietur. *Frenes morbus qui.* Cæterùm recentiores frenes vulgò vocant morbum quendam, qui vel infra duas horas aliquando occidit. Sunt & pariſthmia periculoſi. Hernia equi ex calcitratu alterius ad inguen orta, tertio fere die occidit. *Morbi toti corpori communes.* Morborum qui toti corpori communes ſunt, præcipui ſunt macies ſiue extenuatio, febris, peſtis, ſcabies. *Particularium diuiſio.* Particularium alij etiam interni, alij externi. Interni ſunt dolores capitis, ventris & inteſtinorum, neruorum læſio, oculus cruore ſuffuſus, oculus percuſſus, inflammatio, lachrymæ, lippitudo, caligo, vnguis & albugo; dolor dentium, palatina vulgò dicta, barbulæ ſub lingua, tonſillæ, hæmorrhagia, ſtrumæ, Tuſſis, ſtrangulio, aſthma, dolor cordis, bulimus, cruditas, dolor ex flatibus, Lumbrici, nephritis, frenes, vrinæ difficultas, dolor ex retentione vrinæ, ſtranguria, mictio ſanguinis, tumor teſtium, vuluæ procidentia, langium in cauda, ita vocat Ruſius malum quoddam, à quo velut a cancro pili ac oſſa caudæ corrumpuntur, defluuium pilorum caudæ, artritis, podagra, ſuperoſſum, pedis luxatio, vngularum vitia, vulnera, vlceraque multarum partium, & morſus. Hi ſunt fere præcipui equorum affectus, de quorum curatione vel ideò non pertractabo, quòd ea peculiare idque grandiſſimũ volumen requirat; quam ob rem authores qui de ſingulis agunt, tantummodo indicabo, mox remedia quædam allaturus, quibus in pleriſque affectibus veterinarij vtuntur. *Equi emaciati.* De equis itaque emaciatis, Hippiat. cap. 62. De extenuatis & ſtrigoſis incertam ob cauſam, ibidem cap. 68. Si extenuatus ſit equus, Geoponica 16. 3. ex Abſyrto. De equo qui cùm abundè edat, non proficit, Ruſius, 156. Ad cutis ſiccitatem & maciem, Pelagonius cap. 128. De macerata fruge quam ſtrigoſis equis Cappadoces exhibent Hippiat. 129. De nimis pingui equo, vt macreſcet, Ruſius 153. *Febris.* De febri equi, Hippiat. 1. Geoponica, 16. 4. Vegetius 1. 31. De febribus internis, idem ibidem & per ſequentia quinque capita. *Peſtis.* De peſte Hippiatrica 4. Virgilius in Georgicis ſic canit:

Labitur infelix ſtudiorum atq; immemor herbæ
Victor equus, fonteſq; auertitur, & pede terram
Crebra ferit, demiſſæ aures, incertus ibidem
Sudor; & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit:
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus:
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus:
Tum verò ardentes oculi: atq; attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis: imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater
Sanguis & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenæos, ea viſa ſalus morientibus vna.
Mox erat hoc ipſum exitio; furijſq; refecti
Ardebant; ipſiq; ſuos, iam morte ſub ægra
(Dij meliora pijs, erroremq; hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

Malis. De febri equorum epidemia, Ruſius 166. De malide (quo quidem vocabulo peſtilentia appellatur, ſed habet plures ſpecies, vt docet Vegetius 1. 2. & deinceps; quanquam ipſe non malidem, ſed malleum vocet.) Hippiat. 1. 2. Malis Theomneſto duplex, alia ſicca quæ latet, alia humida, in qua ſanies pituitoſa per narem albicans effluit. *Alienatus. Orabus.* Vegetio etiam alienatus vocatur & orabus. De cauſis & curis generalibus malidis Vegetius 1. 17. Suffimenta contra eam. Idem 1. 19. & 20. De malide humida (eſt autem duplex, recens vna & ſine odore, alia inueterata & fœtida.) Hippiat. 2. Morbi humidi ſigna, Veget. 1. 3. cura 1. 10. De malide ſicca, Hippiat. 2. Morbi aridi ſigna. Veget. 1. 4. cura, ibidem 11. Morbi ſubtercutanei ſigna & cura, Ibidem 5. & 12. Malis intercus, Hippiat. 2. *Morbus articularis.* Morbi articularis ſigna & cura. Vegetius, 1. 5. & 12. Malis articularia, Hippiat. 2. Ad articularios dolores, Ibidem 129. *Scabies.* De ſcabie, Vegetius 3. 71, Ruſius 72. Theomneſtus in Geoponicis

nicis

A nicis 16. 17. Hippiatri cap. 6. 32. Si scabies latius prurit, Ibidem 69. De scabie & eius cura, Albertus lib. vigesimo secundo. Hæc authore Columella huic quadrupedi mortifera est, nisi celeriter succurritur. Si leuis est (inquit) inter initia candenti sub sole vel cedria vel oleo lentisci linitur, vel vrticæ semine & oleo detritis, vel vnguine ceti, vel quod in lancibus salitus thynnus remittit. Præcipuè tamen huic noxæ salutaris est adeps marini vituli: sed si iam inueterauerit, vehementioribus opus est remedijs, propter quod bitumen & sulphur & veratrum pici liquidæ, axungiæque veteri commista pari pondere incoquuntur, atque ea compositione curantur, ita vt prius scabies ferro rasa, perluatur vrina. Sæpe etiam scalpello vsque ad viuum resecare & amputare scabiem profuit, atque ita factis vlceribus mederi liquida pice atque oleo quæ expurgant & replent vulnera æquè: quæ cùm expleta sunt, vt celeriùs cicatricem & pilum ducant, maximè proderit fuligo ex aheno vlceri intricata. Hæc ille, & aliàs; Impetigines & quicquid scabies (inquit) occupat, aceto & alumine detricantur. Nonnunquam si hæc permanent, paribus ponderibus permistis nitro & scisso alumine, cum aceto linuntur. Papulæ feruentissimo sole vsque eò strigile raduntur, quo ad eliciatur sanguis: tum ex æquo miscentur radices agrestis herbæ, sulphurque & pix liquida cum alumine: & eo medicamine prædicta vitia curantur. Plinius & Auicenna tradunt equorum scabiem ranis decoctis in aqua extenuari, donec illini possit,
B dicique ita curatos non repeti postea. Nonnulli personatiæ siue arctij radicem tritam miscent cum lacte vaccino & equorum scabiem illinunt. Sunt qui vnguentum parent veteri axungia, oleo laurino, helleboro albo & argento viuo permixtis, ita vt ad libram axungiæ sextam olei laurini partem, hellebori octauam; argenti viui verò quantum satis videbitur pro scabiei modo, non nimium tamen. Simile ferè vnguentum describit Rusius 32. Plinius diuersis locis ad scabiem & pruritum quadrupedum celebrat haleces sale infusas per noctem; aquam maris: amurcam olei coctam cum lupinis: asphaltum; asphodelum illitam & priuatim in equis: butyrum cum resina: chamæleontis succum: helleborum nigrum cum thure & cera, aro & pice, vel cum psyllio: Fimum bouis vel bubali: glutinum taurinum in aceto liquefactum addita calce, oleum lentisci: pastinacæ piscis iecur coctum in oleo, (quo medicamento efficacissimè curari scabiem asserit,) picem; salem chalastræum, hyssopum cum oleo. De scabie & pruritu colli & caudæ equi Rusius 72. Et de scabie in genere, ibidem. Dolorem capitis (inquit) Columella, indicant lachrymæ quæ profluunt, aurésque flaccidæ, & ceruix cum capiti aggrauata, & in terram summissa. Tum rescinditur vena quæ sub oculo est & os calda fouetur, ciboque abstinetur primo die. In postero autem potio ieiuno tepidæ aquæ præbetur, ac viride gramen, tum vetus fœnum & molle stramentum substernitur, crepusculoque aqua iterum datur, parumque hordei cum viciæ libris duabus & semis, vt perexigua portione cibi ad iusta perducatur. Ad capitis dolorem, Vegetius 2. 8. Capitis & caluariæ, Hippiatrica 104. Appiosus, id est, hemicranicus equus, vnde & mens hebetatur & visus: & quia vna pars prægrauatur, tanquam ad molam vadit in gyrum, vt ait Vegetius, qui omnes capitis valetudines, præcipuè veteres & periculosos cyclo curandas esse tradit, de quo in purgatione ex eodem dicemus. Irremediabile malum est teste Aristotele, si cordis dolore vexatur equus: cuius indicium, vt latera subsidant & ilia perstringantur. De cordis dolore, Hippiatrica 29. Si equus doleat ex flatibus & ilia tumeant, & ferè totum corpus plus solito, Petrus Crescentius 9. 18. De dolore ex flatibus qui subeunt meatus corporis concalefacti, vnde ilia sudant, & corpus quandoque valdè tumescit, & equus valdè affligitur, Rusius 149. Emphragma, id est tortura & extentio ventris dolorque cum magno periculo, Vegetius 1. 40. De Emphragmate, idem 1. 47. Curatur extractis è longanone excrementis manu oleo inuncta, vel clystere iniecto. Vide etiam Hippiatros 43. De dolore

Dolor capitis.

C

Appiosus equus.

Dolor cordis.

Dolor ex flatibus.

D ventris, Vegetius 1. 49. Hippiatri 31. & 33. De dolore intestinorum. Ibidem 36. Columella author est, nec non & Vegetius boues & equinum genus à dolore ventris & intestinorum liberari, si cùm dolent, aues viderint natantes ac præcipuè anatem. De stropho id est, torminibus Hippiatrica 45. De causis eiusdem & cura, Vegetius prim. 43. Equus (inquit tert. 53.) volutatur, patitur torsiones, ilia sibi respicit, stercus durum assellat, terram pedibus tundit dolore cogente, intermissis horis refrigerationem sentit & requiem. De Coli dolore, Vegetius prim. 41. & prim. 50. & 3. 52. Coli cruciatus Hippiatric. 31. Ad colicos compositio, Vegetius 4. 27. Colicis vnde sanguis trahendus, idem 1. 27. Capiuntur equi, vt Aristoteles quoque annotauit, etiam rigore neruorum, cuius (inquit) indicium; venæ vt omnes neruique intendantur, & caput ceruicesque immobiliter rigeant, rectisque cruribus gradiantur. De neruorum læsione Absyrtus in Geopon. decim. sext. sept. De sanguine qui apparet in oculis equorum. Rusius, 57. De oculis cruore suffusis Hippiatrica 11. Ad oculum percussum, Vegetius quart. 27. Rusius 59. Ad dolores oculorum Hippiatr. 11. Columella asserit omnem dolorem oculorum inun-

Strophus.

Dolor colicus.

Neruorum rigor.

Oculorum morbi.

N ctione

ctione ſucci plantaginis cum melle Attico, vel ſi id non eſt, vtique thymino celeriter leuari. De inflammationibus oculorum, procidentijs, defluxionibus, Hippiatrica 12. De lachrymis oculorum Ruſius, 53. Contra ruborem & dolorem oculorum, idem 61. De lippitudine Hippiatrica 11. Abſyrtus in Geoponicis 16. 5. Frequenter autem oculi caligine & nebulis læduntur: claritatem reſtituere putant medullam de cruribus caprinis exemptam recentibus & incoctis cum rhodoſtagmate; Oculos etiam equi claros reddet hoc medicamentum: Ad vnciam mellis puri, Zinziberis drachmas duas admiſce, & ſtillatitij liquoris rutæ vnciam ſemis: hoc oculis inditum & iumentis & homini prodeſt. Contra maculam in oculo equorum, Ruſius 58. Pterygia id eſt vngues oculorum. Hippiatrica vndecimo. De vngula oculorum, Ruſius 56. Eſt autem (inquit) cartilago, quæ frequenter medium oculorum occupat. Collyria ad oculorum albugines Hippiatrica, duodecimo. Geoponica Græca decimo ſexto. Ad oculorum album vel glaucomata, Vegetius quart. vigeſim. ſeptim. Ad album ex humore vel percuſſura natum, Vegetius ſecund. vigeſim. ſecund. Collyria diuerſa ad album in oculis. Idem 4. vigeſim. ſeptim. Suffuſio vel album quomodo per nares curetur. Idem 2. vigeſim. prim. Ad os vlceratum, Hippiatrica 60. Si gingiuæ vel dentes doluerint, Vegetius 2. 32. Si vena in palato inciſa claudi non poteſt, Idem 2. 35. De Palatina, Ruſius 65. Sunt autem ſulci quidam in palato equi, caui vel profundi, ex pabulo acuto & ariſtis pleno pungente palatum, aut ex phlegmate orti: De barbulis ſub lingua, Idem 69. Harum meminit etiam Albertus, Barbulæ quædam (inquit) fiunt in palato equi, ſiccæ, in modum conorum mamillarium alicuius beſtiolæ, quæ cum creſcendo longiores paruo grano fuerint, equum ab edendo impediunt. Ad tonſillas, Hippiatrica 18. & vigeſim. De ſanguine per nares fluente, Hippiatrica 42. Vegetius 1. 54. Columella reprimi ſcribit inſuſo naribus viridis coriandri ſucco. Ad ſtrumas rumpendas, Hippiatrica vigeſim. Vegetius ſecund. vigeſim. tert. Pulmonarij & vulci, Hippiatrica tertio. Ad tuſſim equorum, Hierocles in Geoponic. 16. 11. Hippiatrica 22. Vegetius 3. 67. Ad tuſſim ſiccam, Idem 3. 68. Ruſius 165. Ad tuſſim ſi quid faucibus inhæſerit, Vegetius tert. 62. Ex faucibus, idem tert. 66. Exaſperato gutture, Ibidem. Si ex vulneribus faucium tuſſis vrgebit. Idem tert. 70. Si ab internis tuſſierit, Ibidem. Ad tuſſim ex perfrictione. Idem tert. 63. In hac caput deorſum demittunt tuſſiendo vſque ad terram, bibentibus aqua per nares currit: Eſt & tuſſis à colibus, cùm coles iniuriæ pleni ſunt, tumentque dum bibunt, ſic affecti continuè ruminant. Idem tert. 64. Eſt denique (inquit idem tert. 65.) ab interioribus, grauior & penè inſanabilis: hæc nares iumenti præcludit, vt ſpiritum reddere non poſſit. Si ilia ſpiſſis pulſibus ducit, ſignum eſt prouenire à iecore vel pulmone, vel præcordijs: ſin lentis pulſibus ilia duxerit & ventrem, indicat tuſſim de his locis, in quibus inteſtina ligantur, quorum tenſione & iniuria compelluntur tuſſire. Nam ſi curſu nimio vel latiore ſaltu conuexata ilia fuerint, hæc naſcitur cauſa. Ex nimio quoque æſtu vel intolerabili frigore interiora vitiantur, & faciunt tuſſicos. Vnde vulſi appellantur. Hæc ille. Ad tuſſim & vulſos, Idem tert. 69. & 70. & quart. 9. Caſtaneam equinam ſic dictam ait Gulielm. Quacelbenus in epiſt. ad Matthiolum, quòd ternæ aut quaternæ deuoratæ, pectoralium equorum morbis, tuſſi præcipuè & anhelitus difficultati opitulentur. Recens tuſſis (inquit Columella) celeriter ſanatur, pinſita lente & à valuulis ſeparata, minuteque molita. Quæ cùm ita facta ſunt, ſextarius aquæ calidæ in eandem menſuram lentis miſcetur, & faucibus infunditur, ſimiliſque medicina triduo adhibetur, ac viridibus herbis, cacuminibuſque arborum recreatur ægrotum pecus. Vetus autem tuſſis diſcutitur porri ſucco trium cyathorum cum olei hemina faucibus inſuſo. Plinius affirmat, verbaſci cuius flos eſt aureus, tantam vim eſſe, vt iumentis etiam non tuſſientibus modò, ſed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu. Iſtiuſmodi vulſos equos in Hippiatricis Græcis βυλσοὺς vocari legimus, quo modo etiamnum nos vulgò eos vocamus, quicumque ſcilicet grauiter tuſſiunt, & Vegetius tert. 42. vulſare poſuit pro valdè tuſſire. Barbari quidam recentiores, pro vulſis vulſiuos & pulſiuos equos dicunt. Petrus Creſcenſius pulcinam dicere videtur ipſum morbum, 9. vigeſim. Morbus (inquit) fit ex calore liquefaciente pinguedinem, qua obſtruit pulmonis arterias, ita vt equus vix reſpirare poſſit: Signa ſunt, narium magna ſpiratio & ilium (circa coxas) crebra pulſatio (hinc fortè aliquis pulſiuum equum dici conijciet, non tanquam vulſum: ſed cùm res vna ſit, de vocabulis non contendimus,) Incurabilis ferè eſt: tentantur tamen remedia quædam &c. Autumni tempore cibetur equus vuis maturis, vel dulci mulſo potetur. Mangones quidam impoſtoreſque ad viridia pabula ducunt, vt fallant emptores. Ruſius ſi vuas vel racemos abundè ederit, liberari ait, nec ſimile huic remedium reperiri. Cælius Calcagninus vir alioqui doctiſſimus, haud ſatis peritè hunc affectum peripneumoniam vocat

Os vlceratum. *Palatina.* *Barbulæ ſub lingua.* *Tonſillæ.* *Hæmorrhagia.* *Strumæ.* *Pulmonarij.* *Tuſſis.* *Tuſſis.* *Vulſare quid* *Li. 3. Epiſ.*

A vocat his verbis: Chamæleuce ea est quam olitores & agrestium vulgus vngulam equinam vocant: ex antiquis nonnulli tussilaginem vocauerunt, quod arcendæ tussi sit accommodata. Ex eo factum puto, vt veterinarij, ad discutiendam equorum peripneumoniam, illa vtantur. Ea est vehemens pulmonis inflammatio, ex destillatione plerumque proficiscens, quam grauis anhelitus subsequitur: hinc equos pneumonicos appellant medici, quos Latinè pulmonarios rectè nuncupaueris, à grauitate respirationis; & ab ilibus quæ difficulter admodum trahunt. Mulomedicorum imperitia hoc tempore vulsos vocitauit. De vulsis Vegetius tertio.66. De equo pulsiuo, Rusius 142. In hoc morbo (inquit) narium continua & magna suffocatio contingit. Dantur pro remedio carnes & decoctio serpentum, &c. Ad vulsos & ruptos (grauiter tussientes,) Vegetius tertio, septuagesimo. De equis spiritu distentis, Hippiat. 62. Aduersus strangulatum prouenientem cum equus satur cibo ad cursum agitur. Hippiat. 111. De strangulione *Strangulatus.* Pet. Crescentius, 9. 16. Morbus idem cum tonsillis videtur, de quibus Hippiatri Græci agunt. 18. & 20. Glandulæ aliquot (inquit ille) circa caput equi sunt & earum quædam sub gutture, quæ interdum augentur propter humores equi refrigerati à capite descendentes, vnde totum guttur inflatur & meatus respirandi comprimuntur. Nisi autem tonsillæ sint, viuulæ fuerint à qui-

B busdam dictæ, eodem scilicet in loco glandulæ quædam, similiter ab influxu capitis auctæ & arteriam eodem modo constringentes, vt animalia suffocentur, nisi in tempore succuratur, per cauterium aut incisionem. Exciduntur autem etiam strangulionis glandulæ, & apud Græcos Hippiatros tonsillis cauterium adhibetur. Strangulinam vocant (inquit Albertus) cùm omnes meatus gutturis equi, per quos anhelitus ad nares meat, cum tussis grauedine constringuntur. Fit ex putrida esca & aqua nimis crassa & ex phlegmate collecto propter otium equi: vel sicca esca cum puluere commista, vel potu nimis frigido, vel cum tempore frigido nimis biberit equus, & postea sine coopertorio in frigido loco steterit, præcipuè si antea lassus fuerit & ieiunus. Si per octo dies equus laborauerit, desperatur. Frequenter infra duodecim dies euadit, vel in moruellam transit & periclitatur. Rusius ait ita affectos equos cap. 63. cum gurgulatione quadam spirare & vix transglutire. Apud alios strangulina vel strangulio est catarrhus & pituita narium ex refrigeratione, cum anhelitus difficultate, multa per nares humore effluente, qui nisi sponte fluat, suffimentis aut errhinis prouocatur. Inter alia remedia cauterium adhibetur sub mento, & caput ita ligatur, vt deorsum spectet, quò liberius effluant humores. Sunt & vuulæ recentiori-

C bus dictæ glandulæ quædam inter collum & caput equi, quæ auctæ deglutionem & respirationem impediunt. Ex his laborantes equi, aures subinde concutiunt, sitiunt, lambunt quod apponitur, Vide Rusium capit. 63. Crescentius 9. 17. glandulas ait esse circa maxillas: vulgus vt inuenio viuas appellat. Rusius etiam iunulas appellat, nisi corrupta vox sit. Equus (inquit) habens iunulas, si subito vniuersus in sudorem soluitur, & membra ipsius singula contremiscunt, ac ipse continuò scorditiones patitur, non videtur posse euadere. Scribit Gesnerus se audiuisse, sic affectis equis venas sub lingua aliquando aperiri, vel post auriculas, vel in medio vtriusque auris: esse etiam apud suos, equarios qui equi aurem dextram deorsum ad maxillam iuxta collum extendunt & qua postrema parte auriculæ cutis attingitur, illam rescindunt & vermiculos, vel grana, vel glandulas pestiferas eximunt. De strangulione, Rusius, 63. De strangulione & cymorrha, item de viuulis Petrus Crescentius 9. 17. Tormentillam datam in potu vel pastu Albertus vtilissimam ait esse bobus & equis pulmonarijs ob defluxionem à capite cum asth- *8. Hist. anim. c.13.* mate, auribus flaccidis & fastidio cibi. De asthmate id est suspirio, Vegetius tertio 68. De asthmate & orthopnoea, Hippiat. 27. In orthopnœa (inquit Pelagonius) si cætera remedia non *Asthma.* succedant, curabitur equus inserta pectori radicula, quam veterinarij consiliginem vocant, aut

D narium aut auricularum radicibus impacta: siquidem has in partes omnis vis morbi noxiumque virus elicitur. Sunt qui asthmaticum sanandum promittant, si triduo furfures aridos ederit. Aliqui helleborum nigrum inserunt inter cutem & carnem foramine transfixo subula. De orthopnœa, Hippiat. 27. In orthopnœa (inquit Vegetius tert. 46.) siue plagio rigido *Orthopnœa.* equus etiamsi trahatur, ambulare detrectat, anhelat grauiter, frequenter suspirat, ronchos ducit, ilia suspendit; dum manducat, tussit: difficilè liberabitur, licet diu viuat. De dolore cordis Hippiat. 29. Cardiacus morbus, ibidem. Vegetius 2. 4. De bulimo, id est intensa fame, *Dolor cordis.* Hippiat. 67. Vegetius tert. 35. De bulimo ex fame vel lassitudine, idem tert. 35. Ad fastidia cibi *Bulimus.* & nauseam, Hippiat. centesimo vigesimo nono: Inter præcipua remedia recensetur id genus *Ad cibi fastidia.* seminis quod git appellatur: cuius duo cyathi triti adiunguntur olei cyathis tribus & vini sextario, atque ita faucibus intruduntur. Et nausea discutitur etiam si caput allij tritum cum vini hemina sæpius potandum præbeas. Si abundè non edat equus, Absyrtus in Geoponicis 16. 13. Si hordeo malo aut nimio lædatur animal. Vegetius tert. septuag. tert. De dolore

Plethora. ex nimia ingeſtione hordei vel ſimilis indigeſti, Ruſius centeſimo quinquageſimo: Vegetius plethoram ex hordeo fieri tradit, ſi equi dum ſudant, hordeum comederint; vel ipſum hordeum nouum fuerit, quia vehementius calet; vel copioſius quàm oportet ocioſa paſcuntur. Sudant, ligati ſunt armi, ambulant incertum. Hierocles & Abſyrtus equum ſcribunt, cùm ex itinere aut curſu adhuc anhelabundus hordeum deuorarit, cruditate vexari, quæ ſubter tergus irrepens, per totum corpus euagatur; itaque conuelli equum, vt nec pedibus inſiſtere, nec articulos inflectere valeat. Magna cum vi lotium egerere: ſudorem femoribus & coſtis erumpere. Cibum inter ſuſpiria datum, raptim cum halitu trahi. Caducum recuſare exurgere, ſed decumbentem pabulo veſci. An ſit morbus iſte hyperæmoſis aut potius crithiaſis id eſt hordeatio, inquirendum. *Hordeatio.* Ariſtoteles hordeationis indicium eſſe ait, ſi palatum moleſtet & feruentius ſpiret equus quàm ex conſueto. Nullum huius mali remedium eſſe, niſi ſponte naturæ emendetur. *Repletio & cruditas.* Oppletio & cruditas, morbus acutus, Hippiat. 99. Ad cruditatem, Eadem 228. Si equus ab ex indigeſtione febriat, Vegetius 1. 35. Si animal fœno malo lædatur, Idem 3.72. Hippiat. 31. Si *Aluus obſtructa.* equus doleat ex nimia indigeſtione hordei vel alterius ſimilis tumefacti in ventre aut ſtomacho, quod noſcitur ſi venter ſit durus & ilia tumeant, Pet. Creſcent. 9. 18. Ad aluum obſtructam, *Ad procidentiam ſedis.* Hippiat. 129. De alui profluuio, Abſyrtus in Geopon. 16. 8. Vegetius 3. 16. Hippiat. 62. Ad procidentiam ſedis, Hippiat. 129. Teredines vel lumbrici, Hippiat. 41. Vermes in ventribus equorum, Albertus, & Ruſius 167. De clyſterijs ad curam lumbricorum & tinearum, Vege- *Lumbrici.* tius 1. 45. De ventris dolore ob vermes, Hippiat. 31. De coſſis & lumbricis, qua cura tollantur ad manum, Vegetius 1. 45. 52. De lumbricis, coſſis & tineis, idem 1. 44. Ad coſſas, vermes, vel tineas, idem 4. 10. Vermium in inteſtinis ſigna eſſe Columella ſcribit, ſi iumenta cum dolore crebrò volutantur, ſi admouent caput vtero, ſi caudam ſæpius iactant: præſentem eſſe medicinam, ita vt ſupra ſcriptum eſt, inſerere manum, & fimum eximere: deinde aluum marina aqua vel muria dura lauare, poſtea radicem capparis tritam cum ſextario aceti faucibus infundere: nam hoc modo (inquit) prædicta intereunt animalia. Camerarius vermes iſtos non vnius generis ait eſſe, alios enim grandiores in aluo naſci, atque his liberari equos difficilè, alios albidos in ano adhæreſcere videri: hos (inquit) eximes & inſperges cinerem de foco. Sed ad vermes generalis medicina, infundere chalcanthi boni non rubicundi cochleare vnum in decocto abſynthij: aliqui abſynthite vtuntur. Prodeſt & caparum aut lumbricorum terreſtrium pondus denarij vnius tritorum in aceti hemina, quæ infundatur naribus equi. Aliqui gentianam minorem radice alba & ſemper perforata aduerſus equorum lumbricos vtuntur, alij bryonia. Geſnerus eſſe ait qui hoc medicamentum celebrent ori infundendum. Ex teſtis ouorum, pipere vſto & rubigine ferri, puluis aridus fit, inijciendus aceto tempore vſus: aliquos & ſalem addere. Huius potionis vi lumbricos omnes ex ventre & inteſtinis exigi pellliceri: alios vinum infundere, in *Subrenalis morbus.* quo anagallis conciſa ebullierit. Subrenalis morbi ſigna, Vegetius 1. 8. cura. 1. 15. Vnde ſanguis tollendus in eo ſit. Idem 1. 27. De dolore renum, idem. 3. 7. & 3. 4. parte ſecunda eius libri. In Hippiatricis legimus nephriticum equum poſteriore parte tractim progredi & vacillan- *Vrinæ difficultas.* tem inter incedendum parietes ambire. De calculoſis iumentis, Vegetius 1. 46. De vrinæ difficultate, idem 1. 61. Hippiat. 33. Abſyrtus in Geopon. 16. 3. Theomneſtus ibidem 13. Non malis equis (inquit Camerarius) frequenter morbus diſuriæ infeſtus eſſe conſueuit. Succurritur his, ſi aut ea in loca deducantur, quæ madent adhuc aliorum equorum recenti vrina; aut in cœnum dimittantur; aut etiam penis molliter fricetur, aut viua muſca in illius canaliculum immittatur: nam inuitari ad mictum hos ſibulis aut ſonis quibuſdam oris, notum eſt. Sed ſi hæc non profuerint, ſuadent (Vegetius 3. 15.) vngulæ ramenta teri, & in vino infundi equo: aut intectum equum à ceruice vſque ad coxam ſuffire iuniperi baccis, aut croco aut caſtorio. Contra hoc malum, ne accidat, prouidendum, ne, hyeme præſertim, in frigidam demittatur equus, maximè de itinere feſſus, priuſquam vrinam fecerit. Hoc quidem paulò nugaciùs à Græcis traditur, ſi difficulter meiere, vrinamve quaſi guttatim exprimere ſoleat equus, tum cimicem imponendum, in aurem, dextram quidem fœminæ; læuam autem maris, futurumque vt malum ceſſet. Vegetius cimices tritos ab aliquibus in nares animalis mitti ſcribit, & alium ſuper naturam qua mingunt, confricare: certiſſimo auxilio. Si doleat equus ex retentione vrinæ veſicam inflantis: quod ex aliquo loci tumore cognoſcitur & iactatione frequenti in terram, Petr. Creſcent. 9. 18. De dolore ex retentione vrinæ, vel de veſicæ inflatione & torſionibus, ſtranguria, iſchuria, Ruſius centeſimo cinquanteſimo primo. Si vrinam non faciat (inquit Columella) eadem fere remedia ſunt, (quæ proximè antè ad laſſitudinem præſcripſerat:) nam oleum immiſtum vino ſuper ilia & renes infunditur: & ſi hoc parum profuit, melle decocto & ſale collyrium tenue inditur foramini, quo meat vrina: vel muſca viua, vel thuris mica vel de bitumine

collyrium

A collyrium inſeritur naturalibus. Hæc eadem remedia adhibentur, ſi vrina genitalia exuſſerit. Nonnulli vinum in quo auena bullierit, refrigeratum equo infundunt, vrinam ita ſtatim ciendam ſperantes. Si equus doleat ex retentione vrinæ veſicam inflantis, equus cum aliqua equa per ſtabulum liberè permittatur abire, ſicque neceſſario prouocabitur ad vrinam, (inquit Creſcent.) Et nota quod hoc remedium ad omnes dolores vtile reperitur; quia voluntas coitus valde naturam corroborat. De ſtranguria vel ſtillicidio vrinæ, Hippiat. 33, Vegetius 3. 15. Ruſius 151. Ad ſanguinis mictum, Vegetius 9. 10. Theomneſtus in Geopon. 16. 14. Ad ſanguinis mictum, tum ex plethora in ocio, tum aliàs in labore nimio, onere vel aſceuſu, Vegetius 3. 12. De teſtium tumore Veget. 3. 64. de inflatione teſticulorum, Ruſius 97. De teſtium inflammatione, Hippiat. 90. Item 49. De Enterocele, Eadem. 50. De vuluæ procidentia Hippiat. 15. Ad matricis dolorem, Vegetius 1. 45. De langio in caudæ equi, Ruſius 162. Eſt autem hoc malum (inquit) inſtar cancri, vnde carnes corroduntur, & pili ac oſſa caudæ corrumpuntur. De defluuio pilorum caudæ, Hippiat. 55. Ruſius 151. In caudæ flagello ſæpè furfures (inquit Camerarius) pilos exedunt: tum elui locum oportebit vrina pueri & vino calido foueri, mox decoctum maluæ cum ſucco radicis althææ miſcebimus vino dulci & oleo, atque locum vitiatum perungemus. Idem ſcribit, B ex Hippiatricis videlicet Græcis, althæam radicem præſens eſſe remedium contra defluuia & tenuitatem pilorum, tam in hominibus quàm in brutis. Contra omnem dolorem & tumorem & indignationem neruorum, Ruſius 176. De neruo contracto. Idem 174. Ad dolores ſpondylorum & ſpaſmos, Hippiat. 26. Articularem morbum Vegetius inter ſpecies malidis ponit libr. 1. De malide articularia, Hippiat. 2. De ſuperoſſibus equi, Ruſius 108. Pet. Creſcent. 9. 39. Fiunt autem calloſa iſta tubera non in cruribus tantùm, ſed alijs etiam partibus equorum, non tam noxia quàm viſu turpia. Si ſuperos in iunctura ſit, quomodo tolli debeat, docet Albertus. De omnibus coronæ duritijs quæ toſacei calli nominantur, Hippiat. 113. De marmore, id eſt tuberculo iuxta coronam, id eſt, vngulæ exortum, Hippiat. 53. Græci μάρμαρον nuncupant. De podagra iumentorum, Hippiat. 54. Vegetius 2. 53. Equus podagricus (inquit Abſyrtus,) humi procumbit, non aliter quàm crithiaſi id eſt hordeatione affectus. Ariſtoteles author eſt equos gregales morbis immunes eſſe, excepta podagra: hoc enim vno morbo laborare, & plerumque ob id vngues amittere: ſed amiſſis alios ſtatim enaſci: fieri enim vt altero ſubnaſcente vngue, alter amittatur. Indicium morbi eſſe, vt alter teſtium dexter palpitet, vel vt paulo citra nares cauum C quiddam rugoſumque gignatur. Nunc exteriores affectus tantùm proſequemur, ab vnguium morbis exorſi. Græci malacopodes equos nominant, quorum molliores ſunt vngulæ, & medicamentis indurant. Vide Hippiat. 105. De ſubtritis pedibus, Eadem ibidem. De ijs qui cornua calcando proterunt. Eadem 100. De pedibus ſiue vngulis attritis aut mollibus, Vegetius 2. 58. Si exungulauerit iumentum, idem 2. 57. De diſſolaturis vngularum, Ruſius 130. Pet. Creſcent. 9. 53. De mutationibus vngularum, Ruſius, 131. Creſcent. 9. 54. Ad vngulas obliquas, Ruſius 121. Cùm clauis malè adactis læduntur vngulæ. De inclauaturis diuerſis Pet. Creſcent. 9. 55. Ruſius, 143. De ſecunda ſpecie inclauaturæ, idem 124. De tertia 125. De inclauatura quæ rumpitur, id eſt, pus emittit in corona pedis, idem 126. Matthæolus author eſt, verbaſci folia recens contuſa inter duos lapides & inclauaturis equorum inſerta, ſtatim ſanare. In hoc malo ſoleas ex ferro refigunt, & thus ex aqua imponunt vulneri. Alij milium bene coctum cum auxungia calidum imponunt: alij clauum tantùm extrahunt, & ſuper ignito ſilice aquam aut vinum effundunt, curantque vt vapor quàm calidiſſimus ad locum læſum perueniat. De ſubiactura, Ruſius 128. Cùm equus (inquit) ſine ferreis ſoleis per loca aſpera diu ducitur, vngula ita atteritur, vt tuellus intrinſecus defendi non poſſit: itaque inter tuellum & ſoleam fit congre- D gatio ſanguinis cum dolore & humores confluunt. Accidit quandoque quod pes læditur: ex qua læſione cum vngula non circunciditur circunquaque, vt debet, naſcitur ſuper tuello quædam carnis ſuperfluitas, quæ ſuperat ſoleæ ſuperficiem, & vulgò ficus nominatur. Qua de re Vide Creſcent. 9. 58. & Ruſium 127. Ad incrementum vngulæ promouendum, Hippiat. 105. De vngulæ productione molienda, Hippiat. 123. De grappis in iuncturis crurum circa pedes quæ rumpunt carnem per longum vel tranſuerſum, Ruſius 111. Creſcentienſis 9. 44. garpas vocat, atque rimas eſſe & fiſſuras in pedibus & cruribus. Vnguentum ad eas, Ruſius 114. Aduerſus hanc noxam aliqui vnguentum parant (inquit Geſnerus) albo liquore oui, excremento alui hominis ſulphure & axungia mixtis, loco calido aut in ſole illinendum. Alij fel porci cum tribus ouorum vitellis miſcent, & illinunt, malum ſic vna nocte depellendum promittentes. Alij deuſtis candela pilis loci affecti vt glaber fiat, ſulphur axungia exceptum inungunt & eodem modo curari promittunt. De clauis, Hippiat. 26. De ficu qui naſcitur alibi quàm in pedis ſolea equi. Ruſius 140. Ad omnia equi vulnera, Ruſius 119. Ad vulnera vel vlcera, Vegetius 2. 62. Ceratum ad vlcera, Idem 4. 27. Aduerſus vetuſta & recentia vlcera, Hippiat. centeſimo vigeſimo nono,

Sanguinis mictus. *Vteri vitia.* *Defluuium pilorum.* *Neruorum dolor.* *Superoſſa.* *Duritia coronæ.* *Podagra.* *Affectus externi.* *Malacopedes equi.* *Pedum vitia.* *Ficus.* *Grappa in iuncturis.* *Claui.* *Ficus.* *Vulnera.*

Chlora & tetrapharmacum ad omnia vulnera elimpidanda vel sine difficultate claudenda, Veget. 4. 27. Traumaticum: idem 4. 26. Traumatica medicamenta duo, idem 4. 19. Vulnerarium emplastrum, Hippiat. 129. Aliud ad cruenta vulnera, ibidem. De dorso læso à sella, Rusius 76. Si compresso equi dorso in itinere tamen pergendum est, Crescentiensis 9. 28. pannum sellæ quo pili continentur, aperiri iubet & pilos exemptos deduci digitis, vt molliores fiant, iterumq; claudi, ita ne vlla durities aut asperitas inde equum lædat, & simul medicamenta apponi. Esse qui tritum piper loco læso inspergant, & interim in itinere pergant. Esse quando dorsum læsum inflatur & carnes putrefactas producit, ex compressione sellæ vel oneris. Inflationem hanc inueteratam putrescere & putrilaginem iuxta ossa effici, aliquando coagulationem prauæ carnis, vnde sanies aquosa assiduè destillet, & hunc morbum dici vulgò læsionem pulmonis. Vocant autem pulmonem non viscus, sed abscessum à forma. De pulmone seu pulmoncello, Rusius 82. Vegetius pulmunculum appellat, & difficulter medicamentorum appositione siccari asserit. De læsione dorsi Rusius 75. De dorso & armis læsis, dolentibus, attritis, suppuratis, vulneratis, diuersas ob causas. Hippiat. 26. De cura dorsi læsi, Vegetius 1. 63. & 2. 60. Pet. Crescent. 9. 30. De inflatione dorsi ratione sellæ, Rusius 77. De vesicis paruis in dorso equi, Crescent. 9. 30. Rusius 87. Si equus inter cingula ex eo, quod nimis cinctus diu pergit, lædatur; aut fortè in vena lateris pungatur, & propter stricturam sanguis emanare non potest, vnde forsan inflatur, oportet (inquit Albertus) post quinque dies cùm pus maturuit, aperto corio pus extrahi, ita vt digitorum compressione noxius humor expellatur. Cephalicum ad omnia vulnera difficilia claudenda & supplenda, Vegetius 4. 29. Stypticum ad omnia vulnera humecta, & fungos exiccandos. Idem 2. 27. De vulnere in cauis partibus, Hippiat. 71. Aiunt vlcera equorum à nonnullis hunc in modum curari: Sambuci folia in vino coquuntur cum pauco sale: eo vlcera abluuntur: mox succus foliorum sambuci instillatur: deinde gallinaceus fimus aridus & cribratus inspergitur: debet autem sambuci succus manè instillari, puluis è fimo vesperi inspergi, & sic vicissim pergendum est. Alij aluminis & chalcanthi partes æquales cum aqua coquunt in olla noua, & aquam inde vlceribus inspergunt. Plurimum in vlceribus prosunt aristolochia & radix caua vulgò vocata. De suppuratione, Hippiat. 26. Hæc authore Columella melius ignea lamina quàm frigido ferramento reseratur, & expressa postea linamentis curatur. Ad tumores malagma, Vegetius 4. 27. Ad tumores siue ad duritiam quamlibet fomentum: Ibidem. Ad tumores duros & veteres malagma, Idem 4. 15. Contra tumorem omnem, præsertim qui igneo feruore non flagret, Hippiat. 129. De abscessibus factis ex nimio motu, casu, vel ictu, Ibid. 79. Caro mortua in vulnere vt curetur, docet Albertus lib. 22. Si caro in vlcere vel exuberet, vel putrescat, nonnulli vitriolum tritum frequenter inspergunt, & abluunt vino, in quo decoctum sit vrticæ semen. De fistulis Hippiat. 128. Rusius 172. Fiunt (inquit) ex antiquo vulnere non curato, vel ex cancro. De fistula vbiuis corporis, Veget. 2. 27. Collyrium fistulare, quod fistulis immittitur vulnerũ, quæ ab initio curata fuerint negligenter, idem 4. 16. Emplastrum ad omnia cacoethe vlcera, phagedænas vlcerum diuturnas & abscessus ano præsertim erumpentes, Hippiat. 129. De glandulis & scrophulis inter pellem & carnem, Pet. Crescent. 12. De glandulis, testudinibus & scrophulis, Rusius 139. Omnes hi tumores fiunt ex materia corrupta in vno loco se condensante inter corium & carnem. Glycium ad sordida & cancrosa vulnera, Vegetius 4. 27. à quo diuersa medicamentorum genera, (quorum scilicet frequens apud mulomedicos vsus est,) describuntur 4. 27. Potio æstiua 1. 57. & 4. 27. hyemalis 1. 58. 4. 27. autumno & vere 1. 59. omni tempore 60. Potio diapente 1. 64. Aduersum omnia morborum genera confectio 4. 11. Puluis quadrigarius 4. 13. Eiusdem apud hippiatros Græcos capite penultimo diuersis locis variæ traduntur compositiones: Malagmata plurima & hippacopa quædam præscribuntur in hippiatricis Græcis capite vltimo. Sunt & apud Vegetium quædam malagmata 4. cap. 17. 20. 31. 33. Sed non institui singulas compositiones recensere, nunc verò simplicia nonnulla enumerabo, quibus sæpenumero hippiatri vtuntur, qualis est radix hibisci vt meminit Tragus, sanguis draconis fictitius ex bolo non Armenia, sorbis contusis & caprino sanguine alijsque diuersis rebus. Sulphuris genus nigricans passim pharmacopolæ vendunt quod caballinum vocant, non aliam puto ob causam quam quod in equorum remedijs præcipuum locum habeat. Aliqui non solùm si grauior sit anhelitus, sed ad omnes viscerum & interaneorum morbos prodesse volunt, sulphuris viui pulueres cum passo. Qui etiam acrius reddunt hoc medicamentum liquefacto sulphure ad ignem & ita postea trito & admisto pabulo, pondere denariũm trium aut quatuor. Sed hoc vt egregiè curari omnia equorum latentia mala affirmant in successu, ita contrarium fortunam equo esse statim lethalem aiunt: quare nisi necessitate vrgente, ab hoc scilicet abstinebimus, inquit Camerarius, qui hederam terrestrem ad omnes morbos & languores equorum præsens remedium haberi asserit, quæ non solùm ab illis mandatur, sed etiam trita inseratur naribus, vt sternutatio prouocetur. Pilosellam quouis modo administratam hoc equis

præsidij

Dorsum læsum à sella. *Pulmo.* *Vlcera* *Suppuratio.* *Tumores.* *Fistula.* *Glandula.* *Simplicia quorum frequens apud hippiatros vsus.* *Sulphur caballinum.* *Hedera terrestris.*

E F G H

A præsidij adferre aiunt, ne lędi possint, dum ferreas soleas à fabro recipiunt: hinc à nonnullis clauorum herba nominatur: Verbasci fœminæ folia quoque inter lapides contusa, si equi claudicantis ex clauorum noxa, vngulæ prius excauatæ imponantur, mirum dictu quam breui tempore is liber euadit. Consiliginis herbæ radix, vel si ea desit, veratri nigri multiplicem apud hippiatros vsum habet, diapyron Græcè vocant. Vtuntur autem ea etiam in hydrope & contra omnes contagiosos morbos. Sunt qui præsentissimum aduersus oculorum albuginem remedium putent, aurem subula transuere, factoque foramine veratrum inserere. Stercus humanum impositum linguæ equi, reuocasse & erexisse aiunt iacentem iam humi, efficacius autem si etiam naribus inseres. Iacobus Dondus ad morbos quadrupedum ex Plinio commendat capram solidam cum corio & ranam rubram dissectas: cytisum, rutam per nares cum vino: semina perfusa amurca olei: sideritim præcipuè ad anginam quadrupedum. Sunt qui radicem carlinam vulgò dictam equo in itinere alligari iuxta os iubent in freno vel lupatis, sic & vires suas conseruaturum, & nullo subito morbo correptum iri asserunt. Sudor prouocatur in non paucis: farciminosi ad sudorem vsque ambulare coguntur: hydropici bene operti mediocriter exercentur ad sudorem: multum equitantur etiam tetanici, & qui discuria laborant. Podagrici ambulando minutatim exercentur loco sicco donec sudent. In Græcis hippiatricis opertos ad sudorem vsque paulatim agitari legimus. Inambulatio & lenis cursus conuenit equo ex vrinæ difficultate laboranti, vt Vegetius docet. Absyrtus equum stropho id est, torminibus ventris laborantem, post alia remedia quæ ad aluum ciendam pertinent, ad cursum agit, sed nec diuturnum, nec citatum; deinde vacuato ventre rursus ad sudorem vsque agitat. *Consiligo.* *Stercus humanum.* *Carlina.* *Sudoris prouocatio.* B *Ambulatio.*

PVRGATIO.

VTILE est equum (inquit Rusius) semel in anno purgari, vt & firmior valetudo & ipse viuacior sit. Quamobrem aliquos hîc purgandi modos aperiam. Purgatur autem equus farragine, vt Romæ & locis vicinis fieri solet. Pascuntur enim equi herbis, quas farraginis nomine vocant, diebus quindecim, quo tempore abunde purgantur: deinde verò eodem pabulo etiam pinguescunt. Herbæ genus in Apulia trifolium vocant, quod semel satum triennio durat. Quotannis autem viridem & teneram herbam producit, quæ per totam æstatem vesca manet. Huius pastu non minus quàm farragine purgantur: simul & habitiores fiunt. Porrò in locis frigidioribus, quales sunt Gallia, Germania, Anglia & similes, quoniam pascua humidiora, magisque viridia & tenera sunt, equi pratensibus herbis mirificè purgantur & pinguescunt. In quibus verò regionibus melones vel pepones abundant, hos fructus minutatim concisos equis exhibent: purgant enim mirabiliter, præcipuè per vrinam & pinguiores deinde reddunt equos. Est & alia ratio eaque melior, huiusmodi: Annona per dies quindecim præbetur, ita purgati, habitiores mox fiunt. Huic etiam præferunt quæ vuis siue racemis abundè exhibitis purgatio fit, quæ vulsos etiam (morbum pulsiuum) iuuat, & vnicè præ omnibus remedijs curat. Similis huic modus est, quod ad purgationem equorum, ficus affatim edendos obiecisse. Sunt & aliæ quædam purgandi rationes, quæ tamen corpus non augent, minusque tutò adhibentur, vtpote magis medicinales: ex quibus vnum & alterum solùm proponam, reliquos industriæ peritorum huius artis relinquo. Tincæ vel barbi piscium interanea omnia siue de vno siue etiam si opus sit de pluribus piscibus minutatim incisa cum optimo vino albo misce & per cornu in gulam equi infunde: purgabit mirum in modum. Aliqui siliginem (secalem puto intelligit, quam hoc nomine accipiebant superioris sæculi homines indocti,) in aqua fluuiali diu coquunt, sed præstat non coqui, ita vt non rumpatur cortex & minus fastidiatur ab equo: deinde siccatam equo annonæ loco in cibo præbent: mirabiliter purgat, & lumbricos etiam expellit. Hoc remedium vtile quidem est, modò equi admittant: sæpe enim diebus aliquot aspernantur & abstinent. Curandum est autem, vt equus qui herbis purgatur, contineatur sub tecto & operimento aliquo laneo tegatur. Hæc itaque Rusius. Sed redeo ad farraginem: Græci grastim vocant, Galli teste Ruellio dragetam. Veteres vere ea equos purgabant, vnde Nemesianus: *Cur quotannis purgandus.* *Vt purgetur.* C *Alij purgandi modi.* D *Farrago.*

Pasce igitur sub vere nouo farragine molli
Cornipedes.

A trimatu (inquit Varro) *dari solet. Hac enim purgatio maximè necessaria equino pecori, quod diebus decem facere oportet, nec pati alium vllum cibum gustare. Ab vndecimo die vsque ad quartum decimum dandum hordeum, quotidiè adijciendo minutatim. Quod quarto die feceris, in eodem decem diebus proximis manendum, ab eo tempore mediocriter exercendum, & cum sudauerit, oleo perungendum.*

dum. Si frigus erit, in equili faciendus ignis. Hippiatri Abſyrtus, Hierocles, Theomneſtus interprete Ruellio, vbi equum priuatim locauerimus, vere circa idus Aprilis, farraginem dari iubent maximè probari triticeam, ſin deſit, hordeaceam, dandam autem per dies quinque, inde iam diebus decem obijciendam. Longè melius cedere, ſi iuxta mare ſata farrago fuerit. (Ventrem enim faciliùs ſoluit, humoremque deducit, vt Vegetius etiam tradit,) ea ſi deſit, præſente vtendum: indies ſextarium vnum hordei priori modo adieciſſe ſatis eſſe. (Apparet vertendum eſſe, præſente vtendum cum hordeo, vt legatur non κριθῇ ſed μετὰ κριθῶν, vt etiam paulò pòſt,) quoad ventum erit ad conſtitutum modum, in quo morabimur, viride fœnum quàm diu ſuppetit, ſine interceſſione dantes. A primis quinque diebus equum ad aquas produci, totumque ſic vndis prolui, vt natandi detur poteſtas: dein omni deſtricta cutis illuuie, oleum & vinum debere inſpirare, & manibus preſſis tergo, ſecundo pilo ſubigere, dum [inſidens] humor prorſus abſtergatur, reliquis diebus hordeum vnà cum farragine dandum eſſe. Sed neceſſarium eſſe dum (Ruellius non rectè tranſtulit antequam) farraginem præbemus, ſanguinem mitti, ſectis in pectore venis, ſauciatiq; palati toris, vt qui præfuerat ſanguis vnà cum ſanie à ſolidis ſuffundatur, nouuſque inanitas repleat venas, & in palatum feratur. Hac ratione viuendi firmatum equum, non facilè aduerſis valetudinibus patere, & obeundis parem futurum laboribus. Cæterùm equo qui ita viridi paſcitur herba, ſalem (ſuper tabella aliqua vel diſco, vt facilè ſumat quantum voluerit) præberi perquam vtile eſſe, ne os manantibus vlcuſculis, quæ veterinarij ſigriaſes (συζυγίασας in excuſo,) nonnulli aphthas vocant, obſideatur. Non eſſe omittendum, vt equus qui malide implicatur, in hac per farraginem curatione, ſub dio paſcat. Nam facilè luem hanc tergus ſubtercurrere & ſcabiem creare, ex qua flagrante ſolis æſtu furor & inſania concipitur. Oportere ergo clauſum intra tecta contineri & ita cibum obijci. Porrò longè optimum fore antè alui deiectionem moliri, dato cucumere (nimirum ſylueſtri,) & nitro, quàm viridi ſegete genus equinum exhilaretur. Cùm viridis pabuli tempus adpetit, (inquit Hierocles) dabis operam vno die ſylueſtri fœno (gramine) veſcantur: poſtridie in nares medicamentum inſpirabis quod cocco gnidio, radice, iride, folio, coſto & pipere componitur; confeſtimque ad paſcua diebus binis aut ternis emittas, vt rapto naribus medicamine caput humi deflectentes omnem ei inſidentem humorem excutiant. Theomneſtus eundem puluerem aliter deſcribit his verbis: Radicis cocci gnidij, piperis, pulegij, origani ſingulorum vncia: folij, coſti, iridis, radicis cucumeris erratici quàm leuiſſimè triti, ſingulorum ſemuncia: omnia tuſa & cribro tenui farinario creta, per arundinem in nares inſpirantur. Caput ſemiſſem horæ ſuſpenſum extollitur: inſequentique triduo (vel biduo) paſtioni veterinum indulgere ſinitur vt omnis pituitoſus humor, qui frigoribus hyemis in cerebro coierat, capitis depreſſu cum incumbit paſtui, diſtillans ruat. Ea res omnem pituitam per nares elicit & pecudem expurgat: ita enim neque malides, neque tonſillæ, neque ſtrumæ ijs animantibus enaſcentur. Dein in equilia reducas & ſylueſtre fœuum quatuor aut quinque diebus repræſentes. Quinetiam farraginem, in primis triticeam, ſi deſideretur, hordeaceam, quinque diebus miniſtrabis. Deinde ſanguinem detrahes, & cum eo qui profluxit, nitrum & acetum oleo miſcebis, ac totum animal oblines & tantiſper in ſole continebis, dum omnis illitio reſiccetur. Poſtea remittes in ſtabulum & rurſum alijs quinque diebus farraginem obijcies, in quibus ſtrigiles non adhibebis. Sexto, ſtabulo educens, equum lauabis & aſperis ſtragulis deterges, vt omnis exhauriatur humor, & ſordes radantur: dein vbi in equile ſe receperit, farraginem obijcies, complurimum diebus quatuordecim, vel ſaltem non paucioribus quàm ſeptem vel nouem, quo præpinguis & obeſus eniteat. Camerarius cùm ad Germaniæ regiones hanc curandi equos & à morbis præſeruandi rationem reuocare vellet, in Hippocomo ſuo ſic ſcribit: Vere cibi proderunt, nequaquam aridi ſed molles atque teneri: Hanc ob cauſam videtur ad valetudinem tuendam optimum eſſe, vt equus in prata boni & ſuccidi graminis deducatur, atque ibi paſcatur pro voluntate ſua. Nam ſatiari vel etiam repleri illum non oberit. Si aliquid impedimento fortè ſit, quò minus in prata deduci equus rectè poſſit, afferri gramina deſecta, qualia diximus, curabuntur, & ante illum humi in corbe ampliuſcula apponentur, & hic cibus præbebitur, ſi ita videatur (nam tempus non auſim præfinire) à Calendis Maij, vſque in Nonas, atque præbebitur ſolus interdiu. Veſperi autem auenæ vel hordei non multum dabitur, vt verbi cauſa conſueti pabuli pars quinta, atque huic ſal inſpergent, vel proponetur hoc equo vt lingat. Interea ſæpius ſternutationum fremitus excitabimus indito naribus puluiſculo quem veteres præſcripſerunt, vt ſint pondera æqualia piperis, pulegij, origani, amarici, coſti, ireos, malabathri, radicis, cocci gnidij. Per calamum autem inflari iuſſerunt. Nos illa exotica, ſi vti puluiſculo velimus, vel omittere vel mutare, vt opinor, rore marino, nardo, ſaluia, rectè poterimus, de quo cuiuſque ſuum eſto iudicium. Poſtea alios dies ſex paſcatur gramine deſecto, neque viridi neque arido adhuc, ſed fœno quodam vireſcente: & ſuum pabulum integrum apponetur. His peractis ſanguis minuetur & quidem largius, atque ita reſumetur, vſitata

Margin: Lib. 1. c. 23. — E, F, G, H (section letters in right margin)

A vſitata cura atque tractatio. Hoc, vt ratio mea fert, & vigorem equi augebit, & corpus reddet plenius atque nitidius, non quadam exuberantia, ſed robore carnis: idemque ſanitatem præſtabit tutam atque defenſam neque patietur leui momento affligi. Sed quamdiu in gramine detinebitur equus, accuratè oportebit à frigore defendi: ideoque niſi ſereno cælo in prata non educetur, & noctu ſtragulis atque tegetibus operietur. Hucuſque Camerarius. Abſyrtus de infuſionibus deiectorijs ita ſcribit: Catulum lactentem iugulatum deglubunt, viſceribus & extis exenteratum eluunt, dein ollæ mandant, vt aquæ tantiſper incoquatur, dum corpus oſſa relinquat: cuius iuris, adiecto melle per triduum heminas binas quotidiè ſatis eſt infudiſſe. Decocto ſuillæ itidem præſtant, aut candidi gallinacei iure: ea maioribus noſtris memoriæ tradita ſunt. Nos ijs vſi fuimus infuſionibus, tenuem tithymallum incoquentes in aqua aut peucedanum, aut abſynthium, aut minus centaurium aut ariſtolochiæ radicem eodem modo decoctam, aut ſylueſtris cucumeris radicem ex nitro vt prius ſcriptum eſt: aut colocynthidis Aegyptiæ ſemen cum pulpa cruda reſiccatum: ſit aquæ modus ſextarius, quotidieq; ſeptem dierum ſpatio per os infundatur. Optimum fuerit ſylueſtrem cucumerem ex nitro defudiſſe. Hæc ille, & rurſus; Tuſam (inquit) in tenues particulas ſylueſtris cucumeris radicem inſolamus, dum flacceſcens inareſcat, rurſumque vt in tenuiſſima læuigetur contundimus, adiecto tunſi nitri pari modo, ſalique permiſcentes vorandum obijcimus. Porrò grauidis & ventrem ferentibus iumentis abſtinemus: lactarijs tamen interdum damus. Siquidem & ipſi qui matribus ſubrumantur equuli, hac ratione purgabuntur. Salem huius gratia permiſcemus, vt animal hoc illectum condimento, deiectorium medicamen non aſpernetur. Melius cedet ſi ſalis ſuffuroſa ſordes adijciatur, ſic vt à decimoquinto rem auſpicati, quinto quoque die, quod eſt ter in eo temporis ſpatio, ad calendas vſque præbeamus. Quod ſi fuerit ita factum, nec pſora nec ſcabies inuadent, cæteræque valetudines arcebuntur. Porro qua ratione cyclo curentur animalia, docet Vegetius his verbis: Memineris autem omnes valetudines capitis, præcipuè veteres & periculoſas, cyclo oportere curari. Cui hæc obſeruantia & ordo eſt adhibendus. Triduo ab hordeo abſtinebitur animal, temperabitur etiam mollibus cibis poſt diem tertiam de dextra ac ſiniſtra, prout ætas aut vires vel valetudo permiſerint, de matrice (ſic dicta vena) ſanguis auferetur. Quo facto per triduum viridi cauliculorum ac lactucarum ſuſtentabitur cibo. Primo vno die à cibo eum ſuſtinebis & aqua: nono autem die offas caulium cum liquamine & oleo optimo temperatas non minus viginti digeras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo ter in die. Pòſt potionem bibere ſemper incipiat. Si verò venter vehementer ſolui incœperit, caulium offas dare deſiſtes, ſed dabis paleas & furfures, ita vt ſequenti die penitus nihil manducet, ſed ſolam aquam percipiat adbibendum, ac poſtero die inducatur ad cellam balnei calidam & ſudet. Opus eſt autem diligentia, vt reducatur celeriter de calore, ne interclufo ſpiritu pereat: tunc extergetur diligenter vinoque & oleo largiter perfricatus, accipiet cum nitri puluere folia raphani conſperſa, quantum commodum eſt. Poſtmodum cum radicibus cucumeris aſinini viridis minutatim conciſis oleum optimum miſces, & in vaſe nouo ita decoques, vt tertiam perdat: ex quo ſingulas heminas per capita animalium per triduum dabis, vt potio ventrem reſoluat: Sed ſi vltra modum fluere cœperit, lenticulam & hordeum pari menſura friges & de his ſingulas bilibres per dies ſingulos cum furfure, & paleis dabis. Quinque itaque diebus operam refectionis eius impendes & leuiter exercebis, vt intelligas quantum vires corporis ſanitaſque profecerit. Poſt hæc eum pro arbitrio deſpumabis. Sequenti die caput eius purgabis exorica (vox corrupta videtur) vel radice dianaria, quam artemiſiam dicimus: ſi hæc non fuerint, ex liquamine optimo cum oleo miſto: cuius caput pedeſque connectis, cum bene purgatum agnoueris, ſoluito: butyrum ex oleo roſeo ſolutum infundes in nares, vt illo purgationis mitigetur aſperitas, ita vt ſingulæ cotylæ ſingulis naribus infundantur. Si ſupradictæ potiones non ſoluerint ventrem, mellis, hellebori albi pondus vnius denarij cum hemina dulcis vini bene tritum in potione recipiat, vel certè ſcammoniæ pondus duorum denariorum diligēter tritæ cum dulcis vini hemina ſimili ratione diffundes in fauces. Quod ſi venter vltra modum diſſolutus diſcrimen importat, anagallim cum ſucco ptiſanæ ad reſtrictionem ipſius dabis, lenticulamque & hordeum frixum, ſingulas bilibres cum paleis & furfure præbebis in cibo. Ad vltimum, partes quæ in cauſa ſunt, ſinapizabis diligenter: ſinapizatum cautère ferreo, vel quod tutius creditur cuprino combures, vſta curaturus ex more. Potionem quoque ex polychreſto per dies plurimos dabis & exercebis leuiter & ad cibaria ipſius aliquid per partes ſemper adiunges, donec ad priſtinam conſuetudinem reuocetur. Inſanabiles valetudines cyclo affirmantur poſſe curari, id eſt inſani corroborari. Caduci cyclo curati vruntur in capite: morbidi verò, dyſenterici, coriaginoſi, orthopnoici, ſtrophoſi, cyclo curentur in renibus. Hæc omnia Vegetius.

Infuſiones deiectoriæ.

B C D

Vt purgentur cyclo. Lib. 2. c. 6.

PHLE-

E

PHLEBOTOMIA.

In ſanguinis miſſione obſeruatio.



LVRIBVS membris ac morbis (inquit idem Vegetius) generale remedium diligenter oportet exponi, quod præcipuè in ſanguinis miſſione conſiſtit, ſi rationabiliter pro tempore & viribus animalium & pro æquitate perfecti mulomedici adhibeatur induſtria. Qui ſi ignarus fuerit huius rationis, non ſolùm per detractionem ſanguinis non curabit, verùm etiam periculum iumentis frequentiſſimè generabit, cùm vita virtuſque animantium conſiſtat in ſanguine. Rurſus tempeſtiuè detractus ſanguis corpori præſtare aſſolet ſanitatem. Et rurſus aliàs

Lib. 10. c. 4. Conuenit de ceruicis curatione dicturo, obſeruationem indicare phlebotomiæ, quia circa ea loca frequenter operatur. Detracturus ſanguinem animal à cibo abſtinebis & potu, æquali loco conſtitues, tunc locum ſupra ceruicem alius teneat & aſtringat ad normam, vt vena faciliùs appareat. Deinde ſupra laqueum ſiniſtræ manus pollice venam deprimas, ne ludat, tum ſagitta (ſic vocat phlebotomum hoc eſt ferreum inſtrumentum quo vena inciditur,) tangas. Duæ autem venæ à capite ſummo deſcendunt & conueniunt ſe ſub maxillis vſque ad gulam, inde à geminis venis inferius quatuor digitis, ferramentum deprimis, ne in gulam mittas, & bifurcum tangas, & iumentum occidas. Statim ſagittam duobus digitis tenebis, nec plus ferri imprimas, quàm extra digitos eminebat. Nihilominus etiam mediano digito manum tuam moderando ſuſpende, vt ſit leuior, ne vehementiùs imprimas quàm oportet: quia non plus debet quam mucro deſcendere. Si parùm aptè profluat ſanguis, iumento fœnum dabis aut aliquid quod manducet. Agitatione F

Lib. 1. 22. maxillarum plus ſanguinis de vena profluet. Plerique veris tempore (inquit idem) quotannis de ceruice iumentis ſanguinem demere & ſic in herbam mittere neceſſarium putant, ne veteri corruptoque ſanguis nouus admixtus natura caleſcens, debilitatem valitudiniſvè periculum faciat. Veteres autem prudentioreſque authores abſque neceſſitate depleri animalia vetuerunt, ne conſuetudo minuendi, ſi tempore aliquo facta non fuerit, ſtatim intra corpus morbum ac valetudinem generet. Rectius ergò eſt minoris ætatis animalibus & benè valentibus ex nulla parte corporis ſanguinem detrahi abſque (pro niſi) palato: de quo aſſiduè tam minoribus quàm maturis detra-

Lib. 1. c. 56. hendus eſt humor, vt caput, oculi, cerebrumque reueletur: (ſic etiam alicubi de palatis ſingulis menſibus minuente luna ſanguinem detrahi iubet, inde ſi qua eſt capitis paſſio, releuari & ciborum faſtidium tolli.) Maturis verò animalibus non incommodum eſt pulſare venam cùm mittuntur in paſcua. Illa tamen in omnibus qui deplendi ſunt, conſeruanda eſt conſuetudo, vt pridiè quàm vena pulſetur, ſuſtententur leuioribus & parcioribus cibis, vt per diaſtema compoſito corpore ſint, non turbato per indigeſtionem. In ſolo autem æquali ſtatues iumentum, ceruicemque illius loro cinges, quò ſtrictiùs ſuper ſcapulas tangatur, vt vena poſſit ab aliquo clariùs intueri. Tunc ſpongia cum aqua venam ipſam lauabis & ſæpe deterges, vt altiùs emineat. Pollicem quoque ſiniſtræ manus interius deprimes, vt non ludat, ſed tumidior atque inflatior vena reddatur. Conſequenter iuxta præceptum artis, vel animalis ipſius poſitionem, ſagittam dari calibus (forte chalybis, id eſt ex chalybe) exiges, cotibus benè acutam obſeruabis quoque ne altiùs imprimas manum, & gulam atque gurgulionem rumpas & arteriam præcidas. Hoc enim vitæ conſueuit inferre periculum. Percuſſa vena fœnum vel farraginem ad edendum apponas animali, quatenus agitatione maxillarum per venam meliùs rumpat ſanguinis impetus. Cum autem niger vel corruptus humor egeretur, vel cœperit manare purior, ſtatim iumentum tolles à cibo & impoſita fiſtula venæ plagam aſtringes. In plaga verò pittacium imponas, vt diligentiùs claudat, licet quidam H vtantur & creta. Deinde in tenebroſo loco & calido ſtatues iumentum & farraginem, ſi tempus eſt, vel fœnum molliſſimum dabis ſeptem diebus ac noctibus. Aquam etiam offeres, vt ſi voluerit, bibat. Pulſata etiam quocumque loco vena, omnem ſanguinem diligenter excipies, & aceto oleoque permiſtum vel alijs medicaminibus quæ ratio depoſcit, animalis ipſius corpus perunges, præcipueq; illum locum, ex quo detractus eſt ſanguis & qui eſſe putatur in cauſa. Conſtat enim naturali quadam ratione atque beneficio (vt quidam aiunt) ipſum ſanguinem, cùm ſuperfuſus eſt languentibus membris præſtare medicinam, vitiumque ſiccare. Quam curationis ſolertiam non oportet omitti. Præterea interpoſitis diebus poſt phlebotomum animalia reducuntur ad ſolem & ſanguis detrahitur eis de palato. Deſpumantur etiam tertio gradu à dentibus caninis, quos oportet ſuſpendi altiùs propter ſanguinis fluxum, ita vt ea die molliſſimis cibarijs vtantur & furfure. Sequentibus autem diebus non ex integro hordeum conſequantur, ſed à vilibus incipiant & ad conſuetudinem per ſingulorum dierum augmenta perueniant. Conſequenter tepido die ducantur ad mare vel fluuium, diligenterque loti tergantur. Vino quoque & oleo in Sole perungendi ſunt

di ſunt

A di sunt diligenter & confricandi, vt corpora eorum calefacta aut repellant aut perferant perfricationis iniuriam. Quibus perfectis equi nobiles tunc demum ad labores cursusque itineris reuocentur. Aliàs etiam sanguinem initio vel fine morbi potiùs quàm in medio mitti oportere scribit: Admissarijs eo anno quo admissum (vtor eius verbis) faciunt, venam laxandam non esse, ne generationi intentum corpus cura geminæ necessitatis exhauriat: item sciendum esse castrata animalia nunquam depleri debere causa herbæ, quæ iam partem virium cum testibus amiserint & si depleta fuerint, vehementiùs eneruantur. Alibi etiam admissarios ait equos phlebotomare non esse opus, propterea quod partem virium & sanguinis in coitu natura digerit. Si tamen ab admissura cessauerint, nisi annis omnibus, herbarum tempore depleantur, incidere in cæcitatem: quia id quod coitu digerere consueuerant, declinat in oculos. In quibus autem passionibus & ex quibus locis sanguis emitti debeat, docet his verbis: Morbidis & quibuscumque totum corpus in causa est, sicut febrientibus, de matrice detrahendus est sanguis: Cephalalgicis autem, arpiosis (appiosis fortè vt 2. 10.) insanis, cardiacis, caducis, phreneticis, bistrutrijs, sicarditijs, rabiosis quoquo modo præcipitur de auriculis sanguinem demere. Veruntamen melius est de temporibus, quæ in dextra ac sinistra sunt parte, detrahatur, id est sub cauatura temporum tribus digitis ab oculo in-

Sanguis quã do mittẽdus. *Castratis cur sanguis mitti non debeat.* *Admissarij non sunt phlebotomandi.* *Lib. 1. c. 25.* *Sanguis vnde educendus.*

B terpositis inferius vena perquiritur & ex vtraque emittitur sanguis. Eis verò quibus suffusio contingit oculorum vel cætera vitia quæ oculis nocent, inferiores venæ sub oculis positæ quæ descendunt sub angulis oculorum inferioribus, quatuor digitis inferius, quàm oculi sunt, inciduntur. Quibus quidem fastidium inhæret, vel arteriarum vel faucium tumor, vel prægrauatio capitis, de palato auferendus est sanguis. Quibus autem pulmo est in causa, vel iecur, vel cætera quæ his vicina sunt membris, de pectore minuendus est ex venis quæ positæ sunt in dextra ac sinistra, vbi brachiola coniunguntur, & flexura fit, cum armus plicatur. Quibus autem armus est in causa, de brachiolis sanguis minuatur: quæ venæ positæ sunt interius, vbi centuriæ, id est, musculi brachiolares sunt, sex digitis superius quàm genu, tribus vel duobus digitis inferius quàm centuriæ. Hæ venæ sagitta percutiantur, sed cautè modesteq; tangantur, propter debilitatem animalis, quia hæ commixtæ sunt neruis. Quibus autem articuli in causa erunt, vel si articulus insertus vel intortus fuerit, vel aut aquatilia habuerit, vel quiduis simile in articulis contigerit, de subcirro sanguis subtrahi debet: quæ venæ positæ sunt inferius quàm articuli tribus digitis sub coronam: quæ venæ cum summa cautela tangendæ sunt, quia articulorum coniunctæ sunt neruis. Creciaco vel si basim mouerit, de coronis rectis tollitur sanguis. Huc vsque Vegetius. Quibus autem iumentis vel

C suffusionis vitio vel per voluntatem excrutiata vngula fuerit, vel quibus remorata basis longi temporis claudiginem fecerit, his quomodo incidenda vena & reliqua cura adhibenda docet cap. 26. eiusdem libri. Et mox cap. 27. quibus in morbis & quomodo incidenda sit vena sub cauda, quatuor digitis ab ano vbi pilos non habet, in media caudæ diuisura, loco prius cæso tabula aliqua non ponderosa, quousque se vena demonstret: erigendam esse autem & resupinandam caudam ad lumbos. Albertus quoque de sectione venarum in equo præcepta quædam vtilissima memoratuque dignissima reliquit in hæc ferè verba: Venæ in equo interdum scinduntur per transuersum, ita vt lignum serra secatur: ex quo ne sanguis vel fluxus ad partes debiliores, vt oculos, pedes, aut alias decumbat, incisio hunc in modum administranda est. Pellis equi, vbi incisio fieri debet, primùm calida foueri & à pilis radi, deinde manibus diu fricari debet, ita vt aperiatur (eleuetur,) aliquantulum: & sic altiore paulò circum iacente pelle, findatur secundum longitudinem venæ quæ findenda est; tum vena à carne separetur & findatur: quod si crassa & plena fuerit, detrahatur ab ea sanguis quantum satis est: Mox eleuetur cum bacillo ex ligno molli ad spatium duorum digitorum, & sic filo molli vtrinque ligetur. Facta præcisione capita venarum ex vtraque parte ali-

Vena sub cauda vt incidenda.

D quantulum adurantur, & tam filum quàm capita venarum extra vulnus dependeant, vt à vena quæ inter ligaturas est putrefacta leuiter abstrahi possint, tum fila tum partes abscissæ venæ. Quod si sanguis in aliqua parte & præcipuè in pede collectus fuerit, antequam educatur, debet vena ex inferiori parte ligari, & non ex ea quæ ad cor dirigitur; & ita detrahendus est sanguis. Rusius quoque agit cap. 45. de serratione & laqueatione venarum. Cæterùm hanc omnino vitari vult quia nunquam erunt (inquit) equi tam validi & robusti quàm antea fuerunt, nec aliter inde proficiunt quàm quod pulchriores apparent. Cauendum autem etiam esse ait, ne setones aut laquei vnquam ponantur in pectore, nisi causa omnino necessaria postulet; quòd grauis inde fiat equus & pectoris grauitati obnoxius. Idem Rusius, si sanguis nimium abundet in equo, de vena quæ est in medio collo, pro fortitudine & ætate equi sanguinem mitti iubet, vsque ad pondus trium aut quatuor librarum: sin debilis est & pullus, ad pondus vnius & dimidiæ vel duarum librarum tantùm. Quod si negligatur venæ sectio, scabiei & vlceribus obnoxium fore equum. Loquitur autem de venæ sectione quæ vere fieri assolet, de qua etiam Nemesianus:

Serratio venarum cur non facienda. *Sanguis extrahendi pondus.*

Pasce igitur sub vere nouo farragine molli

Cornipe-

Cornipedes, venamque feri, vetereſque labores E
Effluere exſpecta nigri cum labe cruoris.

Scribit Camerarius quibuſdam equis ſua ſponte venas rumpi & exudare humorem ſuperfluum: ijs incidi illas non debere: alijs ſanis quoque ſed nimium plenis; quod vel de corpulentia, vel de attritus cupiditate, rictuq; dentium (inquit) & capitis iactatione animaduerti ſolet. His ergo ſanguinem detrahendum iuxta veterum placita, de palato potiſſimum: ſed de collo etiam minui nihil nocere poſſe, præſertim in conſuetudine. Venas autem dici hora ſecunda verno autumnalique maximè tempore incidi debere, ſed & brumali & alio quolibet, modò non nimis calido neque æſtuante.

CAVTERIVM.

Lib.1.c.28.

Cauterij vtilitas.



N animalium curis & medicinis (inquit Vegetius) duplex remedium authores eſſe voluerunt: minutionem ſanguinis, per quam conſtricta laxantur, & vſtionem cauterij, per quod laxata firmantur. Sed cùm phlebotomi ratio euidenter F videatur expoſita, cauterij quoque licet nouiſſima cura ſit, aperienda videtur vtilitas. Nam aduſtio laxata conſtringit, inflata attenuat, humectata reſiccat, coagulata ſoluit, farcinomata (vox videtur corrupta) præcidit, veteres dolores emendat, alienatas corporis partes ex qualibet cauſa ad ſtatum ſuum reuocat: ſuper naturam excreſcentia, ſublata & aduſta creſcere non patitur. Nam cùm candente ferro ruperis cutim, vitium omne concoquitur atque maturatur, & beneficio ignis diſſolutum, per foramina quæ facta ſunt, effluit cum humore: atque ita ſanatur paſſio, & tollitur dolor. Poſt quæ cicatricibus clauſis, conſtrictior & robuſtior redditur locus, ac prope inſolubilis cutis. Sciendum vero cuprina cauteria plus effectus ad curandum habere quàm ferrea. Præterea ſi in capite morbus eſt, inuritur ceruix, ſi ſubrenalis eſt, lumbis ignis adhibetur. Interdum autem puncta infiguntur, interdum ad ſimilitudinem lineæ candens deducitur ferrum, aliquando velut palmulæ fiunt. In hoc enim laudatur mulomedici ingenium, ſi ita animal cauterio curauerit, ne deformet. Pro locis autem, in quibus eſt paſſio & pro pellis æſtimatione, cauteria vehementius imprimuntur aut leuius. Memoria autem retinendum eſt, quaſſaturas (aliàs fracturas) emota vel extorta, aut eiecta de locis ſuis, vri penitus non debere: nam perpetua debilitas conſequitur: ſed melius eſt cum G locis ſuis repoſita fuerint & ligaturis diligentiùs commonita atque ita naturæ induſtriæque beneficio corroborata, chalaſticis vnctionibus & malagmis, poſtremum cauſticis eadem percurare ad ſpem perpetuæ ſanitatis. Quod ſpecialiter admonendum eſt, ne mulomedici feſtinantes, dum ſtoco curare cupiunt, animalia debilitent, aut deforment, cùm phlebotomis, potionibus, vnguentis, ſyringis, medicaminibuſque diuerſis antè ſit tentanda curatio: & ſi nihil profecerint, ad extremum ignis adhibetur. Ruſius ſi diuturnam equi ſanitatem deſideras, ita quod gallæ, ſuperoſſa, ſpinellæ, ierdæ, ſpauani, curbæ & furinæ (affectus ſunt quos equi præ nimio labore incurrere ſolent,) nunquam ipſum infeſtent, & maiore fiducia eum fatigare auſis, curari vult, vt à perito eius artis homine equus decoquatur (aduratur) in locis, vbi vitia iſta oriri ſolent. Si coquantur equi (inquit) cum ſunt bimi vel trimi, vel antequam ſeparentur de armentis, ſtatim cum iumentis per paſcua libere dimitti debent, non adhibitis alijs medicamentis: ſic melius curabuntur, & pulchriores apparebunt cocturæ: (vſtiones) Ros enim ignem, admiſtionem & pruritum mirabiliter remouere & cocturas curare poteſt. Sciendum eſt etiam quod cauterium eodem in ſtatu, in quo inuenerit equum conſeruat: quamobrem ſi equus alicui ex prædictis vitijs obnoxius ſit, non H debet ignis remedium adhiberi quouſq; dolor ceſſauerit. Abſyrtus tradit feliciùs adhiberi cauteria vere vel æſtate, Ruſius addit etiam luna decreſcente potius quàm creſcente. Idem equum timidum & pigrum vri iubet in flanco in modum rotæ, fierique cruces & punctos in eis: ſimiliter & in renibus & quatuor pulſibus, & panicum edendum obijci & in loco calido diligenter cuſtodiri. Conſulunt autem hippiatri cauteria in diuerſis morbis, comitiali, ſtropho, dyſenteria, orthopnœa, hydrope, abſceſſibus morbi farciminoſi, malandrijs, id eſt, vulneribus ceruicis, coriagine & radio fracto. Tandem tumentibus teſticulis ſi alia remedia & ſanguinis miſſio non iuuant, Hierocles adhiberi tradit; ſed curandum eſſe, ne teſtes attingantur cauterio. De cauterijs adhibendis in febri, opiſthotono, nephritide & ijs quæ paraprìſmata vocant iuxta poplites, &c. & de cauteriorum vitiotionibus ſanandis conſulenda hippiatrica cap. 97. vbi etiam particulares aliquot compoſitiones medicaminum cauſticorum ex calce, chalcitide &c. præſcribuntur, vt & apud Veget. lib. 4. cap. 14. Apud quem capite vltimo etiam inuenies medicamentum cauſticum ad dolores neruorum.

Cauteria quæ meliora

Cauterij vtilitas.

COGNO-

A

COGNOMINATA. DE-nominata.



GRAECI (inquit Gesnerus) compositis deductisque ab equo nominibus propria hominum nomina formare plurimùm delectati sunt, & plurimùm hac in parte luxuriati. Existimabant enim nescio quid dignitatis equestris nobilitatisque equi vocabulo conferri. Hinc est quòd in Aristophanis Nebulis legimus, Strepsiadem cum vxore de nomine filio imponendo contendisse: & cùm illa Xantippum aut Charippidem vocari vellet: Strepsiades verò aui sui nomine Pheidonidem, conuenisse tandem, vt veluti coniunctis nominibus Pheidippides nominaretur. Iustiusmodi autem ab equo composita vocabula sunt præter virorum & mulierum, propria etiam B populorum & locorum, quorum omnium historias si hîc adijcerem, nimius sanè & intempestiuus labor foret: quamobrem ipsa solum modò nomina recensebo, vt inde etiam clarum euadat, quod dicebamus in operis exordio, equum præ ceteris omnibus quadrupedibus in honore fuisse apud priscos Græcos. Suam autem ab equo denominationem cognominationemque huiusmodi nomina accepêre vel in principio, vel in medio: Enumerabo primùm ea quorum initium est ἵππος, vel equus, mox quadrupeda annexurus, auesque & pisces, insecta, crustata, plantas & artificialia, quæ similiter hinc denominata sunt. Hippalcus (Ἵππαλκος) filius Pelopis, sic dictus, vt conijcio, quasi equo malum propellens, vel alicui opem ferens, vel equorum medicus, nisi deriuare malimus ἀπὸ τῆς ἁλὸς, quasi ἱππαλικὸν, id est equum marinum dicamus, quo modo alius quispiam apud Q. Calabrum vocatur Hippalmus (ἵππαλμος) ἀπὸ τῆς ἅλμης, id est a salsugine. Hipparchus, Ἵππαρχος, quo nomine plures apud Suidam recensentur, quasi equitum magister: eiusdem ferè significationis Hipparchides. Ἱππαρχὶς aliàs exponitur ab Hesychio & Suida, ὁ τῶν νέων ἐπιμελητὴς παρὰ Λάκωσι. Id est, iuuenum curam habens secundum Lacones. *Hipparchi tabula*: quoniam apud Syracusanos Hipparchi scripta in tabulis nomina illorum qui aliquid deliquissent, notabant, vt apud Suidam legimus: ex quo etiam mancus Hesychij C locus restitui potest. Vsus prouerbij erit, (inquit adagiorum author) quoties haud impune futurum, si quid peccetur, significabimus, sed non bene ἱππάρχων in plurali numero scribit, & hipparchorum tabulam vertit, cùm Suidas & Hesychius in genitiuo singulari habeant, & imprudenter ἀτακτούντων transfert, qui ordinem deseruissent, quasi λιποτακτούντων legisset, mox tamen ex Hesychio reddit optimè, qui indecorè aliquid fecissent: Sed & Hesychio falsò attribuit, Lacedæmoniorum hipparchum delinquentium nomina in tabula scribere solitum: nihil aliud enim de Laconum hipparcho Hesychius scribit, quàm quod iuuenibus præfectus fuerit. Locus eius mutilus; ἱππάρχου πίναξ, ἔνιοι ἱππάρχαι ἐν πίναξι, ex Suida sic restituendus: Ἱππάρχου πίναξ. ἐπεὶ παρὰ Συρακουσίοις οἱ ἵππαρχοι ἐν πίναξι. Hinc ἱππαρχία præfectura & quasi magisterium equitum, vnde & verbum ἱππαρχεῖν hoc magistratu fungi, & verbale ἱππαρχικὸς qui hipparchi munere bene fungitur. Hippasus, quasi equitans, nam & ἱππασία est equitatio, ipsa equitandi actio. Hippias, cuius nominis plures enumerat Suidas, quasi equestris. Hippocles quasi celebrator equorum, nisi malimus interpretari laudatorem siue encomiasten magnum. Hippiothon (ἱππιόθων) qui equorum curam habet, vel contra. Fuisse enim aiunt D Cerenonis filium, ex Neptuno conceptum, & clam expositum, & ab equa enutritum. Hippon, quasi equilis præses, nam ἱππὼν equile est. Hippos, id est equus, cognomen Hermogenis Lycij nobilissimi cursoris apud Pausaniam in Eliacis. Hippobotus, ab equis enutritus. Hippocoon. Hippocrates, equis imperans, vel equis vincens, vel fortè victor magnus & strenuus. Hippodamus, equorum domitor, equorum domandorum peritus, vnde quidam huius nominis (fuêre enim plures) ab Homero πλήξιππος cognominatur, hoc est equestris & bellicosus. Hippodorus, equos donans, vt & Hippodotes. Hippodromus, qui equo cursitat. Hippolytus, ab equo solutus. Hippolochus, quasi ex equestri turma, vel fortè equis insidias struens. Hippomachus, ex equo pugnans. Hippomedon equis imperans. Hippomenes, apud equos manens. Hic filiam suam vitiatam, equo famelico dedit deuorandum, vt inter alios annotauit Ouidius his verbis:

Solaque Limone pœnam ne senserit illam,
Et tua dente fero viscera carpat equus.

Hipponax, ἱππῶναξ, equis dominans. Hipponicus equos vel equis vincens. Hipponus, Ἱππό-

Cur Græcis nomina propria ab equis. — *Pheidippides cur dictus.* — *Hippalcus.* — *Hipparchus.* — *Hippasus.* — *Hippias.* — *Hippocles.* — *Hippon.* — *Hippos.* — *Hippobotus.* — *Hippocrates.* — *Hippodamus.* — *Hippolytus.* — *Hippolochus.* — *Hippomachus.* — *Hippomenes.* — *In Ibin.* — *Hipponax.* — *Hipponicus.* — *Hipponus.*

Hippostratus. *Hipparchia* *Hippe.* *Lib. 13.* nus, magnanimus vt ἱππογνώμων. Hippophaatus, equo celebris. Hippostratus equo militans. Hippotades Hippotis filius. Hippothoon, ἱππόθοων, equo velox: cum quo eiusdem puto significationis, Hippothous. Hipparchia mulier equorum magistra. Hippe, quasi equa, nomen meretricis, apud Athenæum, quæ Theodotum quendam fœno præfectum regis Ptolomæi amatorem habuit: & cùm in comessatione aliquando apud regem vinum copiosiùs infundi peteret, vehementer enim sitire se: meritò, inquit rex: plurimum enim fœni deuorasti: Argutè quidem, cùm & ipsa Hippe id est, equa vocaretur, & Theodoti, cui commissum erat fœnum, opes consumpsisset. Fuere & aliæ eiusdem nominis mulieres. *Hippia.* Hippia, equestris. *Hippo.* Hippo quædam ex Fuluio quodam & equa nata. Est & dea eiusdem nominis quam & Hipponam, ἱππώνην, dictam fuisse memorabimus, ita fortassis ab emendis equis nuncupata. Hippodamia, Vide Hippodamus, Hippolyte, Hippolytus. *Hippa.* *Lib. 8. c. 10.* Hippa vrbs à Roboam Salamonis filio condita, vt Iosephus scribit, eadem fortè cum Hippo Palestinæ vrbe: ita dicta fortè quod in ea potissimùm equi regij alerentur; maximum enim equorum numerum alebat Salamon, vt in operis exordio dictum est. *Hipparenus* Hipparenum similiter dictum videtur, oppidum Mesopotamiæ, & ibi enim equorum est copia. Perrhæbiæ verò vrbs hippia quasi equestris dicta videtur, quòd optimos præberet equites, vel equos, quo modo & Argos teste Varrone ἵππιον cognominatum est, vt suo loco etiam dictum est. *Hippades.* Hippades portæ quædam dicebantur Athenis, fortè quòd per eas equi ingrederentur. F *Hipparis.* Hipparis fluuius per mediam Camerinam fluens, cuius aquæ vna pars dulcis, altera salsa, item & *Hippus.* Hippus Moscorum fluuius à celeritate, ni fallor, dicti. Cur verò generosus quidam ager in Co insula Hippus dicatur, vnde hippocoum vinum, non satis capio, cùm agri ab equis expediti, vino generoso producendo sint inepti: sed ab equorum vel copia, vel pascuo hippum montem Bithymiæ vocatum rectiùs conijciemus, sicuti & Hippum Siciliæ vrbem, & Eretriæ insulam, & Hippuacram, id est, equi promontorium, Libyæ vrbem apud Stephanum. Hippucome vicus Lyciæ, sic dictus teste Stephano, ab equo viatorum quorundam illic mortuo. De loco Athenis dicto ἵππου καὶ κόρης dictum est aliàs: vti & de Colono hippio, cum quo ἱππιολόφος, quod nudum nomen apud Suidam legitur, idem videtur, cùm λόφος & κώλωνος synonyma videantur; apparet enim nihil aliud significare quàm Atticum illum collem. *Hippo.* Hippo vel Hippon, ἱππών, duplex est in Africa, vnus regius cognominatus: alter diarrhytus, quòd palustri solo madeat. Vtrumque à Græcis equitibus conditum fuisse Solinus author est. Sunt & aliæ vrbes eiusdem nominis. *Hippobotus* Regio quæ sub Caspijs portis in humili & concauo solo iacet, & Armenia, eximiè hippoboti id est equis pascendis aptæ sunt: vocatur autem & pratum quoddam (inquit Strabo) hippoboton, per quod iter faciunt, qui ex Persia & Babylone in Caspias portas proficiscuntur. G Argos Achaicum similiter hippobotum dictum fuisse supra monuimus. *Hippocrene* Hippocrene, ἵππου κρήνη, fons in Helicone à Pegaso equo dictus, qui sitiens vngula terram percussit, vnde fons emicuit. Cùm Bellerophon Argis sitijsset (inquit Varinus) terra icta pede Pegasi, fontem emisit, qui inde fons equi vel Pegaseus dictus est (Πηγασία κρήνη.) *Fons caballinus.* Persius cum fontem caballinum dixit, ex quo qui hausissent, protinus furore afflati, poetæ fieri credebantur. Fuit in Piræo forum nomine Hippodamia, ab Hippodamo Milesio qui Piræum struxit, dictum. *Hippodromus.* *Lib. 17.* Hippodromus locus Alexandriæ vrbis, vt in eius descriptione Strabo refert: significat autem quemuis locum, equorum spectaculis & cursibus aptum, vt dicetur suo loco: vt & de Hippomolgis, & hippophagis. *Hippopodes* Hippopodes Scythiæ quoque in Asia populi supra Tauricam Chersonesum iuxta Alanos. Solinus in Oceano Scythico habitare scribit, & humanam vsque ad vestigium formam obtinere, sed in equinos pedes desinere, & Plinius in eiusdem maris insulis. Nunc de proprijs nominibus dicemus, quæ denominationem suam habent ab equo (ἵππου) in fine ferè vocabuli. *Agrippa.* Inter quæ Agrippa quibusdam numerandus videri queat: sed ab ægro partu dictus est. *Alcippus.* Alcippus idem videtur significare, quod Hippalcus, Anaxippus, quod Hipponax, cum sit ἄναξ & ὤναξ idem, nimirum rex, dominus. H Anthippus, Flos equorum, quasi florem equorum, siue eximios equos nutriens. Archippus, princeps equorum. Argyrippus equos habens argenteos: Callippus, equos pulchros: Charippus, equis gaudens: Chrysippus, cui equi sunt aurei: Cirrhippus ab equis & cirrho giluoue colore dictus, vt Cælius credit. Cratippus, victor equorum: *Cronippus.* Cronippus Gesnero videtur nomen proprium, sed Suidas & Varinus exponunt μέγαν λῆρον, id est magnas nugas, vt & Cælius; ego verò (inquit) potius magnum nugatorem dixerim. Hippos in compositione auget (vt mox in enumerandis herbis patebit,) Cronia verò id est Saturnia, obsoleta & nugalia dicuntur: hinc & composita vox inuersa ἱπποκρόνια. Ego sic rectè vocari posse putem, qui, vt senes diliri ferè solent, obsoleta & antiquas nugas nugatur. Damasippus idem cum Hippodamo, equorum domitor. Dioxippus, διώξιππος, equos vrgens, videlicet ad cursum, est & Martis epitheton. Ephippus, equo insidens, qui equo vehitur, Xenophonti est miles eques, & à Synesio opponitur τῷ πεζῷ, id est, pedestri. Euripus bonos

A bonos seu præstantes equos habens. Glaucippus equos habens cæsios. Gylippus fortè qui equos
habet fortes, magnanimos, nam γύλιον, vt Etymologus annotauit, atque etiam Hesychius, *Hermippus.*
significat etiam leonem, atque adeo ipsum Herculem. Hermippus, equos habens Mercurij, vel
à Mercurio acceptos, nisi malimus interpretari, qui equos habet hermaphroditos, quales Nero- *Labippus.*
nem habuisse diximus, Lahippus optimos aut pulcherrimos equos habens: λᾶ enim licet per se
nihil significet, in compositione tamen, vehementiorem significationem reddit, eorum quibus *Menippus.*
est præfixum. Leucippus, cui equi albi sunt: vt Melanippus cui nigri, Lysippus cui soluti. Menip-
pus cui sunt ad pugnam proni, animosi, cum sit μένος Aristoteli in Ethicis idem quod θύμος, nisi
deducamus à verbo μένω, quod est maneo, vt Menippus sit, qui sic equorum sit studiosus, vt in
stabulis ferè maneat, vt de hippomene diximus: Idem.n. videtur. Nothippus qui equos habet
spurios. Nicippus, equos habens victores, seu qui equis vincit. Phænippus, qui equos habet *Philippus.*
spendidos. Philippus equorum amans, equorum studiosus, vel qui agitandis equis delectatur,
item qui studiosus est curulis certaminis: interdum etiam φίλιππος est bellicosus, vt φίλιππος
λαὸς apud Euripidem. Sic Thraces à tragicis appellari φιλίππους tradit Eustathius. Scribit enim
Thracas ab Homero dici ἱπποπόλους, tanquam ἱππικοὺς & μαχίμους id est equestres & pugnaces
B siue bellicosos; eosque in tragædia φιλίππους vocari. Accipitur tamen etiam in malam partem,
nam Hesychius Philippos etiam mœchos interpretatur. Philippides & Philippion, idem ferè so-
nant, quod Philippus. Philippicum equestris pugnæ studiosum interpretari liceat. Posidippus,
ποσειδίππος, quasi equos habens Neptuni, aut à Neptuno acceptos. Samippus, forte cui equi *Poseidippus*
sunt Samij. Stratippus, equos habens militares, pugnaces, vel fortè ex equo militiam exercens.
Telesippus fortè vltimos equos habens, per antiphrasin, quasi primos. Zeuxippus, equos habens
iunctos. Xantippus, equos possidens flauos siue rufos: Aenippe cui equi sunt horribiles, ni fallor,
nisi deriuandum nomen ab αἶνος siue αἶνε, id est laus, quasi equos habens laudabiles. Alcippe e-
iusdem originis cum Alcippo: de quo suprà, vt Archippe cum Archippo, Aristippe cum Aristip-
po, Chrysippe cum Chrysippo. Cydippe à κῦδος fortè id est gloria, quasi gloria dignos habens *Cydippe*
equos, cùm sit κύδος conuitium. Euexippe cuius equi sunt bene habiti, id est pingues, & minimè
strigosi. Euippe forte quasi velocissimos habens equos, velocissimus enim eurus. Leucippe, vide
Leucippus, Lysippe in Lysippo, Xantippe in Xantippo, Zeuxippe in Zeuxippo. Aganippe Bœo- *Aganippe.*
tiæ fons sic dictus videtur a placidis & mansuetis equis. Argippæi Scythiæ populi, quos scribit He-
rodotus ab ipso natali caluos esse, mares pariter & fœminas, sacrosque dici esse & arma nulla pos-
C sidere, an huc pertineant, exploratum non habeo. Argyrippa ciuitas in Apulia, olim Argyrippus *Argyrippa.*
dicta, à qua Argyrippeni dicuntur, Vide Stephanum, qui & hippion Argos à Diomede cogno-
minatum tradit, vnde ab equis ei nomen esse constat, & non probãdi sunt, qui per π. simplex scri-
bunt; neque qui secundam per iota, vt apud Plinium legitur. Dauniorum (inquit) oppidum Har-
pi, aliquando Argos Hippium Diomede condente, mox Argirippa dictum. Centhippe, Κενθίπ-
πη, locus Argiuæ regionis, dictus quod Bellerophontes in eo primùm stimularit equum Pegasum,
vt tradit Varinus. Φιλιππήσιοι, forte Philippenses ad quos D. Pauli extat epistola, in prima Ma-
cedoniæ parte, Colonia oriunda ab vrbe Philippis, dicta à Philippo conditore, vt nonnullis pla- *Euripp.*
cet, quæ ciuitas est Thraciæ à Philippo Macedonum rege quoque structa, vt Stephanus ait. Eu-
rippe vicus Lariæ, ab equorum fortè velocitate dictus. Πάριππον, locus est Athenis, vt Varinus
& Suidas annotant; sic dictus quasi παρ᾽ ἵππον, id est ad equos. Locus erat, in quo virgo equo
deuoranda data est, vt alias annotatum est. Atque hæc breuiter de proprijs hominum locorumq;
nominibus, quibus quædam addemus cognomina, priusquam de cæteris quæ super sunt, denomi-
natis agamus. C. Tiberius qui Augusto successit, per iocum dicebatur Callippides, quem cursitare, *Callipides.*
D ac ne cubiti quidem mensura progredi, prouerbialiter a Græcis scriptum est. Nam & Tiberius, et-
si prouincias & exercitum reuisurum se sæpe diceret, & propè quotannis profectionem præpararet,
vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia & colonias dispositis, ad extremum vota
pro itu & reditu suscipi passus, in vrbe tamen se continebat, vt Suetonius asserit. Dicebantur au-
tem olim (inquit author adagiorum) prouerbio Callippides, qui in moliendis negocijs, cùm
multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret; aut quemadmodum ait Terentius, qui se-
dulo mouens, sese nihil promoueret. M. Tullius: *Varro mihi denunciauerat magnam sanè & gra-* *Lib. 13. ad*
uem προσφώνησιν. Biennium præterijt, cùm ille Callipides assiduo cursu nullum cubitum processerit. *Attic.*
Aristophanes Tisamenophænippos cognominat homines improbioris vitæ & libidine turpes, *In Achar-*
quoniam Phænippus quidam fuerit turpis & libidinosæ vitæ homo, Tisamenus verò peregrinus & *nens.*
mastigias. Glaucus Taraxippus quasi equos terrens, in Isthmo habitauit, & ab equis interemptus *Tisameno-*
fuit. Et eodem siue nomine, siue cognomine nuncupatur heroum Myrtilo à Pelope structū, in quo *phænippi.*
& rem diuinā illi obierat, vt perpetratæ cædis iram leniret. Nominis ratio est, quòd in eo loco Myr- *Taraxippus*
tili arte iniectus sit Oenomai equis terror, Quidam ibi infossa aliqua à Pelope, sibi ab Amphione

tradita Thebano, occulta fuisse aiunt; quibus non Oenomai modò exterriti sint, verùm exterreantur omnes illac transeuntes equi. Iulie verò magicæ peritum Amphiona putant Ægyptij: propterea petras illi in Thebarum mœnibus struendis viias obtemperare, sicuti Orpheo ratione eadem feræ obediuerunt: sed de hoc Taraxippo aliàs etiam ex Pausania diximus. Augeas dicit duodecimam boum suorum partem esse ταραξίππῳ παρ' ὑμῖν. Cleon in Equitibus Aristophanis Ταραξιππόστρατος cognominatur, quòd ordinem equestrem perturbaret. Hermogenis Lycij nobilissimi cursoris Hippes cognominati mentio fit in secundo Eliacorum Pausaniæ. Vicit octies in tribus Olympiadibus. Apparet autem equi cognomento cohonestatum fuisse propter cursus pernicitatem. Castor quòd domitor celebraretur equorum, Horatio quoque equus vocatur: E

Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum
Et pugilem victorem & equum certamine primum
Et iuuenem curas & libera vina referre.

Hippocrenides Musæ cur dicantur, paullò antè dictum est. Hippodamia (Ἱπποδάμεια) cognomen etiam est Veneris, vt Hesychius monet, Heurippa verò Dianæ, vt Cælius. Pelops ab Homero πλήξιππος, id est equos verberans, aut bellicosus cognominatur, quòd occiso Myrtylo auriga suo, ipse currum regere cœperit. Hectorem verò sæpenumero ἱππόδαμον, id est equorum domitorem vocat, Agamemnonem item & alios: & Nestor ἱππηλάτης ei vocatur, vt equorum moderationem apprimè calluisse indicaret eum. Scholiastes Homeri in secundum Iliados hippoten Nestorem exponit exulem, & hanc historiam affert. Hercules cùm occiso Iphito expiari a Neleo non impetrasset, Pylum obsedit; & propter Nelei filiorum imprudentiam magnis subinde malis vrbem afficiebat. Quæ quidem quam diu viueret Periclymenus, Nelei filius, difficilis expugnatu erat: quòd is amphibius (vitæ mutabilis) esset. Sed tandem in apiculam mutatus, cùm Herculis currui insideret, prodente Minerua, ab Hercule interemptus est. Tunc igitur Pylo vastata, & vndecim eius fratribus occisis, Nestor qui in Gerenis alebatur, solus remansit, Gerenius inde cognominatus. Amazones vocat Orpheus δαμνίππους, quasi ἱπποδάμους. Ἱππομανὴς qui insano equorum amore flagrat, qui ad insaniam vsque equis delectatur, vel qui supra modum equis studet. Scholiastes Sophoclis ad hæc verba, μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς ἐπὶ δυσκλείᾳ, σὲ τὸν ἱππομανῆ λειμῶν' ἐπιβάντ' ὀλέσαι Δαναῶν βοτά, quidam (inquit) ἱππομανῆ retulerunt ad Aiacem, vt sit μεγάλως μαινόμενος. Alij verò scribunt, chorum non credidisse Aiacem furere, ideoque exposuisse τὸν ἵπποις μαινόμενος. Quod improbantes alij (quippe qui dicerent insulares non ἱππομανεῖν, nec insulas ἱππηλάτους εἶναι,) ad pratum retulerunt, vt ἱππομανὴς λειμὼν hîc intelligatur ὁ εὐανθής, ἐφ' ὃν οἱ ἵπποι μαίνονται: vel ὁ ἄγαν μεμηκὼς καὶ ἀνθῶν καὶ ἐνυβρίζων τῇ χλόῃ. Hæc ille. Mihi placeret, vt referatur ad Aiacem, cùm sit etiam ἱππομανής, qui equino more libidinis extimulatur furijs: non quòd ita extimulatus fuerit Aiax, sed vt maximus eius furor indicetur. Patroclus Homero vocatur ἱπποκέλευθος, id est, vt Eustathius exponit, equester, alijs est equis viam faciens, quod magis placet, apparet enim indicare velle poëtam hoc siue epitheto, siue cognomine Patrocli currum equosque Troianis terrori fuisse, venientique viam ab ijs factam. Locupletiores apud Chalcidentes vocabantur ἱπποβάται, quales Atheniensibus ferè dicebantur ἱπποτροφοῦντες quasi equorum altores: ijdem à Plutarcho vocantur ἱπποβόται: ἱππόβοτος verò etiam est, equos alens, sed ad loca potius equis alendis apta, quàm ad homines vsurpatur. Sic Argos ἱππόβοτον vocari Homero non semel dictum, ab equorum qui ibi alebantur copia. Eidem Ithaca magis probatur αἰγίβοτος, id est capris pascendis apta, quàm si esset ἱππόβοτος. Ἱπποβουκόλος autem idem cùm ἱπποβότης, nimirum equorum pastor, quanquàm impropriè hîc βουκόλος accipitur, sicut etiam quum βουκολεῖν ἵππους aliquis dicitur pro simpliciter pascere equos, cùm sit βουκολεῖν propriè boues pascere. Henricus Stephanus ἱπποβουκόλους generaliùs exponi posse putat armentarios, qui & equos & boues pascerent. Ἱππονόμος idem qui ἱπποβότης. Idem Homerus galeam cognominat ἱπποδάσειαν, κόρυθος λάβεν ἱπποδασείης, interpres vertit, de galea apprehendit equina. Crista enim galeæ fiebat ex equinis setis, vt suo loco ostendetur: vnde eidem equites eleganter etiam ἱπποκορυσταὶ nuncupantur; noui tamen Eustathio hanc expositionem improbari; & ἱπποκορυστὰς exponere bellatores equestres, vt ἱπποκορυστὴς sit idem quod ἱππιοχάρμης, qui armato equo pugnam init: vel qui equis gaudet, cæterùm hoc non prohibet, quo minus apud poëtam ἱπποκορυσταὶ dici possint, qui setis equinis galeam habent exornatam, nam qui tali se induerint, bellicosos se equites esse profitentur; quamobrem talem tribuit bellicosissimis. Hinc apud eundem ἱππόκομοι πήληκες, ἱππόκομοι κόρυθες, ἱππόκομοι τρυφάλειαι, necnon ἱππουρις τρυφάλεια, ἱππουρις κυνέη, & λόφος ἱππιοχαίτης, id est galeæ ex equinis constantes setis: vel galea siue potius crista equina; Qui verò equis ad pugnam vtitur, siue bellicosus est: Item qui circa equos versatur, & qui eos alit, ἱπποπόλος quoque voca-

Marginal notes: Pelops. Iliad. β. — Hector. — Nestor. — Hippomanes. — In Aiace. — Patroclus. Iliad. π. — Hippobata. — Iliad. γ.

Right margin markers: F (beside "Pelops ab Homero"), G (beside "exposuisse"), H (beside "βουκολεῖν propriè").

A vocatur. Apud Homerum ἱπποπόλων Θρηκῶν reddunt equestrium aut bellicosarum. Ἱππεραστὴς, idem quidem quod φίλιππος, id est equorum amator, aut studiosus, sed plerumque in malam partem accipitur pro ἱππομανὴς: vt & ἵππερος pro ἱππομανία. Aristophanes hoc vitium ad icterum corporis morbum transtulit: ἀλλὰ ἵππερόν μου κατέχει τῶν χρημάτων, Strepsiades conquerens de filio sumptuoso circa equos. Alludit autem ad naturam icteri etiam in verbo κατέχει. nam ictericorum oculi bile perfunduntur, vt Scholia monent, quæ ἵππερον, ἱππικὸν ἔρωτα καὶ νόσον ἱππικὴν interpretantur. Apud Hesychium & Varinum deprauatè pro ἵππερος legitur ἵπαρος, ἵππαρος, ἱππαῖρος. In Suidæ lexico ἵππερος etiam adiectiuè exponitur ὁ περὶ τοὺς ἵππους τὸν ἔρωτα ἔχων. Ἱππαστὴς quidem idem est quod ἱππηλάτης, eques, equitator, qui equo vehitur, sed dicitur interdum etiam de equo, vt ostendit Xenophon in libro de re equestri his verbis: καὶ οἱ θεάμενοι τὸν ἵππον τοιοῦτον, ἀποκαλοῦσιν ἐλευθέριόν τε καὶ ἐθελουργὸν καὶ ἱππαστὴν, καὶ θυμοειδῆ, καὶ σοβαρὸν, talem equum appellant liberalem & voluntarium & equitatorem & ferocem & superbum. Ita & pro ἱππάζω siue ἱππάζομαι, quod est equito, equo feror, ipse quoque equus aliquando dicitur ἱππάζεσθαι, passiuè pro agitari. Sunt qui ἱππάζεσθαι exponunt, ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ὀχεῖσθαι, id est, ἐπὶ κέλητος, id est vehi vnico equo & singulari ad differentiam ἁμίππων. Hinc

B & ἱππασθεὶς, id est equitandi artem edoctus. Est & ἱππεὺς eques, & ἱππεύω eques sum, siue equito, sed & hoc quoque verbum de equo dicitur, vt & equito ad Latinos: à quo ἵππευμα, equitatio, iter quod ab equite conficitur, & ἵππευσις, & ἱππεία, equitatio, iter quod ab equite conficitur, & ἵππευσις, & ἱππασία, equitatio. Est verò ἱππεὺς etiam exul. Ab ἱππεύω composita sunt ἀντιππεύω, ἀφιππεύω, ἐνιππεύω, καθιππεύω, παριππεύω, προσιππεύω. Ἀντιππεύω id est aduersus equito, nimirum aliquem, nam ἀντιππεύειν ἀλλήλοις dicuntur à Xenophonte duo equites inter se contendentes, vt Budæus annotauit. Ἀφιππεύω, abequito, equitans recedo vel fugio, ex vno loco in alium me recipio equitando, vel equo me proripio. Ἀφιππεία tamen quanquam hinc oriatur, est equitandi imperitia, vt idem Budæus ait; sed Henricus Stephanus tunc scribendum arbitratur ἀφιππία. Ἐνιππεύω est inequito. καθιππεύω perequito, equitando decurro, παριππεύω obequito, præterequito. προσιππεύω, adequito, iuxta equito. Ἱππήλατος, per quem equi agitantur aut agitari possunt. Vtitur hac voce Homerus, postquam dixisset Ithacam esse αἰγίβοτον καὶ μᾶλλον ἐπήρατον ἱπποβότοιο, subiungit, οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων, nec enim vlla insula calcatur ab equis, siue nec enim per vllam insulam agitantur equi, id est, nulli aut rari in insulis equi sunt. Idem est ἱππηλάσιος, sed ἱππηλασία agitatio equorum, passi- Odyss. δ.

C uæ significationis. Ἱππόσυνος, equester. Αἴθιππος velox est Suidæ. Ἄμιππος diuersas & ferè contrarias habet significationes. Est enim in primis, qui simul cum equis est, siue equis adiunctus, vt ἄμιππος βορέας apud Sophoclem. Item ἄμιπποι apud Thucidinem vocantur pedites equitibus adiuncti, vbi tamen in quibusdam codicibus ἄνιπποι scribitur. Ἄμιπποι, vt Eustathius ex Pausania tradit, dicuntur etiam ipsi equi copulati sine rheda, ἵπποι ἐζευγμένοι χωρὶς δίφρου: ita nominati (sicut ibidem ex Pausania addit) quoniam ἐπὶ δύο κέλητας ἀνέβαινεν, ὁ μὲν ἡνίοχων, ὁ δὲ ἐλαύνων. ἀπὸ τούτου τῶ ἅμα ἀμφοτέρους καθίζεσθαι εἰ καὶ ἰδίᾳ ἐλαύνους, ἄμιπποι οἱ τοιοῦτοι ἐλέγοντο. Vbi tamen ἄμιπποι posterius ad ipsos equites refertur, atque ἄμιπποι dicuntur ad differentiam τῶν κελητιζόντων, & μονίππων, equites desultores: de quibus Homerus dicit, θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον, qui ex binis equis quos agitant, alternatim ex altero in alterum insiliebant. Si verò de ipsis equis dicatur, ἄμιπποι sunt desultorij equi. Philochorus ἁμίππους etiam & προδρόμους; at Hæus τοὺς σὺν ἵπποις στρατευομένους vocauit. Nos plura de hac voce, sicuti & de ἄμφιππος dicemus alias, vbi de pugnandi ex equo diuersitate agemus. Ἄνιππος equo carens, vel equo non insidens: Herodotus de Massagetis: ἱππόται εἰσὶ, καὶ ἄνιπποι, quasi dicat, interdum præliantur ex equis, interdum verò absq; equis, Lib. 5. Hamippi qui. Anippus. Lib. 1.

D vel equis carent in prælio: quamobrem in Polluce, vbi ἄνιπποι ijdem sunt qui ἀμφίπποι, pro ἄνιπποι legendum ἄμιπποι. Ἄφιππος equitandi imperitus, aut artis equestris. Notandum autem in hac voce præpositionem ἀπὸ priuandi vim habere; quare ἄφιππος etiam exponitur, qui equis caret. Dicitur verò etiam de loco qui equis vel potius equitatui ineptus est, vt ἄφιππος χώρα, ἀφίππους καὶ τραχεῖα ὁδὸς, id est regio equitatui non apta: via aspera & equis inidonea. Hinc ἀφιππία equitandi aut equestris artis imperitia. Εὔιππος bonus seu præstantes equos habens, vt in proprijs dictum est. Dicitur verò etiam de alijs rebus, vt εὔιππος χώρα. Interdumque εὔιππος est, qui equitandi bene peritus est, vel equitatu præstat. Ἔφιππος qui equo insidet: priuatim tamen est eques miles Xenophonti, vt dictum est antè. Dicitur verò & ἀνδριὰς ἔφιππος à Plutarcho statua equestris, & alicubi εἰκὼν ἔφιππος, à Philone βίος ἔφιππος, à Platone δρόμος. Scribitur & ἐφίππειος per ei. At ἐφίππιον substantiuè Suidæ est certamen equestre, ἀγώνισμα ἐφ' ἵππων τρεχόντων: nisi fortè (inquit Henricus Stephanus,) ἀγώνισμα cum ἐφίππιον iungi debet. Aliàs ἐφίππιον idem est quod ephippiũ Latinis, nimirum stratum siue sella equi. Scribitur verò & ἐφίππειον cum α, habeturq; vtraq; scriptura apud Xenophontem libro de arte equestri, vt idem Henricus citat, sed fortassis mendosè, Aphippus. In Publicola In Fabio.

nam ἐφίππιον quidem ſella eſt equi, ἐφίππιον verò equitum certamen. Μονίππος, qui vnico E
equo vtitur, qui vnico equo curſu contendit, ὁ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ἀγωνιζόμενος δρόμῳ, vt ex Pauſania tradit Euſtathius, dicens ſimilem eſſe κέλητι ἀγωνίζοντι. Dicitur autem ad differentiam τῶν ἀμίππων. Sed hoc modo μόνιπποι etiam ſunt equi ſinguli: qui iuncti non ſunt, vt conſtat ex hoc Xe-

Lib.6.Pæd. nophontis: καὶ τοὺς μὲν μονίππους παραμηριδίοις, τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἅρμασι παραπλευριδίοις ἐξωπλισμένους, id eſt, vt Budæus interpretatur, equos equitum ad differentiam eorum qui currui iuncti ſunt. Πάριππος aſſectans equum, aſſectator equi, vt ex Cretenſibus canibus, teſte Polluce, alij ſunt διάπονοι, alij πάριπποι, qui videlicet vnà cum equis currunt, ita vt nec eos præcedant, nec ab ijs à tergo relinquantur. Fera quæ ab equo (ἵππῳ) Hippardium nominata eſt, χαίτην (Theo-

Hippardiū. dorus capronas vertit, malim iubam) gerit in ſummis armis: differt (inquit Ariſtoteles) ab hippelapho, quòd barbam vt ille non habet. Hæc ſimiliter vt Hippelaphus, tenuiſsimo iubæ ordine à capite ad ſummos armos crineſcit. Gerit etiam cornua vtrumque genus, excepta fœmina e-

Hippelaphus. quiceruini generis: & pedes habet biſulcos. Eſt & ab equi & cerui ſimilitudine hippelaphus dictum quadrupedes, quod num idem cum tragelapho ſit, vt Volaterranus retur, ſuo loco examinabimus. Hippothelas vocatur pullus aſinæ, qui recens equæ ſubijcitur, ac ſi equimulgum dica-

Hippotigris. mus. Hippotigris, quod animal in Antonino Caracalla celebrari ex Dionis Nicæi hiſtoria Cælius F
tradit, ab equo & tigri nomen, puto, accepit: vt & hippocamelus, cuius mentio eſt apud Auſo-

Hippocamelus. nium. Hippopotamus, id eſt, equus fluuiatilis, id nominis accepiſſe videtur, quia caput & vocem equi habet. Sciurus vocatur & campſiurus, & hippurus, vt Varinus & Heſychius annota-

Hippopotamus. runt, à caudæ, vt videtur, magnitudine & latitudine: aliàs hippurus apud Ariſtotelem piſcis eſt, quem Gaza equiſelem vertit: quo nomine Plinius hippurin herbam vocat. Vocatur hic piſcis ab

Hippurus. Hiceſio ἱππουρις, Dorioni coryphæna. Numenius eius eſſe tradit naturæ, frequenter vt exiliat; quam ob cauſam etiam ἀρνευτὴς nominatur. Hinc fortaſsis & nomen ſortitus eſt, quòd equi inſtar ſubinde exiliat, ἀπὸ τοῦ ὀρούειν καὶ ὁρμᾶν ἵππου δίκην, non à cauda equina. De hippo piſce

Aues. dixi inter æquiuoca. Ἵππος auis genus Ariſtoteli, pipo, vt Gaza vertit: alibi apud eundem ἵππα

Pipo. legitur, & ſimiliter à Gaza redditur pipo: ἵππα ab Heſychio exponitur ὁ δρυμοκόλαψ, lego δρυοκόλαψ, id eſt, picus Martius: Πιπώ, Scholijs Lycophronis auis quædam eſt marina, pulchra & elegans: ſed plura de his vocibus conſule lector noſtram ornithologiam. Ἱππόκαμπος ab eodem Heſychio, nec non à Varino exponitur auicula quædam: ego huius nominis auem nullam

Hipparion. reperio. hippocampus quidem animalculum eſt marinum, vt modò patebit. Eſt & ἱππάριον eiſdem auis quædam vulpanſeri ſimilis. Hippalectryonem, vt in ſcholijs Ariſtophanis, & apud Va- G

Hippalectryon. rinum & Heſychium legimus, aliqui magnum gallinaceum interpretantur, vt gallinaceo ſimile genus Perſicum ſit: alij gallinaceum in velis ſiue tapetibus Perſicis pingi ſolitum, alij deniq; marinum animal; & licet philoſophi hippalectryonem in rerum natura eſſe negarint, meo tamen tẽpore (inquit Scholiaſtes) quidam in tale animal fortuitò è mari prodiens incidit, & à ſe occiſum cùm paſsim oſtentaſſet, in ſigillo ſuo & clypeo depingi curauit. Æſchylus in ſuis tragœdijs hippa-

Hippogypus. lectryonem finxit, non animal, ſed inſigne nauis, vt ipſe exponit in Ranis Ariſtophanis. Ἱππόγυποι etiam auis non eſt, ſed ita vocantur, qui magnis vulturibus inuehuntur, ἐπὶ γυπῶν μεγάλων ὀχούμενοι, vt Lucianus in vera hiſtoria tradit, populos eſſe quoſdam ſcribens. Ibidem finguntur etiam ἱππογέρανοι qui magnis gruibus inuehuntur, & ἱππομύρμηκες qui magnis formi-

Formicæ equites. cis: Sunt tamen formicæ quædam ἱππομύρμηκες dictæ, quas Gaza formicas equites vertit, malim maximas reddi, vt philoſophus à magnitudine ſic appellarit. Scio tamen ab Heſychio etiam

Lib.8.Hiſt. anim.c.28. ſcriptum eſſe: λέγονται καὶ μύρμηκες ἱππεῖς, id eſt, vocantur & formicæ equites. Muſcæ quædam circa equorum capita obuolare ſolent, & fimo (vt vulgò creditur) equino natæ à Germanis equipetæ vocantur: à quibus haud dubiè differunt, quas Gillius ex Aeliano equiſeles (fortè Græ-

Equiſeles muſcæ. cè legitur hippuros,) vocat, & ſic de ijs ſcribit: *In fluuio nomine Aſtræo, qui inter Beræam & Theſſalonicam fluit, peculiare genus muſcarum eſt, apibus ſimile tum magnitudine, tum bombi ſtrepitu,* H
veſparum colore, equiſeles appellant incolæ: eæ ad ſummam aquam verſantes à piſcibus corripiuntur. A

Equus lunæ Coſentinis, vt Thyleſius tradit, non inuenuſtè equus lunæ vocatur ſcarabei genus viride, dorſum habens nota quadam aureola ſic illuſtre, vt Lunæ ſpeciem exiguæ ſuſtinere videatur. Campas equos marinos (nos quoque marinos caballos dicimus) Græci (inquit Varro) à flexu poſteriorum partium hippocampos appellant. Conſule opus noſtrum de exanguibus, vti & de cancris,

Lib.25.c.9. quos Plinius hippos vocari ait. De Hippice herba, cuius apud Plinium mentio eſt, quid ſentia-

Li.21.c.15. mus, aliàs aperuimus, vbi de caſeo agebamus equino. Hermolaus Barbarus, in hoc eiuſdem Pli-

Hippochæris. nij loco de hypochæri ſeu potiùs hypochœride, quoniam rectus oxytonus eſt, etiam Hippochœrin legit: *Vulgarium in cibo apud Aegyptios herbarum nomina, condrylla, hypochæris, & caucalis, &c.* Sed & apud Theophraſtum hypochœris legitur, vbi à Gaza vertitur porcellio. Multi enim etiam hippogloſſon ſcribunt pro hypogloſſon, cùm tamen neque magnitudo (ἵππος enim auget, vt modò pa-

A do patebit, & ex superioribus etiam patet,) neque aliud ad eum pertinens tribuatur: cumque si ὑπόγλωσσον scribimus, Galenus nos nominis rationem doceat, dictum sic inquiens, quoniam summis corymbis subnascantur quædam lingulis similia. In Hippophæsto & hippophaë, vtro potius modo scribendum sit, non satis constat. Apud Dioscoridem quidem hippophaës alijs nominibus hippophyes, hippophanes & hippion vocari legimus, quæ omnia ab equo ducta sunt vocabula. Hippophæstum quoque alijs hippophaës vocari scribit, & Plinius de vtroque loquens; *Debent* (inquit) *accommodata esse equorum naturæ; neque alijs ex causis nomen accepisse: quippe quædam animalium remedijs nascuntur, &c.* Veruntamen Marcellus Virgilius: nihil nos mouet (inquit) authoritas Plinij: nihil enim constituit dicens: *Debent equorum accommodata esse naturæ, &c.* Nos nihil aliud hippon in his vocibus compositis, quàm magnitudinem, & in eo genere grandius significari credimus. Hæc ille. Atqui hippophaës non grandem esse herbam, sed ἐπίγαιον & χαμαίκαυλον Theophrastus docet, inquit Gesnerus. Hippoglosson verò Dioscoridi idem, quod antirrhinon. Est & lauri Alexandrinæ idem cognomentum. Hippomanes quæ sit, supra indicauimus, cùm de pullio loqueremur, est item hippomanes idem quod apocynum apud Dioscoridem, & inter capparis nomenclaturas apud eundem. Hipporizon in Hippiatricis Græcis nominatum

Hypoglosson. *Lib. 8 simp.* *Hippophæstum.* *Hippophaës.* *Hippoglosson.* *Hipporizon* *Cap. 15.*

B miscetur alijs quibusdam ad clysterem vteri equæ, promouendæ conceptionis causa, Gesnerus verbenacam alteram esse conijcit, duplici motus coniectura, cùm quòd apud Dioscoridem, nisi mendum est, inter verbenacæ alterius nomenclaturas legitur, tum quòd equis, quibus dorsum vlceratum est, salubris est. Hippurim herbam à caudæ vel setæ equinæ similitudine dictam Plinius quoque asserit, *Equisetum* (inquit) *hippuris à Græcis dicta pilus est terræ, equinæ setæ similis, comis iunceis multis nigris, vt est equorum cauda*: Et aliàs: *Inuisa in pratis & equisetis est, à similitudine equinæ setæ.* Est verò etiam Hippuris Pomponio, Hippariscus Stephano, insula maris mediterranei iuxta Cariam, cuius etiam Plinius meminit ab hippuri vel pisce, vel frutice, vt Hermolaus conijcit, appellata. *Tradunt* (inquit Plinius) *iuxta arbores nasci, & scandentem eas dependere comis iunceis multis nigris.* Hinc facilè apparet, cur ephedron & anabasis vocetur, quibus nominibus Plinius verba iam citata, tanquam originis expositionem statim adiungit, vt superuacua sit Hermolai coniectura, ephydron legi posse, quoniam in aquosis nascatur. Nec similitudinem tantùm ad equi caudam hippuris habet, vnde potissimùm dicta videtur; sed etiam cum vino trita infusaque in potu (vt in Hippiatricis Græcis legimus) equorum vrinam promouet, & dysuriam

Hippuris. *Lib. 4. c. 12.*

C eliminat, vt vel ludendo quis dicat hippurin appellatam διὰ τὸ ἄγειν τὰς ἵππους. Plinius Castori quoque potamogeton tradit appellari: *Potamogeton* (inquit) *similis betæ folijs &c. Castor hanc aliter nouerat, tenui folio, velut equinis setis, thyrso longo & leui, in aquosis nascentem.* In Hippiatricis, vbi Hierocles ad orthopnœam equi habet: σύμφυτον, ὃ καλοῦσι ἵππουριν, θλάσας ἐκπίασον τὸν χυλὸν εἰς κοτύλας β. Ruellius siue aliam lectionem secutus, siue corruptum hunc, vt apparet locum suspicatus, ita transtulit. Hali, quod symphytum appellant, & equiseti succus expressus, qui heminas duas impleat. Gesnerus verò legendum putat, σύμφυτον, ὃ καλοῦσι πέτραῖον &c. hoc enim ad thoracis & pulmonis vitia efficax esse constat; hippurim verò siue equisetum non item. Hypopeston legebatur alicubi apud Plinium, Hermolaus hypophæstum legendum monet: potest & ab equo (inquit) appellari hyppophæston: vtroque modo rectè scribitur à Græcis. Hæc ille. Ego (inquit Gesnerus) hippophæston malim, cùm & Plinius ab equo deriuet, & apud Dioscoridem, vt iam retuli paullò superius, plures ab equo nomenclaturæ ei tribuantur; & hippophaës etiam cognata ei herba similiter ab equo composita voce scribatur apud probatos authores, vt Dioscoridem & Hippocratem. Nam Galenus in glossis Hippocratis, quas ordine literarum tractat, in elemento iôta, ἱπποφέων herbam exponit, quæ non hippophaës tantùm nominetur, sed

Cap. 118. *Potamogeton.* *Li. 27. c. 10* *Hipophæstum.*

D etiam κνάφον & σύφον ab Hippocrate: legendum est autem, non σύφον, sed στοιβὴ, vt inferius ab eo scribitur in Sigma, vbi per ypsilon aduersante literarum ordine scribi non potest. Diuersa tamen ab hac fuerit Dioscoridis stœbe. Similiter vbi hypophes legebatur apud Plinium, Hermolaus hypophyes, aut etiam hippophyes reponit, ex Dioscoride, (vt inquit) Galeno & Theophrasto. Ego apud illos aliter quàm hippophyes voce ab equo composita legere nõ memini. Nam Theophrastus, *Ex lactaria* (inquit interprete Gaza) *hippophaës, idq; optimè apud Tegeam*, quod & Plinius ex eo repetijt. Intelligo autem hic hippophais nomine, non sui generis herbam, sed succum siue liquorem ex lactaria collectum, cui similis purgandi vis insit: nam & hippophais propriè dicti radix lacteo succo turget, qui inde eximitur, perinde vt ex thapsia, & ad purgationes accommodatur, Dioscoride teste. Hæc itaque Gesnerus. Democritus aglaophotin herbam (inquit Plinius) in marmoribus nascentem, vocat etiam hippophouada, quoniam equæ præcipuè caueant eam. Idem Plinius lapathun syluestre, alijs oxalida, alijs etiam cantherinum vocari asserit, sed cur ita vocetur, non explicat. Est autem quoddam lapathi genus satiuo maius, candidiusque ac spissius, vt eiusdem Plinij verbis vtar, hippolapathum à magnitudine dictum:

Li. 21. c. 15 *Lib. 9. Hist. plant. c. 15.* *Aglaophotis.* *Lapathum syluestre.* *Lib. 7. Simp.* *Hippolapathum.*

quod

Hippomarathrum. quod tamen cantherinum ei vocari non puto. Fœniculum syluestre aliqui teste eodem nimirum Plinio hippomarathrum vocant. Dioscorides hoc nomine fœniculum cæteris grandiorem esse ait. Et Strabo in Mauritania hippomarathri scapum duodecim cubitos longum & quatuor palmos crassum esse scribit. Galenus anthor est ita dici ab insigni magnitudine. Sed & hipposelinum quod equapium transtulit Gaza, eodem modo à magnitudine nũcupari videtur, astipulante Dioscoride: quanquam Nicandri scholiastes aliam etiam rationem addat, quod equorum stranguriæ medeatur: Theophrastus (inquit) hipposelinum in petrosis prouenire locis dicit, à magnitudine sic nuncupatum, vel propter equorum stranguriam. Quod autem stranguriæ siue dysuriæ equorum medeatur, clarum est ex Hierocle Hippiatro, qui eo in hoc affectu vtitur. *Trifolium caballinum.* Trifolium caballinum in plerisque Italiæ locis vocatur lotus pratensis, quod huius pascuis, vt Matthiolus tradit, equi delectentur. Tussilago verò vngula caballina dicta est à similitudine. Germani teste Gesnero mentastrum mentam equinam, oxyn Plinij, siue trifolium acetosum, oxalidem equinam dicunt, maluam syluestrem maiorem maluam equinam: *Lib. 2. c. 25.* Cometæ genus, quod iubas equinas, vt inquit Plinius, imitatur, celerrimi motus, atque in orbem circa se euntes ἱππεὺς vocatur. *Lib. 9.* Pollux ludum quendam describit, qui ἐν κοτύλῃ, & ἱππὰς & κυβιστίνδα dicatur. Is talis est: Puerorum aliquis manibus in tergum reductis consertisque pectinatim digitis, alterum genu innitentem manibusq; oculos eius obnubentem circumfert. Accipitur sanè cotyla pro cauitate, vt hic volam, id est, cauum manus, vel quæ coniunctis mutuò digitis inter vtramque manum interius fit cauitatem significet. Ἱππάδα verò hunc ludum dici apparet, quòd qui circumfertur inequitare (quod ἱππαστὶ καθίζειν Græci dicunt ac si dicas equitabundè insidere, quia diuaricatis cruribus alterius humeris aut dorso insideat) videatur (aliter apud nos vapulant pueri, nam ex tergo alterius suspenduntur, tuncque equum pati dicuntur à pædagogo,) Κυβιστίνδα denique quasi κυβιστηδὸν (nisi fortè ita legendum sit) quod cùm is qui gestat præ pondere inclinato sit dorso & capite, eiusque corporis habitum, qui gestatur etiam imitari cogatur, τῶν κυβιστώντων, id est, vrinantium, vel aliter in caput se deuoluentium gestum exprimant. Est & ἱππὰς equitum census, vnde ἱππάδα τελοῦντες apud Plutarchum, qui censum equestrem soluunt: *In Solone.* & in republ. Atheniensium ἱππὰς pars vna erat ex quatuor illis, in quas a Solone populum fuisse distributum alicubi diximus: & ἱππάδες θυσίαι, sacrificia, quæ pro equestri illo ordine peragebantur, αἱ περὶ τῶν ἱππέων ἐπιτελούμεναι, vt Hesychius tradit, vel ἃς αὐτοὶ πέμπουσι. Ταῖς Πομπαῖς, vt Suidas. Bos quoque ipsa quæ sacrificio illi destinabatur, ἱππὰς vocabatur, vt idem Hesychius tradit. Varino denique ἱππάδες portæ quædam sunt Athenis: fortè quòd per eas victima intraret. *Hippiades statuæ.* Ἱππιάδες verò statuæ sunt equestres mulierum, quales Amazonum. Ἱππώδης quod equo decorum est & conueniens, vt βλέμμα ἱππῶδες apud Pollucem. Ἱππίσκος Hesychio & Varino est epithema capitis, aut ornamentum muliebre. Idem ornamentum etiam ἱππεὺς vocari inuenio apud Aristophanem in Equitibus. Ἱππαπαὶ vox fictitia, vt admonent Scholia ad imitationem vocis ῥυππαπαὶ, quæ acclamatio nautica est: mentio enim illic de equis fit & hominibus hippagines naues ingressis. *Hippago.* Has naues Festus scribit ἱππάγιες, sed fortè legendum ἱππηγὰς vel ἱππαγωγοὺς. Grapaldus in numero plurali hippagones dixit, vt agatones, quod doctiores improbant. Sunt autem hippagines naues, vel vt Liuius loquitur, hippagogæ transuehendis equis destinatæ. Sic enim Suidas, Ἱππαγωγοὺς τὰς ἵππους καὶ ἄνδρας ἀγούσας ναῦς. Hippagogas dici naues equis subuectandis destinatas, (inquit Cælius) apud Herodotum historia sexta duobus locis obseruauimus: Et aliàs: Apud Pollucem libro primo inter equitum species recensentur, hippotoxotæ, sceuophori, hippogogi & anippi, videtur autem legendum amphippi vel hamippi, vt pluribus ipse Cælius probat eodem in *Li. 21. c. 30.* loco. Idem & Stratiotides naues Thucididi nuncupari tradit, quarum vna est functio, vti pugnaturos subuectent pedites, verùm quia & equites, inde hippagogos nuncupari quoque eidem. *Hippagogi milites.* Alexander ab Alexandro hippagogos milites interpretatur: Græcis (inquit) dissimiles fuere equitum species: nam quidam hippotoxotæ dicti, alij sceuophori, &c. nonnulli hippagogi; multi am- *Lib. 6. c. 22.* phippi, qui equis duobus merebant. Ego tantummodò de nauibus dici video. *Hippagus. Lib. 7. c. 56.* Plinius hippagum nominat, siue subaudiendo nauigium, siue substantiuè. Hippagum (inquit) Salaminij inuenerunt; loquitur autem de inuentis nauticis: quo loco Hermolaus in suis castigationibus Græcos ait non hippagum sed hypagum appellare. Scoppa Grammaticus hippagium genere neutro Italicè interpretatur lo pontone. Sunt autem pontones naues, quibus in traijciendis amnibus loco pontium vtimur: *Hippophorbus.* Cæsar tertio belli ciuilis genus nauium Gallicarum esse scribit. Hippophorbus genus est tibiæ, quam Libyes Scenitæ inuenerunt: hac ad equorum pascua vtuntur: materia est laurus detracto cortice: nam exempta medulla acutum reddit sonnum, & equorum celeritati conuenientem, vt apud Pollucem legimus. *Hippobinus* Hippobinum Scholiastes in Ranis Aristophanis à lascinia & coitu dictum scribit, quoniam in magnis rebus Græci ἵππον, vt sæpe dictum est, accipiant, sicut ἱππόπορνος, magnus scortator & nimio in mulieres amore insanus, Ἱπποτυφία, nimius fastus:

A stus: ἱπποχρημνα ῥήματα, sublimia & affectata vocabula, quia Græci aliàs ἁμαξιαῖα vocant, Horatius ampullas & sesquipedalia verba. Hippocronia, nugæ, quasi dicas nimium antiqua & obsoleta, qualia sub Saturni regno fuerunt; anilia nempe & quæ à sene nugatore proferuntur, vt suprà indicaui. Hippoperas verò non tanquam magnas peras, sed tanquam equestres, hoc est, quas equitantes nobiscum ferre solemus, ex ephippijs ferè suspendentes, vocarunt veteres: Mentio earùm est apud Senecam: *M. Cato Censorius cantherio vtebatur, & hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret; vno caballo contentus, & ne toto quidem, cùm partem sarcinæ ab vtroque latere dependentes occuparent.* Pompeius bulgas vocat, quod nomen apud Gallos & Germanos perseuerauit. Sunt autem sacculi scortei ad ferenda, quibus in itinere egere solemus. A πῶλος deriuata sunt πωλυδαμνέω, id est pullos domo: Sophocli etiam idem est quod παιδαγωγῶ, id est erudio, vtiturque in homine, αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς δεῖ πωλοδαμνεῖν, id est ipsum moribus oportet paternis erudire; hinc πωλοδάμνης qui equos siue pullos domat & docet, pro quo apud Suidam etiam legitur πωλοδαμαστής. Sic & πωλεύω quamuis propriè est pullos equinos domo, accipitur similiter pro παιδεύω, id est pueros erudio, vnde πωλεῖα & πώλευσις domitio equorum, cura domandi & erudiendi pullitiem equinam, aut etiam cura formandi, (vt Virgilius dixit formare

B vitulos,) & πωλευτικὸς qui ad domandos erudiendosque equuleos aptus est: ἀπώλευτος verò ad ipsos pertinet pullos, qui indomiti sunt, & needum eruditi. Ab Vlpiano autem de ædilitio edicto πωλείαν vsurpari aiunt pro armento pullorum seu equuleorum, vt Varro equariam etiam accipit pro armento seu grege equorum; Est & πωλεία fimum pulli asinini quod primùm edidit. Sic enim Plinius: *Asinini pulli fimum quod primum edidit (polean vocant Syri) datur in aceto mulso.* Suidæ denique πωλεία exponitur χαίτη, id est iuba, nisi potius (inquit Henricus Stephanus) apud hunc scribendum sit πωλεία χαίτη, pullina seta seu coma. Thessalia quòd laudatissimos præberet equos modò ἱπποτρόφος, modò πωλοτρόφος vocata est: dicitur similiter de homine, qui equos alit: αἰολόπωλος qui equos habet varios. Apud Homerum ἀνέρας αἰολοπώλους Scholiastes exponit non solùm ποικίλως ἱππαζομένους, sed etiam ταχεῖς ἵππους ἔχοντας, id est celeres equos habentes. Hesychius similiter & ποικιλοπώλους, id est varios habentes equos, & ταχυπώλους, ex eo quod αἰολεῖν significet κινεῖν, quod est velox esse. Dicuntur igitur αἰολοπῶλοι qui varios & maculosos pullos habent, vel varijs modis domitos & exercitatos, ideoque agiles & pernices. Εὔπωλος idem quod εὔιππος, qui pulchros habet vel fert equuleos. Homerus Ἴλιον εὔπωλον resolutione Ionica & poëtica vocat, id est, vt Scholiastes exponit, καλοῖς ἵπποις χρώμενον, qua-

C si pulchris vtens equis. Ἐχέπωλος, pullos habens equinos. Hesychio etiam est ἱππικὸς, id est equestris, & ἱπποτρόφος qui equos alit. Qui sit ἐξάπωλος suo loco dicetur. Κλυτόπωλος, pullis equorum inclytus, celebris equorum pullitie, Scholiastes Homeri κλυτοπώλῳ exponit ἐνδόξους ἵππους ἔχοντι, id est celebres aut gloriosos equos habenti: & Hesychio κλυτόπωλος est ἐνδοξόπωλος & ἱππεὺς ἀγαθὸς, id est, equorum pullis celebris, aut equorum pullitie, & bonus eques siue equitator. Λευκόπωλος, candidos pullos habens, seu qui albis equis vehitur: epitheton est Solis, item diei seu lucis, quibus albi equi tribuuntur, vt suo loco ostenditur. Ταχύπωλος pernices equuleos habens, qui velocibus equorum pullis vtitur, vel ipsis equis, nam Homerus Græcos, & Myrmidones ταχυπώλους nominat: Exponitur & ἱππικὸς, id est, rei equestris peritus. Apud Latinos vix vnum aut alterum simile verbum reperio, qualia sunt apud Varronem de re rustica Equitius & Equiculus siue vt apud Virgilium scribitur, equicolus. Commodius Equiculus vir fortissimus & patre militari natus Varroni dicitur. Equestris & Rauriaca Coloniæ Plinio inter Galliæ populos numerantur. Ptolomæus Equestrem Sequanorum in Gallia Belgica ciuitatem facit. Equestres, vt Antoninus in Itinerario apertè scribit, sunt citra Iuram iuxta lacum Lemannum, à quo distant viginti millia passuum: quare conijcitur esse Neuidunum, sicut & liber prouinciarum me-

D minit Neuiduni Equestrium, quæ ciuitas hodie vocatur Neuis, vulgo Neau. Sed cum Antoninus Equestres prius commemorat, ac deinde lacum Lausunum (qui idem est Lemanno) videtur hæc vrbs citra lacum fuisse, vt fortè sit illa quæ hodiè Dunoy vocatur, quæ vox nomini Neuiduni non malè respondet, &c. Hæc Sebast. Munsterus in castigationibus circa finem operis de Rhætia alpina. Conijcit autem Gesnerus Neuidunum duplex fuisse, vt alterum differentiæ causa Neuidunum equestrium dictum sit. De equo monte, & saxo eiusdem nominis, aliàs, si bene memini, dictum est. Καβαλλάριος teste Varino dicitur communiter, qui Græcis ἱππεύς. Caballarij quidem nomen apud Gallos, non equitis simpliciter, sed dignitatis nomen est: apud nos verò qui principum aut magistratuum mandata equites obeunt.

Margin notes: Hippocronia. Hippopera. Epist. 88. In Aiace. Polela. Equaria. Li. 28. c. 13 Iliad. γ. Odyss. ξ. Iliad. a. Equitius. Aeneid. 9. Lib 4. c. 17. Equestris vrbs. Caballarius.

MYSTICA.



Hom. 5. in Apocal. *Eccleſia equus albus.* *Cap. 10.* *Prophetæ, Apoſtoli equi albi.*

QVI nomen myſticè modò in bonam, modò in malam partem accipitur. D. Auguſtinus exponens hæc beati Ioannis verba: *Et ecce equus albus & qui ſedebat ſuper eum, habebat arcum & data eſt ei corona, & exijt vincens*: Equus albus (inquit) eccleſia eſt, ſeſſor Chriſtus. Iſte equus Domini cum arcu bellico per Zachariam hoc modo antè promiſſus eſt, *Viſitauit Dominus Deus gregem ſuum domum Iſraël, & diſpoſuit eum ſicut equum ſpecioſum in bello, & ex eo diſpoſuit, & ex eo arcus in ira & ex eo exijt omnis inſequens.* Equum enim album intelligimus prophetas & apoſtolos: Equitem coronatum habentem arcum, cognoſſimus non ſolùm Chriſtum, ſed etiam ſpiritum ſanctum: cuius verbo prædicatores tanquam ſagittæ ad cor hominum pertingerent & vincerent incredulitatem, Coronæ ſuper caput, promiſſa per ſpiritum ſanctum intelligenda ſunt. Beda in eandem ſententiam: Eccleſiæ (inquit) quæ ſuper niuem dealbata eſt, Dominus præſidet & ſpiritalis doctrinæ contra impios arma ferens, victor in ſuis coronam percipit: Et rurſus: Equus F albus eccleſia, eques qui illi inſidebat, dominus eſt, qui habebat arcum, quia contra poteſtates

Iuſti ſunt equi albi.

aëreas & bella veniebat, dataque eſt ei corona quia regnum mortis moriendo ſubuertit. D. Ambroſius verò in ſuis ad apocalypſin cõmentarijs per albos iſtos equos iuſtos deſignari aſſerit, qui erant ante diluuium, quoniam hi propter innocentiam albi dicuntur: ſeſſorem equi ait eſſe dominum qui in ſanctis ſuis æternaliter præſidet. Et D. Gregorius exponens illud Iobi: *Deridet equum & aſcenſorem*: cum equum dixiſſet eſſe vnicuique ſanctæ animæ corpus ſuum, quod videlicet nouit & ab illicitis continentiæ freno reſtringere & rurſum charitatis impulſu in exercitatione boni operis relaxare: equitis ergò nomine, animam ſancti viri exprimi quæ iumentum corporis bene ſubditum regit. Hinc & Ioannem apoſtolum ait in Apocalypſi dominum contemplatum dicere: *Et exercitus qui ſunt in cælo ſequebantur eum in equis albis.* Multitudinem quippe ſanctorum, quæ in hoc martyrij bello ſudauerat, rectè exercitum vocare: qui idcirco in equis albis (inquit) ſedere referuntur, quia nimirum eorum corpora & luce iuſtitiæ & caſtimoniæ candore claruerunt. At verò D. Hieronymus declarans illud Abacuc: *Qui aſcendens ſuper equos ſuos, & quadrigæ tuæ ſalnatio*; equos ſanctorum animas interpretatur his verbis: Quæro, equos, ſuper quos aſcendit dominus, & puto non eſſe alios, niſi ſanctorum animas, ſuper quas aſcendit ſermo diuinus, vt & ipſas ſaluet & alios per eas. Ponamus equorum exempla. Sponſus loquitur in Cantica Canticorum: G *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te proxima mea.* Non quod Chriſtus eccleſiam, vel ſermo dei animam quam ſponſam ſuam vocat, quadrigis comparet Pharaonis, ſed quod omnis anima, quamuis ſancta ſit atque perfecta, ad Deum comparata, quaſi currus Pharaonis ſit & iumentum. Vnde & Moyſes loquitur ad dominum: *Ego ſum ἄλογος*, id eſt irrationalis: Et Dauid: *Vt iumentum factus ſum apud te*: non quòd abſolutè iumentum ſit, ſed quod apud deum iumentum ſit. His equis illi contrarij ſunt, quod habet Pharao, de quibus & dicitur. *Equum & aſcenſorem proiecit in mare.* Huiuſmodi equitatio non ſalus eſt, ſed perditio. Quæramus & alios equos, quibus aſcendit dominus: In quarto regnorum libro legimus ſurrexiſſe manè miniſtrum Heliſei & egreſſum vidiſſe exercitum ambientem ciuitatis muros & equos & currus: Et poſtquam ad preces prophetæ aperti ſunt oculi eius, aſpexit (inquit) & ecce mons plenus equis & quadrigæ igneæ in circuitu Helizei. Diligenter attende quòd equi videantur & currus, & tamen in tantis millibus equorum & curruum nullus aſcenſor. Horum equorum ille erat auriga & ille rector, de quo Pſalmiſta canit: *Qui ſedes ſuper Cherubin, oſtendere.* Talibus equis, talique curru, & Elias ra- H

Cap. 39. *Anima ſancta.* *Cap. 19.* *Cap. 3.* *Sanctorum animæ equi.* *Exod. 4.*

Corpora è gloria reſurgentia. *Equus niger.*

ptus ad cælum eſt. Vidit & Ioannes equos candidos & ſeſſores eorum, è quibus corpora in gloria reſurgentium puto eſſe equos candidos, ſeſſores autem ſanctorum animas. Si quis verò peccator eſt, & mei ſimilis, ſedebit in equo nigro, & dicitur de eo: *Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos.* De talibus equis ſcriptum eſt: *Fallax equus ad ſalutem. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum & ſapientia eius inimica eſt Deo.* Hoc dictum ſit de his, qui corpora diligunt, & in nigris ſedent equis. Nos autem animas noſtras in equos & in currus domini præparemus, qui aſcendit

Prædicator ſanctus equus. *Li. 31. c. 18.*

in Paulo, aſcendit in Petro & in huiuſcemodi curribus equitans. D. Gregorius equi nomine ſanctum quemque prædicatorem accipi ait, propheta atteſtante qui ait: *Miſiſti in mare equos tuos, turbantes aquas multas*: Quietæ quippe aquæ iacuerunt, quia humanæ mentes dum ſub vitiorum ſuorum torpore ſopitæ ſunt. Sed equis dei mare turbatum eſt, quia miſſis ſanctis prædicatoribus, omne cor quod peſtifera ſecuritate torpuit, impulſu ſalutiferi timoris expauit. Hoc itaque loco equi nomine ſanctus prædicator accipitur, cum beato Iob dicitur: *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum?* Verus quiſque prædicator ante fortitudinem & poſt hinnitum,

A nitum, id est vocem prædicationis accipit, quia cùm in se prius vitia extinxerit, tunc pro erudiendis alijs ad vocem prædicationis venit. Equus iste habet fortitudinem, quia aduersa constanter tolerat, habet & hinnitum, quia ad superna blandiens vocat. Et notandum quare hinnitus qui interius nimirum per guttur ducitur, equi collo circumdari, id est quasi per gyrum trahi exterius dicatur, quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extrà circundat. Nam quo alios ad bene viuendum suscitat, eò ad bene agendum & opera prædicantis ligat, ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat. Similiter D. Ambrosius declarans hoc Apocal. *Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium*, sæpe per equos ait sancti prædicatores designantur; sicut Abacuc propheta in cantico suo loquitur dicens: *Viam fecisti Domine in mari equis tuis in luto aquarum multarum*, quando initio fidei pacem mundo largitus est: vt apostoli Domini per vniuersas gentes quæ per mare & lutum designatæ sunt, possent discurrere & semina fidei spargere. Equi ergò Dei ad prælium armabantur, vt genus humanum de potestate Diaboli eruerent. Locustæ verò similes equis paratis in prælium esse dicuntur, quia sicuti prædicatores sancti tota virtute laborant, vt quoscunque possunt, de laqueis diaboli eripiant, ita & hæretici ad hoc semper armantur, vt quoscunque possint decipere, in baratrum suæ damnationis inuoluant. *Cap. 9.*

B Apud eundem Ambrosium equi duodecaiuges sunt apostoli, Christus eorum auriga. Habet (inquit) equos suos Christus, de quibus dicit propheta: *Immisisti in mare equos tuos turbantes aquas multas*, eò quod gentium populos qui mouentur, vt aquæ multæ & excitantur vt fluctus aquarum multarum, euangelizando commouerint apostoli, vt assurgentes à terrenis idolorum ceremonijs in Christum crederent. Et suprà ait: *Ascendisti in equos tuos; equitatus tuus sanitas*. O bonorum equorum duodecaiugum mirabile, quibus træna pacis, habenæ sunt charitatis, constricti inter se concordiæ vinculis & iugo fidei subiecti, quatuor retis euangelij mysterium totius orbis finibus inuehentes bonum aurigam portantes dei verbum, cuius flagello fugatæ sunt illecebræ seculares, exterminatus mundi istius princeps, iustorum cursus impletus est. O rationabilium equorum grande certamen, ó mirandum mysterium: rota intra rotam currebat & non impediebatur. In quatuor partes ibant rotæ & non conuertebantur retrorsum, quia spiritus vitæ erat in ijs, qui currebant in quatuor partes totius mundi & sine offensione currebant, quia bona equorum via quadrabát. Currebant igitur equi, quia non dormiebant, qui ascenderant equos. Animarum igitur nostrarum auriga Iesus, qui nos quoque vult ascendere equos nostros, id est, nostra corpora & vigilare semper, ne dicatur nobis: *Dormitauerunt qui ascenderunt equos*. Transeundum est hoc *Apostoli. Psalm. 118. Abacuc. 3.*

C mare impigrè, vix transitur à vigilantibus. Si quis autem dormierit, transire non poterit, sed demergitur, vt Ægyptius cuius & anima & corpus interijt. Equum enim & ascensorem proiecit in mare, qui non sequebantur legem, sed prosequebantur. Hæc ille. Sed & D. Hieronymus explicans hoc Esaiæ, *Et annunciabunt gloriam meam in gentibus & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino: in equis & in quadrigis & in lecticis & in mulis & in carrucis, ad montem sanctum meum*: Equos scribit & quadrigas & lecticas & mulos atque carrucas & diuersi generis vehicula, angelica posse intelligi ministeria, de quibus alibi ad deum dicitur: *Ascende super equos tuos, & equitatio tua salus*. His equis, curribus & quadrigis Elias raptus ad cælum est, & Heliseus circundari se atque seruari, nescienti puero demonstrauit. Et Zacharias vidit in nocte: *Ecce vir ascendit super equum rufum, & iste stabat in medio duorum montium vmbrosorum & post eum equi rufi & sturnini & varij & albi, & dixi, inquit: Quid sunt isti domine? Et ait ad me angelus qui loquebatur in me. Ego ostendam tibi, quid sint isti. Et respondit vir qui stabat in medio montium & ait ad me. Isti sunt quos misit dominus, vt perambulent omnem terram*. Ioannes quoque in Apocalypsi hæc se vidisse testatur: *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus & qui sedebat super eum vocabatur* *Lib. 18. in Esaiã c. 66. Angelica ministeria.*

D *fidelis & verus & cum iustitia iudicans & bellator: Oculi autem eius quasi flamma ignis, & super caput eius diademata plurima: habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse: & amictus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei: & exercitus in cælo sequebatur eum in equis albis, vestitus bysso albo atque mundissimo; & de ore eius egrediebatur gladius acutus, vt in ipso percuteret gentes*. Equo rufo sedebat dominus atque saluator, humanum corpus assumens: cui dicitur: *Quare rubra sunt vestimentum tua?* Et, *Quis est iste qui ascendit in Edom, fulua vestimenta eius in Bosra?* Et sequebantur eum variorum colorum equi, vel in martyrio rubri, vel sturnini in volatu, vel varij in virtutibus, vel candidi in virginitate. Equo autem sedebat albo, quando post resurrectionem, immortale & incorruptum corpus assumpsit. Et, quicumque eum sequebantur, candidis vtebantur equis, incorruptis videlicet immortalibusque corporibus. Diuus quoque Ambrosius per equum rufum qui aureo colori parumper appropinquat, velut si aureo purpureum admisceas, non incongruè viros sanctos, qui ante legem fuerunt, posse intelligi existimat, eò quod & sapientia claruerint, quæ per aurum figuratur, & in persecutionibus & aduersis constantes fuerint, quæ per sanguinem figuratur. Per equos nigros, doctores legum posse intelligi: Nigredo *Equus rufus viros sanctos denotat.*

enim

enim equi (inquit) siue obscuritatem legis quam docuerunt, siue duritiam. Nam & Moyses velamen habebat super faciem suam, eo quod splendor vultus eius, id est spiritalis intelligentia in lege, à lippientibus oculis non posset videri. Quæ de quarto equite dicuntur, ad Antichristum pertinere; sed quia superiores tres equites in bonam partem (inquit) interpretati sumus, vt conuenirent cum apertioribus trium sigillorum, ordinis rectitudo cogit, vt & istum in bonam partem intelligamus, quatenus concordet cum apertione quarti sigilli, quam ad prophetas pertinere demonstrauimus. Equus igitur pallidus prophetas significat. Pallor verò diuersis modis accidit hominibus. Aliquando namque pauore, aliquando languore, aliquando morte totum corpus occupante, multisque modis alijs pallescunt homines. Prophetæ ergò qui populo peccanti prædicabant, quod in rapinam & gladium & perditionem darentur, non inconuenienter colorem pallidum habuisse dicuntur. Sessor huius equi etiam dominus est, qui in prophetis suis inhabitauit. Sed valdè duruum videtur, quod nomen mortis habuisse dicitur. Ipse.n. vita est omnium electorum suorum, sicut ipse dicit: *Ego sum vita*. Sed si diligenter scripturas inspexerimus, inueniemus Dominum nostrum Iesum Christum etiam mortem vocari. Nam sicut vita est omnium electorum quibus quotidiè vitam æternam elargitur, ita & mors dici potest, reproborum quos pro sceleribus suis quotidiè morti tradit perpetuæ. Ipse enim habet potestatem animam & corpus perdere in Gehennam. Nomen ergò mortis habuisse dicitur, quia Israelitico populo peccanti mortem intulit, sicut in cantico Deuteronomij, ipse manifestè demonstrat, cùm dicit: *Ignis succinctus est in furore meo & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo & montium fundamenta comburet &c.* Hunc equitem infernus sequebatur, quia omnes qui comminationes prophetarum, quas ex ore Domini ad populum protulerant, contempserunt, infernus absorbuit. Apud Zachariam dicentem: *Vidi per noctem & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varij & albi &c.* D. Hieronymus equum hunc rufum Hebræis Michaelem Archangelum putari scribit, qui vltor iniquitatum & peccatorum sit Israël: & quid steterit inter myrteta, quæ erant in profundo: myrtos intelligi velle prophetas & sanctos, qui in medio captiui populi versabantur, & erant in profundo: Virum autem id est Michaëlem equi rufi (inquit) & varij & albi sequebantur, ordine vt existimant, commutato: vt albi Medos, Persasque significent, quia sub ipsis dimissa captiuitas & templum instauratum est. Varij Macedonas, quorum nonnulli amici, alij persecutores fuerunt. Plenissimè super hoc Danielis vltima visio loquitur. Rufum verò regnum cruentum & sanguinarium quod populum interfecerit, templumque subuerterit. Alij verò ordinem, qui scriptus est, conseruantes, virum qui ascenderit super equum rufum & equos rufos & varios & albos quatuor (inquit) regna interpretantur: primum & secundum sanguinarium, Assyrios & Chaldæos, quorum primi decem tribus sub Salmanasar duxere captiuas: secundum Iudam & Beniamin incensa Hierusalem ciuitate temploque subuersio. Tertios & quartos varios & albos, Medos significari putant & Persas, quorum alij clementes fuerunt, vt Cyrus & Darius filius Hystaspis & Assuerus, quem Græci Artaxercem vocant: sub quo Hester impletur historia: alij crudeles, vt Cambyses & cæteri. Vidente ergo propheta virum ascendentem super equum rufum & post eum equos rufos, varios & albos & ignorante quod viderat, visionisque suæ cupiente scire rationem atque dicente. *Quid sunt isti Domine mi?* Angelus qui loquebatur in eo, promittit se esse dicturum: & illo reticente, vir qui stabat inter myrteta commemorat. Ista sunt regna quibus præcepit dominus vt perambularent terram & suæ eam subijcerent potestati. Denique angeli qui regnis & nationibus præsidebant, non ad alium veniunt, sed ad ipsum virum & angelum domini qui stabat inter myrteta & dicunt. *Perambulauimus terram & ecce omnis terra habitatur & quiescit.* Et est sensus: Omnia sub nobis regna tuta sunt & pacata, nec aliqua premuatur angustia. Ex qua responsione angelus qui interpellabat pro Israël, occasionem accipit pro populo deprecandi, & dicit ad Dominum: Cùm omnis orbis quietus sit & pacatus, quare domine non misereris Hierusalem & vrbium Iuda: maximè cum secundum promissa tua captiuitatis tempus expletum sit? Responditque dominus angelo qui loquebatur in propheta verba bona, verba consolatoria: bona de futurorum promissione, consolatoria de præsentium necessitate. Hæc iuxta literam, ne videremur cælare nostros quæ à peregrinæ linguæ magistris didicimus: Cæterùm ecclesiarum magistri, noctem, in qua cernitur visio, obscuritatem mysticæ visionis intelligunt. Posuit enim Deus tenebras latibulum suum. Et iuxta septuaginta interpretes de eo dicitur: *Abyssus sicut vestimentum amictus eius.* Vir autem qui ascendebat super equum rufum, dominus ac saluator est, qui dispensationem nostræ carnis assumens, audit in Esaia: *Quare rubra sunt vestimenta tua?* Hic qui nunc captiuo populo rufus ostenditur, in Apocalypsi Ioannis in candidis vestibus & in candido equo sedere describitur. D. Augustinus atque etiam Beda post explicatum eum Apocalypsios de equo albo locum, sequentem visionem explicantes de equo rufo: (*Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens, Veni & vide:*

Equus pallidus prophetas denotat.

Ioan. 14.

Christus mors dictus.

Deut. 32.

Cap. 1.

Michael Archangelus equus rufus.

Medi & Persæ equi albi.

Macedones equi varij.

Cap. 8.

Quatuor regna per equos indicata.

A *vide: Et exijt alius equus rufus & sedenti super eum datum est tollere pacem de terra, & vt inuicem occiderent, & datus est ei gladius magnus,)* equum hunc rufum interpretantur populum sinistrum & malum, ex sessore suo diabolo sanguinolentum, qui contra victricem vincentem Ecclesiam exijt: quamuis legamus (inquit Augustinus) secundum Zachariam equum domini rufum: sed ille suo sanguine erat, hic alieno. Cui datus est gladius magnus, vt tolleret pacem de terra, scilicet suam pacem, hoc est mundanam: nam Ecclesia æternam pacem, quam sibi Christus reliquit, habet. Sicut ergo supradictum est, equum album Ecclesiam dicit, sessorem eius Christum per Spiritum sanctum. Arcus quem tenebat in manu, præcepta eius sunt, quæ per totum mundum, velut sagittæ acutæ potentes ad interficienda peccata & excitanda fidelium corda directæ sunt. Corona in capite eius, promissio vitæ æternæ est. Equum rufum, malum populum, sessorem eius diabolum. Quem ideo dixit rufum, eò quod multorum sanguine esset rubicundus. Quòd autem, datus est ei gladius acutus & tollere pacem de terra, hoc est, quod Diabolo suadente, homines mali iugiter inter se lites & discordias vsque ad mortem excitare non cessant. Et in equo nigro intelligitur populus sinister diabolo consentiens. Quod autem stateram habebat in manu, hoc ideo est, quia dum se fingunt mali iustitiæ libram tenere, sic plerumque decipiunt. Quod dixit, vinum & oleum ne læseris, in vino sanguis Christi, in oleo vnctio chrismatis intelligitur. In tritico & hordeo: tota Ecclesia siue in magnis siue in minimis aut certè in præpositis & in populis. Et in equo pallido, homines intelliguntur mali, qui persecutiones excitare non desinunt. Isti tres equi vnum sunt qui exierunt post album & contra album & sessorem habent diabolum, qui est mors. Tres ergo equi, fames, & bella & pestis intelliguntur: quod etiam dominus in euangelio suo prædixit, quæ etiam fiunt & imminente die iudicij amplius futura sunt &c. Iam verò equi nomen simpliciter vsurpatum, plerumque in malam partem accipitur. D. Gregorius aliquando lubricam prauorum vitam signare scribit: scriptum enim est: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: & per alium prophetam dicitur: *Equi amatores & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* Similiter D. Hieronymus exponens illud Micheæ: *Auferam equos tuos de medio tui*, sic scribit: Auferam id est, interficiam equos tuos de medio tui, id est de principali cordis tui lasciuientes impetus, & equorum more ruptis vinculis prorumpentes & currus tuos quibus tibi in vitijs tuis placebas, & peccata peccatis consocians, quasi triumphans, in quadrigis ferebaris. Et declarans illud Amos. *Et auferetur factio lasciuientium*; pro quo LXX. habent: *Auferetur hinnitus equorum ex Ephraim*, hoc pacto scribit: Allegoricè principes hæreticorum, qui propter delicias suas, meum populum deuorarunt, & nihil patiebantur super contritione Ioseph, primi ducentur ad pœnas & auferetur hinnitus equorum ex Ephrim. Qui in scripturis sanctis dupliciter accipitur, aut in superbiam malorumque consensum, vt ibi: *Hi in curribus & hi in equis*: & ibi: *Fallax equus ad salutem.* Et regibus Israël præcipitur, ne sibi multiplicent equos. Et in libro Iob *vox equi clangori tubæ comparatur.* In libidinis verò magnitudinem & effrenatum cordis desiderium, vt in Hieremia, qui luxuriosos adulterosque describens, intulit: *Vnusquisque super vxorem proximi sui hinniebat.* Et exponens illud Psalmistæ. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit.* Ego (inquit) puto equos, homines esse peccatores & equites dæmones, qui equitant in eis. Si quando ergo viderimus aliquem fratrem persequentem & inimicum esse, sciamus quia ille equus est. Cæterùm eques diabolus est, qui sua lancea nos percutit. Iste currit & ille percutit: sed & ipse equus calcaribus ducitur, confoditur & inuitus insanit. Origines quoque homilia decimaquinta, super Iesum Naue, declarans illa verba: *Equos eorum subneruauit, & currus eorum exussit igni*, in hæc verba scribit: Nos scripturam sanctam tibimetipsi conferentes & spiritalibus spiritalia comparantes, requiramus quid est, quòd de asinis quidem non est scriptum, quia subneruati sunt, nec Madianitarum spolia, vel animalia interempta dicamur, sed profuisse Israëliticis vsibus. De istis autem, qui non habebant asinos, sed equos, præcepit ipse dominus & dixit: *Equos eorum subneruabitis.* Quod & Iesus, sicut a domino mandatur, expleuit. Putamus hæc accidisse fortuitu, vt equi hostiles interimerentur, & asini seruarentur, & in præceptis Dei fortuita aliqua arbitramur incidere? An dignius videtur, vt putemus magis in his scripturis mysticum aliquid indicari? Denique & filij Israël nunquam equis vsi esse referuntur & lex nihil de equis sed de asinis mandat, vtpote de animalibus, quæ ad humanos labores iuuandos, & ad onera eorum portanda videntur existere, equi verò magis ad hominum perditionem. Hoc enim est quod per eos in prælijs geritur. Lasciui motus animal & superbæ ceruicis accipitur. Sunt ergò asini frequenter à scriptura in typo gentium positi, sicut & saluator ostenditur supra asinum sedens, nunquã autem equo sedens refertur, sed & cùm discipulos mittit ad soluendã asinam & pullum asinæ, dicit eis: *si quis vos interrogauerit, dicite quia dominus est qui eis opus habet,*

Margin notes: *Populus sinister & malus, equus rufus.* — *Equus Domini vt rufus dictus.* — *Equus niger populus diabolo consentiens.* — *Equus pallidus.* — *Fames bella & pestis.* — *Lib. 31. Moral. c. 18.* — *Lubrica prauorum vita.* — *Principes hæreticorũ.* — *Hinnitus equorum dupliciter accipitur.* — *Libido per hinnitum indicata* — *Equi homines peccatores.* — *Diabolus eques.* — *Asini ad opera, equi ad perditionem.*

(B, C, D section letters in left margin)

& sedens super eum, ingreditur Hierusalem, & nunquam equo sedens, ingressus esse dicitur: E
Sed & propheta de ipso ita pronunciauerat, quod sedens asino veniret ad Hierusalem, dicens:
Ecce rex tuus mansuetus, sedens super subiugalem & pullum asinæ nouellum. Et exterminabit currus Effrem & equum ex Hierusalem. Vides ergò quomodo secundum prophetæ sententiam, qui
super asinum sedet, exterminabit currus Effrem & equum de Hierusalem. Et ideò videntur
Asini quos significent, quid equi. mihi asini quidem (vt diximus) figuram seruare eorum, qui ex gentibus credunt, super quibus
sedisse dicitur dominus: equi verò qui exterminantur, & currus, figuram tenere eorum qui in
cælestibus positi, per lasciuiam & superbiam deciderunt, quando vel ad filias hominum con-
cupiscendas semetipsos incestatores præbuerunt, vel secuti sunt illum, qui dixit: *Ponam super nubem sedem meam & ero similis altissimo.* Inde fortassis est, quod propheta dicit: *Falsus equus
ad salutem.* Et iterum dicit de his, qui in dæmonibus confidebant: *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini nostri magnificabimur.* Neque enim currus & equos Deo
contulisset, quantum ad inuocandum spectat: sed vtique hoc ostendit, quia sicut nos inuoca-
mus Deum verum, ita illi inuocant currus & equos id est dæmones, quos inuocabant gentes
illæ, quæ aduersus Israël bellum gerebant. Sed & Aegyptiorum equos commemorat scri-
ptura & illos ipsos, quos nunc interimi iubet. Vnde hoc intelligatur, quod in typo quidem F
asinorum gentes, quæ ad credulitatem veniunt, meritò reseruantur: in typo verò equorum &
curruum dæmones, qui humanæ saluti aduersarij sunt: & inimici, meritò perimuntur. Sed, &
si passiones corporis, id est, libidinem, lasciuiam, vel superbiam ac leuitatem, quibus infelix
anima velut equitans vectatur, & fertur ad præcipitia, equos nunc dici & currus intelliga-
mus, & ipsos esse qui ex præcepto Dei subneruari iubentur, non erit rationi nostræ contraria in-
telligentia. Subneruatur quippe equus quando ieiunijs & vigilijs & omni abstinentiæ afflictio-
ne corpus humiliatur. Et currus igni exuruntur, cùm in nobis completur sermo domini dicen-
tis. *Ignem veni mittere in terram, & quam volo vt accendatur?* Quo igne se iam illi ardere con-
fessi sunt, qui dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat intra nos, cùm adaperiret nobis scri-
pturas? Ideò ergò & falsus equus dicitur ad salutem, si motus corporis nostri ferri permitta-
mus infrænes, nec abstinentiæ iugo lasciuiam carnis & superba colla subdamus. Sed nunc si
quis fortè ex his quæ dicimus, Dei verbis stimulatur, atque compungitur, & is qui hesterno
die pronus & feruidus tanquam equus, in libidinem ferebatur, hodie si his auditis, pœnitet, con-
uertitur, ac secundum prophetam a Dei timore confixus, refrænat se & reuocat à peccato, & G
pudicam dehinc castamque diligit vitam, videbimur etiam nos gladio Dei euaginato subner-
uasse equos, & magis per hoc dignè impletur præceptum Dei, quam si animalia quis equini ge-
Equos subneruare quid. neris de spolijs hostium capta subneruet. Quorum autem equi subneruantur? *Equos* (inquit) *Iabin
subneruandos.* Iabin autem prudentia interpretatur vel sensus. Quæ est ista prudentia vel quis sensus
cuius subneruandus est currus? Illius nimirum, de qua dicit Apostolus: *Quia prudentia carnis, inimica est Deo.* Et ille sensus de quo dicit: *Inflati sensu carnis suæ.* Iabin verò rex Asor. Asor autem aula
interpretatur. Hæc est Asor, quæ omnium horum regnorum obtinere dicitur principatum, qui
intelligitur princeps huius mundi, regnans in aula, id est super terram vel quod maius est, in vi-
tijs carnis. Sed & omnium illorum regum, quorum vim secundum nominum suorum interpre-
Equi qui à Iesu dicantur interfici. tationem, iam antè exposuimus, equi ab Iesu dicuntur interfici. Quorum nos si rectè sub Iesu
duce militamus, debemus in nobismetipsis abscindere vitia & accepto spiritali gladio subnerua-
re omnem istum equitatum pessimorũ vitiorum. Sed & currus debemus incendere, id est, om-
nem à nobis arrogantiæ & elationis spiritum resecare, vt vltrà non in equis neque armis, sed in
nomine domini Dei nostri inuocemus. Et Homilia sexta super Exodum, exponens illud: *E-
Homines qui equi dicti. quum & ascensorem proiecit in mare*: Homines (inquit) qui nos insequuntur, equi sunt, vt ita H
dicam, omnes qui in carne nati sunt, figuraliter equi sunt. Sed hi habent ascensores suos. Sunt
equi quos dominus ascendit & circumeunt omnem terram, de quibus dicitur: *Et equitatus tuus
Iudas equus factus. salus.* Suum autem equi ascensorem habent diabolum & angelos eius. Iudas equus erat, sed
donec ascensorem habuit dominum, de equitatu fuit salutis. Cum cæteris enim Apostolis mis-
sus, ægrotis salutem & sanitatem languentibus præstabat. Sed vbi se diabolo substrauit (post
buccellam enim introiuit in illum Sathanas) & ascensor illius factus est Sathanas, & illius
Persecutores sanctorum equi sunt. habens ductus, aduersus Dominum & saluatorem nostrum cœpit equitare. Omnes ergo
qui persequuntur sanctos, equi sunt hinnientes, sed habent ascensores quibus aguntur, an-
gelos malos, & ideo feroces sunt. Si ergò videris aliquando persecutorem tuum nimis sæ-
uientem, scito quòd ab ascensore suo dæmone perurgetur, & ideo sæuus, ideo truculentus
Equites tria cornua habentes qui. est. Et Homilia prima in Iob, exponens illud iuxta LXX. *Equites fecerunt sibi tria cornua*:
Qui fuerunt (inquit) equites, qui tria cornua sibi fecerunt, hoc est, triplici modo se armauerunt,

qui tri-

A qui triplici prælio circundederunt camelos? Illi fuerunt spirituales equites, id est, aërei spiritus, qui terram peragrant, qui pelagus transeunt, qui aërem peruolant, qui omni vento & aqua, atque omnibus tempestiuis procellis vehementiores sunt atque velociores in aëre sua iniquitate. Vnde etiam equites dignè appellantur. Qui super omnes luxuriosos atque impudicos sedent, tanquàm super equos, & iuxta nequitiam suam exagitant illos & ad suæ iniquitatis atque impudicitiæ perfectionem omnes insectantur illos, de quibus dicitur. *Adulter sicut admissarius sub omni sessore hinnit*. Et, *Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus*. Et adhuc. *Equi admissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat*. Isti ergò tales sunt equi diaboli, isti sunt equi maligni. Isti, & omnes qui eiusdem seruiunt iniquitati. Illi quorum pedes iniquitatibus currunt. Huiusmodi namque equorum pedes veloces sunt ad effundendum sanguinem. Equites sunt nequissimi dæmones atque aërei spiritus. Talis enim equus fuit olim Nabuchodonosor, sed non

B iugiter, sed septem annis tantum, quibus à nequissimis equitibus, id est, dæmonibus impareenter est exagitatus. Talis equus fuit & ille qui in Euangelijs à legione similiter per deserta, & per montes vrgebatur, donec veniens dominus illos quidem malos equites, id est, dæmonas effugauit, & illum miserum liberauit. Alijque innumeri à sæculo, alij apertè, alij verò occultè, diuersè, ac variè dæmonum equi effecti sunt, quibus vniuersis, cùm essent immundi, atque execrabiles, in malis vsi sunt eis nequissimi dæmones. Alijs sanè ad velocitatem homicidij, & sanguinis, deuastationis quoque, atque nequissimi liuoris, & omnium quæ voluntas diaboli atque opus exigebat. De istis ergò equitibus dicit iste: *Equites fecerunt tria cornua & circundederunt camelos*. Tria cornua fecerunt, hoc est, finxerunt, consimulauerunt, armauerunt, vtpote equites equis sedentes, atque vniuersam armaturam habentes, timorem ostendentes, atque fortitudinem demonstrantes. O quàm multiplicem inquisitionem atque disputationem habet hic sermo. Tria cornua fecerunt, pro peculij consumptione & filiorum perditione atque corporis plaga, superare eum nitentes. Tria cornua fecerunt, quia & cum eo tertiò congressi sunt: Semel sanè, cùm omne peculium atque filios subitò interfecerunt. Secundò quando totum corpus eius putredine ac vermibus repleuerunt. Tertiò, quan-

Nabugodonosor equus factus.

Tria cornua facere quid.

C do per vxorem seduxerunt & amici culpauerunt. Adhuc autem tria cornua fecerunt, tanquam tria præcipua ac singularia, id est, fidem, spem, charitatem, prædari eum conantes. Fidem quam in Dei culturam habuit, spem æternæ liberationis ac cælestis refrigerij, charitatem circa Deum, quà nihil est maius neque in hoc sæculo, neque in futuro. Pro his ergo omnibus fecerunt tria cornua nequissimi dæmones, &c. Beda quoque in explicatione huius sententiæ Iobi: *Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum & ascensorem eius*, equum interpretatur diabolum: equitem diaboli ministrum. Et mox ad hæc eiusdem: *Nunquid præbebis equo fortitudinem & circundabis collo eius?* Hunc equum (inquit) aduersariam potestatem arbitror intelligendum, qui sit pallidus, vt in Apocalypsi scribitur, quem sequitur mors & infernus: Et qui in Zacharia propheta ruffus dicitur, mortibus scilicet hominum & cruore respersus. D. Hieronymus verò in hæc Nahum prophetæ verba: *Vox flagelli & vox impetus rotæ & equi frementis & quadrigæ feruentis & equitis ascendentis & micantis gladij & fulgurantis hastæ & multitudinis interfectæ & grauis ruinæ, nec est finis cadauerum*. Habet autem Niniue (inquit) & equum persequentem, cuius hinnitus & vngula terram fodiens & pectus æstuans semper bella desiderat: loquente domino contra diabolum: *De longè odoratur bellum*: Cum saltu & clamore non parcit fu-

Aduersaria potestas equus dicta.

Equus Niniue.

D gientibus, nec finit abire terga vertentes, sed persequitur, vt prosternat, interficiat, conculcet, illudat. Est quoque in Niniue & vox quadrigæ feruentis, quales puto habuisse Pharaonem quæ à Domino submersæ sunt. Ad hanc quadrigam quatuor iunguntur equi, quatuor scilicet perturbationes, de quibus & philosophi disputant & Maro non tacet, dicens: *Hi cupiunt, metuuntque, dolent, gaudentque*: His equis & hac quadriga, Niniue cuncta perturbat. Sed & equitis ascendentis vox in ea personat, qui arte quadam & gyro præparatus ad bellum non absque periculo contra se pugnantis incedit. Habet hic eques sermonis gladium exacutum cote dialecticæ & Rhetoricæ artis oleo læuigatum: habet arma fulgentia, transfigurante se Sathana in angelum lucis, quæ arma apostolicæ armaturæ contraria sunt. Idem explicans hoc Zachariæ: *Ecce rex tuus veniet tibi, iustus & saluator: ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ, & disperdam quadrigam ex Ephraim & equum de Ierusalem*: asinam subiugalem, & pullum nouum interpretatur vtrumque populum, circumcisionis & præputij, quorum prior grauissimum legis portauerat iugum, sicut in actis Apostolorum scriptum est: *Nec nos nec patres nostri potuerunt portare graue legis iugum*. Vnde & Paulus scribit ad Galatas, qui circumcidi volebant: *State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri*. Pullus autem nouus,

Quatuor equi quatuor perturbationes.

Asina subiugalis quẽ populum indicet.

P 2 gentilium

gentilium multitudo frena non habens legis; nec rectus ab aliquo, ſed ſemper in præcipitijs, & in voraginibus idolatriæ eliſus atque confractus, domini ſeſſione didicit ambulare, & rectam viam ingredi. *Et diſperdam* (inquit) *quadrigam ex Ephraim*. Adhuc ex Dei patris perſona dicitur: quod quadriga, ſiue currus ex Ephraim pereat & equus de Hieruſalem. Et interim ſecundum literam hæc loquitur: *Non erunt prælia: omnibus Chriſti aduentu, & natiuitate pacatis*. Porro ſecundum altiorem intelligentiam, Ephraim refertur ad hæreſium multitudinem quæ interpretatur καρποφορία, hoc eſt vbertas & frugum abundantia, de quibus ſcriptum in Pſalmo 77. *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli*. De his quadrigis, & curribus legimus. *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus: ipſi obligati ſunt, & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus*. Equus qui diſperditur de Hieruſalem, ille eſt de quo legimus. *Fallax equus in ſalutem*. Et in Hieremia: *Qui luxuriæ vacabant, & libidini, audiunt: Equi inſanientes in fœminas facti ſunt mihi: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat*. Vnde reuocantur ad pœnitendum, dicente Pſalmographo: *Nolite fieri ſicut equus, & mulus in quibus non eſt intellectus*. Cumq. diſperderit Deus currus Ephraim, & equum de Hieruſalem: qui de iſtiuſmodi equis & curribus fuerint liberati, transferentur in Domini ſeruitutem, & efficientur Cherubim, & de ipſis dicetur: *Currus Dei decem millium multiplex, millia lætantium*. Et, *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te proxima mea*. Et *Aſcendes ſuper equos, & equitatio tua ſalus*. Ioannes Arboreus in hunc locum Salomonis: *Flagellum equo, & chamus aſino, & virga in dorſo imprudentium*: Non minus (inquit) indigent imprudentes, & peruerſi flagellis, & ſtimulis quam equus indomitus, & piger aſinus: & licet flagris cæſi non reſipiſcant nec emendentur, eorum tamen ſupplicia alijs terrorem incutiunt, quibus a lapſu præcauebunt, & à multis vitijs reuocabuntur. Poſſunt equo & aſino ſignificari ſuperbi, & luxurioſi, qui cùm acriter à Domino caſtigantur, nonnunquam reſipiſcentiam agunt, & vitium in melius commutant. Hinc illud Pſalmographi: *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, qui approximant ad te*. Secundum verò etiam D. Ambroſium equus peccati naturam exprimit aptiſſimè. Equus enim (inquit) ſtare neſcit, velox ad impetum, ceruicem exaltans ſuam, hinniens ad libidinem. Quid tam ſimile peccati? Feruet enim primò culpæ impetu, & omnem regi cogitationem præuenit, motuq. immaturo exilit, vt eam difficile ratio reuocare poſſit. Fertur in præceps & aſcenſorem eius proijcit in mare iſtud huius ſæculi, ceruice tumida recuſans iugum correctionis. Et ſpecialis quædam forma libidinis quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrumpat, ſuiſq. ſe prodat ſermonibus. Denique ad Iudam per Hieremiam dicit Dominus Deus: *Nunc videbitur ignominia tua, & adulterium tuum, & hinnitus, & alienatio fornicationis tuæ ſupra colles*. Hunc iuſtus reuocauit equitatum, mores quoque declinantis conuertit, & ad ſe vocauit, vt imitatores ſui fierent, qui deflexerant, quia ſenſus noſtri ad diſciplinam mentis recurrunt, &c. Idem in hoc Apocalypſeos: *Et exijt ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta*: Per equos (inquit) falſi paſtores eccleſiæ deſignantur, qui officium regiminis non pro amore Dei, ſed pro amore ſæculi ſuſcipiunt. Per frænos quibus equi reguntur, eorum falſa doctrina deſignatur. Habent quidem falſi paſtores doctrinam in ore, ne ab officio funditus alieni videantur, ſed Phariſæorum exemplum ſequentes, dicunt, & non faciunt. Et quia aliud non poſſunt docere, niſi quod euangelium loquitur, & in prædicatione ſua annunciant peccatoribus quas pœnas patientur, niſi corrigantur, vſque ad equorum frenos ſanguis peruenit, quia pœnas quas peccatoribus minati ſunt, niſi corrigerentur, ipſi quia vitia ſua deſerere noluerunt, experirentur. Idem & in hoc Apocalypſios: *Et ita vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas*. In hoc loco inſanos populos intelligi ait; per ſorores autẽ equorum principes terræ deſignari: per loricas autẽ, quæ ictus gladiorum a ſe repellunt, duritiam cordium reproborum, quæ ad corda eorum gladium ſpiritus quod eſt verbum dei, accedere non ſinit. De indurato corde per equum deſignato ſic diſſerit Ludouicus Viues meditatione prima in Pſal. pœnit. Emeritum ferunt equũ militia lunga, in lætiſſima immiſſum prata, opera vacuum, vt pro laborioſa iuuenta, quiete frueretur ſenectutis: illum cùm clamoribus ac ſtrepitu abigere conarentur viatores quidam iuſto curioſiores: nihil enim ad eos in illis pratis equus paſcebat, nihilque mouebatur; aduenienſ fortè dominus miles veteranus. An non (inquit) vos inepti eſtis, qui militari tumultui aſſuefactum equum voculis veſtris à paſtu conamini deterrere? Sic & ego in medijs flagitiorum, voluptatibus aure [illegible], qui iuniorum ardentes ſæpe audieram expoſtulationes, & querelis huiuſmodi, nihil erat, quod mouerere illis, & niſi ſpes hæc fuiſſet me iuuiſſet in duritie mea, velut marmor obduruiſſem perijſſemque. Pullus verò equinus adhuc per ætatem inſolens frenorum ac tyro exagitatur, concutiturque ſolo tactu freni. Sic homo dolore exagitatur ex dolendi inſolentia; vbi [illegible] aſſueuit ærumnis, obtorpet, facitque quod equus iam edomitus qui frenum mordet, & ſeruum

Ephraim quid. — *Imprudẽtes, & peruerſi, equi dicti.* — *Superbi & luxurioſi.* — *Lib. de Abraham c. 8* — *Peccati natura p equũ expreſſa.* — *Cap. 13.* — *Cap. 14.* — *Paſtores eccleſiæ falſi, equi dicti.* — *Cap 10.* — *Populus inſanus.* — *Principes terræ.* — *Cor induratum per equum deſignatum.* — *Homo pullo equino aſſimilatus.*

A B C D

hominis

A hominis assuescit, & domituram facilè fert, & ad obsequium habilis reperitur, vt docet Cicero. Voluntate igitur, & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est: idque indicatur eorum patientia qui cùm multa sint sæpè perpessi, faciliùs ferunt quicquid accidit: obdurueque contra fortunam arbitrantur. Vt ille apud Euripidem: *Si mihi nunc tristis primùm illuxisset dies: Nec tam ærumnoso nauigassem salo, esses dolendi causa, vt iniecto equulei freno repentè tactu exagitantur nouo, sed iam subiectus miserijs obtorpui.* Potest & per equum siue pullum indomitum intemperantia, ac lasciuia indicari, vt constat Themistoclis exemplo, qui cùm mutatos eius mores ex procacissimo in maximè temperantem plerique admirarentur; an non (inquit ille) asperi, & indomiti pulli solent euadere in optimos? Non imprudenter itaque Prudentius elationem animi describens ait,

Lib. 3. Tusc.

Intemperantia, & lasciuia per equũ indomitũ indicata.

Forsè per effusas inflata superbia turbas
Infreni volitabat equo.

Superbia.

Et vt D. Augustinus ait in enarratione Psal. 146. potentatus equi est superbia. Videtur enim equus (inquit) veluti ad sugestum hominis accommodatus, vt altior incedat. Et reuera est in eo ceruix indicans quandam superbiam. Non se extollant homines in suis dignitatibus, non se sublimes putent honoribus, caueant ne in equo indomito præcipitentur. Pierius Valerianus equum

B pro immoderato, & rationis experte impetu poni apud legislatorem Mosem ex eo manifestum esse ait, quòd non designari principem equorum educatorem dicit: quod ita capiendum (inquit) est ex Philonis sententia, vt ineptum eum ad principatum existimemus qui voluptatibus cupiditatibusque, & nequitiæ deditus stare loco nesciat, & fræna ferox spumantia mandat. Lex ipsa est Deuter. cap. 17. *Quique rex fueris constitutus, non multiplicabis sibi equos nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus,* præsertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam per eandem viam reuertamini, nam qui talia mente concipit, effræno illi, & feroci equo similis est, de quo vulgatum adagium: *Secede equinis à pedibus procul,* ab equo inquam illo, qui semper Aegyptum, hoc est voluptatum, & illecebrarum planitiem appetit insultare, quocirca frænis cæterisque compescendus, nisi velimus in pernitiem rapi, & nosmetipsos vnà cum fortunis dare præcipites. Nam vt optimè ait Euripides: ἀχαλίνων ςομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας τέλος δυςυχία, id est, *In frænis oris exlegisq; dementiæ finis infortunium.* Sæpè autem in diuinis literis equus aberrantem, & vagum hominem indicat, qui sine ratione vlla feratur; vt, *Fallax equus ad salutem.* Et, *Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus non est intellectus.* Teius Anacreon in muliebrem fastum arrogantiamque inuectus,

Immoderatus, & rõne carens impetus.

Homo aberrans, & vagus per equũ indicatus.

C puellam quandam equino comparat pullo, in quem nondum quispiam inscenderit, atque nullo cohibitus fræno huc illuc euagetur. Iracundus item rectè equo assimilatur insano, vt ostendit Lucianus in Cynico his verbis: *Ac similiter & obiscum agitur* (ò iracundi,) *vt cum quodam qui equum insanum ascenderat. Equus igitur virum corripiens abstulit: hic verò amplius iam desilire equo currente non poterat. Quidam verò cum occurisset, eum rogauit, quonam tenderes: hic respondit, quocunque huic videbitur, equum demonstrans. Quod si vos quispiam roget, quò feramini si verum vultis dicere, diceris in vniuersum quidem quocunque videatur affectibus.* Equitem ab insessore multum differre arbitrandum est, (inquit Philo Iudæus) non solùm hominem vectatum animali hinnibili ab alio similiter vectato homine, sed etiam rationem à ratione. Ergò qui sine equestri arte ascendit, dici debet insessor qui se commisit iumento lasciuo, à quo abripiatur quocunque ipsum detulerit impetus, & non præcauendo voraginosos terræ hiatus, aut fossam aliquam profundiorem, violento cursu vnà cum equo præcipitetur, submergaturque. E diuerso eques ante omnia frænum in os indit, deinde in tergum insilit, & quamuis ferri videatur, reuera tamen circumagit eum à quo gestatur tanquam gubernator. Nam & ille videtur ferri à naue quam gubernat: sed si verè pronun-

Puella equino pullo assimilata.

Iracundus.

Lib. de agricult.

Eques vt ab insessore differat.

D cies, ipsi deducet eam ad portus optatos. Cæterùm quando sonipes bene iter carpit, habenis obtemperans, palpum, & laudem refert ab equite: Quando autem fertur iusto concitatiùs, cohibetur quo minus properet. Quòd si pergat contumaciùs, reducto fræno cogitur ceruicem reflectere, & gradum sistere. Scuticis quoque, ac calcaribus continetur in officio, ne subsultet lasciuiens, & alijs modis quibus domitores vtuntur, contra ferociam. Nec mirum videri debet. Ascendente enim equite simul ars equestris ascendit, vt iam duo periti insideant, atque ita vnum subiectum imperitum animal moderentur facilè. Iam omisso hinnitore vectoreque, tuam si libet animam considera. Inuenies enim inter partes eius, & equos, & aurigam ascensorem, sicut & extra te. Equi sunt furor, & concupiscentia, ille mas, hæc fæmina: ideoque ille vt mas gestit elata ceruice libertatem appetens: hæc verò seruilior, & callidior domum depascit, & deuorat, vt fæmina. Insessor autem, & auriga vnus est, nempe intellectus: sed auriga tunc quando ascendit cum prudentia, insessor est. Imprudens igitur præ imperitia non potest habenas retinere, sed patitur elabi è manibus. At iumenta habenis libera temerè discurrunt

Furor, & cõcupiscentia equi.

Imperitus ſeſſor. nullo ordine. Seſſor verò præ imbecillitate ſuſtinere ſe non valens decidit, & laceris genibus, manibus, facieque malè mulctatus miſer deflet ſuum infortunium. Nonnunquam autem pedibus in curru hærens raptatur ſupinus, & tractum in orbita caput, ceruicem humeroſque ambos conſauciatur: deinde huc illucque diſtractus & illiſus omnibus paſſim obiacentibus, miſerrimo genere mortis extinguitur. Et huic quidem talis exitus obuenit. Currus autem iam leuior: & violenter quaſſatus, vbi in ſolum inæquale inciderit, facilè frangitur, vt inſtaurari non poſſit & compingi denuo, iumenta autem omni retinaculo liberata concitantur & efferantur, nec prius deſinunt currere, quàm collabantur, aut in aliquam rupem delata, ipſa quoque intereant: atque ita currus animæ vnà cum vectore totus perit per aurigæ inſcitiam. Tales igitur equos vectoreſque arte carentes tolli præſtat, vt virtus maneat incolumis. Cadente enim imprudentia, ſtare prudentiam neceſſum eſt. Ideo Moſes inter præcepta tradit: *Si egreſſus fueris in bellum contra inimicos tuos, & videris equum inſeſſoremque & maiorem multitudinem hoſtium, noli timere quia dominus Deus tecum eſt.* Furorem enim & concupiſcentiam, & in vniuerſum affectiones omnes atque etiam cogitationes quæ his ſingulis tanquam equis inſident, etiamſi videantur fretæ inexpugnabili robore, contemni oportere ab his, qui proteguntur magni regis potentia, ſemper & vbique pro ipſis decertante: exercitus autem Dei virtutes ſunt, propugnatrices piarum animarum: quas vbi viderint deuictum aduerſarium, conuenit pulcherrimum decentiſſimumque hymnum canere datori victoriæ Deo: Hymnus epodon mirabilem habens, quem decantari bonum eſt, ſic ſe habet. *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt: equum & inſcenſorem proiecit in mare.* Meliorem enim perfectioremque victoriam inuenire non licet, quam qua vincitur petulantium quadrupedum ceruicoſorumque agmen validum, hoc eſt vitiorum & affectuum. Sunt enim vitia genere quatuor & affectus totidem, cum quibus & inſcenſor eorum intellectus, virtutis oſor & amans affectuum, collapſus interit, qui prius voluptatibus, iniurijs, vaframentis, rapinis, fraudibus, ſimilibuſque iumentis delectabatur. Pulcherrimè igitur legiſlator inter præcepta docet, *ne princeps eligatur equorum altor,* parum idoneum ratus ad principatum quiſquis in voluptates & concupiſcentias & amores impotentes inſaniens, tanquam infrænis ac contumax equus œſtro ſuo agitur. Dicit enim ſic: *Non poteris conſtituere ſupra te hominem exterum, quia frater tuus non eſt, propterea non multiplicabit ſibi ipſi equitatum, nec auertet in Aegyptum populum.* Itaque nemo altor equorum natus eſt, ſi ſacro Moſi credimus. Atqui dicat aliquis magnam eſſe potentiam regis in equitatu, non minorem quàm in pedeſtribus copijs & naualibus: nonnunquam verò vtiliorem etiam, præſertim vbi ſine dilatione, celeritate expedita opus eſt, temporibus moram non ferentibus, ſed ipſum momentum occaſionis vrgentibus: vt cunctatio non damnum ſolùm, ſed & cladem illatura videatur, occaſione tanquam nube præteruolante. Huic reſpondebimus, nullum, bone vir, præſidium legiſlator noſter à principe ſubmouet, neque copias eius parte aliqua mutilat, imo quantum fieri poteſt, augere conatur, vt robore multitudineque freti ſocij facilè profligent aduerſam aciem. Quis enim alius ſic vel inſidias collocare, vel aciem ſtruere, vel legiones diſtribuere, eaſque tribunis centurionibuſque aſſignare, vt res poſtulat, nunc pluribus, nunc paucioribus nouit: adhæc præcepta rei militaris tradere præmonſtrareque, vt hic noſter confirmata longa vſu peritia? Sed nunc non facit verba de iſto equitatu, qualem principes ſolent colligere ad infeſtandos hoſtes tuendoſque ſocios neceſſarium, ſed de eo qui animæ ineſt, bruto, immoderato inobedienteque impetu quem refrænare vtilius fuerit, ne quando populum ſuum vniuerſum in Aegyptum corporis regionem auertat & voluptatum affectuumque magis quàm virtutum deique amatorem reddat; quandoquidem neceſſum eſt, vt qui equitatu pollet, eumque auget, viam quæ in Aegyptum fert, vt vates inquit, ingrediatur. Cùm enim animam tanquam nauem ab vtroque latere, intellectu ſenſuque violentæ procellæ affectuum iniquitatumque reluctantem inundant elatæ: altiùs tunc credibile eſt fore, vt intellectus obrutus ſubſidat mergaturque, profundum autem, in quod mergitur, corpus eſt quod cum Aegypto confertur. Caue igitur ne vnquam eiuſmodi equis alendis ſtudeas: nam & qui diuerſum genus tractant, ipſi quoque vituperandi ſunt: & quid ni? apud quos bruta iumenta honorantur, quorum ex ædibus equorum greges ſemper ſaturi procedunt, hominum verò eos deducentium nemini vel ſportula ſuccurrit inopiæ ſolamen vel leue aliquod munuſculum, & tamen hi minus peccant. Curſores enim equos alendo, aiunt ſe ſacra certamina & quæ paſſim aguntur celebritates ornare & voluptati ornamentoque eſſe ſpectatoribus atque etiam multis præbere exercendi ſe materiam. Nam qui cupiditatem vincendi animalibus indunt, propter honoris amorem & æmulationem virtutis, in deſinenti adhortatione alacritateque vſi labores libenter ſufferunt, nec prius deſiſtunt ab officio, quàm ad finem optatum perueniant. Verum iſti prætextus quærunt: alteri ne defenſionem quidem vllam habent, qua peccatum ſuum tueantur, qui vectari iubent in ſeſſorem intellectum imperitũ artis equeſtris, committentes eum vitio & affectui quadrupedi. Quod ſi aurigandi artem ediſcas melius, mediteriſque, vt iam tibi videaris ad regen-

dos

A dos equos idoneus, tum demum ascende & habenas arripe. Sic enim nec illis salientibus excussus cum laceratione corporis mouebis risum spectatoribus alieno malo gaudentibus, nec incursu obuiorum insequentiumuè inimicorum capieris: hos celeritate longè à tergo relinquens, illos verò securè vitans per scientiam. Meritò igitur Moses victoriale carmen canens ob insessorum interitum, salutem nihilominus precatur equitibus. Nam hi possunt iniecto brutis potentijs freno, cohibere nimium cursus eorum impetum. Hucusque Philo. Plato in Phædro naturam nostram currui similem esse ostendit, ab auriga moderato: aurigam proponens ceu mentem in nobis bene constitutam, equos binos, refractarium vnum; alterum sequacem & morigerum: per refractarium appetitum quo præcipites rapimur & malum nobis accersimus, intelligens, per morigerum, rationem dicto audientem & salutaria recto iudicio inquirentem: esseque perpetuò subinde bellum, quo modò ratio, modò appetitus victor euadit. Idem Plato pullo equino adolescentiam comparans: Qui periculum (inquit) facere volunt, án pulli sint pauidi ad strepitus, & tumultus adducunt: ita & iuniores per formidines quasdã & rerum terribilium obiecta traducẽdi, & voluptates quædã offerendæ, quibus melius quàm aurũ in igne explorentur, vt periculum fiat, an aliquis eorũ extet qui ad solidam quandam modestiam compositus, errorum incãtationibus minimè irretiatur. *Natura nostra currui similis.* *Lib. 3. de re pub.* *Adolescentia pullo similis.*

B Eleganter etiam Plutarchus in libro de audiendis poëtis ab equis aduersus incontinentes, atque iracundos similitudinẽ sumens inquit: *Sicut enim equos nouis à cursu, sed ante cursum frænant: sic eos qui difficulter continentur in dignitate rerum obiectarum & iracundos, ratione occupare, & temperare, atque ita demum ad certamina adducere conuenit.* Equi nomine, vt scribit D. Gregorius, etiam dignitas temporalis accipitur, Salomone attestante qui ait: *Vidi seruos in equis & principes ambulantes quasi seruos super terram.* Omnis quippe qui peccat, seruus est peccati, & serui in equis sunt, cùm peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur: Principes verò quasi serui ambulant, cùm multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas velut indignos, deorsum premit. Hinc rursum dicitur: *Dormitauerunt, qui ascenderunt equos*, id est, in morte animæ, mentis oculos à veritatis luce clauserunt, qui in præsentis vitæ honore confisi sunt. Eodem asserẽte equus hoc ipsum præsens sæculum designat, sicut Iacob voce dicitur: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò.* Quo in testimonio quid equus significet, melius (inquit) ostendimus, si & ea quæ circumstant, paulò subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan venire Antichristum ferunt, pro eo quod hoc loco Dan & coluber asseritur & mordens. Vnde & non immeritò dum Israëliticus populus terras in partitionem castrorum *Lib. 31. Moral. cap. 18.* *Dignitas temporalis.* *Præsens sæculum.*


C susciperet, primus Dan ad aquilonem castrametatus est, illum scilicet signans, qui in corde suo dixerat: *Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium; similis ero altissimo.* De quo & per Prophetam dicitur; *A Dan auditus est & fremitus equorum eius.* Qui non solùm coluber, sed etiam cerastes vocatur. Cerastes enim Græcè cornua dicuntur, serpensq; hic cornutus esse perhibetur, per quem dignè Antechristi aduentus asseritur, quia contra vitam fidelium, cum morsu pestiferæ prædicationis, armatur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quàm viam? Fit ergò Dan coluber in via, quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi placendo blanditur, sed in via mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit cerastes in semita, quia quos fideles reperit & sese ad præcepti cælestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidæ persuasionis impetit, sed etiam terrore potestatis premit, & in persecutionis languore post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat, qui per elationem suam in cursum labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur. Cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mor- *Cerastes.* *Antechristi aduentus.*

D dere, est extrema sæculi feriendo contingere, vt cadat ascensor eius retrò. Ascensor equi est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retrò cadere dicitur, non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere, est in hac vita suas vnumquemque culpas agnoscere, & pœnitendo deflere. Retrò verò quo non videtur, cadere, est ex hac vita repentè decedere, & ad quæ supplicia ducatur, ignorare. Improbi quoque equi sunt, nam vt Iacobus de Vitriaco Cardinalis ait, habet etiam equos suos miles iste infernalis, homines scilicet reprobos, quos ipse fræno erroris posito (inquit) in maxillis eorum ducit ad libitum suum. Propterea Propheta ait: *Equum & ascensorem proiecit in mare*, id est amaritudine pœnæ æternæ. Et Hieremias: *Velociores aquilis equi illius.* Reprobi enim homines plerumq; velocius currunt ad malum quàm aquilæ, id est boni, & spirituales volent ad bonum. Et iterum ait: *Omnes conuersi sunt ad cursum suum sicut equus, impetu vadens ad prælium.* Et in Apocalypsi dicitur: *Potestas equorum in ore eorum, & in caudis eorum: In ore, mala persuadendo: in cauda, occultè decipiendo.* *Equi vngulas mordere quid.* *In faciẽ cadere quid.* *Improbi, equi dicti.* *Exod. 15.*

HIERO-

HIEROGLYPHICA SYMBOLICA.

Veſparum typus.



EQVI cadauer (inquit Orus Apollo) pingebant priſci, cùm vellent ſignificare veſpas. Ex huiuſmodi enim cadauere plurimùm naſcuntur veſpæ. Pierius diligentes ait rerum naturalium obſeruatores ex bouillo occipitis cerebro apes gigni tradere, ex aſini cerebro crabrones; ex equo veſpas, ex humano cadauere ſerpentes: citatq; perùulgatam apud omnes verſum:

Ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταυροὶ δὲ μελίσσων.

Sed non probo quod vertit:

Nam culices ab equi, ſed apes ab origine tauri.

Quid enim culicibus cum veſpis. Quod verò ad hieroglyphicum ſenſum attinet, rectè hîc non ſimpliciter veſpas à priſcis intelligi exiſtimat, ſed quod per veſpam identidem ſoliti eſſent ſignificare: per cuius (inquit) hieroglyphicum pugnacitatem & infeſtum aduerſus hoſtes ingenium oſtendebant. *Pugnacitas. Celeritas.* Hoc autem vnum hieroglyphicum Orus memorat. Pierius verò celeritatis in primis typum poni poſſe haud inelegātibus oſtendit rationibus, quas nos ferè antè partim recenſuimus, partim etiam recenſebimus, ideoq; in numiſmatis nunc equum currentem, nunc ipſum Pegaſum alis adiectis curſum, vt ſumma rem alacritate geſtam oſtenderet. Non ſum verò neſcius (inquit) authores eſſe, qui Pegaſum, qualem quippe paſſim in Hadriani, & L. Papyrij Curſoris, & aliorum quorundam nummis aſpicimus, famæ potius quàm celeritatis indicium eſſe contendant. *Pegaſus quid indicet.* F

Fama, & eius ortus. Naſcitur is ex Meduſæ cæde: ſiquidem virtus cùm terrorem amputauerit, famam generat. Terroris & admirationis hieroglyphicum eſſe Meduſæ caput, oſtendimus in ſerpente, cùm de Domitiani geſtamine loqueremur. Fama autem vbi primùm genita per hominum ora primùm incipit volitare, Muſarum excitat fontem in Parnaſſo, quippe quod illuſtrium virorum præclara facinora vatibus ſcribendi ſuggerunt argumentum. Quod verò in Papyrio de re ipſa etiam cognomento Curſoris honeſtato, ex Pegaſo alacritatem & feſtinantiam hominis ſignificari dixeramus, capreæ inſuper fugacis ſpolium & fulmen & ſagitta, quæ in eodem ſpectantur nummo, ad noſtram faciunt intellectum. *Centaurus quid ſignificet.* Quod verò & centauri tenus humana forma, reliquum equina fingantur, multi eodem teſtante vitæ noſtræ terminum pernici curſu occupari, ſignificare putant, propterea quòd mira lapſi lubricitate incauti ſemper arripimur. Vulgatiſſimum verò illud ait eſſe argumentum, hominem feroci inuictoque animo, imperio tamen, & rationi obſequentem, hieroglyphicè per frænatum equum ſignificari. *Equus frænatus quid indicet.* Hinc Panætium dicere apud Ciceronem, Africanum ſolitum dicere, equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolere, vt his facilioribus vti poſſint, ſic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere. Animal nimirum ferox atque magnanimum, quod leges tamen ſubijt, nec frenum depulit ore, vt ait Horatius, de equo qui hominis opem implorauit, ſeq; frenari ſit paſſus: & Maro: G


Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre.

In huiuſmodi ſententiam eſſe Scipionis dictum non incelebre. Cùm Romani contra Antiochum iam in Aſiam traieciſſent, isq; legatos demum de pace miſiſſet ad Scipionem, reſpondit is. *Id prius factum oportuit, non poſtquam & frænum, & ſeſſorem accepiſſet.* Frenum autem, & camum cuiuſq; rei coercitionem cùm ſacris, tùm humanis literis indicat. Non ingratum etiam fore hieroglyphicum putat, quo deſperatio, aut rei quam quiſpiam aggreſſus fuerit, inauſpicatus ingreſſus ſignificetur, vbi quis equum ceſpitantem aut prioribus prolapſum pedibus adpingeret, cùm ipſa præſertim res & prouerbio & augurijs confirmetur. *Equus ceſpitans.* H Augurium intelligit Flamminij Conſulis Roman. quod ſuo loco recitaui. Sed quod ad prouerbium attinet, quod fertur, Rideo, inquit Galba, canterle, Siſinnius Capito ita interpretatur, qui principio rei alicuius inchoatæ deficiunt animo. Nam cùm Sulpitius Galba in prouinciam exiens, ad portam ipſam canterium ſuum animaduertiſſet cecidiſſe, *Rideo,* inquit, *canterie te iam lapſum eſſe, cùm tam longum iter iturus, vix id ſis ingreſſus.* *Equus in foſſam prolapſus.* Nec indecenter item inter picturas huiuſmodi referri poſſe ait idem Pierius, equum in foſſam prolapſum, aut in voraginem aliquam demerſum, vbi luti tenacitate pertinaciſſimè detineatur, neque ſeſe valeat expedire, ſi negocij alicuius difficultatem, aut incommodum exprimere voluerimus: quippe quòd plurimum ita eſt canteriorum natura, quos oneribus comportandis addicimus, vt ſi aliquam in voraginem deciderint, tam ob onus quo grauantur, quàm ob liuidæ paludis cœnum, in quo recumbant, ſupra modum implicentur, vnde ægrè attolli queant. Tandem ab Aegyptijs Sacerdotibus, animal hoc alioqui tam generoſum, tam vtile, tam domeſticum, repudiatum fuiſſe

aſſerit,

E asserit, ac per hieroglyphicum eius profanum intelligi decreuisse: cuius rei causam fuisse suspicatur, *Profani typus.*
quæ maiores etiam nostros in Italia ab eo abstinere tam religiosè iusserit, vt à sacrorum flamine
minimè tangeretur, propterea quod damnatum inter venena fel habere proditum est. Alios rem
simplicius interpretantes, dicere inde factum, ne si longiùs digitederentur, fraus interdum ex negligentia
fieret sacris. Ea enim de causa sacerdotum etiam nostrorum familijs data ocia, ne profanis
occupationibus aut curis distraherentur; sed in precibus tantum Deo allegandis occupati essent,
& laudes illi septies in die dicerent. Potest modò etiam equus primùm præclarè, mox ineptè
pictus, inepti vulgi iudicij hieroglyphicum indicium esse. Aiunt enim referente Dione Chrysostomo, *Ineptum iudicium.*
pictorem quendam iocosum, cùm picturam quandam equi in publico prope suisset admirabilem *Orat. 78.*
atque accuratè factam, puero præcepisse, obseruaret spectantes si quid reprehenderent, aut
laudarent, idque retentum memoria sibi renunciaret: Spectantium autem alium aliud dixisse de
pictura, atque reprehendisse hunc quidem, vt opinatur, caput, illum autem coxas, alium verò crura,
vt si talia facta essent, multò pulchriùs haberent. Pictorem autem his de puero auditis, aliam
fecisse picturam iuxta vulgi opinionem atque consilium, iussisseque collocari eam iuxta priorem.
Fuisse autem magnam inter illas differentiam. Illam enim accuratissimè factam in omnibus: hanc
F autem turpissimè, ridiculosissimèque atque omnibus potius quam equo fuisse similem. Manifestum
igitur (inquit) quod si valdè quis opus habeat vulgi laude, credibiliorem existimans illius
laudem aut vituperium quàm suam sententiam, ita singula facturus sit atque conaturus se talem
exhibere, qualem volet vulgus: certumque est, quod similis futurus sit, pro illo priore equo doctè
atque ex unius arte facto, admirabili alteri atque multorum opificum artificio neque ipsis illis placenti
artificibus, tametsi ex omnium consilio atque arte composito. Quemadmodum fabula ait
Pandoram non ab vno deorum formatam, sed communiter ab omnibus, alio aliud donante, & apponente:
opusque neque sapiens, neque bonum factum, sed omnigenum variumque accipientibus
euenisse malum. Hæc Dio Chrysostomus. Si egregio cordatoque ac prudenti militiæ duci, *Dux militiæ*
qui suo Marte totum belli pondus sustinuisset, & confecisset, propria virtute concitatus (quod ple- *cordatus, &*
rique nostræ tempestatis etiam præstitere) symbolum appositum esset excogitandnm, tres aut *prudens.*
quatuor (inquit Claudius Paradinus) quorum vnus eorum solus præ cæteris omnibus à sessoribus
suis concitatus primus ad premij locum destinatum peruenerit, currentes equos depingi cuperem,
cum his verbis: SOLVS PROMERITVS: imitatus in hoc veterum Romanorum con-
G suetudinem, qui olim sese in circis ad cursum exercebant, &c.

MITHOLOGICA. QVIBVS DIIS SACRI. Quibus immolati equi.



EQuus non paucis quidem dijs, cæterùm Neptuno potissimum sacer putatus fuit. *Neptunus*
Hic enim hippius (ἵππιος, vel, vt alij scribunt, ἵππαος,) id est equestris cognominatus *hippius cur*
est; cuius cognominis ratio diuersimodè traditur. Pausanias cùm, cur *dictus.*
ita appellatus sit, alias causas ab alijs fuisse existimatas dicit (eas autem non re- *In Achaicis*
censet) ipse se putare ait ita cognominatum, quòd τῆς ἱππικῆς, id est equitationis
inuentor fuerit: Nam & Homerus in equorum certamine Menelao ab dei huius
appellatione adhibuit iuramentum, quod equis conueniret,

Ἵππων ἁψάμενος, γαιήοχον ἐννοσίγαιον
H Ὄμνυθι, μηδὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι. id est

Equos tangens, terram ambientem Neptunum
Iurato: an non volens meum dolo currum impedineris.

Pamphos (πάμφως) verò qui Atheniensibus antiquissimos ludos fecit, esse dixit Neptunum, Ἵππων
δωτῆρα, id est equorum datorem, non aliunde nisi ad equestris appellationem deflectens. Diodorus
Siculus de Cretensibus agens: Addunt (inquit) etiam Neptunum equos primum domuisse,
artemque equitandi ab illo traditam, ex quo hippius sit appellatus. Val. Probus in commento
super ea Virgilij in Georgicis verba: *Tuque ò, cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa
tridente Neptune.* Campi (inquit) in Thessalia sunt petrai, in quibus locus Petra nomine,
percussus tridente Neptuni, equum qui Scyphius vocatus est, edidit: Romani autem Neptunũ *Scyphius equus.*
equestrem vocant, Græci Ἵππιον Ποσειδῶνα, quòd existimetur princeps originis equorum. Festus
quoq; ita. *Hippius id est, equester dictus est, vel quod Pegasus ex eo, & Pagaside natus sit: vel quod
equuleus, vt putãt, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuoraris: vel quod tridentis ictu
terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.* At verò
Isidorus

Isidorus de Circensibus ludis agens; itaq; (inquit) Castori & Polluci deputantur hæ species, quibus equos à Mercurio distributos historiæ docent: sed & Neptunus equestribus ludis præest, quem Græci hippion appellant: sed & Marti, & Ioui in ludis equestres sunt consacrati, & ipsi quadrigis præsunt. Porrò & Phurnutus inter cetera, & hoc ait, quòd eo hippius dictus est Neptunus à velocitate nauigationis marinæ, quodq; naues in mari quasi equi videntur esse. Hippij Neptuni meminit & Artemidorus in primo Onirocriticῶν. Hæc omnia de Hippio Neptuno collegit Gyraldus: qui item Petræi Neptuni fabulam à quibusdam hunc in modum tradi ait: quòd scilicet Neptunus aliquando dormiens in petra quadam, per somnum Venere pollutus sit: quod effusum semen terra suscipiens, equum primum exhibuit vocatum Scyphium. Ab alijs verò dici, dispositum fuisse certamen Petræo Neptuno, in eo loco, vbi primus equus egressus est, propter quod & Hippius Neptunus sit dictus. Lactantius Grammaticus etiam terram in Thessalia tridente percussam scribit à Neptuno, ex quo (mirum dictu) prosiluerint equi duo, Scyphios, & Arion, inde nata Thessalicorum equorum præstantia. Alij Arionem equum ex Neptuni in equum conuersi cum Cerere in equam conuersa concubitu natum fingunt, & hac ob causam Thelpusios dixisse, Neptunum apud se primum inter Arcadas hippium esse dictum. Seruius Grammaticus, in contentione cum Minerua de Athenarum nomine, ab Neptuno litore percusso, equum scribit productum animal bellis aptum: Mineruam iacta hasta oleam creasse, quæ res (inquit) est melior comprobata, & pacis insigne: cæterum Seruius à nostris (inquit Cælius) coarguitur. Neptuni Petræi fabulam tetigit Lucanus:

Neptuni Petræi fabula. *Ariō equus.* *Lib. 21. cap. 24.* *Lib. 6.*

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen Exiluit.

A Minerua hippia.

Fuit & Minerua hippia siue equestris dicta, vt Phurnutus ait; item Pausanias in Atticis, nec quidē semel; item Arpocration, & Suidas in ἱππεία Ἀθηνᾶ, sic verò nuncupata, quod currum instruxerit prima: Istam Isæus rethor, & Mnaseas, vt Gyraldus, & Cælius annotarunt, Neptuni filiam fuisse tradiderunt ac Polyphes Oceanitidis. Δαμάσιππον etiam vocatam scribit Phurnutus, quasi dicas equi domitricem. Etimologus & Varinus, Mineruam dicunt hippiam esse vocatam, quod è capite Iouis cum equis prosilierit, vt scriptus in eam hymnus indicat. Vel quod Coryphe (Polyphe fortè, vt Suidas, & alij habent) Oceani filia ex Neptuno cum vnà cum curru pepererit. Vel quod Adrastus Thebis fugiens, cùm equos in Colono sisteret, Neptunum & Mineruam ἱππίους appellarit. Huius Mineruæ hippiæ, & Neptuni hippij aras fuisse in Hippio dicto Colono Atticæ colle scribit Pausanias. Colonum autem Hippium fuisse prope Academiam. Author argumenti in Sophoclis Oedipum in Colono ait Furiarum fuisse ibi templum, loco autem id esse nominis, quoniam etiam in eo esset Neptuni hippij, & Promethei, & Oreoconios, id est qui mulorum curam habent, in eo etiam habitasse. Iam verò Pindarus in Pythijs Cyrenea εὐίππον cognominat propterea quod Libyes à Neptuno edocti esse dicantur currus iungere. Mineruam autem hippiam in Libya genitam aiunt. Græci, vt inuenio, Palladi nomen ab equo domito inditum tradunt. & apud Pindarum legas frenum Corynthi ab ea inuentum, & Pelopi datum dono, & in Ilij captura instar montis equum Græci Palladi dedicarunt. Hæc verò significare aiunt ferocitatem omnem doctrina molliri atque cicurari: quod luculenter Horatius sic expressit: *Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit; Si modò culturæ patientem accommodet aurem.* Coluerunt etiam Neptunum equestrem Romani, & in eius dei tutelam dicebant esse mensem Februarium quando sol gelidum, & vdum occupat aquarium, quem prodigum vrnæ dicit poeta. Dionysius ait Neptuno equestri templum ab Euandro in Latio erectum, diemq; festum statutum, quem Arcades hippocratia, Romani Consualia vocant. Hunc enim Neptunum Consum ijdem dicunt Consualia autem erant ludi equestres, qui mox Circenses, & magni, & Romani dicti sunt. Plutarchus cùm alibi; tum maximè in Romulo, Romulum tradit cuiusdam dei aram conditam sub terra in Circo inuenisse, cique deo indidisse nomen Conso, siue à consilio, quod consiliarius foret, siue Neptuni equestris: aramq; ipsam reliquum tempus latere: in equestribus verò certaminibus aperiri. Hoc autem die, vt idem Plutarchus, & Dionysius, alijq; tradunt, apud eosdem Romanos ex consuetudine cessabant ab operibus, equi, muli, atq; asini, propterea quod instituta nauigatione inquit Alexander ab Alexandro, cùm omnium rerum merces nauibus aduehantur, ocium quodam modo iumentis, & remissio data sit, vel quod equos primum Neptunus domuerat, & equitandi artem inuenerat, quare hippius dicebatur, Plutarchus causam reddere videtur maris tranquillitatem, in quæstionibus Romanis quærens, *cur in Consualibus festis equos & asinos coronant, & ociari sinunt? An quia Neptuno (inquit) equestri festum hoc peragunt, & asinus cum equo libertate communi fruitur? Aut quies ista iumentis concessa est, quod mare tranquillum, & nauigationi commodum se præbuisset.* Goropius quod Neptuno tribuunt equum, hieroglyphicum signum esse ait omnis humanæ vecturæ. Cùm enim in omni vehendi portandiq; diuersitate longissimè nauilis commoditas

Colonus hippius. *Lib. 1. ant. Rom.* *Consualia.* *Consus deus.* *Lib. 5. c. 26.*

A commoditas antecellat, atq; ea sit (inquit) hominum industria iuuenta, placuit animal eius notationem habere, quod ad hominem portandum sit procreatum. Philostratus autem binas depingens insulas, quibus forum erat commune, in quo ex vna ea deferebantur quæ in agris eius colligebantur, ex altera quæ in mari deprædebantur, ait statuam ibi fuisse erectam Neptuno vna cum aratro & curru, sed ne terræ culturam tantùm expressisse viderentur, aratrum nauis proram addiderant. Quamobrem Catullus Græcorum exemplo nauim currum vocauit in libello de Pelei & Thetidos nuptijs inquiens:

Diua quibus retinens in summis vrbibus arces,
Ipsa leui fecit volitantem flamine currum.

Siquidem apud Aeschylum Prometheus in illa longa enumeratione artium, quas à se in vsum mortalium excogitatas, & inuentas gloriatur, ait inuentum suum esse currus illos nautarum qui lineis alis vagantur per mare: Θαλασσόπλαγκτα δ' ὅυτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ λινόπτερ' ἑυρε ναυτίλων ὀχήματα. Sed & Euripidem eadem figura vsum memini, apud quem nuncius qui Medeam admonet, vt se mandet fugæ, præcipit ei, vt neq; id vehiculum spernat, quod nauigandi, neq; id quod

B terrestris itineris conficiendi causa comparatum est.

Ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη
Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναΐαν
Λιποῦσ' ἀπήνην, μήτ' ὄχον πέδοστιβῆ. id est
O quæ patrasti facinus atrox, impium
Medea, fuge, fuge, siue nautico
Subuecta curru, siue terrestri; fuge.

Sed hoc quoque, vt totum propè veteris eloquentiæ choragium ab Homero est, qui primus aurigam nauis pro gubernatore dixerat. *Auriga nauis.*

φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο, id est
Nauis ceruleæ sic est auriga locutus.

& naues equos maris nominauerat *Naues equi maris dicta.*

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵθ' ἁλὸς ἵπποι
Ἀνδράσι γίνονται, id est
Scandere veloces naues quæ per mare nobis
C *Sunt velut instar equi.*

Sunt & aliæ apud Latinos authoritates. Plauti in primis. *Nempe equo ligneo per vndas ceruleas estis vectæ.* *In Rudente.* Varro Marcipone: *Quam nautici equisones per viam conducerent.* Sic M. S. apud Nonium, vulgati quà ducerent loco. Horatius *Eurum per Siculas vndas equitare* dixit: Et Seneca *frænare ratem*, pro sapienter nauigare. *In Medea.* Frænare enim ad equos propriè pertinet: Plutarchus eleganter libello de audiendis poetis, vt equus (inquit) fræno, & nauis clauo, mores oratione flectuntur. Duplex itaq; Neptuni erat munus; & nauigantium curam habere videlicet, & equorũ, vt in hymnis Homerus scriptum reliquit his versibus: *Neptuni munus duplex.*

Διχθάτοι ἐννοσίγαιε θεοὶ τιμὴν ἐδάσαντο,
Ἵππωντε δμητῆρ' ἔμεναι, σωτῆρα τε νηῶν, id est
Bina tibi superi Neptuno munera donant,
Flectere equos, regere & naues quæ marmora sulcant.

Pamphos quoq; antiquissimus Gymnographus Neptunum equorum rostratarumque, & turritarum nauium largitorem appellauit. Ac Sophocles videtur apud Athenienses, vbi erecta postea fuit academia, Neptunum primum iunxisse equos putasse, vt patet in his ex Oedipo-

D de in Colono:

Δῶρον μεγάλου δαίμονος εἰπεῖν Αὔχημα μέγιστον, Εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον. Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς Τόδ' εἷσας αὔχημ' ἄναξ Ποσειδᾶν Ἵπποισι τὸν ἀκεστῆρα χαλινόν, id est. *Munus magni dæmonis dicere, Gloriam maximam, Equis, pullis, mari bene imperitantem. O fili Saturni, tu enim ipsum in hanc ducis gloriam, Rex Neptune Equis moderans frænos.* Apollonij verò enarrator Sesonchosem Aegypti Regem qui post Orum Isidis ac Osiridis filium regnauit, quem nonnulli Sesostin vocarunt, primum inuenisse equum ascendere scribit, quod affirmauit & Dicæarchus in libro secundo rerum Aegyptiacarum: quod tamen quidam Oro acceptum ferunt. Alij etiam, vt ex Virgilio, Lucanoq; ostendimus Lapithis hanc gloriam tribuunt, Thessaliæ populis, quos eam artẽ à Neptuno accepisse non obscurè innuit idem Virgilius, cùm optimos equos à Neptuno originem accepisse ait *Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.* De Neptuno autem artis equestris inuentore Papinius Statius canit. *Equitationis inuentio.*

---- Neptunus equo (si certa priorum
Fama patet) primus teneris læsisse lupatis *Lib. 6. Thebaid.*

Ora &

Ora & littoreo domitasse in litore fertur,
Verberibus parcens.

Fuit autem etiam Thebis, vt annotauit Cælius, Neptuni hippodromij siue equorum domitoris templum, idq; Chrysippum ex carmine significare Pindarico ex Isthmijs. Gyraldus verò eum Neptunum, qui videlicet Thebis celebratur, hippocromium cognominatum fuisse ait, idque eundem Pindarum in Isthmijs, itemq; in Nemeis manifestare; legi & Hippocurium Neptunum alicubi nuncupatum. Hippocronium autem dictum volunt a Saturno, quem Græci Cronon dicunt, quòd scilicet equum pro eo deuorarit. Rhea enim Neptunum enixa inter gregem agnorum iuxta Arnen fontem ab agnis appellatum occultauit, vt est in fabulis, Saturno autem equum se peperisse dixit, & pullum equinum ei deuorandum dedit. Sunt qui hippocromia interpretantur nugas, quasi dicas nimium antiqua & obsoleta, qualia sub Saturni regno fuerunt. Sed hæc ferè πάρεργα. Eum aliquando venisse in contentionem de artificio cum Minerua & Vulcano scripsit Lucianus in Hermotimo: quo tempore Minerua domum excogitauit, hominem fecit Vulcanus, Neptunus taurum, atque ea de causa crediderunt (inquit) posteri eum primùm equos domuisse. Quod autem in orbis diuisione maris imperium ei contigit, ipse gloriatur apud poetam. Alij interpretantur eum vniuersi liquoris, hoc est feminis animalium deum existimari, equorum eò magis quòd planities eis conueniens sit, quæ aquis accidit. Neptunus itaque deus habebatur maris, velox & mobilis instar equorum, vnde est etiam quod celerrimos ei ascribant equos. Virgilius — *Flectit equos curruq; volans dat lora secundo:* Item. *Iungit equos curru genitor spumantiaq; addit Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas Cærul. per summa leuis volat æquora curru.*

Lib. 4. Vnde & Apollonius: — Εὖτ' ἀνδέτοι Ἀμφιτρίτη

Ἅρμα Ποσειδάωνος εὔτροχον ἀντίκα λύσῃ, id est
Quam mobilis Amphitrite
Neptuni celerem currum apto tempore soluet.

Orpheus in hymnis currum hunc à quatuor equis trahi solitum scribit, vt est in eo versu:

Κυμοθαλὴς, χαροπῶπα, τετράορον ἅρμα διώκων.
Quadriiugum impellens currum, summo æquore labens.

Lib. 3. *Loca quibus Neptunus præest.* nec non & Apollonius loca recensens quibus præesset Neptunus.

Οἷος δ' Ἴσθμιον εἶσι Ποσειδάων ἐς ἀγῶνα
Ἅρμασιν ἐμβεβαὼς, ἢ Ταίναρον, ἢ ὅγε Λέρνης
Ὕδωρ, ἠὲ κατ' ἄλσος Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο,
Καί τε Καλαύρειαν μετὰ δὴ θ' ἅμα νίσσεται ἵπποις
Πέτρην θ' αἱμονίην, ἢ δενδρήεντα Γεραιστὸν, id est
Ad ludos properat qualis Neptunus in Isthmum,
Quadrigis inuectus adit cum flumina lernæ,
Tænariumq; solum, vel Hyantia rura, Geræstum
Syluosum, Aemoniamuè petram, fumantia colla
Cùm premit alipedum, Calabra idem vt rura reuisit.

Neptunus Taraxippus. Quod autem Neptuno dedicati fint equi, ex eo etiam constat, quod de Taraxippi ara scribit Pausanias in Eliacis in Olympicorum ludorum descriptione, siquidem recitatis de eo aliorum sententijs, ait verisimilius esse Taraxippum equestris Neptuni cognomentum esse, propterea quòd prima equorum origo ei debetur. Sed verba eius adscribo. Alterum curriculi latus aliquantò longiùs excurrit. In eo ad ipsum aggeris exitum ara est figura rotunda. Ad eam deus colitur, quem Taraxippum (ab incutiendo equis pauore) nuncupant. Solent enim iniecto terrore, circa aram (hanc) equi tam vehementer consternari, vt incerto unde coorta trepidatione, sæpe illisis curribus affligantur aurigæ. Quò igitur æquo & propitio vtantur Taraxippo, ad eam aram aurigæ vota nuncupant. Variat de Taraxippo Græcorum sententia. Sunt qui indigena hominis sepulchrū illud esse dicant, præstantis equos regendi scientia: Olenium nomen produnt, a quo sit in Eleorum finibus Olenium saxum appellatum. Alij Dameonem fuisse, Phliuntis filium, qui in Augeum expeditionis Herculis socius, à Cteato Actoris filio vna cum equo, quo vehebatur, sit interfectus: ab Eleis eo in loco & ipsi & equo, inanis habitum sepulchri honorem. Non desunt qui hoc inane monimentum heroicum illud ipsum esse autument, quòd Myrtilo Pelops posuerit, cùm à se perempto parentaret, quò eius iram placaret: Taraxippum verò vocasse quod Myrtili dolo Oenomani equæ consternatæ fuerint. Multi etiam Oenomaum illum esse dictitant, qui in curuli certamine equos & aurigas illo exagitet pauore. Audiui etiam qui Porthaonis filium Alcathoum esse dicerent, qui cùm inter procos Hippodamiæ ab Oenomao fuisset occisus & eo ipso in loco humatus, iniuriæ suæ quam in ipso curriculo passus esset, atrox & infestus vindex obequitantibus exoriatur. At Aegyptius quidam Pelopem aiebat acceptum nescio quid ab Amphione Thebano, in

Taraxippus deus quis.

Olenium saxum.

A no, eo in loco defodisse, cuius arcana vi tunc conterriti fuerint Oenomai equi, & omnes deinde equi eodem afficiantur modo. Et censebat ille quidem Amphionem & Orpheum (etsi Thrax diceretur) Ægyptios fuisse: propterea verò alteri feras allicere, alteri verò saxa ad muros extruendos mouere attributum, quòd vterque magorum scientia excelleret. Mea verò sententia eorum est maximè probabilis oratio, qui Taraxipppum cognomen esse dicunt Neptuni equestris. Est etiam in Isthmo Taraxippus, qui Glaucus fuit Sisyphi filius ab equabus discerptus ludis funebribus, quos patri suo fecit Acastus. In Argiuorum Nemea nullus omnino est herois genius, qui equis pauorem immittat: saxum tantùm eminet super curriculi flexum, colore rutilo: cuius fulgore concitantur equi, haud aliter multò, quam si immissis ignibus iniecta esset trepidatio. Sed qui ab Olympico existit Taraxippo, longè est acerrimus terror. Hactenus Pausanias. Iuno etiam duos à Neptuno accepisse equos dicitur, quos illa postea donauerit Castori & Polluci, quibus similiter ac Neptuno equorum domitura ascribitur, quandoquidem sidera sunt velocissima & nauigationi præesse etiam credita. Dij enim maris etiam habebantur. Pollux tamen pugillatu potius, B quàm equorum domitura nobilior, vt notum est ex hoc Horatij:

Saxum equis timorē incutiens.

Iunonis equi Pollux & Castor equorum domitores.

Dicam & Alciden, pueros que Ledæ
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem.

Li.1. carm. Od. 12.

Necnon ex hoc Arnobij, deos gentilium præ Christo deridentis: *Tyndaridæ Castores, equos vnus domitare consuetus, alter pugillator bonus & crudo inexsuperabilis castu, ignes & fulgores marini, & ouorum progenies dij.* Vnde sunt qui Virgilium hoc versu:

Lib.1.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus:

Pollucem qui pugil erat, pro Castore equorum domitore dixisse existimant: sed ineptè. Haud enim dicendum sic pugillatus studiosum fuisse Pollucem, vt nunquam in equo sederet. Cyllarus equidem alternis Polluci & Castori seruijt. Papinius:

Cyllarus equus Castoris & Pollucis.

Et pauet aspiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus: hic domini nunquam mutabit habenas
C *Perpetuis frenis, atque vni seruiet astro.*

Lib.1.Sylu.

Nam equum Domitiani vni seruiturum astro dicit, non duobus, vt Cyllarum. Et apud Propertium lib. 3. legimus: *Potaque Pollucis lympha salubris equo.* Sed reuertor ad Neptunum: de cuius equis nunc aliquid dicendum. Fingitur à Platone in Critia eos fuisse alatos, eorumque habenas manu tenentem cum curru inuehi. Ad quod sine controuersia Maronem allusisse dicunt, cum leuibus rotis summas ipsum vndas perlabi dixit & hic multò apertiùs:

Neptuni equi quales.

Sic cunctus pelegi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cœloque inuectus aperto
Flectit equos, curruque volans dat lora secundo.

In quinto item vbi Veneris precibus annuens, nauigaturo Aeneæ mare sedatum ac tutum reddere introducitur, pari ratione currum iungere & per vndas inuehi agitatas, inquam, ac tumentes dicitur, phantasia poëtica scilicet, vt Seruius consueuit vocare:

Iungit equos curru genitor, spumantiaque addit
Frena feris, manibusque omnes effundit habenas,
Cæruleo per summa leuis volat æquore curru.

D Silius lib. 3. fingit Neptuni currum trahi ab equis marinis:

Non aliter quotiens perlabitur æquora curru, Extremamque petit Phœbæa cubilia Tethyn
Frenatis Neptunus equis.

In Romanis inspectionibus eorum pars posterior desinit in piscem. Cernitur autem Neptunus aurigans, concha sedens, equis istiusmodi vectus ceruice ardua, iubata ac pedibus (anterioribus nempe) elatis. Numus quoque etiamnum extat Galieni cum equo in piscem desinente & his literis NEPTVNO CONS. AVG. Neptuni equos (inquit Turnebus) intelligo Hippocampos, qui priores pedes habeant, posterioribus careant, sed pontum legant & natent, quod testimonio optimi poëtæ Papinij, comprobauimus:

Hippocampi.

Li.26.c.23. Aduers.

——— Et triplici telo iubet ire iugales,
Illi spumiferos glomerant à pectore fluctus,
Ponè natant, delentque pedum vestigia cauda.

Lib.1. Achill.

Addo ego alium eiusdem Papinij locum non minus elegantem, in quo Tænaron describit, vbi Ditis creditur esse ianua:

Lib.2. Thebaid.

Interiore sinu fragrantia litora curuat
Tænarus, expositos non audens scandere fluctus.

Q Illic

E

Illic Aegæo Neptunus gurgite feſſos
In portum deducit equos, prior hauris habenas (arenas potius)
Vngula, poſtremi ſoluuntur in æquora piſces.

Lib. 2. Argonaut.

Addo & hoc Val. Flacci:

——Non Africus alto
Tantus ouat, patrijſq; manus cùm plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.

In cuius loci explicatione Pius Bononienſis, vidi (inquit) dum Romæ princeps academiæ in vrbe domina docerem, antiquum lapidem, in quo Neptunus in ſolio ſedens fuſcinamque tenens mare ſulcabat, dextra moderans equos duos, qui ab vmbilico ad extremum piſces erant, caudis intortis, capite vſq; ad medium corporis lupino, ita acuto roſtro, vt lupum potius quàm equum referrent, quamobrem Flaccus alicubi lupos hos equos nuncupat, inquiens:

Neptuni equi lupi dicti, & ſemiferi.

Celſaq; ſemiferum contorquens frena luporum.

Semiferos autem eos vocat, quandoquidem qua parte piſces referunt, ſunt domeſtici & affines Neptuno, vt Deo maris: qua verò parte equi, feri ſunt, & auerſati Deum: & ita in priſca inſpectione viſuntur elata ceruice ac ſuperba, indignantique ſimili ac propè imperium detrectante. Orion Neptuni ex Euriale Minois filia filius, equos ſimiliter, vt ille, habet bipedes, cætera piſces, vt modò recitabamus: Et Triton & ipſe deus marinus habitus equis vehitur apud Claudianum.

F

Lib. 2. Argonaut. Orionis equi

Lib. 8.

Palladiaque comas innexus arundine Triton
Edomitis veheretur equis.

Soli & Lunæ cur equi aſcripti.

De nominibus equorum Neptuni poſtea. Si verò velocitatis cauſa equi tribuuntur Neptuno, rectà etiam ratione debebuntur Soli & Lunæ, quorum curſus omnem velocitatem ſuperat: quare Soli quoque alatum equum attributum fuiſſe reperio. Nam in eiuſdem Galieni numis equus eſt cum inſcriptione SOLI CONS. AVG. Aliàs quadriga vehitur quatuor moderata equis. Manilius:

Quadriiugis vt Phœbus equis, & Delia binis.

Lib. de ſpectaculis.

Lunæ enim biga datur. Tertulianus: *De iugo verò, quadrigas ſoli, bigas Lunæ ſanxerunt.* Papinius:

Rorifera gelidum tenuauit aëra biga.

G

Seneca in Hercule Oetæo:

Cuius ad primos Hecate vapores
Laſſa nocturnæ leuat ora bigæ.

Lib. 3. Var. Quadrigæ cur Soli attributæ, cur bigæ lunæ. Trigæ cur inferis datæ. Seiuga currus Iouis.

Caſſiodorus epiſtola ad Fauſtum de Circenſibus bigam quaſi Lunæ, quadrigam Solis imitatione repertam eſſe ſcribit. Trigas verò inferis, ſeiugas Ioui, deſultores Lucifero & Heſpero conſecrarunt, inquit Iſidorus. Quadrigas autem ideo Soli iungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver & æſtatem, autumnum & hyemem: bigas Lunæ, quoniam gemino curſu cum ſole conſcendit, ſiue quia & nocte videtur & die. Iungunt enim vnum equum nigrum, alterum candidum: trigas dijs inferis, quia hi per tres ætates homines ad ſe rapiunt, id eſt, per infantiam, iuuentutem atque ſenectutem. Seiuga maximus currus currit Ioui, propter quod maximum deorum eum eſſe credunt. Hæc ille, cæterùm in numo Heliogabali qui Solis erat ſacerdos equi quoque ſex excuſi ſunt, quanquam ſextus non appareat. Totam curruum Solis & Lunæ fabulam paucis ſic complectitur Fulgentius:

Soluerat igniuomos, mundi regione peracta
Quadrupedes, gelidumq; rotis tepefecerat orbem
Rector & auratis collum ſpoliabat habenis.
Iam Phœbus diſiungit equos, iam Cynthia iungit,
Quaſq; ſoror liquit, frater pede temperat vndas:
Tum nox ſtellato cælum circumlita peplo
Cærula rorigenis pigreſſere iuſſerat alis
Aſtrigeroque nitens diademate luna bicornis
Bullarum biiugis conſcenderat æquora tauris.

H

Equorum Solis color. Sol λευκόπωλος. Lib. 2. Amor. eleg. 1.

Secundum autem diuerſam Solis diſpoſitionem dies diuerſam immutationem recipit: nam primò rubet, mox lucet, feruet in meridiè, veſperi pallet. Vnde equorũ eius primus dicitur eſſe erychteus id eſt rubens, ſecundus aritheus, hoc eſt ſplendens, tertius lampas, videlicet ardens, quartus philogeus, quaſi amans terram, vt dicit Beda. Inuenio tamen etiam Solem λευκόπωλον vocatum fuiſſe, quòd candidis vehatur equis: & Ouidius Solis equos niueos vocat, dum canit:

Carmina ſanguineæ deducunt cornua Lunæ,

Et reuo-

A *Aduertit flammas, alienumque æthera tardo*
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, atque ipsi radios vetet esse sorori.

Desultorios equos Lucifero & Hespero consecrarunt. De Lucifero, ex Papinio & Luctatio id alijs obseruatum, solitum manè & vesperi, equo vti mutato: addunt colores, matutinum, album, vespertinum, atrum: quod tamen de Luna Isidorus scribit, addita ratione, quòd nocte & die sit conspicua. Ouidius fuscum Hespero tribuit, at in promptu non est authoritas, Lucifero album: *Luciferi & Hesperi equi* *2. Trist. Eleg. 5.*

Hoc vtinam nitidi Solis prænuncius ortus
Afferat admisso Lucifer albus equo.

Claudianus rorantem cognominat hunc equum,

Dum matutinis præsudat Solibus aër, *De Raptu Proserp.*
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros
Roranti prouectus equo.

B Cassiodorus author est, equos desultorios, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, Luciferi præcursorias velocitates imitari. Fingitur item nox suo curru & fuscis equis per cælum vectari, & eadem mater siderum solet vocari, quòd ea velut parere videatur: non enim nisi nocturnis temporibus aspiciuntur & prodeunt: quare festiuissimè Tibullus: *Lib. 3. Var.* *Noctis equi*

Ludite: iam nox iungit equos currumque sequuntur *Lib. 2.*
Matris lasciuo sidera fulua choro.

Quo loco impressi codices habent ferè Martis, sed matris absque controuersia scriptura syncerior vt Muretus restituit. Nigros dici noctis equos indicat Propertius; *Lib. Var. Lect. 5. c. 2.*

Terra prius falso partu deludet arantes
Et citiùs nigros Sol agitabit equos.

Clarissimè Silius: *Lib. 15.*

Donec nox atro circundata corpus amictu,
Nigrantes inuexit equos, suasitque quietem.

Claudianus noctis equos humentes dixit, fortè à noctis natura. *Lib. 3. in Rufin.*

C *Humentes iam noctis equos, Lethæaque Somnus*
Frana regens.

Nigri item perhibentur equi Plutonis. Propertius: *Plutonis equi.*

Solis & atratis luxerit orbis equis.

Hic etiam eiusdem poëtæ distichon iam de noctis equis recitatum referri potest. Cæruleos eos dixit Ouidius de raptu Proserpinæ loquens:

Hanc videt & visam patruus velociter aufert, *Fastor 4.*
Regnaque cæruleis in sua portat equis.

Necnon & Claudianus: lucem non ferre inquiens:

Lethæo vehitur curru, lucemque timentes *Lib. de Gigantomachia.*
Insolitam mirantur equi, trepidoque volatu
Spissas cæruleis tenebras è naribus efflant.

Idemque Ouidius, nisi me fallit memoria:

Panditur interea Ditis via, namque diurnum
Lumen in assueti non patiuntur equi.

D Vnde & apud Virgilium Anchises se cum filio non diutius quàm par est moraturum conqueritur cum dicit:

Et se sæuus equis Oriens afflauit anhelis.

Pluto autem ab Homero quinto Iliad. κλυτόπωλος cognominatur. Scholia exponunt equestrem, egregios equos habentem. Et rursus Iliad. λ. vbi Scholia: Fortassis autem insignes equi ei attribuuntur, quia mortem nemo effugere potest. Proserpinam Pindarus in Olympijs λεύκιππον nominat, siue quia mos est poëtis (vt ait Scholiastes) huiusmodi epithetis Deos ornare: siue quòd cùm eam à Plutone raptam Ceres mater quæreret, albo curtui insidentem inuenerit. Venus hippodamia (ἱπποδάμεια) nominata apud Hesychium. Eademque ἵππιος id est equestris, hoc est equo insidens ab antiquis effingebatur, vt annotauit Gyraldus: nam Veneris filius Aeneas, cùm occasum versus nauigasset, equum mox conscendit, & hac statua matrem honorauit, vt Suidas scribit in Ἀφροδίτη. Veneris, currum intelligit Plautus his verbis: *Proserpina.* *Venus hippodamia.* *In Asinaria.*

Nam si huic occasioni tempus se subduxerit,
Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea.

Nam quadrigas albas vocat equos Veneris qui & albi erant & citi. vt sit sensus: Etiamsi currum Veneris ab alitibus vectum & per hoc summæ celeritatis conscenderet & sequi vellet iam *Veneris equi*

gentilium multitudo frena non habens legis; nec rectus ab aliquo, ſed ſemper in præcipitijs, & in voraginibus idolatriæ eliſus atque confractus, domini ſeſſione didicit ambulare, & rectam viam ingredi. *Et diſperdam* (inquit) *quadrigam ex Ephraim*. Adhuc ex Dei patris perſona dicitur: quod quadriga, huc currus ex Ephraim pereat & equus de Hieruſalem. Et interim ſecundum literam hæc loquitur. *Non erunt prælia: omnibus Chriſti aduentu, & natiuitate pacatis.* Porrò ſecundum altiorem intelligentiam, Ephraim refertur ad hæreſium multitudinem quæ interpretatur καρποφορία, hoc eſt vbertas & frugum abundantia, de quibus ſcriptum in Pſalmo 77. *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli.* De his quadrigis, & curribus legimus. *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus: ipſi obligati ſunt, & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus.* Equus qui diſperditur de Hieruſalem, ille eſt de quo legimus. *Fallax equus in ſalutem.* Et in Hieremia: *Qui luxuriæ vacabant, & libidini, audiunt: Equi inſanientes in fæminas facti ſunt mihi: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.* Vnde reuocantur ad pœnitendum, dicente Pſalmographo: *Nolite fieri ſicut equus, & mulus in quibus non eſt intellectus.* Cumq. diſperderit Deus currus Ephraim, & equum de Hieruſalem: qui de iſtiuſmodi equis & curribus fuerint liberati, transferentur in Domini ſeruitutem, & efficientur Cherubim, & de ipſis dicetur: *Currus Dei decem millium multiplex, millia lætantium.* Et, *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te proxima mea.* Et *Aſcendes ſuper equos, & equitatio tua ſalus.* Ioannes Arboreus in hunc locum Salomonis: *Flagellum equo, & chamus aſino, & virga in dorſo imprudentium:* Non minus (inquit) indigent imprudentes, & peruerſi flagellis, & ſtimulis quam equus indomitus, & piger aſinus: & licet flagris cæſi non reſipiſcant nec emendentur, eorum tamen ſupplicia alijs terrorem incutiunt, quibus à lapſu præcauebunt, & à multis vitijs reuocabuntur. Poſſunt equo & aſino ſignificari ſuperbi, & luxurioſi, qui cùm acriter à Domino caſtigantur, nonnunquam reſipiſcentiam agunt, & vitium in melius commutant. Hinc illud Pſalmographi: *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, qui approximant ad te.* Secundum verò etiam D. Ambroſium equus peccati naturam exprimit aptiſſimè. Equus enim (inquit) ſtare neſcit, velox ad impetum, ceruicem exaltans ſuam, hinniens ad libidinem. Quid tam ſimile peccati? Feruet enim primò culpæ impetu, & omnem regi cogitationem præuenit, motuq. immaturo exilit, vt eam difficilè ratio reuocare poſſit. Fertur in præceps & aſcenſorem eius proijcit in mare iſtud huius ſæculi, ceruice tumida recuſans iugum correctionis. Et ſpecialis quædam forma libidinis quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrumpat, ſuiſq. ſe prodat ſermonibus. Denique ad Iudam per Hieremiam dicit Dominus Deus: *Nunc videbitur ignominia tua, & adulterium tuum, & hinnitus, & alienatio fornicationis tuæ ſupra colles.* Hunc iuſtus reuocauit equitatum, mores quoque declinantis conuertit, & ad ſe vocauit, vt imitatores ſui fierent, qui deflexerant, quia ſenſus noſtri ad diſciplinam mentis recurrunt, &c. Idem in hoc Apocalypſeos: *Et exijt ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta:* Per equos (inquit) falſi paſtores eccleſiæ deſignantur, qui officium regiminis non pro amore Dei, ſed pro amore ſæculi ſuſcipiunt. Per frænos quibus equi reguntur, eorum falſa doctrina deſignatur. Habent quidem falſi paſtores doctrinam in ore, ne ab officio funditus alieni videantur, ſed Phariſæorum exemplum ſequentes, dicunt, & non faciunt. Et quia aliud non poſſunt docere, niſi quod euangelium loquitur, & in prædicatione ſua annunciant peccatoribus quas pœnas patientur, niſi corrigantur, vſque ad equorum frenos ſanguis peruenit, quia pœnas quas peccatoribus minati ſunt, niſi corrigerentur, ipſi quia vitia ſua deſerere noluerunt, experirentur. Idem & in hoc Apocalypſios: *Et ita vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas.* In hoc loco inſanos populos intelligi ait; per ſorores autẽ equorum principes terræ deſignari: per loricas autẽ, quæ ictus gladiorum à ſe repellunt, duritiam cordium reproborum, quæ ad corda eorum gladium ſpiritus quod eſt verbum dei, accedere non ſinit. Dein durato corde per equum deſignato ſic diſſerit Ludouicus Viues meditatione prima in Pſal. pœnit. Emeritum ferunt equũ militia lunga, in lætiſſima immiſſum prata, opera vacuum, vt pro laborioſa iuuenta, quiete frueretur ſenectutis: illum cùm clamoribus ac ſtrepitu abigere conarentur viatores quidam iuſto curioſiores: nihil enim ad eos in illis pratis equus paſcebat, nihilque mouebatur; adueniens fortè dominus miles veteranus. An non (inquit) vos inepti eſtis, qui militari tumultui aſſuefactum equum voculis veſtris à paſtu conamini deterrere? Sic & ego in medijs flagitiorum, voluptatibus aure duriſſima, qui iuniorum ardentes ſæpe audieram expoſtulationes, & querelas huiuſmodi, nihil erat, quod mouerere illis, & niſi ſpes hæc tui tam me iuuiſſet in duritie mea, velut marmor obriguiſſem perijſſemque. Pullus verò equinus adhuc per ætatem inſolens frenorum ac tyro exagitatur, concutiturque ſolo tactu freni. Sic homo dolore exagitatur ex dolendi inſolentia; vbi verò aſſueuit ærumnis, obtorpet, facitque quod equus iam edomitus qui frenum mordet, & ſecuro

Ephraim quid.

Imprudẽtes, & peruerſi, equi dicti.

Superbi & luxurioſi.

Lib. de Abraham c. 8

Peccati natura p equũ expreſſa.

Cap. 13.

Cap. 14.

Paſtores eccleſiæ falſi, equi dicti.

Cap. 10.

Populus inſanus.

Principes terræ.

Cor induratum per equum deſignatum.

Homo pullo equino aſſimilatus.

A B C D

hominis

A hominis assuescit, & domituram facilè fert, & ad obsequium habilis reperitur, vt docet Cicero. Voluntate igitur, & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est: atque indicatur eorum patientia qui cùm multa sint sæpè perpessi, faciliùs ferunt quicquid accidit: obrutique contra fortunam arbitrantur. Vt ille apud Euripidem: *Si mihi nunc tristis primùm illuxisset dies: Nec tam ærumnoso nauigassem salo, esset dolendi causa, vt insecto equuleo fræno repentè tactu exagitantur nouo, sed iam subiectus miserijs obtorpui.* Potest & per equum siue pullum indomitum intemperantia, ac lasciuia indicari, vt constat Themistoclis exemplo, qui cùm mutatos eius mores ex procacissimo in maximè temperantem plerique admirarentur; an non (inquit ille) asperi, & indomiti pulli solent euadere in optimos? Non imprudenter itaque Prudentius elationem animi describens ait.

Lib. 3. Tusc. quæst.

Intemperantia, & lasciuia per equũ indomitũ indicata.

Superbia.

Forsè per effusas inflata superbia turbas

Infreni volitabat equo.

Et vt D. Augustinus ait in enarratione Psal. 146. potentatus equi est superbia. Videtur enim equus (inquit) veluti ad sugestum hominis accommodatus, vt altior incedat. Et reuera est in eo ceruix indicans quandam superbiam. Non se extollant homines in suis dignitatibus, non se sublimes putent honoribus, caueant ne in equo indomito præcipitentur. Pierius Valerianus equum

B pro immoderato, & rationis experte impetu poni apud legislatorem Mosem ex eo manifestum esse ait, quòd non designari principem equorum educatorem dicit: quod ita capiendum (inquit) est ex Philonis sententia, vt ineptum eum ad principatum existimemus qui voluptatibus cupiditatibusque, & nequitiæ deditus stare loco nesciat, & fræna ferox spumantia mandat. Lex ipsa est Deuter. cap. 17. *Quique rex fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus*, præsertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam per eandem viam reuertamini, nam qui talia mente concipit, effræno illi, & feroci equo similis est, de quo vulgatum adagium: *Secede equinis à pedibus procul*, ab equo inquam illo, qui semper Aegyptum, hoc est voluptatum, & illecebrarum planitiem appetit insultare; quocirca frænis cæterisque compescendus, nisi velimus in pernitiem rapi, & nosmetipsos vnà cum fortunis dare præcipites. Nam vt optimè ait Euripides: *ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας τέλος δυστυχία*, id est, *In frænis oris exlegisq́ dementiæ finis infortunium.* Sæpè autem in diuinis literis equus aberrantem, & vagum hominem indicat, qui sine ratione vlla feratur; vt, *Fallax equus ad salutem.* Et, *Nolite fieri sicut equus, & mulus*

Immoderatus, & rõne carens impetus.

C *quibus non est intellectus.* Teius Anacreon in muliebrem fastum arrogantiamque inuectus, puellam quandam equino comparat pullo, in quem nondum quispiam inscenderit, atque nullo cohibitus fræno huc illuc euagetur. Iracundus item rectè equo assimilatur insano, vt ostendit Lucianus in Cynico his verbis: *Ac similiter & obscœnum agitur* (ò iracundi,) *vt cum quondam qui equum insanum ascenderat. Equus igitur virum corripiens abstulit: hic verò amplius iam desilire equo currente non poterat. Quidam verò cum occurrisset, eum rogauit, quonam tenderet: hic respondit, quocunque huic videbitur, equum demonstrans. Quod si vos quispiam roget, quò feramini si verum velitis dicere, dicetis in vniuersum quidem quocunque videatur affectibus.* Equitem ab insessore multum differre arbitrandum est, (inquit Philo Iudæus) non solùm hominem vectatum animali hinnibili ab alio similiter vectato homine, sed etiam rationem à ratione. Ergò qui sine equestri arte ascendit, dici debet insessor qui se commisit iumento lasciuo, à quo abripiatur quocunque ipsum detulerit impetus, & non præcauendo voraginosos terræ hiatus, aut fossam aliquam profundiorem, violento cursu vna cum equo præcipitetur, submergaturque. E diuerso eques ante omnia frænum in os indit, deinde in tergum insilit, & quamuis ferri videatur, reuera tamen circumagit eum à quo gestatur tanquam gubernator. Nam & ille videtur ferri à naue quam gubernat: sed si verè pronun-

Homo aberrans, & vagus per equũ indicatus.

Puella equino pullo assimilata.

Iracundus.

Lib. de agricult.

Eques vt ab insessore differat.

D cies, ipsi deducet eam ad portus optatos. Cæterùm quando sonipes bene iter carpit, habenis obtemperans, palpum, & laudem refert ab equite: Quando autem fertur iusto concitatiùs, cohibetur quo minus properet. Quòd si pergat contumaciùs, reducto fræno cogitur ceruicem reflectere, & gradum sistere. Scuticis quoque, ac calcaribus continetur in officio, ne subsultet lasciuiens, & alijs modis quibus domitores vtuntur, contra ferociam. Nec mirum videri debet. Ascendente enim equite simul ars equestris ascendit, vt iam duo periti insideant, atque ita vnum subiectum imperitum animal moderentur facilè. Iam omisso hinnitore vectoreque, tuam sillibet animam considera. Inuenies enim inter partes eius, & equos, & aurigam ascensorem, sicut & extra te. Equi sunt furor, & concupiscentia, ille mas, hæc fæmina: ideoque ille vt mas gestit elata ceruice libertatem appetens: hæc verò seruilior, & callidior domum depascit, & deuorat, vt fæmina. Insessor autem, & auriga vnus est, nempe intellectus: sed auriga tunc quando ascendit cum prudentia, insessor est. Imprudens igitur præ imperitia non potest habenas retinere, sed patitur elabi è manibus. At iumenta habenis libera temerè discurrunt

Furor, & cõcupiscentia equi.

Imperitus ſeſſor. nullo ordine. Seſſor verò præ imbecillitate ſuſtinere ſe non valens decidit, & laceris genibus, manibus, facieque malè mulctatus miſer deflet ſuum infortunium. Nonnunquam autem pedibus in curru hærens raptatur ſupinus, & tractum in orbita caput, ceruicem humeroſque ambos conſauciatur: deinde huc illucque diſtractus & illiſus omnibus paſſim obiacentibus, miſerrimo genere mortis extinguitur. Et huic quidem talis exitus obuenit. Currus autem iam leuior: & violenter quaſſatus, vbi in ſolum inæquale inciderit, facilè frangitur, vt inſtaurari non poſſit & compingi denuo, iumenta autem omni retinaculo liberata concitantur & efferantur, nec prius deſinunt currere, quàm collabantur, aut in aliquam rupem delata, ipſa quoque intereant: atque ita currus animæ vnà cum vectore totus perit per aurigæ inſcitiam. Tales igitur equos vectoreſque arte carentes tolli præſtat, vt virtus maneat incolumis. Cadente enim imprudentia, ſtare prudentiam neceſſum eſt. Ideo Moſes inter præcepta tradit: *Si egreſſus fueris in bellum contra inimicos tuos, & videris equum inſeſſoremque & maiorem multitudinem hoſtium, noli timere quia dominus Deus tecum eſt.* Furorem enim & concupiſcentiam, & in vniuerſum affectiones omnes atque etiam cogitationes quæ his ſingulis tanquam equis inſident, etiamſi videantur fretæ inexpugnabili robore, contemni oportere ab his, qui proteguntur magni regis potentia, ſemper & vbique pro ipſis decertante: exercitus autem Dei virtutes ſunt, propugnatrices piarum animarum: quas vbi viderint F deuictum aduerſarium, conuenit pulcherrimum decentiſſimumque hymnum canere datori victoriæ Deo: Hymnus epodon mirabilem habens, quem decantari bonum eſt, ſic ſe habet. *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt: equum & inſcenſorem proiecit in mare.* Meliorem enim perfectioremque victoriam inuenire non licet, quam qua vincitur petulantium quadrupedum centauroſorumque agmen validum, hoc eſt vitiorum & affectuum. Sunt enim vitia genere quatuor & affectus totidem, cum quibus & inſcenſor eorum intellectus, virtutis oſor & amans affectuum, collapſus interit, qui prius voluptatibus, iniurijs, vafr amentis, rapinis, fraudibus, ſimilibuſque iumentis delectabatur. Pulcherrimè igitur legiſlator inter præcepta docet, *ne princeps eligatur equorum altor*, parum idoneum ratus ad principatum quiſquis in voluptates & concupiſcentias & amores impotentes inſaniens, tanquam infrænis ac contumax equus œſtro ſuo agitur. Dicit enim ſic: *Non poteris conſtituere ſupra te hominem exterum, quia frater tuus non eſt, propterea non multiplicabit ſibi ipſi equitatum, nec auertet in Aegyptum populum.* Itaque nemo altor equorum natus eſt, ſi ſacro Moſi credimus. Atqui dicat aliquis magnam eſſe potentiam regis in equitatu, non minorem quàm in pedeſtribus copijs & naualibus: nonnunquam verò vtiliorem etiam, præſertim vbi ſine dilatione, celeritate expedita opus eſt, temporibus moram non ferentibus, ſed ipſum momentum occaſionis vrgentibus: vt cunctatio non damnum ſolùm, ſed & cladem illatura videatur, occaſione tanquam nube præteruolante. Huic reſpondebimus, nullum, bone vir, præſidium legiſlator noſter à principe ſubmouet, neque copias eius parte aliqua mutilat, imo quantum fieri poteſt, augere conatur, vt robore multitudineque freti ſocij facilè profligent aduerſam aciem. Quis enim alius ſic vel inſidias collocare, vel aciem ſtruere, vel legiones diſtribuere, eaſque tribunis centurionibuſque aſſignare, vt res poſtulat, nunc pluribus, nunc paucioribus nouit: adhæc præcepta rei militaris tradere præmonſtrareque, vt hic noſter confirmata longa vſu peritia? Sed nunc non facit verba de iſto equitatu, qualem principes ſolent colligere ad infeſtandos hoſtes tuendoſque ſocios neceſſarium, ſed de eo qui animæ ineſt, bruto, immoderato inobedienteque impetu quem refrænare vtilius fuerit, ne quando populum ſuum vniuerſum in Aegyptum corporis regionem auertat & voluptatum affectuumque magis quàm virtutum deique amatorem reddat; quandoquidem neceſſum eſt, vt qui equitatu pollet, eumque auget, viam quæ in Aegyptum fert, vt vates inquit, ingrediatur. Cùm enim animam tanquam nauem ab vtroque latere, intellectu ſenſuque violentæ procellæ affectuum iniquitatumque reluctantem inundant elatæ: altiùs tunc credibile eſt fore, vt intellectus obrutus ſubſidat mergaturque, profundum autem, in quod mergitur, H corpus eſt quod cum Aegypto confertur. Caue igitur ne vnquam eiuſmodi equis alendis ſtudeas: nam & qui diuerſum genus tractant, ipſi quoque vituperandi ſunt: & quid ni? apud quos bruta iumenta honorantur, quorum ex ædibus equorum greges ſemper ſaturi procedunt, hominum verò eos deducentium nemini vel ſportula ſuccurrit inopiæ ſolamen vel leue aliquod munuſculum, & tamen hi minus peccant. Curſores enim equos alendo, aiunt ſe ſacra certamina & quæ paſſim aguntur celebritates ornare & voluptati ornamentoque eſſe ſpectatoribus atque etiam multis præbere exercendi ſe materiam. Nam qui cupiditatem vincendi animalibus indunt, propter honoris amorem & æmulationem virtutis, indeſinenti adhortatione alacritateque vſi labores libenter ſufferunt, nec prius deſiſtunt ab officio, quàm ad finem optatum perueniant. Verum iſti prætextus quærunt: alteri ne defenſionem quidem vllam habent, qua peccatum ſuum tueantur, qui vectari iubent in ſeſſorem intellectum imperitũ artis equeſtris, committentes eum vitio & affectui quadrupedi. Quod ſi aurigandi artem ediſcas melius, mediteriſque, vt iam tibi videaris ad regendos

A dos equos idoneus, tum demum aſcende & habenas arripe. Sic enim nec illis ſalientibus excuſſus cum laceratione corporis mouebis riſum ſpectatoribus alieno malo gaudentibus, nec incurſu obuiorum inſequentiumuè inimicorum capieris: hos celeritate longè à tergo relinquens, illos verò ſecurè vitans per ſcientiam. Meritò igitur Moſes victoriale carmen canens ob inſeſſorum interitum, ſalutem nihilominus precatur equitibus. Nam hi poſſunt iniecto brutis potentijs freno, cohibere nimium curſus eorum impetum. Hucuſque Philo. Plato in Phædro naturam noſtram currui ſimilem eſſe oſtendit, ab auriga moderato: aurigam proponens ceu mentem in nobis bene conſtitutam, equos binos, refractarium vnum; alterum ſequacem & morigerum: per refractarium appetitum quo præcipites rapimur & malum nobis accerſimus, intelligens, per morigerum, rationem dicto audientem & ſalutaria recto iudicio inquirentem: eſſeque perpetuò ſubinde bellum, quo modò ratio, modò appetitus victor euadit. Idem Plato pullo equino adoleſcentiam comparans: Qui periculum (inquit) facere volunt, an pulli ſint pauidi ad ſtrepitus, & tumultus adducunt: ita & iuniores per formidines quaſdā & rerum terribilium obiecta traducēdi, & voluptates quædā offerendæ, quibus meliùs quàm aurū in igne explorentur, vt periculum fiat, an aliquis eorū extet qui ad ſolidam quandam modeſtiam compoſitus, errorum incātationibus minimè irretiatur.

Natura noſtra currui ſimilis.

Lib. 3. de re pub.

Adoleſcentia pullo ſimilis.

B Eleganter etiam Plutarchus in libro de audiendis poëtis ab equis aduerſus incontinentes, atque iracundos ſimilitudinē ſumens inquit: *Sicut enim equos non in curſu, ſed ante curſum frænant: ſic eos qui difficulter continentur in dignitate rerum obiectarum & iracundos, ratione occupare, & temperare, atque ita demum ad certamina adducere conuenit.* Equi nomine, vt ſcribit D. Gregorius, etiam dignitas temporalis accipitur, Salomone atteſtante qui ait: *Vidi ſeruos in equis & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram.* Omnis quippe qui peccat, ſeruus eſt peccati, & ſerui in equis ſunt, cùm peccatores præſentis vitæ dignitatibus efferuntur: Principes verò quaſi ſerui ambulant, cùm multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, ſed ſumma hic aduerſitas velut indignos, deorſum premit. Hinc rurſum dicitur: *Dormitauerunt, qui aſcenderunt equos*, id eſt, in morte animæ, mentis oculos à veritatis luce clauſerunt, qui in præſentis vitæ honore confiſi ſunt. Eodem aſſerēte equus hoc ipſum præſens ſæculum deſignat, ſicut Iacob voce dicitur: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Quo in teſtimonio quid equus ſignificet, melius (inquit) oſtendimus, ſi & ea quæ circumſtant, paulò ſubtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan venire Antichriſtum ferunt, pro eo quod hoc loco Dan & coluber aſſeritur & mordens. Vndę & non immeritò dum Iſraëliticus populus terras in partitionem caſtrorum

Lib. 31. Moral. cap. 18.

Dignitas temporalis.

Præſens ſæculum.

C ſuſciperet, primus Dan ad aquilonem caſtrametatus eſt, illum ſcilicet ſignans, qui in corde ſuo dixerat: *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium; ſimilis ero altiſſimo.* De quo & per Prophetam dicitur: *A Dan auditus eſt & fremitus equorum eius.* Qui non ſolùm coluber, ſed etiam ceraſtes vocatur. Ceraſtes enim Græcè cornua dicuntur, ſerpensq; hic cornutus eſſe perhibetur, per quem dignè Antechriſti aduentus aſſeritur, quia contra vitam fidelium, cum morſu peſtiferæ prædicationis, armatur etiam cornibus poteſtatis. Quis autem neſciat ſemitam anguſtiorem eſſe quàm viam? Fit ergò Dan coluber in via, quia in præſentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quaſi placendo blanditur, ſed in via mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris ſui veneno conſumit. Fit ceraſtes in ſemita, quia quos fideles reperit & ſeſe ad præcepti cæleſtis anguſta itinera conſtringentes, non ſolum nequitia callidæ perſuaſionis impetit, ſed etiam terrore poteſtatis premit, & in perſecutionis languore poſt beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua poteſtatis. Quo in loco equus hunc mundum inſinuat, qui per elationem ſuam in curſum labentium temporum ſpumat. Et quia Antichriſtus extrema mundi apprehendere nititur. Ceraſtes iſte equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mor-

Ceraſtes.

Antechriſti aduentus.

D dere, eſt extrema ſæculi feriendo contingere, vt cadat aſcenſor eius retrò. Aſcenſor equi eſt, quiſquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retrò cadere dicitur, non in faciem, ſicut Saulus cecidiſſe memoratur. In faciem enim cadere, eſt in hac vita ſuas vnumquemque culpas agnoſcere, & pœnitendo deflere. Retrò verò quo non videtur, cadere, eſt ex hac vita repentè decedere, & ad quæ ſupplicia ducatur, ignorare. Improbi quoque equi ſunt, nam vt Iacobus de Vitriaco Cardinalis ait, habet etiam equos ſuos miles iſte infernalis, homines ſcilicet reprobos, quos ipſe fræno erroris poſito (inquit) in maxillis eorum ducit ad libitum ſuum. Propterea Propheta ait: *Equum & aſcenſorem proiecit in mare*, id eſt amaritudine pœnæ æternæ. Et Hieremias: *Velociores aquilis equi illius.* Reprobi enim homines plerumq; velocius currunt ad malum quàm aquilæ, id eſt boni, & ſpirituales volent ad bonum. Et iterum ait: *Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum ſicut equus, impetu vadens ad prælium.* Et in Apocalypſi dicitur: *Poteſtas equorum in ore eorum, & in caudis eorum: In ore, mala perſuadendo: in cauda, occultè decipiendo.*

Equi vngulas mordere quid.

In faciē cadere quid.

Improbi, equi qui dicti.

Exod. 15.

HIEROGLYPHICA. SYMBOLICA.

Veſparum typus.



EQVI cadauer (inquit Orus Apollo) pingebant priſci, cùm vellent ſignificare veſpas: Ex huiuſmodi enim cadauere plurimùm naſcuntur veſpæ. Pierius diligentes ait rerum naturalium obſeruatores ex bouillo occipitis cerebro apes gignitradere, ex aſini cerebro crabrones; ex equo veſpas, ex humano cadauere ſerpentes: citatq; peruulgatam apud omnes verſum:

Ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.

Sed non probo quod vertit:

Nam culices ab equi, ſed apes ab origine tauri.

Quid enim culicibus cum veſpis. Quod verò ad hieroglyphicum ſenſum attinet, rectè hic non ſimpliciter veſpas à priſcis intelligi exiſtimat, ſed quod per veſpam identidem ſoliti eſſent ſignificare: per cuius (inquit) hieroglyphicum pugnacitatem & infeſtum aduerſus hoſtes ingenium oſtendebant. Hoc autem vnum hieroglyphicum Orus memorat. Pierius verò celeritatis in primis typum poni poſſe haud inelegātibus oſtendit rationibus, quas nos ferè antè partim recenſuimus, partim etiam recenſebimus, ideoq; in numiſmatis nunc equum currentem, nunc ipſum Pegaſum alis adiectis cuſum, vt ſumma rem alacritate geſtam oſtenderet. Non ſum verò neſcius (inquit) authores eſſe, qui Pegaſum, qualem quippe paſsim in Hadriani, & L. Papyrij Curſoris, & aliorum quorundam nummis aſpicimus, famæ potius quàm celeritatis indicium eſſe contendant. Naſcitur is ex Meduſæ cæde: ſiquidem virtus cùm terrorem amputauerit, famam generat. Terroris & admirationis hieroglyphicum eſſe Meduſæ caput, oſtendemus in ſerpente, cùm de Domitiani geſtamine loqueremur. Fama autem vbi primùm genita per hominum ora primùm incipit volitare, Muſarum excitat fontem in Parnaſſo, quippe quod illuſtrium virorum præclara facinora vatibus ſcribendi ſuggerunt argumentum. Quod verò in Papyrio de re ipſa etiam cognomento Curſoris honeſtato, ex Pegaſo alacritatem & feſtinantiam hominis ſignificari dixeramus, capreæ inſuper fugacis ſpolium & fulmen & ſagitta, quæ in eodem ſpectantur nummo, ad noſtram faciunt intellectum. Quod verò & centauri pubetenus humana forma, reliquum equina fingantur, multi eodem teſtante vitæ noſtræ terminum pernici curſu occupari, ſignificare putant, propterea quòd mira lapſi lubricitate incauti ſemper arripimur. Vulgatiſſimum verò illud ait eſſe argumentum, hominem feroci inuictoque animo, imperio tamen, & rationi obſequentem, hieroglyphicè per frænatum equum ſignificari. Hinc Panætium dicere apud Ciceronem, Africanum ſolitum dicere, equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſole, vt his facilioribus vti poſſint, ſic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere. Animal nimirum ferox atque magnanimum, quod leges tamen ſubijt, nec frenum depulit ore, vt ait Horatius, de equo qui hominis opem implorauit, ſeq; frenari ſit paſſus: & Maro:

Pugnacitas.
Celeritas.
Pegaſus qd indicet.
Fama, & eius ortus.
Centaurus quid ſignificet.
Equus frænatus quid indicet.

F

G

Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre.

In huiuſmodi ſententiam eſſe Scipionis dictum non incelebre. Cùm Romani contra Antiochum iam in Aſiam traiecilſent, isq; legatos demum de pace miſiſſet ad Scipionem, reſpondit is. *Id prius factum oportuit, non poſtquam & frænum, & ſeſſorem accepiſſet.* Frenum autem, & camum cuiusq; rei coercitionem cùm ſacris, tùm humanis literis indicat. Non ingratum etiam fore hieroglyphicum putat, quo deſperatio, aut rei quam quiſpiam aggreſſus fuerit; inauſpicatus ingreſſus ſignificetur, vbi quis equum ceſpitantem aut prioribus prolapſum pedibus adpingeret, cùm ipſa præſertim res & prouerbio & augurijs confirmetur. Augurium intelligit Flamminij Conſulis Roman. quod ſuo loco recitaui. Sed quod ad prouerbium attinet, quod fertur, Rideo, inquit Galba, canterle, Siſinnius Capito ita interpretatur, qui principio rei alicuius inchoatæ deficiunt animo. Nam cum Sulpitius Galba in prouinciam exiens, ad portam ipſam canterium ſuum animaduertiſſet cecidiſſe, *Rideo*, inquit, *canterie te iam lapſum eſſe, cùm tam longum iter iturus, vix id ſis ingreſſus.* Nec indecenter item inter picturas huiuſmodi referri poſſe ait idem Pierius, equum in foſſam prolapſum, aut in voraginem aliquam demerſum, vbi luti tenacitate pertinaciſſimè detineatur, neque ſeſe valeat expedire, ſi negocij alicuius difficultatem, aut incommodum exprimere voluerimus: quippe quod plurimum ita eſt canteriorum natura, quos oneribus comportandis addicimus, vt ſi aliquam in voraginem deciderint, tam ob onus quo grauantur, quàm ob liuidæ paludis cœnum, in quo recumbant ſupra modum implicentur, vnde ægrè attolli queant. Tandem ab Aegyptijs Sacerdotibus, animal hoc alioqui tam generoſum, tam vtile, tam domeſticum, repudiatum fuiſſe

Equus ceſpitans.
Equus in foſſam prolapſus.

H

aſſerit,

E asserit, ac per hieroglyphicum eius profanum intelligi decreuisse: cuius rei causam fuisse suspicatur, quæ maiores etiam nostros in Italia ab eo abstinere tam religiosè iusserit, vt à sacrorum flamine minimè tangeretur, propterea quod damnatum inter venena fel habere proditum est. Alios rem simplicius interpretantes, dicere inde factum, ne si longiùs digrederentur, fraus interdum ex negligentia fieret sacris. Ea enim de causa sacerdotum etiam nostrorum familijs data ocia, ne profanis occupationibus aut curis distraherentur; sed in precibus tantum Deo allegandis occupati essent, & laudes illi septies in die dicerent. Potest modò etiam equus primùm præclarè, mox ineptè pictus, inepti vulgi iudicij hieroglyphicum indicium esse. Aiunt enim referente Dione Chrysostomo, pictorem quendam iocosum, cùm picturam quandam equi in publico propè fuisset admirabilem atque accuratè factam, puero præcepisse, obseruaret spectantes si quid reprehenderent, aut laudarent, idque retentum memoria sibi renunciaret: Spectantium autem alium aliud dixisse de pictura, atque reprehendisse hunc quidem, vt opinatur, caput, illum autem coxas, alium verò crura, vt si talia facta essent, multo pulchriùs haberent. Pictorem autem his de puero auditis, aliam fecisse picturam iuxta vulgi opinionem atque consilium, iussisseque collocari eam iuxta priorem. Fuisse autem magnam inter illas differentiam. Illam enim accuratissimè factam in omnibus: hanc
F autem turpissimè, ridiculosissiméque atque omnibus potius quam equo fuisse similem. Manifestum igitur (inquit) quod si valdè quis opus habeat vulgi laude, credibiliorem existimans illius laudem aut vituperium quàm suam sententiam, ita singula facturus sit atque conaturus se talem exhibere, qualem volet vulgus: certumque est, quod similis futurus sit, pro illo priore equo doctè atque ex unius arte facto, admirabili alteri atque multorum opificum artificio neque ipsis illis placenti artificibus, tametsi ex omnium consilio atque arte composito. Quemadmodum fabula ait Pandoram non ab vno deorum formatam, sed communiter ab omnibus, alio aliud donante, & apponente: opusque neque sapiens, neque bonum factum, sed omnigenum variumque accipientibus euenisse malum. Hæc Dio Chrysostomus. Si egregio cordatoque ac prudenti militiæ duci, qui suo Marte totum belli pondus sustinuisset, & confecisset, propria virtute concitatus (quod plerique nostræ tempestatis etiam præstitere) symbolum appositum esset excogitandum, tres aut quatuor (inquit Claudius Paradinus) quorum vnus eorum solus præ cæteris omnibus à sessoribus suis concitatus primus ad premij locum destinatum peruenerit, currentes equos depingi cuperem, cum his verbis: SOLVS PROMERITVS: imitatus in hoc veterum Romanorum con-
G suetudinem, qui olim sese in circis ad cursum exercebant, &c.

Profani typus. *Ineptum iudicium.* *Orat. 78.* *Dux militiæ cordatus, & prudens.*

MITHOLOGICA. QVIBVS DIIS SACRI.
Quibus immolati equi.



EQuus non paucis quidem dijs, cæterùm Neptuno potissimum sacer putatus fuit. Hic enim hippius (Ἵππιος, vel, vt alij scribunt, Ἱππαῖος,) id est equestris cognominatus est; cuius cognominis ratio diuersimodè traditur. Pausanias cùm, cur ita appellatus sit, alias causas ab alijs fuisse existimatas dicit (eas autem non recenset) ipse se putare ait ita cognominatum, quòd τῆς ἱππικῆς, id est equitationis inuentor fuerit: Nam & Homerus in equorum certamine Menelao ab dei huius appellatione adhibuit iuramentum, quod equis conueniret,

Neptunus hippius cur dictus. *In Achaicis.*

Ἵππων ἁψάμενος, γαιήοχον ἐννοσίγαιον
H *Ὄμνυθι, μηδ᾽ ἐν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.* id est
Equos tangens, terram ambientem Neptunum
Iurato: an non volens meum dolo currum impedineris.

Pamphos (Πάμφως) verò qui Atheniensibus antiquissimos ludos fecit, esse dixit Neptunum, *ἵππων δωτῆρα*, id est equorum datorem, non aliunde nisi ad equestris appellationem deflectens. Diodorus Siculus de Cretensibus agens: Addunt (inquit) etiam Neptunum equos primum domuisse, artemque equitandi ab illo traditam, ex quo hippius sit appellatus. Val. Probus in commento super ea Virgilij in Georgicis verba: *Tuque ô, cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridente Neptune*. Campi (inquit) in Thessalia sunt petræi, in quibus locus Petra nomine, percussus tridente Neptuni, equum qui Scyphius vocatus est, edidit: Romani autem Neptunũ equestrem vocant, Græci ἵππιον Ποσειδῶνα, quòd existimetur princeps originis equorum. Festus quoq; ita. *Hippius id est, equester dictus est, vel quod Pegasus ex eo, & Pegaside natus sit: vel quod equuleus, vt putãt, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuorarit: vel quod tridenti ictu terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.* At verò

Scyphius equus.

Isidorus

Isidorus de Circensibus ludis agens; itaq; (inquit) Castori & Polluci deputantur hæ species, quibus equos à Mercurio distributos historiæ docent: sed & Neptunus equestribus ludis præest, quem Græci hippion appellāt: sed & Marti, & Ioui in ludis equestres sunt consacrati, & ipsi quadrigis præsunt. Porrò & Phurnutus inter cætera, & hoc ait, quòd eo hippius dictus est Neptunus à velocitate nauigationis marinæ, quodq; naues in mari quasi equi videntur esse. Hippij Neptuni meminit & Artemidorus in primo Onirocriticῶν. Hæc omnia de Hippio Neptuno collegit Gyraldus: qui

Neptuni Petræi fabula. item Petræi Neptuni fabulam a quibusdam hunc in modum tradi ait: quòd scilicet Neptunus aliquando dormiens in petra quadam, per somnum Venere pollutus sit: quod effusum semen terra suscipiens, equum primum exhibuit vocatum Scyphionι. Ab alijs verò dici, dispositum fuisse certamen Petræo Neptuno, in eo loco, vbi primus equus egressus est, propter quod & Hippius Neptunus sit dictus. Lactantius Grammaticus etiam terram in Thessalia tridente percussam scribit à Neptuno, ex quo (mirum dictu) prosiluerint equi duo, Scyphios, & Arion, inde nata Thessalicorum equorum præstantia.

Arion equus. Alij Arionem equum ex Neptuni in equum conuersi cum Cerere in equam conuersa concubitu natum fingunt, & hāc ob causam Thelpusios dixisse, Neptunum apud se primum inter Arcadas hippium esse dictum. Seruius Grammaticus, in contentione cum Minerua de Athenarum nomine, ab Neptuno litore percusso, equum scribit productum animal bellis aptum: Mineruam iacta hasta oleam creauisse, quæ res (inquit) est melior comprobata, & pacis insigne: cæterum Seruius à nostris (inquit Cælius) coarguitur. Lib. 21. cap. 24. Neptuni Petræi fabulam tetigit Lucanus: Lib. 6.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen Exiliit.

Minerua hippia. Fuit & Minerua hippia siue equestris dicta, vt Phurnutus ait; item Pausanias in Atticis, nec quidē semel; item Arpocration, & Suidas in ἱππεία Ἀθηνᾶ, sic verò nuncupata, quod currum instruxerit prima: hanc Isæus rethor, & Mnaseas, vt Gyraldus, & Cælius annotarunt, Neptuni filiam fuisse tradiderunt ac Polyphes Oceanitidis. Δαμιππον etiam vocatam scribit Phurnutus, quasi dicas equi domitricem. Etimologus & Varinus, Mineruam dicunt hippiam esse vocatam, quod e capite Iouis cum equis prosilierit, vt scriptus in eam hymnus indicat. Vel quod Coryphe (Polyphe fortè, vt Suidas, & alij habent) Oceani filia ex Neptuno eum vnà cum curru pepererit. Vel quod Adrastus Thebis fugiens, cùm equos in Colono sisteret, Neptunum & Mineruam ἱππίους appellarit. Huius Mineruæ hippiæ, & Neptuni hippij aras fuisse in Hippio dicto Colono Atticæ

Colonus hippius. colle scribit Pausanias. Colonum autem Hippium fuisse prope Academiam. Author argumenti in Sophoclis Oedipum in Colono ait Furiarum fuisse ibi templum, loco autem id esse nominis, quoniam etiam in eo esset Neptuni hippij, & Promethei, & Oreoconios, id est qui mulorum curam habent, in eo etiam habitasse. Iam verò Pindarus in Pythijs Cyrenea ἱππόσοον cognominat propterea quod Libyes à Neptuno edocti esse dicantur currus iungere. Mineruam autem hippiam in Libya genitam aiunt. Græci, vt inuenio, Palladi nomen ab equo domito inditum tradunt, & apud Pindarum legas frenum Corynthi ab ea inuentum, & Pelopi datum dono, & in Ilij captura instar montis equum Græci Palladi dedicarunt. Hæc verò significare aiunt ferocitatem omnem doctrina molliri atque cicurari: quod luculenter Horatius sic expressit: *Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit; Si modò culturæ patientem accommodet aurem.* Coluerunt etiam Neptunum equestrem Romani, & in eius dei tutelam dicebant esse mensem Februarium quando sol gelidum, & vdum occupat aquarium, quem prodigum vrnæ dicit poeta. Dionysius

Lib. 1. ant. Rom. ait Neptuno equestri templum ab Euandro in Latio erectum, diemq; festum statutum, quem Arcades hippocratia, Romani Consualia vocant. Hunc enim Neptunum Consum ijdem dicunt.

Consualia. Consualia autem erant ludi equestres, qui mox Circenses, & magni, & Romani dicti sunt. Plutarchus cùm alibi, tum maxime in Romulo, Romulum tradit cuiusdam dei aram conditam sub ter-

Consus deus. ra in Circo inuenisse, eique deo indidisse nomen Conso, siue à consilio, quod consiliarius foret, siue Neptuni equestris: aramq; ipsam reliquum tempus latere: in equestribus verò certaminibus aperiri. Hoc autem die, vt idem Plutarchus, & Dionysius, alijq; tradunt, apud eosdem Romanos ex consuetudine cessabant ab operibus, equi, muli, atq; asini, propterea quod instituta nauigatione

Lib. 5. c. 26. inquit Alexander ab Alexandro, cùm omnium rerum merces nauibus aduehantur, ocium quoddam modò iumentis, & remissio data sit, vel quod equos primum Neptunus domuerat, & equitandi artem inuenerat, quare hippius dicebatur, Plutarchus causam reddere videtur maris tranquillitatem, in quæstionibus Romanis quærens, *cur in Consualibus festis equos & asinos coronant, & ociari sinunt? An quia Neptuno (inquit) equestri festum hoc peragunt, & asinus cum equo libertate communi fruitur? Aut quies ista iumentis concessa est, quod mare tranquillum, & nauigationi commodum se præbuisset.* Goropius quod Neptuno tribuunt equum, hieroglyphicum signum esse ait omnis humanæ vecturæ. Cùm enim in omni vehendi portandiq; diuersitate longissimè naualis

commoditas

A commoditas antecellat, atq; ea sit (inquit) hominum industria iuuenta, placuit animal eius notationem habere, quod ad hominem portandum sit procreatum. Philostratus autem binas depingens insulas, quibus forum erat commune, in quo ex vna ea deferebantur quæ in agris eius colligebantur, ex altera quæ in mari depradebantur, ait statuam ibi fuisse erectam Neptuno vna cum aratro & curru, sed ne terræ culturam tantùm expressisse viderentur, aratrum nauis proram addiderant. Quamobrem Catullus Græcorum exemplo nauim currum vocauit in libello de Pelei & Thetidos nuptijs inquiens:

Diua quibus retinens in summis vrbibus arces,
Ipsa leui fecit volitantem flamine currum.

Siquidem apud Aeschylum Prometheus in illa longa enumeratione artium, quas à se in vsum mortalium excogitatas, & inuentas gloriatur, ait inuentum suum esse currus illos nautarum qui lineis alis vagantur per mare: Θαλασσόπλαγκτα δ' ὅτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα. Sed & Euripidem eadem figura vsum memini, apud quem nuncius qui Medeam admonet, vt se mandet fugæ, præcipit ei, vt neq; id vehiculum spernat, quod nauigandi, neq; id quod
B terrestris itineris conficiendi causa comparatum est

Ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη
Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναΐαν
Λιποῦσ' ἀπήνην, μήτ' ὄχον πέδοστιβῆ. id est

O quæ patrasti facinus atrox, impium
Medea, fuge, fuge, siue nautico
Subuecta curru, siue terrestri; fuge.

Sed hoc quoque, vt totum propè veteris eloquentiæ choragium ab Homero est, qui primus aurigam nauis pro gubernatore dixerat. *Auriga nauis.*

φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο, id est
Nauis ceruleæ sic est auriga locutus.

& naues equos maris nominauerat *Naues equi maris dictæ.*

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵθ' ἁλὸς ἵπποι
Ἀνδράσι γίνονται, id est
Scandere veloces naues quæ per mare nobis
C *Sunt velut instar equi.*

Sunt & aliæ apud Latinos authoritates. Plauti in primis. *Nempe equo ligneo per vndas cæruleas estis vectæ.* *In Rudente.* Varro Marcipone: *Quam nautici equisones per viam conducerent.* Sic M. S. apud Nonium, vulgati quà ducerent loco. Horatius *Eurum per Siculas vndas equitare* dixit: Et Seneca *frænare ratem*, pro sapienter nauigare. *In Medea.* Frænare enim ad equos propriè pertinet: Plutarchus eleganter libello de audiendis poetis, vt equus (inquit) fræno, & nauis clauo, mores oratione flectuntur. Duplex itaq; Neptuni erat munus; & nauigantium curam habere videlicet, & equorũ, *Neptuni munus duplex.* vt in hymnis Homerus scriptum reliquit his versibus:

Διχθάδιοι ἐννοσίγαιε θεοὶ τιμὴν ἐδάσαντο,
Ἵππων τε δμητῆρ' ἔμεναι, σωτῆρά τε νηῶν, id est
Bina tibi superi Neptuno munera donant,
Flectere equos, regere & naues quæ marmora sulcant.

Pamphos quoq; antiquissimus Gymnographus Neptunum equorum rostratarumque, & turritarum nauium largitorem appellauit. Ac Sophocles videtur apud Athenienses, vbi erecta postea fuit academia, Neptunum primum iunxisse equos putasse, vt patet in his ex Oedipo-
D de in Colono:

Δῶρον μεγάλου δαίμονος εἰπεῖν Αὔχημα μέγιστον, Εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον. Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς Τόδ' εἷσας αὔχημ' ἄναξ Ποσειδᾶν Ἵπποισι τὸν ἀκεστῆρα χαλινόν, id est. *Munus magni dæmonis dicere, Gloriam maximam, Equis, pullis, mari bene imperitantem. O fili Saturni, tu enim ipsum in hanc ducis gloriam, Rex Neptune Equis moderans frenos.* Apollonij verò enarrator Sesonchosem Aegypti Regem qui post Orum Isidis ac Osiridis filium regnauit, quem nonnulli Sesostin vocarunt, primum inuenisse equum ascendere scribit, quod affirmauit & Dicæarchus in libro secundo rerum Aegyptiacarum: quod tamen quidam Oro acceptum ferunt. *Equitationis inuentio.* Alij etiam, vt ex Virgilio, Lucanoq; ostendimus Lapithis hanc gloriam tribuunt, Thessaliæ populis, quos eam artē à Neptuno accepisse non obscurè innuit idem Virgilius, cùm optimos equos à Neptuno originem accepisse ait *Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.* De Neptuno autem artis equestris inuentore Papinius Statius canit.

——— Neptunus equo (si certa priorum *Lib. 6. Thebaid.*
Fama patet) primus teneris læsisse lupatis

Ora &

Ora & littoreo domitaſſe in litore fertur, E
Verberibus parcens.

Fuit autem etiam Thebis, vt annotauit Cælius, Neptuni hippodromij ſiue equorum domitoris templum, idq; Chryſippum ex carmine ſignificare Pindarico ex Iſthmijs. Gyraldus verò eum *Neptunus hippocronius.* Neptunum, qui videlicet Thebis celebratur, hippocronium cognominatum fuiſſe ait, idque eundem Pindarum in Iſthmijs, itemq; in Nemeis manifeſtarię legi & Hippocurium Neptunum alicubi nuncupatum. Hippocronium autem dictum volunt a Saturno, quem Gręci Cronon dicunt, quòd ſcilicet equum pro eo deuorarit. Rhea enim Neptunum enixa inter gregem agnorum iuxta Arnen fontem ab agnis appellatum occultauit, vt eſt in fabulis, Saturno autem equum ſe peperiſſe dixit, & pullum equinum ei deuorandum dedit. Sunt qui hippocronia interpretantur nugas, quaſi dicas nimium antiqua & obſoleta, qualia ſub Saturni regno fuerunt. Sed hæc ferè πάρεργα. Eum aliquando veniſſe in contentionem de artificio cum Minerua & Vulcano ſcripſit Lucianus in Hermotimo: quo tempore Minerua domum excogitauit, hominem fecit Vulcanus, Neptunus taurum, atque ea de cauſa crediderunt (inquit) poſteri eum primùm equos domuiſſe. Quod autem in orbis diuiſione maris imperium ei contigit, ipſe gloriatur apud poetam. Alij interpretantur eum vniuerſi liquoris, hoc eſt ſeminis animalium deum exiſtimari, equorum F eò magis quòd planities eis conueniens ſit, quæ aquis accidit. Neptunus itaque deus habebatur maris, velox & mobilis inſtar equorum, vnde eſt etiam quod celerrimos ei aſcribant equos. Virgilius --- *Flectit equos curruq; volans dat lora ſecundo*: Item. *Iungit equos curru genitor ſpumantiaq; addit Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas Cærul. o per ſumma leuis volat æquora curru.*

Lib. 4. Vnde & Apollonius: --- Εὖτ' ἂν δὴ Ἀμφιτρίτη
Ἅρμα Ποσειδάωνος εὔτροχον αὐτίκα λύσῃ, id eſt
Quam mobilis Amphitrite
Neptuni celerem currum apto tempore ſoluet.

Orpheus in hymnis currum hunc à quatuor equis trahi ſolitum ſcribit, vt eſt in eo verſu:
Κυμοθαλὴς, χαροπῶπα, τετράορον ἅρμα διώκων.
Quadriiugum impellens currum, ſummo æquore labens.

Lib. 3. *Loca quibus Neptunus præeſt.* nec non & Apollonius loca recenſens quibus præeſſet Neptunus.
Οἷος δ' Ἴσθμιον εἶσι Ποσειδάων ἐς ἀγῶνα
Ἅρμασιν ἐμβεβαὼς, ἢ Ταίναρον, ἢ ὅγε Λέρνης
Ὕδωρ, ἠδὲ κατ' ἄλσος Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο, G
Καίτε Καλαύριαν μετὰ δὴθ' ἅμα νίσσεται ἵπποις
Πέτρην θ' αἱμονίην, ἢ δενδρήεντα Γεραιστὸν, id eſt
Ad ludos properat qualis Neptunus in Iſthmum,
Quadrigis inuectus adit cum flumina lernæ,
Tanariumq; ſolum, vel Hyantia rura, Geræſtum
Syluoſum, Aemoniamuè petram, fumantia colla
Cùm premit alipedum, Calabra idem vt rura reuiſit.

Neptunus Taraxippus. Quod autem Neptuno dedicati ſint equi, ex eo etiam conſtat, quod de Taraxippi ara ſcribit Pauſanias in Eliacis in Olympicorum ludorum deſcriptione, ſiquidem recitatis de eo aliorum ſententijs, ait veriſimilius eſſe Taraxippum equeſtris Neptuni cognomentum eſſe, propterea quòd prima equorum origo ei debetur. Sed verba eius adfero. Alterum curriculi latus aliquantò longius excurrit. In eo ad ipſum aggeris exitum ara eſt figura rotunda. Ad eam deus colitur, quem *Taraxippus deus quis.* Taraxippum (ab incutiendo equis pauore) nuncupant. Solent enim iniecto terrore, circa aram (hanc) equi tam vehementer conſternari, vt incerta vnde coorta trepidatione, ſæpe illiſis curribus affligantur aurigæ. Quò igitur æquo & propitio vtantur Taraxippo, ad eam aram aurigæ vota nuncupant. Variat de Taraxippo Græcorum ſententia. Sunt qui indigenæ hominis ſepulchrũ H illud eſſe dicant, præſtantis equos regendi ſcientia: Olenium nomen produnt, a quo ſit in Eleorum *Olenium ſaxum.* finibus Olenium ſaxum appellatum: Alij Dameonem fuiſſe, Phliuntis filium, qui in Augeum expeditionis Herculis ſocius, à Cteato Actoris filio vna cum equo, quo vehebatur, ſit interfectus: ab Eleis eo in loco & ipſi & equo, inanis habitum ſepulchri honorem. Non deſunt qui hoc inane monimentum heroicum illud ipſum eſſe autument, quòd Myrtilo Pelops poſuerit, cùm à ſe perempto parentaret, quò eius iram placaret: Taraxippum verò vocaſſe quod Myrtili dolo Oenomani equæ conſternatæ fuerint. Multi etiam Oenomaum illum eſſe dictitant, qui in curuli certamine equos & aurigas illo exagitet pauore. Audiui etiam qui Porthaonis filium Alcathoum eſſe dicerent, qui cùm inter procos Hippodamiæ ab Oenomao fuiſſet occiſus & eo ipſo in loco humatus, iniuriæ ſuæ quam in ipſo curriculo paſſus eſſet, atrox & infeſtus vindex obequitantibus exoriatur. At Aegyptius quidam Pelopem aiebat acceptum neſcio quid ab Amphione Thebano, in

A no, eo in loco defodisse, cuius arcana vi tunc conterriti fuerint Oenomai equi, & omnes deinde equi eodem afficiantur modo. Et censebat ille quidem Amphionem & Orpheum (etsi Thrax diceretur) Ægyptios fuisse: propterea verò alteri feras allicere, alteri verò saxa ad muros extruendos mouere attributum, quòd vterque magorum scientia excelleret. Mea verò sententia eorum est maximè probabilis oratio, qui Taraxipppum cognomen esse dicunt Neptuni equestris. Est etiam in Isthmo Taraxippus, qui Glaucus fuit Sisyphi filius ab equabus discerptus ludis funebribus, quos patri suo fecit Acastus. In Argiuorum Nemea nullus omnino est herois genius, qui equis pauorem immittat: saxum tantùm eminet super curriculi flexum, colore rutilo: cuius fulgore concitantur equi, haud aliter multò, quàm si immissis ignibus iniecta esset trepidatio. Sed qui ab Olympico existit Taraxippo, longè est acerrimus terror. Hactenus Pausanias. Iuno etiam duos à Neptuno accepisse equos dicitur, quos illa postea donauerit Castori & Polluci, quibus similiter ac Neptuno equorum domitura ascribitur, quandoquidem sidera sunt velocissima & nauigationi præesse etiam credita. Dij enim maris etiam habebantur. Pollux tamen pugillatu potius, B quàm equorum domitura nobilior, vt notum est ex hoc Horatij:

Saxum equis timorē incutiens.

Iunonis equi Pollux & Castor equorum domitores.

Li. 1. carm. Od. 12.

Dicam & Alciden, puerosque Ledæ
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem.

Lib. 1.

Necnon ex hoc Arnobij, deos gentilium præ Christo deridentis: *Tyndaridæ Castores, equos vnus domitare consuetus, alter pugillator bonus & crudo inexsuperabilis castu, ignes & fulgores marini, & ouorum progenies dij.* Vnde sunt qui Virgilium hoc versu:

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus:

Pollucem qui pugil erat, pro Castore equorum domitore dixisse existimant: sed ineptè. Haud enim dicendum sic pugillatus studiosum fuisse Pollucem, vt nunquam in equo sederet. Cyllarus equidem alternis Polluci & Castori seruijt. Papinius:

Cyllarus equus Castoris & Pollucis.

Lib. 1. Sylu.

Et pauet aspiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus: hic domini nunquam mutabit habenas
Perpetuis frenis, atque vni seruiet astro.

C Nam equum Domitiani vni seruiturum astro dicit, non duobus, vt Cyllarum. Et apud Propertium lib. 3. legimus: *Potaque Pollucis lympha salubris equo.* Sed reuertor ad Neptunum: de cuius equis nunc aliquid dicendum. Fingitur a Platone in Critia eos fuisse alatos, eorumque habenas manu tenentem cum curru inuehi. Ad quod sine controuersia Maronem allusisse dicunt, cum leuibus rotis summas ipsum vndas perlabi dixit & hic multò apertiùs:

Neptuni equi quales.

Sic cunctus pelegi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cæloque inuectus aperto
Flectit equos, curruque volans dat lora secundo.

In quinto item vbi Veneris precibus annuens, nauigaturo Aeneæ mare sedatum ac tutum reddere introducitur, pari ratione currum iungere & per vndas inuehi agitatas, inquam, ac tumentes dicitur, phantasia poëtica scilicet, vt Seruius consueuit vocare:

Iungit equos curru genitor, spumantiaque addit
Frena feris, manibusque omnes effundit habenas,
Cæruleo per summa leuis volat æquore curru.

D Silius lib. 3. fingit Neptuni currum trahi ab equis marinis:

Non aliter quotiens perlabitur æquora curru, Extremamque petit Phœbæa cubilia Tethyn
Frenatis Neptunus equis.

In Romanis inspectionibus eorum pars posterior desinit in piscem. Cernitur autem Neptunus aurigans, concha sedens, equis istiusmodi vectus ceruice ardua, iubata ac pedibus (anterioribus nempe) elatis. Numus quoque etiamnum extat Galieni cum equo in piscem desinente & his literis NEPTVNO CONS. AVG. Neptuni equos (inquit Turnebus) intelligo Hippocampos, qui priores pedes habeant, posterioribus careant, sed pontum legant & natent, quod testimonio optimi poëtæ Papinij, comprobauimus:

Hippocampi.

Li. 26. c. 23. Aduers.

Lib. 1. Achill.

——— Et triplici telo iubet ire iugales,
Illi spumiferos glomerant à pectore fluctus,
Pone natant, delentque pedum vestigia cauda.

Addo ego alium eiusdem Papinij locum non minus elegantem, in quo Tænaron describit, vbi Ditis creditur esse ianua:

Lib. 2. Thebaid.

Interiore sinu fragrantia litora curuat
Tænarus, expositos non audens scandere fluctus.

A *Aduertit flammas, alienumque æthera tardo*
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, atque ipsi radios vetet esse sorori.

Desultorios equos Lucifero & Hespero consecrarunt. De Lucifero, ex Papinio & Luctatio id alijs obseruatum, solitum manè & vesperi, equo vti mutato: addunt colores, matutinum, album, vespertinum, atrum: quod tamen de Luna Isidorus scribit, addita ratione, quòd nocte & die sit conspicua. Ouidius fuscum Hespero tribuit, at in promptu non est authoritas, Lucifero album: *Luciferi & Hesperi equi* *2. Trist. Eleg. 5.*

Hoc vtinam nitidi Solis prænuncius ortus
Afferat admisso Lucifer albus equo.

Claudianus rorantem cognominat hunc equum, *De Raptu Proserp.*

Dum matutinis præsudat Solibus aër,
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros
Roranti prouectus equo.

B Cassiodorus author est, equos desultorios, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, Luciferi præcursorias velocitates imitari. Fingitur item nox suo curru & fuscis equis per cælum vectari, & eadem mater siderum solet vocari, quòd ea velut parere videatur: non enim nisi nocturnis temporibus aspiciuntur & prodeunt: quare festiuissimè Tibullus: *Lib. 3. Var.* *Noctis equi* *Lib. 2.*

Ludite: iam nox iungit equos currumque sequuntur
Matris lasciuo sidera fulua choro.

Quo loco impressi codices habent ferè Martis, sed matris absque controuersia scriptura syncerior vt Muretus restituit. Nigros dici noctis equos indicat Propertius; *Lib. Var. Lect. 5. c. 2.*

Terra prius falso partu deludet arantes
Et citius nigros Sol agitabit equos.

Clarissimè Silius: *Lib. 15.*

Donec nox atro circundata corpus amictu,
Nigrantes inuexit equos, suasitque quietem.

Claudianus noctis equos humentes dixit, fortè à noctis natura. *Lib. 3. in Rufin.*

C *Humentes iam noctis equos, Lethæaque Somnus*
Frana regens.

Nigri item perhibentur equi Plutonis. Propertius: *Plutonis equi.*

Solis & atratis luxerit orbis equis.

Hic etiam eiusdem poetæ distichon iam de noctis equis recitatum referri potest. Cæruleos eos dixit Ouidius de raptu Proserpinæ loquens: *Fastor 4.*

Hanc videt & visam patruus velociter aufert,
Regnaque cæruleis in sua portat equis.

Necnon & Claudianus: lucem non ferre inquiens: *Lib. de Gigantomachia.*

Lethæo vehitur curru, lucemque timentes
Insolitam mirantur equi, trepidoque volatu
Spissas cæruleis tenebras è naribus efflant.

Idemque Ouidius, nisi me fallit memoria:

Panditur interea Ditis via, namque diurnum
Lumen in assueti non patiuntur equi.

D Vnde & apud Virgilium Anchises se cum filio non diutius quàm par est moraturum conqueritur cum dicit:

Et se sæuus equis Oriens afflauit anhelis.

Pluto autem ab Homero quinto Iliad. κλυτόπωλος cognominatur. Scholia exponunt equestrem, egregios equos habentem. Et rursus Iliad. λ. vbi Scholia: Fortassis autem insignes equi ei attribuuntur, quia mortem nemo effugere potest. Proserpinam Pindarus in Olympijs λεύκιππον nominat, siue quia mos est poëtis (vt ait Scholiastes) huiusmodi epithetis Deos ornare: siue quòd cùm eam à Plutone raptam Ceres mater quæreret, albo curru insidentem inuenerit. Venus hippodamia (ἱπποδάμεια) nominata apud Hesychium. Eademque ἵππαρχος id est equestris, hoc est equo insidens ab antiquis effingebatur, vt annotauit Gyraldus: nam Veneris filius Aeneas, cùm occasum versus nauigasset, equum mox conscendit, & hac statua matrem honorauit, vt Suidas scribit in Ἀφροδίτη. Veneris, currum intelligit Plautus his verbis: *Proserpina.* *Venus hippodamia.* *In Asinaria.*

Nam si huic occasioni tempus se subduxerit,
Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea.

Nam quadrigas albas vocat equos Veneris qui & albi erant & citi, vt sit sensus: Etiamsi currum Veneris ab alitibus vectum & per hoc summæ celeritatis conscenderet & sequi vellet iam *Veneris equi*

amiſſam occaſionem, nunquam eam conſequeretur. Martis equos biiuges vocat Virgilius, Homeri imitatione, cui δίζυγες appellantur. Martis hippij, id eſt, equeſtris ara in hippodromo Olympico fuit, vt meminit Cælius. Gyraldus verò tradit & Iunonem quoque hippiam cognominatam fuiſſe, & Heſychius Hippam interpretatur Iunonem & Picum auem. Pauſanias tradit Herculem hippodotem fuiſſe cognominatum, eique Bœotios templum conſtruxiſſe, propterea quòd

Iouis equi. cum Orchomenij aliquando ad eum locum perueniſſent, Hercules noctu equos, qui ad eorum

In Augusto currus erant, colligaſſet. Ad Iouis currum cenſebant equos niuali candore iunctos eſſe: Suetonius. *Atque etiam ſequenti nocte ſtatim videre viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem cum fulmine & ſceptro, exuuijſque Iouis Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatum currum, biſenis equis eximio candore trahentibus. Inuidioſus itaque Camillus fuit, quod in triumpho curru equis albis iuncto, vrbem*

Lib. 1. Car. *inuectus eſſet, quod humano faſtigio ampliorem vindicare honorem paremque ſupremo Ioui videretur.*

Od. 34. Iouis equos tonantes vocat Horatius: Vulgus putat ferratis currus eius rotis tonitru excitari:

——— Namque Dieſpiter
Igni coruſco nubila diuidens
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

Multa de Iouis curru atque equis Dion Chryſoſtomus in oratione XXXVI. Boryſthenica his verbis: Alius autem ſermo in reconditis myſterijs ab hominibus Magis canitur admirādus, qui Deum hunc (Iouem) laudibus celebrant, vt perfectum & primum aurigam perfectiſſimi currus. Solis

Iouis currus antiquitas. enim currum recentiorem aiunt eſſe, cum illo comparatum, vt qui appareat & vulgò, vtpote curſum faciens manifeſtum. Vnde etiam communem famam (vt videtur) conſecutus eſt à primis ferè poëtis, orientem & occidentem ſemper dicentibus, & iuxta hæc omnibus enarrantibus, & coniugatos equos & ſolem ipſum currui inſiſtentem. Fortem autem & perfectum Iouis currum nemo laudibus extulit dignè hoc modo, neque Homerus, neque Heſiodus, ſed Zoroaſtres, Magorumque diſcipuli canunt ab illis docti, quem Perſæ dicunt amore ſapientiæ iuſtitiæque ſeceſſiſſe ab alijs ſeorſum & in monte quodam vixiſſe: deinde relicto monte, igne ſupernè multo immiſſo implicatum aſſiduo arſiſſe. Regem igitur cum Perſarum præſtantiſſimis propè acceſſiſſe, volentem Deo ſupplicare, & virum ex igne egreſſum illæſum, apparuiſſeque illis propitium, confidere iubens & victimas offerre quaſdam, tanquam veniente eum in locum Deo. Conuerſatum autem eſſe poſthac non cum omnibus, ſed cum ijs qui belliſſimè ad veritatem eſſent natura idonei, deumque poſſent intelligere, quos Perſæ Magos vocarunt, Dei culturam ſcientes: non, vt Græci, nominis ignoratione ſic nominant, pro veneficis habentes. Illi verò & alia iuxta ſacros ſermo-

Equi Niſai. nes faciunt, atque etiam Ioui alunt currum Neſæentium equorum. Hi autem ſunt magni pulcherrimique, qui ſunt in Aſia. Soli verò vnum equum. Interpretantur autem omnia ſermone, non quemadmodum Muſarum apud nos prophetæ, ſingula magna cum perſuaſione dicunt ſed ex ſe valdè contumaciter. Eſſe enim dicunt vniuerſitatis rerum vnam vectionem & aurigationem à ſumma quæ fiat experientia & robore ſemper, eamque inceſſabilem in inceſſabilibus ſeculi circui-

Iouis motus vt à motu Solis & lunæ differat. tibus. Solis autem & Lunæ curſus veluti equorum, motus eſſe partium; vnde & ab ipſis clarius videri. Vniuerſi autem motum atque curſum haud multos intelligere, ſed illius certaminis ignorare magnitudinem. Quæ poſt hæc ſequuntur, erubeſco dicere de equis, deque aurigatione, quomodo interpretentur: non admodum curantes, vt ſibi vſquequaque imago ſimilis fiat. Fortaſſis etiam videar abſurdè præter Græcanica & venuſta cantica, barbaricorum canticum puerorum re-

Iouis equi. citare: tamen audendum eſt. Aiunt equorum illum primum ſupernè, infinita differre pulchritudine & magnitudine, velocitateque ab alijs, exteriora circumcurrentem: & longiſſimum illum curſum eſſe, Iouis templum. Eſſe autem alatum & colore ſplendidum, puriſſimi ſplendoris. Solis autem in ipſo & Lunæ ſigna perſpicua videri: quemadmodum puto in noſtris equis ſigna aliqua, partim Lunari figura, partim alia. Hæc autem à nobis videri contorta, ſicuti in claro flammæ ſplendore ſcintillæ fortes diſcurrunt. Proprium autem motum per ſe & alia habere aſtra, per illum apparentia, quæ vniuerſa ſint illius partes: & partim quidem circumferri cum illo, vnum hunc habentia motum: partim autem alios peragere curſus. Sortita autem eſſe apud homines partim quidem proprium quodque nomen, partim verò multitudine conſtipata, diſtributa eſſe in figuras & formas quaſdam. Splendidiſſimus ergo equus, maximeque varius, ipſique Ioui acceptiſſimus, in hunc modum ab illis celebratur, victimaſque & honores, vtpote primus, meritò primus ſorti-

Equus Iunonis. tus eſt. Secundus autem ab illo, qui illum attingit, illique proximus eſt, Iunonis cognominatus, habenis paret & mollis eſt: multò autem inferior robore & velocitate. Color verò illi natura quidem niger eſt: expolitur autem ea ſemper eius pars, quæ ſolis ſplendore illuſtratur: quæ autem

Neptuni equus. vmbra tegitur, in circumferentia ſuam ipſius aſſumit coloris ſpeciem. Tertius eſt Neptuno ſacer, ſecundo tardior. Huius autem ſimulacrum fabulantur poëtæ apud homines fuiſſe, quem

(vt mihi

A (vt mihi videtur) nominant Pegasum, aiuntq; eum aperuisse fontem Corynthi vngulæ scalptu. Quartus autem omnium absurdissimus est, si quis eius similitudinem dicat, solidus & immobilis, tantum abest, vt alatus sit, cognominatus Vestæ. Non tamen auersantur eius imaginem, sed coniugatum & hunc currui esse dicunt: manere autem in loco, frenum adamantinum mordentem. Inniti autem vndiq; illi suis partibus duos proximos, similiterq; ad illum se inclinare incidentes & propellentes; extremos autem semper circa hunc stantem, ad metam ferri: Plurimum igitur in pace & amicitia degunt, se mutuò reuerentes. Iam olim autem in temporis longitudine & multis circuitibus fortis anhelitus primi supernè allatus, vt pote ferocis, calefecit alios, vehementiùs autem postremum: atq; iubam illi qua maximè exultabat, combussit, omnemq; ornatum. Huius autem facti semel Græcos mentionem facere aiunt, & Phaëtonti applicare cùm non possent Iouis aurigationem reprehendere, Solisq; cursus nollent vituperare. Quare dicunt iuniorem aurigam Solis filium, concupiuisse difficilem inutilemq; omnibus mortalibus eruditionem, cumque à patre impetrasset, inscendisse currum: cùmq; ferretur inordinatè, omnia exussisse animalia & plantas & tandem ipsum disperijsse, percussum ab igne superiori. Rursum quoq; cum in plurimis annis Nympharum & Neptuni sacer pullus, præter solitum certans & turbatus assurrexisset, multo B sudore eundem ipsum inundauit, vtpote eiusdem iugi. Expertus igitur est contrariam priori corruptionem, aqua multa obrutus. Et hanc quoq; tempestatem enarrare Græcos, ob iuuentutem infirmamq; memoriam; Deucalionemq; dicunt tum regnantem, ipsis opem tulisse, ne omnino desperirent. Hæc autem cùm raro accidant, videntur quidem hominibus propter suam ipsorum perniciem fieri; non iuxta rationem vniuersi: fingere autem eos, rectè fieri & iuxta sententiam saluantis & gubernantis vniuersum. Esse enim simile, vt cùm currus auriga equorum vnum puniat, freno trahens aut stimulo tangens, is verò subsiliat & turbetur, confestim in recentem constitutus statum. Vnam igitur hanc fortem esse aurigationem, non corrupto toto vniuerso. Rursus autem aliam, quatuor inter se equorum motus & mutationis, cùm alter in alterum mutatur, alterantq; species, donec in vnam omnia conueniant naturam, victa à melioribus. Attamen & hunc motum aurigationi assimilare auderent, currusq; impulsui, absurdiore similitudine: vt si quis præstigiator factis è cera equis, deinde detrahat & circumradat ab vnoquoque, apponatq; alibi alteri: demum verò in vnum illorum quatuor compingens, vnam formam ex tota materia operetur. Esse enim huiusmodi quiddam, quemadmodum si inanimis figmentis extrinsecus opifex addat, C & transferat materiam. Illorum autem eam passionem fieri, tanquam si in magno veroq; certamine de victoria contenderent. Cedere autem victoria & coronam: necessariò primo & optimo velocitateq; & fortitudine omniq; virtute, quem diximus in orationis principio Iouis esse peculiarem. Hunc enim vtpote omnium robustissimum & natura ignitum, citò consumere alios, quēadmodum reuera cereos, haud longo in tempore, nobis autem viso infinito, ad nostram ipsorum ratiocinationem, & omnium omnem essentiam in se recipere, qui longè melior splendidiorq; visus sit prius quando à nemine mortalium neq; immortalium, sed ipse à se victoriam maximi certaminis consecutus est. Eum autem stare excelsum & superbum, victoria gaudentem, lociq; plurimum occupare: tuncq; maiore indiguisse loco, ob robur animumque. Quum verò hunc ad modum narrent de rebus, verecundantur ipsam animalis nominare naturā. Esse enim eam aliquando simpliciter quidem aurigę atq; heri animam: magis autem id quod sapit, animæq; præest. Hæc itaq; omnia Dion Chrysostomus. Iam verò Hipponam ceu deā equorum & stabuli potissimum venerati sunt antiqui, vt Bubonā boum. Huius deæ meminit Plutarchus in Parallelis, & Apuleius in tertio de asino aureo, & Tertullianus in Apologetico, & Fulgentius ad Chalcidiū. Eam enim inter deos Semones qui vocantur (quos nec cælo dignos putabant, ob meriti videlicet paupertatem, D vt Fulgentius loquitur) commemorat. Iuuenalis quoq; eandem intellexisse, à plerisq; putatur, inquiens --- *Iurat solam Hippo, & facies olida ad præsepia pictas:* vt scilicet Hippò pro Hipponam dicat, quomodo nempè Dido & Manto pro Didonem & Mantonem dicimus. Nam & Apuleius huius deæ simulacra in stabulis seu icones habitas fuisse testatur his verbis. *Respicio pilæ medio, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso verò meditullio Hipponæ deæ simulacrum residens ædiculæ, quod accurate corollis roseis quidem recentibus fuerat ornatum.* Plutarchus ex Agesilao tertio Italicorum filiām esse Fuluij Stelli scribit in Parallelis, qui à mulieribus alieno animo ex equa eam genuerit. Ipse verò haud rectè Eponam vocat.

Vestę equus

Phaëtontis incendium.

Deucalionis diluuium.

Hippona dea.

Metam. 2.

EQVO-

A *Ne detur celeri victima tarda deo.*

Cælius tradit exercitu Persarum progrediente, ignem quem ipsi sacrum æternumque vocabant, argenteis præferri solere altaribus: Hunc mox insecutos fuisse Magos, hos iuuenes 365. puniceis velatos amiculis, quot in anno dies sunt. Mox Iouis sacrum currum, quem albi traherent equi: post hos insigni magnitudine equum Solis. Apud Aethiopes teste Heliodoro quadrigæ de albis equis Soli ad sacrificium adornantur, Lunæ verò bigæ boum siue taurorum. Massagetæ verò, vt Herodotus in fine libri primi docet, equum etiam vt pecorum pernicissimum, Soli vt deorum pernicissimo immolant. Meminit huius sacrificij etiam Strabo. Herodotus idem à Scythis fieri tradit. Philostratus in Heroicis refert Palamedem Græcis pręcepisse, vt orienti Soli candidũ equũ mactarent. Taygeti vertex supra Bryseas Taletum sustinet. Id sacrum Soli appellant, vt scribit Pausanias in Laconicis, ibiq; præter alias hostias, etiam equos Soli cædunt. Sallentini apud quos Menzanæ Ioui dicatus, viuus equus teste Festo conijcitur in ignem. Rhodios verò scribit idem Festus quotannis quadrigas Soli consecratas in mare iacere, quòd is tali curriculo fertur circumuehi mundum. Pastores pullum à quo pullium vel hippomanes abstulerint, Soli immolare suprà ex Aeliano diximus. Cæterùm Sextus Philosophus equo tradit litari Neptuno, Apollini verò Didymæo præcipuè hoc animal inuisum esse. De Neptuno scribit Pausanias in Arcadicis, quòd olim Argiui ei equos proijciebant in Dynen frænatos & ad speciem phaleris exornatos. Est Dyne ad Genethlium (in Argolica terra hoc nomine vicus dicitur) dulcis aquæ è mari per subterraneos meatus erumpentis lacus. Fabulantur etiam aliqui, vt Athenæus refert, de Methymneis, oraculo iussos virginem Neptuno in mare demisisse: & Enallum ducem quendam eius amore captum, vt eam seruaret, enatasse & tum quidem vtrosq; mari obtectos esse: post tempus verò aliquod Enallum redijsse, & narrasse quod virgo quidem inter Nereides esset, se verò cùm equos Neptuni aliquandiu pauisset, magno superueniente fluctu natando euasisse: Sed hoc hic non pertinet. Ventis autem equum immolasse Lacedemonios in monte Taygeto, ibidemque adoleuisse, vt eorum flatu cinis eius per finitimos quàm latissimè deferretur, legimus apud Festum. Suspicari licet in causa fuisse ventorum celeritatem; qua nimirum ratione etiam Soli equum immolabant. Nec aliam puto ob rationem fluminibus quidam equos mactabant: quanquam aliàs tauri potiùs fluminibus essent consecrati; vt notat his verbis Varinus in Ταῦρος: *Tauros veteres fluuijs consecrabant, aliqui etiam equos viuos in eorum vortices inijciebant, vt Troiani in Xanthum.* Habemus & apud Philostratum, regem Indorum dici ad flumen accedere cùm augeri dies incipiũt, & illi equos nigrosq; tauros flumini tanquam deo sacrificare. Fuére etiam qui equos omnibus suis quos colebant, dijs sacrificarunt. Idem enim Philostratus Apollonium tradit adeuntem Babyloniorum regem, iussum ab eo vt Græco sermone vnà secum dijs sacrificaret: Erat autem candidum (inquit) equum mactaturus ex Nisæis de meliora nota, sic instructum tanquam in pompam profecturus esset. Mysi nisi immolato prius equo & litato, extisq; depastis, nullo modo vota concipiebant, vt notauit Alexander ab Alexandro libro secundo cap. 22. Vnum ex ducibus Mœsorum qui per M. Crassum victi sunt, scribit Auentinus lib. 1. Annal. Boiorum, ante aciem postulato silentio, interrogasse; Qui vos estis? cumque respondèrent, Romani rerum domini, dixisse, Ita fiet si nos viceritis, & statim ante aciem immolato equo, concepisse omnes vota, vt cæsorum ducum extis & litarent & vescerentur. Rex Tartarorum (inquit Paulus Venetus) habet armenta magna equorum alborum vtriusq; sexus, qui putantur excedere numerum decem millium. In festiuitate autem quæ celebratur vigesimo octauo Augusti, Gothos, vt testatur Olaus Magnus lib. 1. cap. 24. præparatur lac equinum (equarum albarum) in vasis decentibus & rex ipse manibus suis diffundit hinc inde lac illud pro honore deorum suorum, arbitrans & à magis suis edoctus, quòd dij lac bibant effusum & soliciti sint conseruatores omnium eorum quæ possidet. Post sacrificium illud nefandum, bibit rex de lacte equarum albarum, nec vlli alteri licet illa die bibere de lacte illo, nisi fuerit de progenie regis, præter populum quandam regionis illius Horiach vocatum: qui hoc etiã fruitur priuilegio, propter victoriam quandam magnam, quam pro magno Cham Chinchis obtinuit. Hinc fit, vt equi albi atque equæ in magno a populo illo habeantur honore. Hęc ille. Olim etiam Sauromatæ, qui cum Tartaris ijdem, vel saltem finitimi sunt, plurimos alebant equos, vtpote Nomades, quibus non tantùm ad bellum vtebantur, & in cibo, sed dijs etiam suis immolabant, vt Pausanias refert in Atticis. Apud veteres moris erat circa finem Decembris, dum lacus omnes glacie constringuntur, optimos quosq; equos, in singulis prouincijs ad edenda spectacula colligere, vt quem celeriore cursu reliquos omnes superare viderent, hunc sacrificium numinum velut munus pretiosum, ad aram mactandum comburendumuè offerrent: opinantes eo dono cunctis hostibus sese superiores fore, simul etiam vt regi velocissimos equos offerrent, quibus contra hostiles motus exploratores vterentur: De eisdem Gothis scribit Ioan. Magnus lib. 1. cap. 13. olim processuros in prælium, solere equos ad aras immolare, eorumque abscissa capita contis excepta, subiectis

[Margin notes: *Lib. 11. Geogr.* — B *Lib. 3. Pyrrhon. Hypotyposeon.* — *Neptuno equi immolati.* — *Lib. 11.* — *Enalli fabula.* — *Ventis equus immolatus.* — C — *Lib. 1. c. 63.* — *Tartarorum in lacte equino ceremoniæ.* — D]

subiectis stipitibus distentos faucium rictus ante aciem præferre. Inuenio autem equos quoque hominibus fuisse immolatos. Cyro Persarum regi quotidie ouem: quoquo verò mense equum mactatum tradit Arrianus. De Diomede scriptum reliquerunt Strabo & Eustathius: in Venetis insignes ei extitisse honores, candidumq; ei immolatum fuisse equum. Et apud Plutarchum lego: cùm Thebani aduersus Lacedæmonios bellum gererent, Pelopidæ vni ex ducibus Thebanis Scedasum in somnis visum dixisse: aduentare Leuctra Lacedæmonios, sed sibi ac filiabus pœnas daturos: vnoq; prius die quàm cum Lacedæmonijs confligerent, pullum equi candidum instructum ad sepulchrum virginũ mactari iussisse. In rogo Patrocli comburebantur etiam equi, apud Homerum Iliad. Ψ. Et Germanos testatur Tacitus sua quemcunq; arma in pyram inijcere, sæpè verò etiam equos. Regulus item, vt narrat Plinius Cæcilius in epistolis, in funere filij carissima quęque, mannos, canes, aues, & huiusmodi conicit in pyram. Cæterùm non solũ cariora in eam conijciebantur, sed & vxores apud Orientales, quod Tullius & Propertius enarrant:

In Pelopida & in Amatorys cap. 3.

Equus ad sepulchrũ mactatus.

Felix (inquit hic) Eois lex funeris vna maritis
Quas aurora suis nigra colorat equis.

Flaccus de funere Cizici.

Interea innumeras nudatis montibus vrgent
Certatim, decorantq́, pyras & tempora mœsti:
Summa locant, vadit sonipes ceruice remissa
Venatrix nec turba canum pecudumq́, morantur.

E contrario Pali pastorum deæ nulla cędebatur hostia, vt Plutarchus, & Solinus scribunt, vt dies vrbi Romanæ consacratus, purus esset a sanguine, sed suffimentum fiebat, quo populus februari hoc est purgari Palilibus dicebatur, ex equi sanguine, stipulis fabarum & cineribus vitulorũ vstorum in fordicidijs à Vestali virgine, vt ostendit Ouidius quarto Fastorum:

Palilia.

Nox abyt, oriturq́, aurora, Palilia posco,
Nam poscor frustra: si fauet alma Pales.
Alma Pales faueas pastorum sacra canenti
Prosequor officio si tua facta meo.
Certè ego de vitulo cinerem, stipulamq́, fabalem
Sæpè tuli plena Februa tosta manu.
Certè ego transilui positas ter in ordine flammas
Virgaq́, rorales Laurea misit equas.
Mota Dea est, operiq́, fauet, naualibus exit
Puppis, habent ventos iam mea vela suos.
I pete virginea populus suffimen ab ara
Vesta dabit, Vesta murmure pxrus eris.
Sanguis equi suffimen, erit vituliq́, fauilla
Tertia res dura culmen inane faba.

Erant autem Palilia annua pastorum conuiuia, lusus in vrbe, in quibus pagana mandebant fercula. Dicebantur & Parilia teste Festo à partu pecoris. Celebrantur xj. Cal. Maias, quo die Romæ fuisse initium volunt. Meminit eorum Propertius:

Lib. 4.

Annuaq́, accenso celebrare Palilia fœno
Qualia nunc curto lustra nouantur equo.

METAMORPHOSES.

Neptunus in equum.



NEPTVNVM aiunt (inquit Pausanias in Arcadicis) Cereri, dum illa errans filiam quæreret, eius amore captum, vitium offerre conatum: sed cùm in equam se dea vertisset & ad Oncium armentis permista pasceret, Neptunum non fefellit, nam & ipse in equum mutatus, eam compressit: quod illa primùm iracundè tulit; verò postea placabilior facta, lauisse se dicitur in Ladone. Cognomina itaque Deæ attributa; Erinnys, à verbo Ἐρινύειν, quod furere Arcadibus est: Lusia verò quòd se in flumine abluisset. Cererem quidem ipsam Neptuno filiam peperisse tradunt, cuius nomen ne ad prophanos ederetur, religione sanxerunt, equum præterea, cui nomen Arion fuit. Hæc ille: & mox rursus: Elaius mons alter abest a Phigalia stadia propè triginta. Est in eo loco antrum Cereris cognomento nigræ: cum ijs certè quæ de Cereris cum Neptuno concubitu Thelpusij prodiderunt, ea conueniunt, quæ Phigalenses sacris peragendis celebrant: peperisse verò Cererem non equum memorant, sed eam quæ ab Arcadibus

Cereris cognomina.

Hera

A Hera cognominatur: ac nigram quidem illam vestem, tùm ira in Neptunum, tum luctu de Proserpinæ raptu commotam, sumpsisse: in hunc certè specum cùm se abdidisset, diu lucem vitasse &c. In rei memoriam se Phigalenses dicunt antrum illud cum ligneo simulacro deæ dedicasse: simulacrum ita fabricasse, vt saxo insideret muliebri figura, præter caput, quod equinum atque adeò cum iuba esset, draconibus & alijs feris ad caput alludentibus, reliquo corpore ad imos pedes tunica velato, altera manu delphinum, columbam altera præferente &c. Sed enim quamuis huiusmodi simulachrum Cereris nonnulli fuisse dicant, ego tamen (inquit Pierius Valerianus) Veneris potiùs crediderim: nisi dicamus pabulum & opulentiam, quæ per Cererem significatur, incitamentum esse ad illecebras & petulantiam. Equinum enim caput non esse à lasciuia alienum, ex ijs quæ paulò antè diximus, manifestum est. Draconem spiras amatorios nodos voluptariasque implicationes significare de serpente super indicat commentarium. Delphinum amoris simulacrum esse, tam ex historia, quam ex tot Veneris signis, quibus id genus piscis admouetur, alibi comprobauimus. Columbam denique referre Venerem, suo capite disputatum est. *Lasciuia typus.*

B Acquiescendum tamen Pausaniç, Cererem eam esse dicenti. Sed enim, vt in sue disseruimus, eandem esse Cererem & Venerem Ptolomæi Assertoris tempore declaratum est. Cæterùm potest huiusmodi picturç species ipsius etiam rerum naturç hieroglyphicum esse; Equinum enim caput ob insitam animali pernicitatem innuere velocissimos cælestium orbium motus: columbam tractus aërios, vt suo loco dictum: Mare delphinum, vt in numnis passim: anguium inuolucra sinuosos omnium toto terrarum orbe lapsus, de quibus apud Platonem Socrates, vt in serpente testatum fecimus. Feræ reliquæ vitas animantium omnium ostendere videntur. Saxum terræ firmem & stabilem sedem, sua se soliditate continentem. Antrum denique ac nigra palla ea plurima, quæ de rerum causis & originibus minus adhuc comperta delitescunt, vt in simulacris Isidis caput pedesque ex nigro lapide, de qua dictum alibi. Hæc omnia ille, sed vt ad metamorphosin reuertatur oratio, eius sic meminit Ouidius: *Natura typus.* *Metam. 6.*

Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum.

Vbi etiam fabulæ meminit de Saturno in equum immutato:

Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit.

C Hic cum Phylira Oceani filia comcumbens, veritus ne Opis vxoris aduentu deprehenderetur, in equum se commutauit, sic Centaurum genuit Chironem. Hinc etiam Virgilius in Georgicis, cum equum bellatorem descripsisset, canit *Saturnus in equum.*

Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Hoc figmentum quidam ex Astronomis ad astri velocitatẽ referunt, cùm amplissima cæli spatia diurno motu velocissimè transcurrat, si quanto distet interuallo, quamque magno circuitu supra planetas sit reliquos considerauerimus. De Hippe Centauri filia in equam mutata, suprà in equo sidere dixi ex Hygino. Ouidius verò Ocyroen Chironis filiam in equam mutatam fabulatur, à Ioue quòd infanti suo Aesculapio prædixisset, quòd medicina mortuos ad superos educturus esset; quam metamorphosin his verbis pulcherrimè delineat: *Metam. 2.* *Ocyroë in equam.*

Iam mihi subduci facies humana videtur,
Iam cibus herba placet: iam latis currere campis
D *Impetus est: in equam cognataq́; pectora vertor.*
Tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis;
Talia dicenti pars est extrema querela
Intellecta parum, confusaq́; verba fuerunt
Mox nec verba quidem: nec equa sonus ille videtur
Sed simulantis equam: paruoq́; in tempore certos
Edidit hinnitus; & brachia mouit in herbas.
Tum digiti coëunt, & quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula: crescit & oris
Et colli spatium. Longè pars maxima pallæ
Cauda fit, vtq́; vagi crinis per colla iacebant,
In dextras abiere iubas: pariterq́; nouata est,
Et vox & facies.

A cùm Centauros in foribus inferorum stabulare cecinit, quòd quæ contra naturã creari possunt, statim pereant. D. quidem Hieronymus in Pauli Eremitæ vita, cùm Hippocentaurum Antonio apparuisse testetur, non satis scit, fueritnè ille verè Hippocentaurus, qualem poëtæ esse perhibent: an potiùs Cacodæmon, ea forma Antonium ludificare voluerit. Nec plura his, ait, conspicit hominem equo mixtum, cui opinio poëtarum Hippocentauro vocabulum indidit: quo viso, salutaris impressione signi armat frontem: & heus tu, inquit, quánam in parte hic seruus dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens & frangens potiùs verba quàm proloquens, inter horrentia ora senis blandum quæsiuit alloquium, & dextræ protensione manus cupitum indicat iter: & sic patentes campos, volucri transmittens fuga, ex oculis mirantis euanuit. Verùm hæc vtrum Diabolus ad terrendum eum simulauerit, an (vt solet) eremus monstruosorum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus. Hactenus ille. Plutarchus in conuiuio sapientum, in domum Periandri illatum scribit à pastore infantem ex equa natum, cuius caput, collum & manus hominis essent, cætera equi: ciulatus infantium. *Hippocentaurus D. Antonio visus.* *Infans ex equa natus.*

B Quo inspecto Thales Periandro dixit sibi quidem non videri rem prodigiosam & ceu portentum à dijs immissam, quo seditiones & dissidia significarentur, vt Diocles iudicabat, sed rem esse naturalem, ideoque consulere se, vt vel equisones non habeat, vel vxores eis tradat. Sed vt ista de Centauris ita esse Lucretio concedamus, quomodo Satyros olim fuisse idem negabit? Et tamen non magis ab hominùm natura capræ, quam equi absunt. Neque magis me mouet, vt Satyros fuisse credam, Plinij ex libro 7. testimonium, cùm ait: *Sunt & Satyri subsolanis Indorum montibus (Cartadulonum dicitur regio) pernicissimum animal, tum quadrupes, tum rectè currens, humana effigie, propter velocitatem nisi senes aut ægri, non capiuntur*, cùm potuerit hoc animalium genus sic fortè homini simile esse, vti simias videmus, quam quod Plutarchus in vita L. Syllæ, ad redeuntem eum in Italiam, Satyrum ijs simillimum, quos fictos scriptosuè ab antiquis videmus, hoc est, partem humani corporis, partem caprini habentes, qui in Nymphæo somno pressus captus fuerat, perductum fuisse tradit, cumque is per interpretes, quisnam esset, interrogatus esset, nihil quàm incompositum quiddam ac bestia dignum vociferatus est, quasi hirci balatum cum equi hinnitu permisceas, quem tamen Sylla datis comitibus demisit. *Satyros dari.*

C Hieronymus etiam eiusdem generis Satyrum repertum, humana voce locutum ait, eodem quem paulò antè citauimus loco, nempe in Pauli vita: *Nec mora (inquit) inter saxosam conuallem haud grandem homunculum videt aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infractusque & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei, & loricam spei, vt bonus præliator arripuit: nihilominus memoratũ animal palmarum fructus eidem ad viaticum quasi pacis obsides adferebat: Quo cognito gradum pressit Antonius, & quis nam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos, Satyrosque & Incubos vocans colit: Legatione fungor gregis mei. Precamur, vt pro nobis communẽ deum depreceris, quem pro salute mundi venisse cognouimus.* Et paulò post: *Necdum verba compleuerat, & quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit.* Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum moueat, sub rege Constantino, vniuerso mundo teste defenditur. Nam Alexandriam huiusmodi homo viuus perductus magnum populo spectaculum præbuit, & postea cadauer exanime ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso, Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est. Quæ si vera sunt, haud vera fuerit vsquequaque Lucretij ratio, cùm tantorum scriptorum, qui aliud sentiunt, authoritas magis quàm eius commentum probetur: *Satyri forma.*

D Pausaniasque ab Euphemo quodam probatæ fidei viro se audiuisse scribat, illum cùm in Hispaniam nauigaret, tempestatisque vi ad desertas quasdam insulas appulsus esset, magnum syluestrium hominum numerum vidisse, qui cùm hirta corpora, subrufosque pilos, caudasque equinis fermè non minores, inseque ac suos incurrerent, vix verberibus abigi potuerint: quibus cùm barbaram mulierem in littus exposuisset, omnem ab ijs contumeliam ei à libidinoso satyrorum genere quacunque corporis parte illatam. Melius ergo de Scyllis, & Chimera, quàm de omnibus quæ diuersis animalium partibus procreantur, id scripsit Lucretius. His denique addo ex Conrado Lycosthene in libro de ostentis & prodigijs hanc iconem, quam hippocentauri esse credebam, ipse verò (nescio ex quo) Apothami (ego de hac voce nihil obseruaui) vocat, Apothami (inquit) in aqua morantes, qui vna parte hominem, alia verò caballum siue equum referunt. Sic etiam memoriæ tradiderunt mulieres esse capite plano si... crinibus, promissas autem barbas habentes. Atqui ea descriptio planè ad Onocentauros perti... idetur, quos Aelianus & Philes sic ferè delineant. Onocentaurum quisquis vidit, non inc... ibile ducet, quod fama peruagatum est, Centauros fuisse, neque fictores atque pictores in eorum descriptione errasse. Verum siue reuera fuerint, siue omni cera flexibilior, & ad fingendum habilior fama illos finxerit, prætereo. Quæ verò de Onocentauro fama accepi, hæc sunt. *Apothami.* *Onocentauri.*

E



F

G

Onocentauri figura. Eum homini ore & promissa barba similem esse, simul & collum, & pectus, humanam speciem gerere: mammas distantes tanquam mulieris ex pectore pendere: humeros, brachia, digitos, humanam figuram habere: dorsum, ventrem, latera, posteriores pedes, asino persimiles, & quemadmodum asinum sic cinereo colore esse: imum ventrem leuiter exalbescere: duplicem vsum ei manus præstare: nam celeritate vbi sit opus eæ manus præcurrunt ante posteriores pedes: ex quo fit, vt non cæterorum quadrupedum cursu superetur: Ac vbi rursus habet necesse, vel cibum capere, vel aliud quippiam tollere, qui antè pedes erant, manus efficiuntur, tuncque non graditur, sed in sessione quiescit: Animal est graui animi acerbitate; nam si capiatur, non ferens seruitutem, libertatis desiderio ab omni cibo abhorret, & fame sibi mortem consciscit, licet pullus adhuc fuerit. Hæc de Onocentauro Pythagoram narrare testatur Crates, ex Mysio Pergamo profectus. Raphael Volaterranus scribit, antiquam corporis partem similem humanæ habere, posticam asininæ, coloreque esse albo, idque ex Aeliano se transtulisse; ex quo tamen iam interprete P. Gyllio cinereum colorem ei tribuimus, imo ventri tantummodò albicantem. Ignobiles verò quidam authores Onocentaurum aiunt monstrosum animal esse, quòd non cum cæteris ab initio creatum, sed postea temerè ex adulterina commixtione prognatum sit: vocem articulatam aliquatenus sonare; non tamen humanam: in persecutores ligna & lapides reijcere: sed nihil horum authoritate muniunt. In sacris literis Onocentauri quidam dæmones videntur, vt ostendemus in asini historia. Depingit idem Lycosthenes etiam aliud genus Centaurorum, quos ait in regionibus magni quondam Tamberlani reperiri. A medio suprà (inquit) humanum gerunt corpus & faciem, nisi quòd brachiorum loco duo habent breuia brachia bufonis instar: in capite sunt caninæ aures, cum tribus in vultu barbis, in ilijs sunt brachia humana cum manibus ac digitis; reliqua sunt equi: celeriter currunt, solis vescuntur Elephantis. Amici sunt hominum & mulierum, quia illis nullam inferunt molestiam. Si quem amplectuntur, tam arctè stringunt vt rumpi cogatur.

I

H

APOL-

A

APOLOGI.



EQUI & testudinis apologus ex Theone Sophista. Equus superbiebat velocitatis gloria, & obtundebat alias animantes nimijs laudibus suis, in primisq; testudinem, cui molestus erat exprobatione tarditatis. Illa verò cùm iniquè ferret conuitia, prouocat in certamen cursus equum. Hoc sanè tum ridiculum equo visum, neque velle certamen ingredi: sed & alijs animantibus risus obortus considerantibus abhorrentiam naturæ illius. Quæ tamen cum prouocationem vrgeret & affirmaret se victricem futuram esse, cogunt aliæ animantes equum suscipere conditionem. Itaque spatium præfinitur, diesque cursui. At equus interea apud præsepe delicias facere; testudo verò perpetuo exercebatur, ne noctis quidem tempus remittens. Iam dies aderat destinata, plenusque erat campus camelis, asinis, auibus atque ijs quibus homines vti solent, quin etiam ceruos fama acciuerat; deridebantque spectatores quasi delirantem testudi-
B nem. Verùm signo cursus dato, veluti compeditus equus, vt dudum in otio & saturitate perseuerabat, at testudini meditatio cum celeritate victoriam largita fuit. Etiam tu ô puer, noli fretus ingenio dormire, sed hoc tibi persuadeto, etiam adhibito labore opus esse. Quod nisi feceris, facile præuertet te ille alter minus ingeniosus. Apud Horatium alium habemus apologum de ceruo & equo, qui talis est: *Testudo cum equo certat de velocitate. Lib. 1. Epist. Equus & ceruus.*

Ceruus equum pugna melior, communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis, frenumque recepit:
Sed postquam victor violens discessit ab hoste
Non equitem dorso, non frenum depulit ore:
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehit improbus, atq;
Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti.

Ostendit itaque poëta hoc apologo libertatem incultam præferendam seruituti phaleratæ. Similis est (inquit Petrus Gregorius Tholosanus.) populus qui vult regis vel principis sui legitimi im- *Li. 3. de rep. ca. 19. n. 3.*
C perium & obedientiam inuertere, intercipere, transferre accitis extraneis auxilijs, equo qui fertur olim habuisse litem & simultates cum ceruo, quem cum non posset propter naturæ suæ superbiam ferre, vt de ipso se vindicaret, in auxilium euocauit hominem, qui & opem promptissimè pollicitus est, sed ea lege, vt pateretur sibi frenum imponi, quo regeretur, cùm contra ceruum in pugnam perueniretur. Quod passus est primum equus & eius ope superauit ceruum, verùm cum victoria obtenta gratias agendo auxiliatori putaret se liberum relinquendum, cognouit se propter vindictam alterius, sibi ipsi libertatem primam sponte eripuisse. Nonquam enim postmodum ab hominis auxiliaris seruitio se redimere potuit. Facilis est deiectio ædificij maximè annosi, & breui tempore fit ruina & casus vi ventorum impetu irruentium: at quod vna hora, vel momento corruit, non nisi summis sumptibus & longo tempore restaurari aut reædificari potest. Hæc ille.

PROVERBIA.

D



Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, *ab equis ad asinos*, conuenit, vbi quis à studijs honestioribus ad minus honesta deflectit: vel è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Sumptum est adagium ex quadam epistola Procopij Sophistæ. Ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος ὤρουσεν. *Ex tardigradis asinis equus emersit.* Cùm clarus euadit quispiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. Potest & per ironiam proferri & per negationem, vt nunquam ex asinis nascitur equus: Et, *En tibi ex asinis equum*, id est, ex infimis parentibus arrogantem & ferocem. Meminit etiam Apostolus & interpretatur ἀπὸ τῶν ἐξ εὐτελῶν ἐπὶ τὰ μείζω χωρούντων, vt non solùm ad parentes & præceptores respiciendum sit, sed in vno etiam homine locum habeat prouerbium, qui pridem obscurus nobilior euadit. Ἵππειον θράσος, equina ferocia vel audacia. Meminerunt Suidas & Varinus ἐπὶ τῶν δίκην ἵππων θρασυνομένων. Ferociores autem ac insolentiores redduntur copioso pabulo: vnde extat Sophoclis dictum in tumidum quempiam ac præferocem; Tu (inquit) ferues quasi pullus pabuli copia. Ἵππος τὸν ἐμ- *Ab equis ad asinos. Ex asino equus.*

Equus sessorem. βάτλω, *equus sessorem subaudi* ἀφαρπάζει, id est *abripit*. Prouerbiali figura dicitur, cùm orationis impetu abducimur, & in aliam diuertimus materiam. Gregorius præsbiter πρεῖων ὁ λόγος συναρπάσας τὸν λέγοντα, καθάπερ ἵππος τὸν ἐπιβάτλω εἰς τοὺς ἐπαίνους κατέστησε βασιλείου τοῦ μακαρίου, id est, Orationi cursus dicentem veluti sessorem equus, in laudes B. Basilij abduxit. Horatius etiam orationem equo assimilat: & Græci ἐποχὸν velut equestrem vocant orationem numeris adstrictam, quòd quasi equo inuecta sublimè spiret. E′κ τῶν ποδῶν ἱππείων: *Procul à pedibus equinis.* Etiam hodiè vulgò dicitur, (inquit author adagiorum) cùm significant fugiendum esse periculum. Hac voce monere consueuerunt, vt quisque sibi caueret in certaminibus equestribus. Id deinde vulgus prouerbij vice vsurpauit. Εἰς πεδίον τὸν ἵππον, *in planitiem equum.* Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quoque vel maximè gaudet. Equus enim in campo, tanquam in sua est arena. Apud Lucianum in Captiuo, cùm ipse iudices postularet, Plato respondet, τοῦτο ἐκεῖνο εἰς πεδίον τὸν ἱππέα, hominem rethoricum significans, & in agendis causis exercitatum. Plato in Theæteto, Ἱππέας (aliàs ἵππον) εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτω εἰς λόγους: id est, *Equites vel equum in planitiè prouocas: Socratem ad disputandum.* Sinesius in epistola quadam: ἐπὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παρακαλῶ, ἵππον εἰς πεδίον, τοῦτο δή τὸ τοῦ λόγου προτρέπειν ἡγούμενος, id est, Ad hoc ipsum certè prouoca equum in planitiem, iuxta id quod dicitur: adhortari me putans. Meminit & Suidas bis. Translatum videtur à militia. Nam quoties res est pediti cum equite, pedes fugit campestria sectaturque loca impeditiora. Τ'φ' ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς, παρὰ ναῦν δ' ἰθύνει τάχιστα δελφίς, &c. id est: *Equus in quadrigis, in aratro bos: nauem ocyssimè præuertitur delphinus.* Adagij author est Pindarus, vt citat Plutarchus. Citatur ab adagiorum authore in prouerbio, *Quam quisque norit artem, in ea se exerceat.* Apud Ciceronem ad Q. Fratrem, *Equis & quadrigis*, est omni conatu. Similem conatum significat *velis equisque* ad fugiendum aut assequendum magis quàm ad efficiendum. Idem Cicero ad eundem in secundo: *Sic ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis.* Quo quidem loco, in vulgatis exemplaribus, pro velis, viris scriptum habetur. Idem Offitiorum tertio: *Quibus obsoletis floret Epicurus eiusdem ferè author adiutorque sententiæ. Cum his equis velisque vt dicitur, si honestum tueri ac retinere sententia est, decertandum est.* In quibus exemplis vsus est eadem metaphora paulò diuersiùs, vt qui illic respexerit ad celeritatem, hîc ad vtrumque pugnæ genus equestre ac nauale. *Equis albis præcurrere* dixit Horatius primo Sermonum, vel quòd equi albi meliores habebantur; vel fortunatiores & auspicatiores esse credebantur; vel quòd illis in triumpho victores portabantur. Hinc qui longo interuallo alicuius rei præcedit, albis equis præcedere vel vincere dicitur. Græci simpliciter dicunt παριππεῦσαι pro longè antecellere, quòd equestris cursus sit expeditior, Ἱπποσύνην δεδαῶτα μὴ ᾄδειν. *Equitandi peritus ne cantet.* Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res serias, versatur in nugis. Equitatio militaris est, & ad bellum pertinet: Musici sunt imbelles ac voluptatum insectatores. Gregorius theologus ad Eudoxium rhetorem: ἱπποσύνην δεδαῶτα μὴ ᾄδειν ἔθελε ἡ ποίησις, μήτι γένηται, μὴ καὶ τῆς ἱπποσύνης διαμάρτῃς καὶ τῆς ᾠδῆς, id est *eum qui didicit artem equitandi non vult canere poësis, ne qua eueniat, vt simul & in equitando aberres & in cantando.* Nondum liquet (inquit author prouerbiorum) è quo poëta sumptum sit: sed dictum videtur in Thebanos, qui duas artes præcipuè discebant, equitandi & canendi tibijs, cùm altera parum alteri congruat. Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν, id est: *Stimula equum iuxta lineam siue metam.* Dicebatur vbi sermo loquentis aberraret ab eo quod esset institutum. Natum videtur ex Iliados Homericæ ψ. vbi Nestor multis verbis docet filium Antilochum, quomodo debeat equos regere, addit & hoc:

Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω, id est,

Cæterùm equum læuum, constringat linea metæ.

Sumptum ab equestri cursu, qui inter præscriptas metas ac lineas agebatur, quas transilire nefas erat. Ad quod haud dubiè Fabius allusit, in vndecimo Institutionum oratoriarum libro, referens Crassum Seuerum lineam poscere solitum, aduersus eos, qui in aliena transilirent subsellia, veluti qui præscriptum limitem egrederetur. Finitimum illi, ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν. id est, *extra oleas:* Item illi: ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. Vsurpauit prouerbij titulo Gregorius Nazianzenus in oratione de sancto pascha: ἀλλὰ τί ἡμῖν τάχα ἂν εἴποι τις τῶν φιλεόρτων καὶ θερμοτέρων, κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν, τὰ τῆς ἑορτῆς φιλοσόφει. id est: *Sed hic fortassis aliquis nobis dixerit, ex his qui amant dies festos ac calidiores sunt: incita equum iuxta nyssam, ac de festo disserε.* Vtitur eodem prouerbio in oratione de natali Iesu Christi. Idem variauit nonnihil in oratione contra Eunomianos: μηδὲ καθάπερ ἵπποι θερμοὶ καὶ δυσκάθεκτοι τὸν ἐπιβάτλω λογισμὸν ἀπορρίψαντες, καὶ τὴν καλῶς ἄγχουσαν εὐλάβειαν ἀποπτύσαντες πόρρω τῆς νύσσαν θέωμεν. id est: *Ne velut equi feruidi & intractabiles, postea quam rationem ceu sessorem excusserimus, & religiosam*

cautionem

Marginal notes: *Equus sessorem.* — *Procul à pedibus equinis.* — *Equum in planitiem.* — *Equus in quadrigis.* — *Equis & quadrigis.* — *Velis equisque.* — *Equis albis præcurrere.* — *Equitandi peritus ne cantet.* — *Incita equũ iuxta nyssã.* — *Extra oleas.*

Right margin section letters: E, F, G, H

A *cautionem pulchrè nos septis cohibentem, procul à meta curramus.* Huc pertinet etiam Ἴθορες, vox nimirum Suida teste prouerbialis in eum qui velut instigator hortatorque foret alijs. Apparet translatum esse à nautis, quos remigantes naucleri vox animat ad gnauiter laborandum, siue ab equorum cursu. *Testitudinem equus insequitur.* Ex Plutarcho in libello aduersus Stoicos, vbi ait: Multo verò illud indignius & à cogitationibus seiunctius, nihil à quopiam comprehendi, nec si testudinem, id quod prouerbio dicitur, à tergo insequatur Adrasti celer equus. Conueniet vti, cùm rem præpostere & absurdè geri significamus. Nam si solo (vt ait ille) iugero testudo equum antecedat, qui hoc in infinita secant, ambo autem animalia ratione prioris & posterioris mouent, nunquam celerrimum ad tardissimum ducent: semper tardiore aliquid addente suo progressui interuallo, cùm spatia sint in infinitū diuisa. Τὸν ἵππον ὁ Σκύθης, id est, *Equum Scytha*, subaudi βδελύσσεται ἢ μυσάττεται, id est auersatur aut fastidit. Citatur à Suida prouerbium, De eo qui in propatulo rem quampiam reijcit, & auersatur, clam appetit. Id genus hominum neutiquam rarum est, qui munerum publicorum administrationem verbo despuunt, & ceu onus quauis Ætna grauius execrantur, cùm re ipsa nihil affectent magis, ambitionis plenissimi. Videtur etiam dici posse de eo, qui duplex; vna & eadem ex re commodum captant. Nam Scytha equo & ad itineris expeditionem & ad pastum vtitur, vt indicat D. Clemens in Pædagogo: nam conscenso equo auehitur, quo velit cunque & argente fame epoto è secta vena sanguine famem sitimque placat. Hac prior prouerbij ratio clarior fit ex altero prouerbio eiusdem sententiæ apud eundem in voce Scythes, quod huiusmodi est Σκύθης τὸν ὄνον, id est, *Scytha asinum*: Nam cùm quidam asinum mortuum vidisset, dixit: *En tibi cænam ò Scytha*: ille verò primum detestatus, paulò pòst curiosiùs de eo perquisiuit, & circa eum parandum elaborauit. Ἵππος με φέρει, βασιλεὺς με τρέφει, *Equus me portat, alit rex.* Refertur inter Græcorum adagia, atque addunt hinc natum. Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is cùm admoneretur, vt missionem peteret, seseque à militia abdicaret, negauit se facturum, his quidem verbis: ἵππος με φέρει, βασιλεὺς με τρέφει, id est, *Equus me portat, rex me alit:* significans se commodissimè viuere, vt qui & pedibus alienis ingrederetur, & aliena pecunia pasceretur. Huc allusit Horatius, cùm in Epistolis sub Aristippi persona sic ait:

Testitudinē equus insequitur. — *Equum Scytha.* — *Scytha asinum.* — *Equus me portat, alit rex.*

------Rectius hoc, &
Splendidius multo est, equus vt me portet, alat rex.

C Quo quidem in loco Acro huius admonet prouerbij, cuius etiam meminit Diogenianus. Apparet è tragœdia quadam ascitum. Est enim carmen anapæsticum dimetrum. Ἐπικρινεῖται ἵππος Θεσσαλική: *Decernetur equa Thessalica:* De summo præmio dicebatur, propterea quòd antiquitùs primà laus fuerit equarum Thessaliæ, vt suo loco indicauimus. Idem valet Ἀκαρνικοὶ ἵπποι, *Acarnici equi*, maximi scilicet. Γλαῦκος ἄλλος ἱππόβρωτος, *Glaucus alter ab equis deuoratus.* Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates suas. Μορμώ, δάκνει ἵππος, *Larua foris est, mordet equus.* Verba sunt Praxinoes apud Theocritum in Syracusis, ituræ ad festum Adonidis filiolo domi relicto. Quadrabit cùm aliquem ab eo cuius maximè cupidus est, inhibere studemus: Oppidò quàm eleganter Horatius hoc carmine:

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus,

Vitium illud significat humanis ingenijs insitum, vt semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnant ac fastidiant, optent inexperta, experta damnent. Veteres bubus arabant, non equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiam. Citra metaphoram dixit Terentius: *Nostri nosmet pœnitet:* *Equo Sophocleo similis*, adagium in eos est, qui ætate fessi & imbecillo corpore, animi tamen vigorem seruant etiamnum. Philostratus in Damiano Sophista, καὶ εἶδον ἄνδρα παραπλήσιον τῷ Σοφοκλείῳ ἵππῳ. νωθρὸς γὰρ ὑφ' ἡλικίας δοκῶν, νεάζουσαν ὁρμὴν ἐν ταῖς σπουδαῖς ἀνεκτᾶτο. Nam Sophocles iam senex & pro deliro à filijs accusatus, tragœdias tamen optimè & grauissimè componebat, vt pluribus probat Cælius. In equo autem (inquit) arbitror allusum ad Tragidi cothurni maiestatem, quæ sit velut equestris, Comicæ humilitatis ratione, vnde in arte poëtica Horatius:

Decernetur equa Thessalica. — *Glaucus alter ab equis deuoratus.* — *Larua foris est, mordet equus.* — *Optat arare caballus.* — *Equo Sophocleo similis.* — *Li. 11. c. 20.*

D

Et Tragicus plerumque dolet sermone pedestri &c.

Et rursus: Coloni sic dicti loci duo fuere, alter appellatus hippos id est equus, in quem confugit Oedipus. Ad quem fortè prouerbium spectat quod de equo Sophocleo prætexuimus, eò quidem procliuius, sin inibi quoque habitauit Sophocles, quod in quinto de finibus Cicero significat. Eundem ferè sensum cum Sophoclis equo habet Ἰβύκειος ἵππος, id est, *Ibyci equus:* cuius dicti originem refert Plato in Parmenide. Ibyco poëtæ equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus attritus. Is cùm ad certamen currui iungeretur, extimuit, videlicet expertus eiusmodi ludorum aleam. Ridente populo, Ibycus surgens, Equus (inquit) domini similis est: nam & ipse iam senex ad amandum compellor. Huc allusisse videtur Horatius in epistolis:

Cap. 21. — *Ibyci equus.*

Non

Non eadem eſt ætas, non mens &c. E
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.

Equi ſenecta

Dictum in iocum prouerbialem abiſſe videtur, de ijs qui nolentes præter ætatem & vires ad periculoſum vel difficile negocium adigerentur. Ἵππου γῆρας, *Equi ſenecta*. Prouerbium in eos dici ſolitum, qui præclaris rebus geſtis in iuuenta, poſteaquam conſenuerint, ad ſordidas curas ſemet abijciunt. Allegoria ſumptâ à generoſis equis, qui ſenio facti ſegnes, in piſtrinum aut carrum, aut id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum viribus integri eſſent. Plutarchus in libello, cui titulus, An ſeni ſit adminiſtranda reſpub. An non planè videbitur equi ſenectam, quemadmodum vulgò vocant, accerſere nemine compellente? Cùm hoc conuenit Ennianum illud, quod refertur à Cicerone in Catone Maiore:

Sicut fortis equus ſpatio qui fortè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Notatur autem iſte Cato maior inhumanitatis à Plutarcho in eius vita, quòd mancipia ità vt ſi iumenta eſſent, expelleret & venderet ætate iam confecta; quando beneficia & gratiæ nonnunquam etiam brutis dentur, humanitatiſque ſit equos confectos laboribus alere, itemque canum F non catulos modò, ſed & ipſos ſenio graues. Author adagiorum in adagio, *equi generoſi ſenectus*: Sophocles (inquit) declarat generoſi equi ſenectutem his verſibus:

Equi generoſi ſenectus.

Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς κἂν ᾖ γέρων
Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν
Ἀλλ᾽ ὀρθὸν οὖς ἵστησιν: ὡσαύτως δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ᾽ ὀτρύνεις, κἀυτος ἐν πρώτοις ἕπῃ, id eſt,
Generoſus vt equus, conſenuerit iam licet
Animum tamen nunquam in periclis abijcit,
Sed auribus rectis ſtat: itidem tu quoque
Et incitas me, & ipſe cum primis a[illegible]es.

Verba ſunt Oreſtis ad pædagogum ſenem, cuius conſilio & auxilio occidit Clytæmneſtram & Aegyſthum. Γραῦς ὥς τις ἵππος τὸν χαραδραῖον τάφον ἕξεις: id eſt, *Anus velut equus profundam habebis foſſam.* De ijs qui penitus abijciuntur tanquam prorſus inutiles: Equi enim poſteaquam conſenuerint (mortui ſint potiùs, vt ex præcedentibus liquet,) in altos terrarum ſpecus (εἰς χαράδρας, Suidas) aliquò præcipitantur: Ita mulier olim amata, ſimul atque deſloruit forma, faſti- G ditur ab omnibus. Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλα ἐπιβάλλε, id eſt, *Equo ſeneſcenti minora cicela ſiue onera admoue.* Admonet adagium, vbi vires per ætatem fatiſcunt, reſpirationem ac refocillationem quandam a laboribus dandam & decreſcente robore minuendos labores, augendam remiſſionem. Ductum aiunt ab equis militaribus, quibus ſeneſcentibus, leuius τρισίππιον admouebant. Eſt autem τρισίππιον ceu rotula quadam, publica nota, quæ igni candefacta, malis equorum imprimi ſolebat. Zenodotus oſtendit prouerbium extitiſſe apud Cratetem Comicum in Samijs. Videtur carmen heroicum, ſi tantùm legas κῦκλ᾽ ἐπιβάλλε. Nam κείκιλα nondum reperimus, præterquam apud Zenodotum. Triſippij meminit Heſychius. Videtur autem κείκιλον aliquid eſſe, non diſſimile triſippio. Apud Suidam legitur κύκλ᾽ ἐπιβάλλε, atque de ijs dici, qui ob ætatem remiſſione & quiete indigent. *Canterium in foſſa*: ruſticum prouerbium (inquit adagiorum author) quo licebit vti, quoties quis ad id negocij trahitur, in quo nequaquam valeat, aut vbi res vehementer erit impedita periculoſaue. Nam vt equus plurimùm (vt modò dicebatur) valet in planitie, ita minimè in foſſa. Iubellius Taurea & Cl. Aſellius ſingulari certamine iuxta Capuam pugnabant; & cùm diutius vterque alterum libero campo eluſiſſet, Taurea in cauam viam deſcendere iuſſit, alioqui equorum, non equitum fore certamen. Eò cùm Aſellius extemplo deſcendiſſet, rurſum eluſit Taurea ſermone, qui poſtea in ruſticum verſus eſt prouerbium: Minimè ſcis, inquiens, canterium in foſſa. Hæc Liuius libro tertio decadis tertiæ. *Canterius in porta*, adagium quod refertur à Feſto in dictione Ridiculus. Indicat autem conuenire, cùm quis in principio rei vix inchoatæ deficit animo, natum à Sulpitio Galba, cui in prouinciam ituro canterius in porta cecidit, vt aliàs recitauimus. *Certè hæc mulier canterino ritu aſtans ſomniat*, inquit Plautus in Mænechmo. Adagium hoc reconditum (inquit Cælius) in mulierem concinnatum eſt, quæ etiamſi aſtare, vigilare, rectèq; ſenſibus vti videbatur: tamen quia nænias quaſdam Siculis gerris vaniores effutiebat, ſomniare ac dormitare eam dicit equino ritu. Notiſſimum quippe dormire equos ſtantes. Hæc Cælius, recta ratione Apuleij enarratorem reprehendens, qui cantharino ritu legit, tanquam à cantharo vaſe vinario. Probi Imp. equus in parœmiæ formam (inquit Cælius) deduci poteſt. Is erat nec decorus quidem, nec ſtaturoſus; verùm celeritate tanta, vt diurnis ſpatijs centum obiret milliaria, vel in decimum diem

Anus vt equus profundam habebis foſſam.
Equo ſeneſcenti minora onera admoue.
Canterius in foſſa. H
Canterius in porta.
Canterino ritu aſtans ſomniat.
Lib. 8. c. 4.
Probi Imp. equus.

labore

A labore haud interpellato. Eum tamen fugaci magis quàm forti ac strenuo congruere militi pronunciauit Probus idem. *Equum habes Seianum*, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum. Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui à Cn. Seio domino nomẽ inditum est Seiano. Is ex Diomedis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie, verùm eiusmodi quodam fato, vt quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internecionem vsque deperiret: vti antè ex Aulo Gellio dictum est. *Equus Troianus* vel *durateus*, ἵππος δούριος, vt scribit adagiorum author, de clandestinis insidijs dicebatur, aut vbi repente complures apparerent, qui latebant antea. Sumptum ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi, repente prosilientes Troiam ceperunt. Hunc Homerus durateum appellat, vt Odysseæ octauo, quod trabibus esset contextus: *Equus Seianus.* *Equus Troianus.*

Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.

Fatale enim erat perire, postquam vrbs intra se recepit ligneum ingentem equum, vbi sedebant omnes optimates Græcorum, Troianis sedem & mortem afferentes. M. Tullius actione in
B C. Verrem sexta Troianum hunc equum accipit pro extrema calamitate: *Quem concursum factum in oppido putatis? quem clamorem? quem porrò fletum mulierum, qui viderent equum Troianum introductum, vrbem captam esse dicerent, &c.* Idem pro Muræna dicit, *equum Troianum intus esse*, cùm sentit reip. periculum esse à ciuili discordia (a Catilina,) *intus* (inquit) *intus est inquam equus Troianus, à quo nunquam me consule dormientes opprimemini.* Idem pro M. Cælio, *An equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?* Plutarchus in vita Themistoclis narrat illum aliquando dono rogasse equum a Phyllide nutritore equorum: eum is vbi negasset, comminatum fuisse se breui ex illius domo facturum equum δουράτεον: significans se crimina ipsius ac domesticorum prolaturum in lucem. Nec inscitum fuerit (inquit author adagiorum) si quis ludum alicuius eruditi, Durateum equum appellet, quòd ex eo breui tempore summi viri prodierint. De laudatis viris qui subito aliundè emerserunt, apud eruditos frequens est, vt ex illius domo, velut ex equo Troiano prodijsse dicantur. M. Tullius Philippica secunda ad egregij facinoris societatem retulit: *In huius me consily societatem tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso.* Cælius quoque equum Troianum prouerbio vsurpari posse ait *Ex equo Troiano qui proficisci dicuntur.*
C pro societate non in perniciem modò cuiuspiam inita, verùm & ad bonam frugem aliquam. Cicero (inquit ille) alicubi scribit ex Isocratis ludo, veluti ex equo Troiano, innumeros principes exiuisse. Nam Græcorum principes ei inclusos fuisse nemo non nouit, & ex hoc Virgilij potissimùm clarum est: *2. de Oratore.*

Huc delecta virùm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri.

Aristophanes in Auibus prouerbium detorquet in emphasim roboris ac magnitudinis: *καὶ Θεαγένης ἐναντίω δύ' ἅρματε, ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ δούρειος.* Interpres admonet allusum ad equum æreum insigni magnitudine, qui in Acropoli stabat Palladi dicatus à Charidemo, quod ipsa testabatur inscriptio. Verùm is ad imitationem equi Troiani compositus erat. *Δουρείου τινὸς ἵππου εἰκόνα σώζει. Durij cuiusdam equi imaginem seruas.* Dici potest de homine multifarijs & diuersis inter se vitijs obnoxio. Clemens de Basilide loquens, statuente passiones animi spiritus quosdam rationali animæ annexos, id solum (inquit) nuuc obseruandum, *ὡς δουρείου τινὸς ἵππου κατὰ τὸν ποιητικὸν μῦθον εἰκόνα σώζει*, id est, *quod Durij equi speciem quandam obtines, iuxta poëtarum fabulam*, homo vno in corpore tot diuersorum spirituum exercitum in aluo inclusam ha- *Durei equi imaginem seruas.* *Lib. 2. Strom.*
D bens. Huius equi magnitudinem ostendit Menelaus apud Homerum cùm Græcos in eo sedisse dicit, & Virgilius *Demissi lapsi per funem*: & dum dicit: *Instar montis equum.* De hoc ligneo equo, quem propterea Propertius quarto elegiarum abiegnum cognominauit, quædam collegit Nic. Erytræus in indice Virgiliano, quæ quòd ad explicationem eorum quæ dicta sunt, faciunt, prætereunda mihi minimè duxi: Troianum equum (inquit in voce Simulacrum) cum Minerua fabricauit Epeus, vt Demodocus apud Homerum canit Odysseæ octauo. Hunc Virgilius *instar montis equum* appellat, modò *equi molem*, aliàs *equi immanis molem*, interdum *ferum*, nunc *dolum*, quandoque *machinam*, *monstrum infelix*, *claustra pinea*, & denique *lignum*, (quin & *fatalem machinam* vocat, inquiens: *Scandit fatalis machina muros.*) nam *trabibus contextus acernis*, vt idem poëta canit: *Sectaque intexunt abiete costas*: vnde durateus, id est ligneus Homero dictus, *ἵππου κόσμον ἄεισον δουρατέου*, & quæ eodem citato libro sequuntur: quem imitatus Lucretius: *Equi Troiani synonyma*

Nec cum Durateus Troiadis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Apud

Argonaut. Apud Flaccum: ——*Manet immotis nox Duria castris.* E

Alij codices habent *durica*, eodem sensu: quidam simpliciùs legunt *Dorica* pro Græca, vt & Dorica castra. Equo autem ligneo inclusis Danais expugnatum fuisse Ilium fabulosè poetæ commenti sunt: sed rei veritas ita habet. Equum ligneum simulato pro reditu Mineruæ voto, Græci ea magnitudine construxerunt, vt intra mœnia Troiana recipi non posset, nisi portæ murique vrbis deponerentur. Eum Sinon transfugam simulans, persuasit Troianis, si in vrbem inducerent, futurum, vt nunquam Græci aduersum eos amplius arma mouere possent. Quamobrem deiectis portis & murorum parte, equum introducunt Capientibus mox ipsis cibum securè, ac nihil tale verentibus Troianis, Danaum ductores ex loco, vbi in insidijs subsiderant, vnde adhuc illi Argiuorum insidiæ nomen est, prodeuntes apertam vrbem inuadunt, atque hoc pacto capiunt; Hæc ex Palæfati apistis. Alij sentiunt poetas equi commentum de quodam arripuisse, cui equo nomen esset, qui Troiæ immineret, per quem etiam facilè capta sit, ad quod & Virgilius allusserit hic:

De equo Troiano mystica explicatio.

Instar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant.

Lib. 5. Hactenus Erythræus. Sed Dictys Cretensis ait, Græcos discessum simulantes ad Sigæum secessisse, ibi noctem operientes, qua veniente datoque signo à Sinone, ad eam rem clam posito, eos ad Troiam nauigasse multo silentio, barbarosque propter securitatem pacis vino & somno fessos oppressisse, diuisis inter se ciuitatis locis: antea tamen admissum in vrbem equum illum scribit. Sed sacerdos ille Aegyptius apud Dionem hoc quidem munus à Græcis oblatum dicit, sed Troiam captam vllo modo negat. Ait ergò fessos longo bello Græcos, pacem à Troianis petijsse, quam Priamus illis concesserit, petens tamen & ipse, vt Græci mulctam præstarent aliquam, quòd nulla lęsi iniuria bellum intulissent. Quam Vlysses Græcorum legatus concedens dixit se relicturos pulcherrimum & maximum Mineruæ donum & inscripturos, Propitiatorium hoc donum dederunt Achiui Mineruæ Iliensi: hoc illis magno futurum honori, & aduersus se testimonium quòd essent victi. Facta ergò esse fœdera inter Troianos & Achiuos: tandem equum perfectum esse ab Achiuis, magnum opus, Troianosque sursum eum traxisse ad ciuitatem, quem cùm portæ suscipere non possent, partem mœniorum diruisse. Vnde ridiculum dictum est (inquit) quòd ciuitas ab equo capta sit. Hinc recessisse exercitum, hunc in modum fœderi illigatum. Hæc ille. Ab Apollonio *lignea turris* nominatur, ab Horatio *equus Mineruæ*, vbi de Achille loquens sic ait: F G

Lib. 2. Argonaut. Car. 4. Od. 6

Ille non inclusus equo Mineruæ,
Sacra mentito, malè feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret aulam.

Pausanias li. 1 in Atheniensium arce Durium equum ex ære positum dicit, quem machinam fuisse bellicā inquit, ab Epeo factam ad muros deijciendos, fateatur necesse est, qui Troianos nolit stuporis & stultitiæ condemnare. Verùm quoniam traditum est Græcorum fortissimum quemque in equum illum se abdidisse, conuenit equi ænei forma cum ijs quæ de Troiano memoriæ prodita sunt. Menestheus enim Teucer, Thesei etiam filij ex equo erumpunt. Plinius itidem equum, qui suo tempore Aries appellabatur in muralibus machinis, Epeum ad Troiam inuenisse tradi scribit. Vitruuius verò & Tertullianus in libello de pallio Arietem à Carthaginensibus excogitatum memorant. Higinius etiam Troianum equum machinam oppugnatoriam fuisse scribit. Cæterùm equos Troiæ quodammodo fatales fuisse, nos aliàs triplici exemplo ostendimus, idque docet Plutarchus ab initio vitæ Sertorij: Petrarcha in epistola ad Fredericum Aretinum de quibusdam fictionibus Virgilij, hanc quoque de equo Troiano allegoricè declarat his breuiter verbis. Noctu fieri æquum erat propter errorum tenebras humanorum; infinitamque caliginem vrbe somno vinoque sepulta; id est obliuione & ebrietate pressis animis: in quam vrbem fractis mœnibus, & omnis prouidentiæ dirupto neglectoque munimine: qui vnus animarum atque vrbium murus est, armatis plenus hostibus, ingens equus ab initio sæuæ noctis irrepserat, idem impetus, ac ciuilis discordia armatis grauida semper affectibus atque odijs latentibus & malorum causis. Infaustam verò hanc machinam, quam in excidium ephebus seu epheborum atque adolescentium inscitia fabricata est: vnus vrbibus euertendis aries. Lacoon sacer senex in vrbem inuehi prohibens, serpentum spiris & venenatis inuidorum nodis ac flexibus circumuentus opprimitur. Quo amoto vulgus insanum in perniciem suam præceps magno consensu properat & monstrum infelix sacrata sistit arce, dum rationis locum occupat appetitus, quo nihil propius est ruinæ. Itaque tum demum fatalis equus panditur, & quæ latebant mala erumpunt &c. Sed isthæc de equo Troiano dicta sufficiant. Iam verò sunt quædam (inquit author adagiorum) & hodiè H

Equus Troianus machina bellica.
Aries à quibus inuentus
Equi Troiæ fatales.

vulgò

A vulgò iactata, non indigna quæ veteribus adagijs adnumerentur: Quod genus est illud: *Non oportere equi dentes inspicere donati*: cùm significamus æqui bonique consulendum, qualecumque est quod non emitur, sed gratis donatur. Siquidem equum empturus dentes inspicit, in quibus ætatis indicia certissima sunt, ne circumueniatur. At inciuile sit idem facere in equo donatitio. Vsus est tamen hoc prouerbio D. Hieronymus in præfatione commentariorum in epistolam Pauli ad Ephesios. *Parum (inquit) eloquens sum. Quid ad te? Disertiorem lege. Non dignè Græca in Latinum transfero: Aut Græcos lege si eius linguæ habes scientiam: aut si tantùm Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & vt vulgare prouerbium est, equi dentes inspicere donati.* Frequentissimus huius adagij apud nos vsus est in eodem sensu: A Cauallo donato non si guarda in bocca. A Polydoro Virgilio tanquam prouerbium citatur hoc sacræ scripturæ, *Fallax equus ad salutem.* Equus (inquit) animal bellicosum est & velox, quo homo tum pugnando, tum fugiendo maximè fidit. Hunc equum Dauid vocat non inconcinnè corpus humanum, quia iumentum sit animæ, & ob id fallax, quòd suis se viribus diu sustentare non possit, ad nihil modis omnibus casurum: sed neque rex, neque gigas sua est virtute seruandus, nisi per gratiam Dei. At per hanc

Equi donati dentes inspicere. *Equus fallax ad salutem.* *Cap. 121.* *Psal. 31.*

B prouerbialem figuram, docetur plenum audaciæ esse ac temeritatis, humanis tantùm confidere viribus. Ex D. Bernardo fortè, qui in tractatu de gradibus humilitatis: sicut (ait) dicitur, *fallax equus ad salutem*, non quòd equus aliquem fallat, sed quia is seipsum fallit, qui in fortitudine eius confidit. Sic omnis homo dicitur mendax, id est fragilis, mutabilis, à quo non possit vel sua vel aliena sperare, quin potius maledictionem incurrat, qui spem suam in homine ponit. Πόλλοι κινησουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι: *Per multis voluetur adhuc rota mota caballis.* Multum adhuc temporis restat, multæquæ incidunt mutationes. Hoc quoque Theognidis:

Rota multis adhuc equis voluetur.

Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη, ἀλλὰ κάκιστον
  Ἄνδρα φέρω, καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον, id est,
Equa ego pulchra sum & certatrix, sed pessimum
  Virum fero, & mihi hoc molestissimum.

Conueniet quoties alicuius coram magnatibus sententia licet saluberrima, non auditur. Prouerbialiter dixit Cicero. *Equitabit in his equuleis*: quod est, ostentabit: qua in significatione verbo equitandi, nisi me fallit memoria, vtitur Arnobius. Et hoc quoque eiusdem prouerbij quodammodo vicem obtinet, quod de clamosis oratoribus dicebat, vt refert Plutarchus in apoph-

Orat. 6. in Verr.

C thegmatibus, eos videlicet ob imperitiam dicendi ad vociferationem, sicut claudos ad equos confugere: sed & Ouidij hoc pentametrum prouerbialem habet sensum:

Nil nocet admissis addere calcar equis.

Prodesse sæpenumerò innuit, si diligentissimus aliàs ad diligentiam adhortetur. Idem de re impossibili dicebat:

Li. 2. de ponto. Eleg. 6.

In caput alta suum labentur ab æquore retrò *Flumina, conuersis solque recurret equis.*

Li. 1. de Trist Eleg. 7.

De caballo Mariano dicetur in prouerbio, Mulus Marianus. Parmeno Byzantius apud Athenæum prouerbialiter inquit:

Lib. 5.

Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον ὡς ὕδωρ ἵππος
Σκυθιστὶ φωνεῖ οὐδὲ κόππα γινώσκων. Dalechampius καππα legit & vertit:
Qui vt equus aquam, homo vinum haurit,
Scythicè loquitur, & ne cappa quidem agnoscit.

Sed legendum κόππα: ac si dicat, si homo semel, tantum vini haurit, quantum aquæ solet equus vno potu consumere, minus iam sapit equo: equus enim saltem nomen suum semper agnoscit, vt coppatias dictus a coppa numero. Est enim coppa numeri figura compacta ex cappa & sigma. Si-

D gnat autem nonaginta. Ab hoc signo equus dicebatur coppatias, vt meminit Varinus his verbis: Morem inurendi literas in equis agnoscere videtur Aristophanes, qui in Nebulis coppatiam inde equum nominat, cui inustum esset cappa, sicuti samphoras siue sapphoras, quibus sigma. *Vinum equus poëtæ.* Citatur à Zenodoto Demetrij Halicarnassei huiusmodi distichon, etiamsi in epigrammatis referatur titulo Nicerati:

Equus coppatias. *Vinum equus poëtæ.*

Οἶνός τοι χαρίεντι φέρει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ
  Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις

Idem poëta & hoc quoque nobili epigrammate (vt Cælius annotat) vinum esse poëtis, equi magni vice canit:

Lib. 28. c. 35

Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ,
  Ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος, id est,
Vinum eleganti magnus existit equus poëtæ,
  Aquam bibens, non ferè bonum producas carmen. Huc spectat illud Horatij:
Nulla placere diu neq; viuere carmina possunt

Quæ scribuntur aquæ potoribus. E
Consulendus author adagiorum in prouerbio, *Aquam bibens nihil boni parias.*

VSVS IN CIBIS.



Equorum esus.

EMO equidem vel equina vel asinina nūc carne vescatur, nisi vrgente fame, vt fit in obsessis vrbibus, cùm videlicet alia etiam fœdiora sæpius animalia attingimus, & ne à corio pellibusque abstinemus: quin tum equinæ non semel in honore fuere, sicuti patrum nostrorum memoria factum, obsessa a Venetis & Gallis Verona anno Sal. 1516. defendente eam M. Antonio Columna, Cæsaris Maximiliani nomine. Ad id enim penuriæ ventum erat referente Iouio, vt cùm lentem & fabam paniceaque pultaria in quotidiano vsu haberent, equinas atque asellorum carnes magno in honore ducerent, & tùm præsertim opipare apud ducem epularentur, cùm aliqui Gallorum equi vt erant præpingues ac suis strigosioribus & fame pene erectis minime comparandi, in excursionibus occiderentur. Nam conspectis statim equorum cadaueribus, portis frequentes euolabant, concisosque in frusta, humeris in vrbem cum plausu referebant. Idem Iouius testatur Ludouicum Aurelianum Gallorum ducem, cum Nouariæ à Veneto & Sfortiano exercitu obsideretur, quòd videret milites recentium carnium desiderio teneri, eosque incommode salutis vesci, præsertim quòd in medijs æstatis feruoribus vino penitus carerent, minus generosos equos occidisse & dissectos per centurias æqua diuisione militibus largitum fuisse. Cur verò liberi ab istiusmodi quadrupedum carne abstineamus, in causa est praua eius qualitas, de qua sic Galenus: *Asinorum domesticorum carnes pessimi succi, concoctu difficillima ac inter edendum insuaues sunt, stomachumque lædunt, quemadmodum equorum & camelorum carnes.* (equinas asininis leuiores esse ait Hippocrates.) Esse tamen ait qui eas edunt, quos animo & corpore asininos & camelinos nuncupat. Strabo Theodosiam Tauricæ Chersonesi vrbem accolentes peculiariter (inquit) nominabant agricolas, quia qui super eos assistunt, Nomades id est pastores cum alijs generis carnibus quidem, tum equinis aluntur & equarum caseo & lacte & oxygalacte, quod illi arte quadam condientes eximium habent obsonium. Quam ob causam poëta omnes eius tractus incolas galactophagos appellabat. Idem eodem libro de Mysis loquens, quorum Homerus meminit his versibus: F G

Cur ab equorum esu abstineamus.
Lib. 3. Aliment.
Lib. 7. Geog.
Galactophagi.

Iliad. N.

—— Αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ,
Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν,
Μυσῶν τ' ἀγχιμάχων, καὶ Ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
Γλακτοφάγων, Ἀβίων τε.
—— *Ipse autem retrò vertit oculos splendidos*
Seorsim ad equitum Thracum despiciens terram
Mysorumque cominus pugnantium & illustrium Hippemolgorum
Lacte vescentium, Abiorumque &c.

Mysos Europæos potiùs quam Asiaticos intelligendos scribit. Cui sententiæ (inquit) etiam poëtæ testimonium accedit, quoniam Hippemolgos, Galactophagos & Abios eis adiungit, qui quidem in plaustris viuentes Scythæ & Sarmatæ sunt. Hæ enim nationes Thracibus hac tempestate promiscuæ sunt. Ad cuius loci explicationem Varinus: Hippomolgos (inquit) vocant pastores equorum quòd lacte equino viuant: eosdem galactopotas & galactophagos nominant. Fertur autem in historijs huiusmodi gentem in Scythia esse, quam & Abios vocant, &c. Eosdem populos puto intelligit Dionysius Afer his verbis: Ἔνθα (supra Tauricam Chersonesum iuxta Alanos) μελαγχλαινοι καὶ ἀνέρες ἱππημολγοι. Herodotus hos Scythas Nomades seruos suos omnes scribit excæcare lactis gratia; quod (inquit) ita parant: Sufflatoria ossea tibiis simillima sumuntur, eaque genitalis equarum imposita, ore inflantur interea dum alij equas emulgent. Hoc ideo se facere aiunt, quòd venæ equarum sufflatæ impleantur & mammæ descendunt. Posteaquam emulxere lac, in concaua vasa lignea diffundunt. His circumpositi cæci serui lac agitant: cuius quod summum est, delibatur, pretiosiusque habetur, vilius autem quod subsidet. Huius rei gratia Scythæ quemcumque capiunt, visu orbant. Meminit eorundem populorum Antiphanes antiquissimus Comicus inuectus in obsoniorum (piscium) venditores qui tanti pisces vendunt, Scythas rectiùs sapere inquiens ijs qui tanti emunt pisces, quòd liberis statim atque nati sunt, equarum atque vaccarum lac porrigunt, quasi dicat ex tam vili nutrimento plus roboris haberi, quàm ex piscibus quos tanti vendebant: id quod Metabo Virgiliano non erat ignotum qui filiã suam Camillam equino lacte educauit, vt poëta canit: *Hic natam in dumis, interque* H

Lib. 4.
Seruos cur Scythæ excæcant.

horrentia

A *horrentia lustra Armen talis equæ mammis & lacte ferino Nutribat, teneris immulgens vbera labris.* Hi ni fallor Sarmatæ sunt, siue Sauromatæ; nam præterquam quòd Plinius tradit, Sarmatarum gentes è milio maximè pulte & cruda etiam farina equino lacte vel sanguine è cruris venis admixto viuere, Pausanias in Atticis, ab ijs testatur plurimos ali equos, vtpote Nomades, quibus non tantùm ad bellum vtantur, sed dijs etiam suis immolent & cibo adhibeant. Virgilius Bisaltas & Gelonos nominat, dùm de febri ouium scribens, sic canit: *Georg. 3.*

Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam
Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus
Cùm fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Tartari equino sanguine aluntur. Nos nunc Tartaros vocamus, quos veterum hunc morem etiamnum seruare Matthias à Michou, Paulus Venetus & Sigismundus Baro alijque attestantur: vulnerare videlicet, incidereq; equos, cruoremque & per se & cum milio deuorare: carnibus eorumdem vesci, etiam semicrudis: caballos pridiè tum sponte tum morbo absumptos exciso loco apostemato perlibenter comedere: equitantibus B porrò si fames inuaserit, sitisque molesta fuerit, venas aperire, haustoque eorum sanguine famem pellere sitimque, iumentisque hoc prodesse putare. Lacte equino in primis delectari; quòd eo homines & fortes & pingues fieri credant. Eorum reges si quando suis commeatum distribuunt, quadraginta hominibus equum vnum aut vaccam dare solere: ijs autem mactatis, intestina præstantiores tantùm sumere ac inter se diuidere: ea ad ignem eatenus calefacta, vt adhærentia stercora decuti possint abstergiq; vorare: non solùm autem digitos pinguedine vnctos sed etiam cultrum lignumúe quo stercus detersum fuerat, suauiter lingere sugereque. Capita equorum, vt apud nos aprorum in delicijs haberi, præstantioribusq; tantùm apponi. Cromerus author est lib. 29. Moschos olim Tartarorum seruos, potum lactis equini illis tributum petentibus per ducem suum in itinere offerre consueuisse. Inuenio autem & apud Persas morem fuisse, vt in diuitum conuiuijs die cuiusque natalis, equi toti assi apponerentur, sed & à Germanis caballos tum agrestes, tũ domesticos comedi, Gregorius tertius ad Bonifaciũ reprehendit, & abrogare iubet, vt refert Nauclerus generatione vigesimaquinta, sed Sigebertus alijq; Zachariam tradunt primum recens conuersis Germanis esum crudi lardi, equorum & similium aliorum, quòd hæc Scythicam barbariem saperent, interdixisse. Iam & apud Vartomannum legere est, equinam & camelinam C in Damasco edi. Et Io. Bruyerinus lib. 13. de re cib. cap. 40. audisse se tradit à quibusdam alpinis populis pullos edi Iudæis istiusmodi carnes erant interdictæ. Hinc Antiochus Magn. victo Ptolomæo Epiphane ac Hierosolymis occupatis, inter alia edicta in honorem regni, vt narrat Iosephus, per totum suum regnum etiam proposuit tale: Nemo intra vrbem carnes equinas aut mulinas inferat, nec asini siue feri, siue domestici, nec pantheræ aut vulpis aut leporis aut cuiusuis huiusmodi omnino ex his animalibus, quæ Iudæis vetitum est attingere, ac neque pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in vrbe alere, sed tantùm solitas more maiorum mactare victimas, quibus deus litari sibi vult. Qui verò aliquid contra edictum hoc fecerit, trium millium drachmarum argenti multam luat sacerdotibus. Sanguine equino Concanos gaudere habemus apud Horatium. *3. Car. Od. 4.*

Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum.

Quo loco in margine scriptum erat, Scythiæ populos esse, qui Bisaltæ Virgilio dicuntur. Acron & Porphyrius dicunt Hispaniæ gentem esse, vel vt quidam volunt (inquit) Thraciæ: sed sunt D Hispaniæ procul dubio, inquit Abrahamus Ortelius ex Silij versu: *Lib. 3.*

Cornipedis fusa satiaris Concane vena.

Lactis potũ di præparatio. Sed vt ad Tartaros reuertamur: hi vt Paulus Venetus scribit lac equarum quod bibunt, ita præparasit, vt videatur esse vinum album, aitque non insipidum potum esse: vocari autem ab ipsis chu inis: modum præparandi docet Albertus: Barbari quidam (inquit) emulsum equarum lac Solĩ exponunt, donec pars crassior subsidat, postea in vase feruefaciunt, vt siceram (ceruisiam intelligit) & quod eliquatum est, bibunt, & hoc potu vtuntur Tartari, Comani, Ruteni & finitimi eis barbari. Plurimum autem inde pinguescunt, illi maximè qui non sunt in assiduo motu & exercitio. Ex equino lacte fit quoque caseus, virus redolens, vt Dioscorides testatur, sed magnoperè alens, bubuloque proportione respondens, hippacen (ἱππάκην) vocant, quanquam non desint (inquit) qui hippacen equinum coagulum appellarint: id quod meminit quoque Plinius libro 28. capitolo octauo his verbis: *Equi coagulum quod aliqui hippacem vocant.* Hippocr. pro solo caseo accipit, vt manifestè indicat his verbis loquens de gente Scythica: bibunt lac equinum & hippace vescuntur, hoc est, caseo equino. Fallitur aut Mercurialis, dũ scribit Hippocr. *Hippace.* *Lib. 2. de Var. rer. c. 26*

Lib.4. de morb. lac equinum hippacen vocare: Græcè enim ſic habet, πήγνυσι γάλα ἵππων, καὶ ἱππάκην τρώγουσι. τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. Et aliàs quo modo ex equorum lacte caſeus iſte hippace dictus fiat, clariſſimè docet: Scythæ (inquit) lac equinum in caua vaſa lignea infuſum concutiunt. Illud autem dum turbatur, ſpumeſcit, ac ſecernitur, & pingue quidem, quod butyrum vocant, cùm leue ſit, in ſuperficie conſiſtit: graue verò ac craſſum, deorſum ſidit, quod etiam ſecretum ſiccāt. Vbi verò concretum ac ſiccatum fuerit, hippacen ipſum vocant. At ſerum lactis medium locum tenet. Sic etiam Plinius: *De generibus caſeorum diximus, cùm de vberibus ſingulisq; animalium membris diceremus. Sextius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc vocat hippacen.* Cæterùm alicubi, idem Plinius dum ait: *Inuenere herbas & vniuerſæ gentes. Scythia primùm eam, quæ Scythice vocatur, circa Bœotiam naſcens, prædulcis. Aliam vtiliſsimam ad eam quæ ſpaſmata vocant. Magna & ea commendatio, quod in ore eam habentes, famem ſitimq́; non ſentiunt. Idem præſtat apud eoſdem hippice dicta, quod in equis quoque eundem effectum habeat. Traduntq́; his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame ſitiq́;* haud rectè Theophraſtrum tranſtulit, alijſq; errandi occaſionem præbuit. Hic enim de Scythica radice ſiue glycirrhiza loquens, ſic habet: δύναται δὲ τὴν δίψαν παύειν ἐάν τις ἐν τῷ στόματι ἔχῃ. διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διάγειν φασι, τοὺς Σκύθας ἡμέρας ἕνδεκα καὶ δώδεκα, id eſt, *ſitim extinguit ſi teneatur in ore: Qua de cauſa tum ea, tum hippace vndecim & duodecim dies vitam tolerare affirmant.* Sed Theodorus Gaza pro hippace Plinium ſecutus hippice vertit, & verbo ad verbum reddito Latinè equeſtrem reddidit & in eo etiam turpiter lapſus eſt, quòd ſimpliciter ſitim tolerare vertit, cùm Græcè legatur διάγειν, id eſt vitam agere, turpiſſimè verò cùm radicem eſſe arbitratus eſt. Fallitur item Hermolaus, qui hippicen ab hippace differre ſomniat. Mercurialis tamen Hermalco potiùs quàm Turnebo ſubſcribit, (qui in annotationibus in librū Theophraſti de odoribus, eiuſdem cum nobis ſententiæ eſt,) propterea quòd Theophraſtus aliquid miri de Scythis dicere voluiſſe videatur; duodecim autem dies ea radice & caſeo equino viuere, nullam admirationem habeat: quando (inquit) ferunt, Zoroaſtrem interdum ſolo lacte ſex menſes tranſegiſſe, quod de quodam aliò narrat Athenæus: immo ipſemet Hippocrates atque Herodotus videntur innuiſſe, plurimam temporis partem ſolo caſeo equino Scythas victitaſſe. Atqui non negauerit Mercurialis, quin illud in Zoroaſtre tanquam quid admiratione dignum celebretur: Iam verò hippacen, non hippicen legendum eſſe apud Plinium, maniſeſtiſſimè conſtat ex hoc eiuſdem loco: *Quædam rurſus exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant, conſeruantq́; vires, vt butyrum, hippace, glycirrhizon.* Non placet etiam Geſneri ſententia, qui Theophraſtum ita intelligendum eſſe arbitratur, vt Hippacen loco cibi, glycirrhizam verò ſitis remedium eſſe innuere voluerit, cùm maniſeſtè vtriq; attribuat vtrámq; facultatem: nam etſi hippace, vt oſtendimus, caſeus ſit equinus, quo famem potius quàm ſitim ſedaſſe Scythas veriſimile eſt, ideoq; ab Euſtathio, vbi de Galactophagis & Galactopotis loquitur, ſecundum Aelium Dionyſium βρῶμα Σκυθικὸν διὰ γάλακτος ἵππων σκευαζόμενον nuncupatur, tamen Theopompus hippacen etiam vocari ſcribit libro tertio ipſiſſimum lac; Ἱππάκη (inquit) *Scythicum edulium ex lacte equino: aliqui oxygala equinum eſſe dicunt Scythis in vſu: idq́; bibi & concretum edi.* Sunt denique qui teſtibus Varino & Heſychio hippacen equile interpretentur. Ariſtoteles Phrygij caſei meminit, ad quem conficiendum, (inquit) equinum & aſininum miſcent. Equinum caſeum haud ingratum palato eſſe audio.

Marginal notes: Lib.28.c.9. — Lib.25.c.8. Plinij error. — Lib.9.c.13. Hiſt. plant. — Hippice. — Plinius correctus. — Li.11.c. vlt.

VSVS IN MEDICINA.



Lactis vis. ON pauca remedia medicis præbet equus, quin vix in eo quicquam reperitur, cui non ſua ſit ad affectum aliquem facultas. Lactis potus teſte Plinio, ventrem ſoluit, id quod Dioſcorides etiam tradit, ſed ventrem turbare addit, magiſque purgare quàm ouillum. Varro etiam, *maximè* (inquit) *perpurgat lac equinum, tum aſininum, deinde bubulum, tum caprinum:* ita & Serenus:

Vel cum lacte capræ ſalſum mulſumq́; capeſſes:
Crede tamen potum meliorem lactis equini,
Dicitur hic validos aſinæ peruincere ſuccos.

Camelorum lac quale. Plinius ſcribit tenuiſſimum lac eſſe camelis, mox equabus, craſſiſſimum aſinæ, vt coaguli vice vtantur, ſed quàm benè, neſcio: etenim Galenus, equinum (inquit) lac ocyus deſcendit, ſimilique modo aſininum, quod & pauciſſimæ pinguedinis particeps eſt, propterea rarò in alicuius vētriculo tranſit in caſeum. *Seri vis.* Marcellus ſerum iſtiuſmodi lactis potui datum, facilè & ſine periculo vētrem molliter purgare dicit: ſed cùm duplex omne ſit ſerum, vnum quod ex caſeo exprimitur, alterum quod per decoctionem ex lacte ſeparatur, Ætius hoc nouiſſimum præſtare aſſerit. Hic autem de

A tem de ſuppuratis renibus tractans: Lac (inquit) cum melle poſt puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem equinum aut aſininum: ad vlcera enim repurganda conducit: poſtea verò cùm repurgatione amplius opus non habent, etiam bubulum, &c. Author eſt Raſis, mulierem quæ non concipit, ſi lac equinum ignorans biberit, & mox cum viro coierit, concepturam. Inuenio & apud Plinium vuluas colluta iuuari eodem lacte. Idem ait comitialibus dari lactis equini potum. Et aliàs. *In comitiali* (inquit) *morbo teſtes aprinos bibiſſe ex lacte equino, aut ex aqua prodeſt.* Et rurſus: *Comitialibus datur lactis equini potus.* Aliàs etiam eodem lacte venena leporis marini & toxica expurgari ſcribit. De ſanguine equino Dioſcorides interprete Ruellio ait: Sanguis equarum quæ admiſſuram expertæ ſunt, in medicamenta additur quæ erodunt, ſeptica vocant: vbi Græcè legitur: τὸ δὲ τῶν ὀχευόντων ἵππων αἷμα σηπτικοῖς μίγνυται. Marcellus Virgilius eundem quidem quem Ruellius ſed alijs verbis ſenſum affert; ea ſunt: Miſcetur medicamentis quæ excedendo ſunt, matricum equarum & quæ admiſſuræ inſeruiunt, ſanguis. Hermolaus Barbarus verò, ἵππων ὀχευόντων, de equis maribus, iiſq; admiſſarijs expoſuit, Plinium fortè ſecutus, qui ſanguinem equorum ſepticam vim habere ſcribit: & mox ſanguinem equi præcipuè admiſſarij contra panos & apoſtemata facere ſcribit: Aliàs etiam equarum preterquam virginum ſanguinem erodere, emarginare vlcera aſſerit. Ex quibus Plinij verbis apparere videtur, ſenſiſſe eum equorum vtriuſq; ſexus ſanguinem ſepticam vim habere: nam erodere & emarginare vlcera, idem quod ſepticum eſſe ſignificat. Hinc & Hermolaus in corollario ex hoc nimirum loco, Equæ (inquit) ſanguini vim ineſſe negant, quæ maribus fœminiſque non virginibus. Quòd ad Dioſcoridis verba, ὀχευόντων de equis maribus videtur intelligendum. Nunquid verò verùm ſit, equorum ſanguinem hanc vim obtinere, Galenus nunquam ſe experiri voluiſſe tradit, quod non deeſſet ſibi taliũ medicamentorum copia. Aetius etiam equini ſanguinis mentionem omiſit. Habet autem ſuas etiam facultates vſuſque idem ſanguis: Plinius enim regio morbo prodeſſe dici ſcribit: & hippiatri hoc eodem ſanguine ad diuerſos equorum morbos vtuntur, tum illito aut infricato foris, tum intra corpus: Vegetius enim languentibus in equo membris illitum mederi ait: prodeſſeq; equis, ſi ſanguine ſuo detracto ea ex parte, quæ pro ratione morbi conuenit, cum aceto mixto, animal perfricetur. Idem aliàs. Phragmaticum equum ſic cura: ſanguinem detrahes de matrice, & cum oleo vinoq; tepefacies totumq; iumentum contra pilos confricabis: Theomneſtus ſanguinem equi alijs medicamentis miſceri ait & illini tractis aut luxatis armis. Fel equinum etiam maleficæ naturę eſt, ſi Plinio credimus, qui tantum inter venena damnari tradit, vt ideo flamini ſacro equum tangere non liceret. Contrà carnis & fimi equi in agro paſti vſus ad ſerpentes commendatur, eodem teſte. Ait item hanc carnem ſuum morbis mederi ſe reperiſſe. Auxungia equi ſuffumigata partum mortuum, ſi Sexto credimus, foras eijcit & ſecunda ſequitur. Quomodo autem adeps equi curetur, docet Dioſcorides in adipis taurini præparationis mentione, quanquam eius interpretes huius animalis & aliorum inſuper nomina prætereant. Inuenio medullam equinam à quibuſdam recentioribus miſceri vnguentis ad ſpaſmum. Coagulum equi, & ſanguis caprinus, vel medulla, vel iecur, aluum ſoluit, (inquit Plinius) cæterùm hæc omnia ſiſtunt potius, ſiccantq; aluum. Dioſcorides enim priuatim cœliacis dyſentericiſq; conuenire tradit, vti & Galenus, necnon & Auicenna & Haly, quorum interpres pro cœliaca affectione diuturnum ventris fluxum verterunt: ſed & ipſemet Plinius, *equi* (inquit alicubi) *coagulum, inter auxilia cœliacorum & dyſentericorum tradunt, etiamſi ſanguinem detrahant.* Idem ait farinam dentium equinorum iiſdem ſalutarem eſſe, priuatimq; ſubluuiem ſanare, & inſperſam verendorum cæteris vitijs (de formicationibus verruciſq; prius dixerat) mederi: quod poſtremum etiam annotauit Marcellus. Aliàs etiam Plinius dentes qui equis primum cadunt, facilem dentitionem præſtare aſſerit, infantibus adalligatos: idq; efficaciùs, ſi terram non attigere: ſuperſtitioſius Sextus: Dentes (inquit) qui equis primi nati fuerint, ſi dentem qui dolet, tetigerint, remedio erunt. Nam & infans ſi equi roſtrum baſiauerit, dentium dolorem non ſentit, & nec equus mordebit infantem. Plinio ſubſcribit Serenus:

Collo igitur molli dentes nectentur equini, Qui primi fuerint pullo creſcente caduci.

Cæcilius Bion referente eodem Plinio tradidit ſe didiciſſe ex barbaris, equi linguam inueteratam ex vino, dari ad lienem ſedandum præſentaneo remedio. Marcellus verò areſactam & ad leuitatem tritam, atque ex vino potui datam, ſcribit protinus vtilitatem ſuam ſedato lienis dolore manifeſtare. Idem Plinius, in corde equorum os inueniri affirmat, dentibus caninis maximè ſimile: hoc ſcarificari dolorem, aut exempto dente emortui equi maxillis ad numerum eius qui doleat, demonſtrari. De iecore equi legimus in libro de facilè parabilibus Galeno aſcripto: Equi iecur theca cedrina reponito; deinde Chio vino & aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum eſt, ne amplius exedatur, efficitur. Si mortuus partus ſentiatur, lien ex aqua dulci potus teſte Plinio eijcit. Idem teſticulos equinos aridos, vt potioni inſeri poſſint, ait coitus ſtimulare. Lichenes ſunt in equorum genibus & ſuper vngulas in flexu harum partium indurati calli, qui triti & in aceto comitialibus

Sanguinis facultas.
Lib.28.c.9.
Cap. 10.
Lib.10.de simp.fa.c.6.
Lib. 3.
Lib 1 c. 17.
Lib.3.c.19.
Fellis vis.
Axungiæ vis.
Coaguli vis.
Dentium vis & vſus.
Linguæ vis.
Oſſis de corde vis.
Iecoris.
Lib.2.c.38.
Lienis.
Teſticulorũ.

B
C
D

tialibus mederi creduntur, vt Dioscorides & Galenus scribunt; item Plinius, apud quem etiam E
lego, dentes labantes dici confirmari lichêne equi cum oleo infuso per aurem: & alicubi scribit
Fellis vis. calculos expellere lichênes istiusmodi ex vino aut mulso potos quadraginta diebus. De felle legimus apud eundem tantum inter venena damnari, vt ideo flamini diali equum tangere non liceat: alias felle carere equum asserit, vt & alij. Ex pilis equi quoque remedia memorat: *Inguina*
Pilorum. (inquit) *& vlcerum causa intumescunt: remedio sunt equi seta tres, totidem nodis alligatæ intra vlcus.* Alicubi ait pilorum asini cinerem illitum sistere sanguinem: efficaciorem vim esse è maribus aceto admixto, & in lana ad omne profluuium imposito: similiter ex equino capite (puta pilorum cinerem) & femine. Albertus scribit pilum equinum ad ostium domus alligatum, prohibere ne culices aut cniphes per ostium inuolent: idem & apud Rasim legitur, in cuius tamen codi-
Vngularum vis. cibus pullus pro pilus legitur. Cur verò equino pilo circumligata verrucæ tollantur, ratio euidens est, quoniam propter astrictionem alimento priuatæ arescunt. Vngulæ equinæ multos habent in medicina vsus. Cinis earum cum oleo & aqua illitus panos & apostemata in quacumque parte discutit teste Plinio, & si vrina calefacta admisceatur, etiam strumas: quanquam Marcellus per se ex oleo illitum id ea præstare scribat. Vterque præterea tradit eundem cinerem ex vino aut aqua potum, aduersus calculos prodesse. Postremò Plinius vngulas istiusmodi suffitu suo partum mortuum ejicere ait. Sunt & ipsi equo sæpè remedio: legimus enim in hippiatricis Græcis equo ileoso remedium commendari huiusmodi. Ramenta ex vngulis anteriorum pedum, trita cum vini cotylis tribus per nares infunduntur. In ijsdem Hippocrates equo strophoso infundi iubet ramenta vngularum anteriorum trita in quatuor cotylis aquæ. Ramenta ex vngulis equi ex vino per F
Corij. nares equo infusa Hierocles vrinam eiusdem promouere scribit. Auicenna de corio equi ait: Ad-
Sudoris. ustum illitumq; ex aqua pustulis, quas bothor vocant, refrigerat eas. Sunt qui tineas & serpentes è ventre hominis exigi promittunt, si equi sudorem cum vrina in balneo biberit. Idem sudor mistus cum vino, potus à grauida, facit abortum, vt Rasis scribit & Albertus: qui hoc quoq; admirandum de eodem sudore memoriæ prodidit: Si cultelli vel gladij calefacti sudorem equi imbiberint, inficiuntur adeò vt locus ab eis vulneratus sanguine ante mortem animantis manare non desinat. In dolore vel grauitate aurium Plinius tradit commendari spumam, vel equini fimi recentis cinerem cum rosacco: apparet autem rosaceum vtrique addendum, nam & Marcellus sic scribit: Spuma equi recens detracta & cum oleo roseo infusa, auricularum quamuis vehementes
Spuma. dolores resoluit. Idem Marcellus, si ab equitando vexata fuerint inguina aut intertrigenes dolebunt, spuma equi fricari iubet tanquam præsentaneo remedio. Sed Plinius ad hoc non simpliciter G
spumam ab ore (id est saliuam, quæ alterius facultatis, quàm reliqui corporis spuma sudori permista videtur) inguinibusq; collectam illini probat, his verbis: *Feminа atteri, aduriq; equitatu notum est: Vtilissimum ad omnes inde causas spumam equi ex ore inguinibusq; illinere.* Idem ait eandem spumam rubori cum prurigine illini, alij malunt ad hoc vitium oris saliuam potiùs quàm aliundè collectam spumam & salsedine sua mordicantem adhibere. Tradit Gesnerus inuenisse, in feruido faucium malo quod æstate nonnunquam grassatur pestilenti lue in milites præsertim, cômendari
Saliua vis. hoc remedium; Saliua equi auenam aut hordeum pasti, os ægroti diligenter colluitur: deinde ex cancris viuis contusis humorem exprimes eodemque rursus lauabis. Quod si viuos habere non potes, pollinem de cancris aridis in clibano tostis insperge: postquam equi saliua ablueris. Mirum quod de hac equi saliua tradit Plinius, nimirum tussim sanari ea triduo pota, equum mori: quo loco codices excusi aliam & obscuram lectionem habent. Nostra verò lectio confirmatur ex Sexto & Marcello: *Equi saliua* (inquit Sextus) *si biberint phthisici & qui malè tussiunt, sani efficiuntur. Expertissimum sanè, equus moritur.* Marcellus ait: *Ad phthisicos remedium & præsens & maximum: nam etiam vita dubios sanat, & quibus spes superesse nulla videatur: equi saliuam vel spumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis: etiam quem tussi intoleranda & diutina laborare videris, hoc remedio liberabis: ægrum quidem sine cunctatione sanabis, sed equum mors subita con-* H
Vrinæ & stercoris vis. *sequitur.* Iam verò ex spurcioribus, magisque abominandis equi excrementis, lotio videlicet & fimo intus assumenda veteres excogitarunt, posterisque reliquerunt. Quidam (inquit Plinius) vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent contra comitialem morbum, eademque potione & lymphaticis medentur. Dioscorides ait armentarij (equi vel asini, nam & Auicenna fimi asinini eundem cum equino effectum esse ait,) qui herba pascitur, siccum fimum liquatum in vino mox potum, contra scorpionum ictus magnoperè auxiliari. Plinius etiam ad serpentes vsurpari scribit carnem & fimum equi in agro pasti, coagulo leporis ex aceto, contraq; scorpionem & murem araneum. Idem ait regio morbo fimum asinini pulli, quod primùm edidit à partu, datum fabæ magnitudine intra diem tertium mederi: eandemq; & ex equino pullo vim esse. Ad colicam certum aiunt esse remedium, ita etiam vt morbus non repetat: Fimi de equo qui auena aut hordeo pascatur, non gramine, manipulum in dimidia mensura vini (vncias circiter octodecim videtur intelligere,)

A gere,) decoques, donec pars dimidia consumatur: hoc paulatim bibendum esse, donec exhaurietur: fore autẽ eò vtilius quò exhaurietur citiùs. Cinis istius fimi in aqua potus, sistit aluũ, vt ait Plinius. Ad ventrem fluẽtem ex Sexto; Equi stercus ex aqua liquefactum & pericolatum, si bibatur, facit regressum. Marcellus quoq; fimum caballinum comburi iubet, & cinerem istum cum vino vetere misceri & conteri, sicq; dari dysenterico bibendum sine aqua, si non febricitabit. Dysentericis autem & cœliacis cinerem equini fimi salutarem dici quoq; in Plinio legimus. Si partus mortuus sentitur, non solùm lien, vt ex eodem diximus, ex aqua dulci potus, sed & fimum aridum equi eijcit. Extrinsecus verò applicatum hoc stercus vim etiam habet astringendi, vti & asininum, siue crudum siue crematum. Dioscorides eo sanguinis eruptiones sistit, etiam aceto addito. Albertus & Rasis addunt, sanguinem reprimere, si recens naribus admoueatur. Si sanguis ex vulnere immodicè fluat, fimi caballini (inquit Plinius) cum putaminibus ouorum cremati cinis impositus mirè sistit. Marcellus promittit, si ex vulnere immodicus fluat sanguis per nares, hunc eundem fimum qui modò egeritur, appositum statim subuenire: idem aliàs etiam ait ex primi fimum, dum recens est, eiusque succum naribus trahi ab eo cui importuniùs fluunt. Sed

B ad fluxum sanguinis sistendum, sexcentis experimentis comprobatum: Stercus equinum recens cum creta & aceto acerrimo mixtum agitatumque. Serenus ad sanguinem è vulnere nimis fluentem:

Sine fimus manni cum testis vritur oui,
Et reprimit fluidos miro medicamine cursus.

Columella & Vegetius, ne venæ equi sectæ plus iusto exinaniantur, stercus ipsius iumenti fluentibus venis admotum fascijs obligari iubent. Prodesse item venenatis animantium morsibus impositum rabidi canis exemplo indicat Plinius, dum inquit: *Tanta vis est in veneno rabiosi canis, vt vrina quoq; calcata noceat, maxime vlcus habentibus: Remedium est fimum caballinum aspersum aceto, & calfactum in fico appositum.* Inuenio deniq; anhelitum equorum hominem præseruare à peste. *Anhelitus vis.*

VSVS IN BELLO.

C EQVVS corpore animoq; aptissimum bello animal recepto freno facilè à domino suo regitur, habenisq; paret, & simul tergum aptè illi accommodat, moxque sublimem fert & concitatissimo cursu, quocunq; ille peruenire cupit, properat: isq; insidens absq; labore admodum quietus, alieno corpore, pedibusque alienis cursum conficit: Iam verò hostium impressionem, vt Aristoteles tradit, non solùm non pertimescit, sed eodem etiam animo in hostem fertur, gaudetq; bellico tubæ sonitu, vt ait Ouidius: *Equi ad belli aptitudo.*

Vt fremit acer equus, cùm bellicus ore canoro *Metam. 6.*
Signa dedit tubicen, pugnæq; assumit amorem.

Orum tradit Plutarchus post obitum apparuisse Osiridi, huncq; multarum rerum vsum edocuisse, præcipuè autem quod animal bello vtilius esset, sciscitanti, equum ei negocio maximè commodum respondisse: Cumq; Osiris Leonem præstare arbitraretur, respondisse Orum: posse quidem Leonem auxilio esse; verùm vbi semel fugam arripuisset irreuocabilem abire; cùm alioqui bellatori necesse esset, nonnunquam cedere, nonnunquam ex acie iam rursum hostes aggredi, proque loco & tempore fortunæ sese imperijs accommodare; atq; idcirco equum his officijs magis accõ-

D modum esse: vnde Xenophon tertio de Græcorum reditu: vna (ait) re præstant, quod in fuga certius est illis subsidium. Rectè itaq; & appositè Horatius equum pro ipso terrestri, nauem pro nauali prælio dixit: *Lib. 1. Carm. Od. 6.*

Quam rem cunq; ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit.

Hinc & Homero πολεμιςὴς, Xenophonti πολεμιςήριος, quasi bello aptissimus & vtilissimus, Virgilio bellator, Lucano in bella ferox, alijs bellicosus, militaris, equitis amans, beneuolus eidem, ad tubã exiliens, hostes agnoscens, ordinis obseruans, studiosus ascẽdendi accliuia & decurrendi prona, murũq; superare, fossam supersilire, torrentẽ transilire, fluuium tranare, de tumulo decurrere, in tumulũ ascendere, & de tumulo desilire dicitur. Monet nihilominus Vegetius, si equitatu decernendum est, campos eligamus, si pedestribus copijs, loca angusta, fossis, paludibus vel arboribus impedita, atq; aliquoties montuosa: In quem locum hæc Steuchius: Factum etiam quandoque, vt qui equitatu satis vtrimq; instructi essent, in prælio tamẽ vti nequirent; quòd loca aspera essent, impedita, nimis angusta. Qua de re exemplum in Pausaniæ Phocicis, in prælio circa *Equi epitheta ad belli aptitudinem indicantia.*

Thermo-

Thermopylis commisso. Iam & frenos sæpe detrahere coacti equites, quo fidem facerent peditibus, non deserturos: itidem in pedes, eosdem desilijsse, historiæ testes sunt, & pugnam pedestrem pariter cum cæteris capessiuisse. Virgilius Arcadum exemplo equites pedestri certamine parum valere ostendit, etsi loci natura patitur, fugere: *Aeneid. 10.*

Arcades insuetos acies inferre pedestres
Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci,
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos.

Seruius enim vocem illã quando, exponit siquidem. Commoditas igitur ista ad fugiendum major, propter loca saxis & arbustis & truncis iam impedita. Sed tamen natura loci non ad fugam eos, sed dimissis equis ad pedestre certamen hortabatur. Etsi verò etiam equi plerique animosi sint & insigni animorum præ cæteris animantibus præditi magnitudine, quidam tamen hac ipsa excellunt & corporis insuper viribus pollent, atq; hi soli bellis idonei sunt. Camerarius equos bellatores cataphractis arduos ait & robustos, Semicataphractis siue sagittarijs aut sane balistrarijs (liceat enim nostrorum (inquit) temporum ἱπποτοξότας ita appellare) mediocres requiri. Equites enim cataphracti, vt ait Seruius in hunc Virgilij locum. *Equites cataphracti.*

Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis *Aeneid. 11.*
In plumam squamis, auro conserta tegebat:

& ipsi muniti ferro sunt, & equos similiter munitos habent; de quibus Salustius: *Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexerant:* quod etiam probat illud eiusdem Salustij apud Non. Marcellum de genere armorum: *Qui pregrediebantur equites cataphracti ferrea omni specie.* Erat istiusmodi munimentũ contra omne telum insuperabile. Parthi equitis thorax, vt Suidas annotauit, erat huiusmodi. Anteriorem eius partem pectus & femora & summas manus & crura ferrũ tegebat: posteriora item, tergum & ceruicem & caput totum: lateribus fibulæ erant additæ, quibus vtraq; pars coagmentata faciebat, vt eques totus ferreus esse videretur. Nihil autem ferrum impediebat neq; extensione membrorum, neq; contractionem: adeò aptè ad membrorum naturam arma apta erant. Eodem etiam modo equum armabant ferro totum vsq; ad vngulas, quod nullam suorum armorum vtilitatem caperent equo ante ipsos interfecto. Pro istiusmodi cataphractis militibus equi maximè commendantur Mysi, Pannonij, & Sarmatici, ex Germanis soli ferè Menapij, quos Cæsar Gallicos vocasse existimatur, & Rugi. Sunt & Heluetij in pretio & præcipuè Algoici, qui durare diutissimè putantur. Olaus magnus author est inter veteres Gothorum principes contrarias fuisse opiniones de equestri disciplina: Quosdam videlicet iuuenibus iuuenes & feroces equos conuenire dixisse: sed euentum eos redarguisse, quando nimia celeritate vtentes, in præcipitia ruerent & ruinam. Alios verò veteranis militibus, iuuenes equos tribuisse, hosq; sæpè victorias reportasse. Virtute enim sessoris moderabatur (inquit) ferocitas equi, vt non tam præcipitanter quam prudenter hostem attentaret. Itaq; apud plerosq; principes diu hanc rationem esse seruatam, vt iuniores equis senibus, senesq; iuuenibus in prælijs vterentur. Cæterùm nunquid equi celeritate præstantes omnino in bello præferendi sint, alios aliter opinatos esse reperio, Diomedes pro celerrimis Aeneæ equis apud Homerum anceps prælium suscipit, & Agamemnon à Sycionio illo Aethan pernicissimam equã mercedis loco accipit, vt eum immunem militiæ faceret, timido homini talem anteponens. Fuêreq; sæpenumero veloces equi summæ vtilitati, multosq; ex medijs hostibus eripuerunt, vt bucephali exemplo didicimus. Contra Probus Imperator, cùm necdum in imperium esset euectus, pernicissimum equum fugacissimum decere militem dicebat, referente Sabellico, & cum Alanico bello equus ex hoste captus esset admirandæ pernicitatis, qui captiuorum indicio ferebatur centũ miliaria passuum singulis diebus perpetuo cursu conficere; inq; ea celeritate octonos dies perseuerare, cum extra sortem ab omnibus ei destinatum recusauit: Flauius verò Vopiscus militi cui sors ex vrna contigerat, dari iussisse scribit. Omnis verò bellator equus siue ad bellum institutus, motu celerior est, quam qui in vrbe tantùm deliciarũ gratia alitur: quam celeritatem suo versu etiam expressit poeta.

Parthorum equitis thorax. *Equi q bello magis apti.* *Lib. 8. c. 11.* *Equi celeres in bello aptissimi.* *Probi de celeri equo dictum.* *Libro 7. Enn. 7.*

Olli per dumos qua proxima meta viarum
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quad rupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Sunt autem velociores inani ventre: id quod non latuit Valdemarum Saxonum regem, qui, vt Saxo scribit, nocte quam belli insecutus est dies, quo Suenonem III. Danorũ regem & vita & regno exuit, frenatos stare equos, pastuq; penitus arceri præcepit, ne satietate graues, cursu hebetes forent. At Sueno ex ipsa agrorum segete abundè equos refici iussit, ignarus stomachi sarcinam cursui impedimento futuram: & hoc ipsum magni ad victoriam momenti fuit. Inuenio & *Equi qui & quando velociores.*

sexus

A sexus rationem diligenter in bello olim obseruatā fuisse: Scythę equabus vti maluerunt, quòd vrinā cursu non impedito reddant. Alij equos potiùs probarunt, sed alij exectos, alij integros, Albertus castrandos esse negat, ne timidiores fiant. Magnū tamen vsum in bello habere equos castratos Iulius Ferretnus author est, propterea quod cùm minus hinniant, se minus hostibus produnt, sed si noctu quid mouendum sit, animosos vult, ne ad quiduis obuiū expauescant. Testatur Capitolinus, Quados populos equis vti solere castratis, ne aut fœminarum visu exagitati cunctentur, aut in subsidijs ferocientes prodant hinnitu densiore vectores. Turcorum equites hodieq; non nisi castratis easdem ob rationes vtuntur. Equites autem bellatores non vno modo equis olim in bello vtebantur. Veteribus (inquit Camerarius) non fuit in frequenti vsu agi singulos equos, vel equitem insidentem equo vehi. Non incognita tamen (ait) res. Itaq; & Homerus describens Vlyssis residentis diuaricatis cruribus super vna fracta nauis trabe in mari iactationem, vsus est similitudine equitis agitantis equum solum, quem *κέλητα* vocat. Apparet autem non fuisse talis equitationis in bello vsum, sed in pace tantùm, & ostentatione agilitatis desultoriæ, cùm plures equos vnus aleret, & inter illorum cursus, vel vt Homerus ait, volatus ex vna in alium insiliret. Sed nunc sola hæc agitatio nota & consueta est, illa autem curulis desita & ignota. Vocatur hæc agitatio *μόνιππος*, inuentum Bellerophontis, cui pater Neptunus velocissimum equum Pegasum dedit alis præditum. Hæc ille: cæterùm quamuis non dubitem, quin *μόνιππος* sit agitatio vnius equi, id quod vox ipsa docet, tamen latiùs præterea extendi hoc vocabulum reor, pro eo qui singulari equo insidens procurrit, siue id sit pompæ gratia, siue aliam quamcunq; ob causam, neq; differre puto monippum a celete. *Μόνιπποι* (inquiunt Varrinus & Suidas) qui equo singulari insidentes cursu certant. Præter agilitatem desultoriam non existimo laudari in celete equo, sed cum equitans binos trahens equos, ex lasso summa agilitate & celeritate transibat in alterum: eratq; celes equus plerumq; ephippiatus, desultorij contrà carebant ephippio. Vtrosq; ni fallor, Varro intelligit his verbis: *Non eodem modo parantur equi ad ephippium, vt ad prædam.* Hinc desultores, id est, equis desultorijs vtentes Græcè *ἀμφίππους* & *ἁμίππους* dici Cælius ostendit: Hesychius *ἁμίππους συνεζευγμένους* id est iunctos vocat, id quod multis fuit fraudi, qui hamippos iugales esse contenderunt, & eosdem cum synoride & biga. Hesychio lucem dat Eustathius his verbis: *ἅμιπποι κέλητες ἵπποι ὁμοῦ συνεζευγμένοι ἄνευ δίφρου*, id est, hamippi sunt equi celetes simul iuncti sine curru. Hoc genus equitum ætate Homeri, atque adeò heroum in vsu fuit, vt innotescit ex

Sexus equorum bellicorum obseruatus.

Lib. de militia illustranda.

Equis castratis qui vtantur.

Equi singularis in bello vsum non fuisse.

B

Equo singulari in bello vti, cuius sit inuentum.

Monippos qui.

Celes vt à desultorio differat.

Hamippi q.

C his versibus: Iliad. o.

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν ἐὺ εἰδὼς
Ὅς τ᾽ ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους
Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει
Λαοφόρον καθ᾽ ὁδὸν, πολέες τέ ἑ θηήσαντο
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. ὁ δ᾽ ἔμπεδον ἀμφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται

Vt autem cùm vir equis desultorijs vti bene sciens,
Qui postquam ex multis quatuor congregauit equos
Impellens ex campo magnam ad ciuitatem agitat
Publicam per viam, multiq́ eum admirando spectarunt
Viri & mulieres: hic autem firmiter securè semper
Saliens; aliquando in alium alternat: illi autem volant.

Desultores equos (inquit Cælius) video dici à desiliendo, nam vt Sextus Pompeius scribit, paribus equis, id est, duobus Romani vtebantur in prælio, vt sudante altero transirent in siccū. Nam & pararium dicebatur æs, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Eum verò Scytharum plerisq; morem fuisse Ammianus prodit Marcellinus, binos trahendi equos, vt iumentorum vires foueat permutatio, vigorq; otio integretur alterno. Ego Romanos binos in bello equos traxisse non lego: imo verò Liuius de Numidis velut admirabundus id scribit, non admiraturus, si mos idem fuisset in Romana militia. *Numidis (inquit) desultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis insultare mos erat.* Et Sabellicus Enneid. 5. dec. 7. in reliquo Antiochi aduersus Romanos equitatu fuisse scribit equites Tarentinos qui duos desultorios equos ductabant in prælium. Fuisse tamen apud Romanos, desultores certum est, qui equos desultorios alebant, docebantque, sed istiusmodi equis Circensiū ministri, vt ex Cassiodoro cōstat, missus exituros denunciabant: Et Varro manifestò equos bellicos à desultorijs distinguit, dum ait: *Itaq́ peritus belli alios (equos) eligit ac docet: aliter quadrigarius ac desultor, neq́ idem qui vectorios facere volet.* Huiuscemodi desultoris meminit, ni fallor, Vlpianus, Digest. de præscriptis verbis; *Tuq́ desultor in his cucurreris & viceris*: Cicero pro Murena ait: *Qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in*

Desultores equi qui.

D

quadri-

quadrigarum curriculum incurrere. Desultorem porrò designat elegiacum illud scientissimè concinnatum: E

Est etiam aurigæ species Vertumnus, & eius
Traijcit alterno qui leue pondus equo.

Massagetarum prælia. Lib. 1. Hamippus. Idem Cælius, Herodotus (inquit) libro primo scribit Massagetas esse ἱπποτάς καὶ ἀνίππους, id est ex equis præliari & pedibus. Sed apud Pollucem vbi equitum species recensentur, pro ἄνιπποι legendū est ἄμφιπποι. Nam Aelianus de phalange differens, quæ antistomus dicatur, a duplici frontis seu oris obiectu, quasi occeps: ita instituta, vt medijs tergis interse oppositis constet; ita deniq; infert: *Valet hoc instruendi genus potissimum contra barbaros qui loco amni Istro vicina incolunt, quos amphippos cognominãt à mutatione equorum: ex alijs enim equis in alios transilire consueuerunt.* Traditum hoc & à Suida, in parte quæ est de vocabulis rei militaris: sed hamippos itē dictos quandoq; aduertimus; & ita forte scripsit Pollux. Sed eo vocabulo pedites cum equitibus dispositos accipiunt Thucydides ac Xenophon, quos Philochorus prodromos dicit. Hamippos apud Sophoclem in Antigone dici inuenio celeres, veluti equos adequantes cursu, quod adnotarunt Scholiastæ. Hæc ille. Pollux autem ait hamippos, duos habuisse equos, hoc consilio, vt alacriori semper ad opera vtentens longiùs perficerent iter, & minus defatigarentur. Fuisse verò etiam aliam ex Alexandri inuentione equitum speciem, qui διμάχοι (à duplici nimirum genere pugnæ) dicebantur, quòd leuiorem equitis armaturam, & grauiorem peditis habentes apparatum, ad vtramque, pedestrem scilicet, equestremq; expediti essent pugnam; Hi in locis equitationis aptis equitabãt minus verò peruijs non omnino erant ἀπόμαχοι, id est pugnæ inexpertes & malum Lydium patiebantur. Cùm enim equum famulus ab eo reciperet: ipse ab equo descendens continuò armatus consistebat. Hos quoq; hamippos vocari Hesychius, & Varinus annotarunt his verbis: διμάχαι, οἱ λεγόμενοι ἅμιπποι, οἱ τινὲς ὅτε μὲν πεζῇ, ὅτε δ' ἐφ' ἵππων μάχονται. Sed & ministri qui dimachas sequuntur, videntur rectè hamippi vocari posse; item milites illi, de quibus Vegetius loquitur his verbis: *Quod si equites impares fuerint, more veterum velocissimis cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati ijsdem miscendi sunt, quos expeditos velites vocant*, &c. Id genus pugnæ olim Germanos exercuisse tradit Alexander ab Alexandro: Germanis (inquit) aliquando pro consilio fuit, vt equites dimissis equis, ad proximos euaderent & immiscentes se peditibus, dum fluctuatur acies, hosti obuiam irent; ideo vt spe fugę erepta, æquato omnium periculo, pedestri prælio acrius insisterent: vel vt in hostes acrius, detractis frenis, cum effusum cursum temperare nequirent, equos concitatos agerent, & impressione facta, vi viam facerent, sparsosq; & incompositos adorirentur. Sic igitur pugnantes etiam hamippi siue desultores nuncupabantur, vti quoq; cùm duo iuncti equi, alter dominum armatum, alter famulum inermem ducit, quē morem sua ætate Callisthenes fuisse tradit apud Afros zeugitas, vt famulus inermis in altero, eques armatus in altero sederet. Sic enim ille in Alex. *Et quidem olim equi duo per collū iuncti dicebantur hamippi. Erat autem in altero auriga, in altero miles armatus, & hodieq; vtuntur Libyes zeugitæ hoc equorum genere studiosè.* Haud ineptè quoq; desultores dicentur Celtiberi, qui, vt Suidas ait hoc habebant propriū in pugna, vt cùm pedites suos, laborare viderint, ex equis descēdentes, eos ordine stantes relinquant. Extremis enim de loris equorū paruos clauos suspendunt, eosq; studiosè defigunt, itaq; parere docent & ordine stare, dum reuersi clauos reuulserint. Aliàs hamippi siue amphippi propriè sunt desultores, qui duos equos absq; ephippijs agitantes ex altero in alterū subinde mira pernicitate desiliebant. Hoc modo pugnasse; Quados (Hieronymus ait Bohemorū olim gentem fuisse) tradit Capitolinus; & Henricus Stephanus testatur se vidisse exemplar Aeliani in regis Gallorum bibliotheca, quod è regione eorum verborum quę super hac re paulò antè recitauimus, habebat ascriptū margini, quod nunc Bulgaris vsitatum est. Tartari autem referente Sigismundo Barone, dum vicinorum prouincias infestant, quisq; duos aut tres equos secum ducit, vt vno defatigato, altero tertioue vti possit: Lassos interim manu ducunt.

In Phocicis. Inuenio præterea tres equos à singulis equitibus in bello tractos: Pausanias enim Gallos tradit, duce Brenno cùm in Græciam expeditionem susciperent, peditum habuisse centum & quinquaginta millia, equites vicies mille & quadringentos; omnes ad pugnam idoneos: nam veriorem numerum fuisse supra sexaginta equitum millia amplius mille ac ducentos: *Singulos enim* (inquit) equites famuli sequebantur duo, in equis & ipsi & equestrium artium maximè gnari. Ii præliantibus dominis, in extrema acie consistentes, ei erant vsui, vt si fortè equus esset amissus, statim suū submitterent, si vir concidisset, seruus in eius locum succederet: Quod si vtrumq; belli impetus euertisset, iam præsto erat tertius, qui pro demortuis locum teneret. Iam verò si vulnera primarius ille accepisset, è secundarijs alter ex acie illum subducebat, alter verò saucij vicem subibat. Arbitratur autem Pausanias hanc Gallorum militiam ad imitationem Persarū fuisse institutam: nam & hi (inquit) selectos habent milites decies mille quos immortales vocant. Tantum interest quòd

A quòd commisso demum prælio hi succenturiant, Galli inter pugnandum integros vel cęsis vel saucijs supplemento esse iubent: Atque hanc quidem equestris pugnæ institutionem patria voce Trimarcisiam nominant: equum enim marcam appellant. Sed vt ad Camerarij sententiam re- *Trimarcisia* uertamur qui equites monippos, id est singulari equo vtentes apud veteres non in frequenti vsu fuisse scribit, meo iuditio non vsq; adeò verum est. Scribit quidem Pollux Homero equos mo- *Lib. 1. c. 10.* nippos fuisse incognitos, sed Homerus celetes siue monippos in prælium non adducit, quia tan- *Ex singulari* tùm heroas introducit pugnantes, quos magis decebat ex curru, quàm ex equo pugnare: alioqui *equo pugnare antiquum* ex equo pugnare multo antiquius est: præterquā enim quod Plinius testatur, Thessalos qui Centauri dicti sunt, habitantes iuxta Pelium, docuisse ex equo pugnare, antiquitatis eiusdem locuplex *esse.* testis est Lucretius, pugnatum prius ex equo tradens, mox ex curru biiugo, deinde ex quadriiu- *Lib. 5.* go, tandem falcatis: inquit enim:

Et prius est repertum in equi conscendere costas
Et moderarier hunc frenis, dextraq; vigere,
Quam biiugo prius est, quàm bis coniungere binos,
Et quàm falciferos inuentum ascendere currus.

B Qui ex curru pugnant paræbatæ vocabantur, vt constat ex hoc Homeri: *Parabatæ.*

Ἂν δ᾽ ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε, id est. *Iliad. Ψ.*
Currum inscenderunt parabatæ, ac aurigæ.

Aristophanis interpres currum inscendere solitos ait hoplitem & paræbatem, ac id genus currus à Theseo excogitatos primùm. Plato, vt scribit Pollux paræbatem, anabatam micraspida voca- *Lib. 8.* uit. Dionysius paræbatas accipit pro aurigis, quos Athenienses epibatas vocabant. Currus ipsos Græci ἁρμάτα πολεμικὰ dicunt. Ad hos duobus adhibitis equis heroës depugnasse, scribit *Ex curru* Philostratus: & apud Pollucem legimus pugnasse Libyes e bigis (ἀπὸ δίφρων) & equis iunctis, *pugna.* vt Homeri heroes quoque: διφρείαν autem quandam vocari Libycam, aliam Persicam, Laco- *In iconibus.* nicam aliam. Δίφρος alias etiam est locus in curru, in quo parębates & auriga sedebant; a duobus *Lib. 1. c. 10.* illis, quos ferret, dictus, quasi δίφορος, vt tradit Eustathius in explicatione horum poetæ verborū: *Iliad. Ψ.* ἐκ δίφροιο δ᾽ ἰδέσι. Hæc itaq; multos impulerunt, vt crederent ex solis bigis depugnasse illos *Iliad. Θ.* priscos, Hectoremq; adhortantem equos suos hoc versu apud Homerum:

Ξάνθέ τε, καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἴθων, Λάμπε τε δῖε.

C binos tantùm nominare, eorumq; cuiq; suum ascribi epithetum, ξάνθον & λάμπον enim equorum eius propria nomina esse, πόδαργον & αἴθωνα adiectiua: quam opinionem suam vt probent, vtuntur his poëtæ verbis, ἀποτίνετον, ἱφομαρτῆτον & σπεύδετον, quæ dualis sunt numeri, & proinde dicta ad equos biiuges, aiuntq; non fuisse vsos olim heraos quadrigis, sed bigis tantùm, & vnico iugali equo: quòd si verò quadrigis vsi sunt, duplici temones vsos, vt est apud Aeschylum, ἐν διῤῥύμοις πώλοις. Quidam ad maiorem terrorem Græcis incutiendum, & vt cæteros antecelleret, quadrigis vsum esse dicunt Hectorem, quatuorq; illa nomina pro equorum Hectoris nominibus agnoscunt, ac frigidam esse & insipidam aiunt priorē sententiam, quod duo epitheta duobus proprijs equorum nominibus, cùm tamen distincta sint coniunctionibus, attribuant. Et reuera Homerus quadrigas etiam agnoscit in Odyssea, cùm nauem Phæacicam dicit currere ὡς ἐν πεδίῳ τετράοροι ἵπποι. Cæterum ne quis solos heroas Græcos curribus decertasse arbitretur: fuit idem mos apud alios etiam receptus. Dauid de inimicis suis ait: *Hi in curribus, & hi in equis, nos au-* *Psal. 19.* *tem in nomine domini dei nostri inuocabimus:* ex quibus etiam verbis notum est non solùm ex curribus, sed & ex equis priscos depugnauisse, quod antea dicebamus. Dimicantium ex curru non *Arma pugnātium ex* eadem vbiq; fuisse arma reperio: Græci enim heroes, vt sæpè apud Homerum videre est, nominatim in Glauci, qui aurea cū æneis cum Diomede permutabat, armis toti erant induti: Indi verò, vt *curru*

D Herodotus meminit, eandem quam peditatus suus gestabant armaturam, & curribus suis subegerant equi & asini agrestes. Horum peritiam in pugnando ex curru laudat Aelianus: *Indicum (inquit) equum exultantem & immoderatius excurrentem continere & coërcere, habenas adducere, vel remittere non est cuiusuis, sed hominum qui à primis temporibus ætatis ad rerum equestrium scientiam instituti sunt: hi freno ipsos sustinere assueuerunt, simul & refractariumlupatis refringere, quos quidem equinæ tractationis bene periti, ex indomita effrenatione in exiguum gyrum compellunt: verumtamen ad hunc gyrum agendum atq; ad conficiendum orbem manuum robore opus est & summa rei equestris scientia. Qui huius disciplinæ sunt experientissimi & callidissimi agitatores currum versare in orbem planè norunt: cuius certamen non est contemnendum, præsertim cùm duos milites ferre queat.* Hæc ille. Quamuis autem ex curru pugnarent, monipporum tamen equitū more, signum prius tubæ expectabant, vti discimus ex hoc Euripidis: *In Rheso, Act. 5. in fin.*

Χωρεῖτε, συμμάχους δ᾽ ὁπλίζεσθαι τάχος
Ἄνωχθε, πληχθεῖτ᾽ αὐχένας ζυγηφόρων

Πόνος

Πόνυς δ' ἔχοντας χρὴ μίνειν τυρρηνικῆς
Σάλπιγγος αὐδὴν, id eſt
Ite, & ſocios armari cura moram
Iubete, equoſq; iungite curribus;
Nam accinctos laboribus oportet expectare Tyrrhenæ
Tubæ ſignum.

Currus falcati. De falcatis curribus, quos Macrobius currus cum falcibus nuncupat, ſæpe mentio eſt, in bellis quæ cum Armenijs, Parthis, alijſq; contiguis populis geſta ſunt. *Monipporũ equitum diuerſitas.* Monipporum equitum ex armaturæ genere diuerſa ſunt nomina. Siquidem alij ſunt cataphracti, alij acataphracti. Cataphracti vocantur, qui non ſolùm ſua corpora, ſed etiam equos lorica vndiq; muniunt. Hi, vt ſcribit Vegetius, *Lib.3.c.23.* à vulneribus quidem tuti ſunt, ſed propter armorum impedimenta & pondus capiuntur ſumma facilitate. *Clibanarij.* Ammianus Marcellinus ait etiam clibanarios nuncupari. Idem inter equeſtres copias cataphractarios recenſet ſagittarios, formidabile genus armorum. Lampridius in Alexandri Cæſaris oratione de Perſis perdomitis innuere videtur planè, cataphractarios ab illis clibanarios vocari. *Loricati equites qui.* Loricatos equites dici cataphractos Liuius tradit. Acataphracti alij haſtati vel contati dicuntur, alij ferentarij. Haſtati manus conſerunt, & cominus haſta decertant, quorum alij ſcuta gerunt, & inde ſcutati dicuntur: alij ſine ſcuto haſta impugnant, qui nomine ſpeciali (id eſt ſimpliciter, vel generali vocabulo) haſtati vocantur & contati. Ferentarij equites ij dicuntur, qui eminus ſolent dimicare: quorum alij iaculis, alij arcu vtuntur. Iaculantur quos Tarentinos vocamus: arcu vtuntur, qui equites ſagittarij (ἱπποτοξόται) & à nonnullis Scytæ etiã vocantur. *Tarentini.* Tarentinorum duo ſunt genera, nam alij longiùs iaculantur, & ob eam rem equites iaculatores (ἱππακοντισταὶ) dicuntur, & Tarentini ſpeciali vocabulo (Suidæ etiam ἀκροβολισταὶ) alij cùm ſemel aut bis iaculum miſerunt, manus de cætero cum aduerſario conſerunt, & cominus pugnare incipiunt, non ſecus quàm quos haſtatos vocari retulimus: leues hos nominare ſolitum eſt. Agminales equos Budæus in Pandectis intelligit ταγματικὲς, qui agmen exercitus ſequũtur ad conuehenda impedimenta. *Lib.7.* Ab hiſce omnibus equitibus differebant Sagartiorum equites, de quibus Herodotus Perſicum equitatum deſcribens. Sunt quidam (inquit) Nomades homines qui Sagartij appellantur, cultu inter Perſicum & Pactycum, qui attulere equitum octo millia, armaturam neq; aheneam neq; ferream aſſueti ferre, præter pugiones, vtentes reſte è loris conſerta, qua freti in prælium eunt. Has cum hoſte congreſſi inijciunt in ſummum, laqueos habentes, qui laqueus cùm aut equum aut hominem adeptus eſt, eum ad ſe trahunt: ita illi illaqueati conficiuntur. *Equorum arma.* Nunc de equorum armis dicamus. Quæ à fronte propendent, prometopidia; quæ ab auribus, parotia; pareia quæ maxillas prefulciunt, appellari debent (inquit Cælius) *Lib.21.c.31* proſternidia verò quæ pectus; parapleuridia quæ lateribus obiacent: paramerìdia, quæ femoribus, ſolet ea vulgus coxalia appellare: paracnemidia, tibijs apponi conſueuerunt. Tranſtulit iſthæc ex Polluce. *Lib.1.c.11.* Quomodo autem muniri & armari debeat equus bellator, docet Xenophon circa finem libri de re equeſtri, vnde ferè Pollux ſua mutuatus eſt vocabula. *Equi fictitij. Lib.19.* Inuenio & fictitiorum equorum aliquando in bello vſum fuiſſe. Saxo enim in hiſtoria Daniæ Regnerum eius regionis regem, cùm immenſum animaduerteret exercitũ Diani & Daxonis, diffidentia copiarum habita, equos æneos ductilibus rotulis ſuperpoſitos ac verſatilibus curriculis circunductos, in confertiſſimos hoſtes maxima vi exagitare præcepiſſe aſſeuerat: eamq; rem tantum ad laxandam aduerſariorum aciem valuiſſe, vt vincendi ſpes magis in machinamento quàm milite repoſita videretur: namq; intolerabilem molem quicquid impulit, obruiſſe. *Faſcinatio.* Indi, referente Alberto Veſputio faſcinant equos, certò ſibi perſuadentes, ita tutiores in bello fore: faſcinant autem hoc modo: Ignem parant ex ramis cuiuſdam herbæ, quo equum immergunt, verba quædam interea murmurantes, mox equũ totum inungunt vnguento quodam tenui, eoq; modo quindecim aut viginti diebus equum penes ſe cuſtodiunt, nec ab vllo alio videri volunt. Habuere & partes quædam equi vſum in bello, nerui, corium, pili & vngulæ. Sauromatæ (referente Pauſania in Atticis) qui plurimos equos alunt, vt dictum eſt, & non ad bellum tantùm vtuntur, ſed etiam dijs immolant, & cibo adhibent; *Thorax militaris ex vngulis equi.* vngulas colligunt, purgant & diuidunt ad ſimilitudinem ſquamarum in draconibus, aut inciſionum in viridi fructu piceæ; deinde perforant, & neruis equorum boumq; conſuunt ad vſum thoracum (ad hanc plane ſimilitudinem ferrei hodie fiunt thoraces, ex ferreis annullis compacti; zacchos vocamus) qui quidem Græcanicis nec inelegantiores, neq; infirmiores ſunt: facilè enim ictus tum cominus inflictos, tum telorum eminus ſuſtinent. *Neruorum vſus.* Neruorum verò equinorum non is tantùm quem diximus vſus fuit, ſed etiam in arcubus, quod diſcimus ex hoc Philoctetis veteris Tragici:

Tendimus neruo Tela reciproca, Concita equino.

De Põto lib. 1. Elegia. 2. Meminit eiuſdem quoq; vſus Ouidius, inquiens:

At ſemel

A *At semel intensus neruo leuis arcus equino*
Vincula semper habens irresoluta manet.

Meminit & Accius apud Varronem: *Reciproca tendens neruo equino concita tela.* Contexuntur inde etiam funes. De corio frontis & iubæ pilis sic scribit Herodotus: *Aethiopes qui sunt in Asia, pleraque arma qua Indi gestabant, pellesq; frontium equinarum, cum auribus atque iubis in capitibus, vt ipsa iuba pro cristis essent, & hirta aures equina rigerent.* Prisci verò Græci ex caudæ equinæ pilis, confectis cristis superbiebant, cuiusmodi & Achilli, alijsq; heroibus Homerus imponit, implicitas aureolis cincinnis. Hinc ἱπποκορυστὴς, & ἵππουρις, qui tales galeas habet, vt antea dictum est. Meminit huius vsus quoq; Theocritus de Syracusis loquens, —— ἱππείας δὲ κόρυν σκιάουσιν ἔθειραι, id est, & equinæ iubæ galeam inumbrant: Mos ni fallor ad Italos peruenit. Nam & Virgilius inquit: *Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina.* Et Claudianus in Gigantomachia de galea Martis: Lib. 7. Crista ex pilis. Aeneid. 10

—— *Splendidior igni*
Aureus ardescit clypeus, galeamque nitentes
Arrexere iuba.

B Eædem equorum setæ tum de cauda, tum de iubis ad balistas vtiles asseruntur, licet arcus vel balistæ cæteraque tormenta, ni funibus neruilibus intenta, nihil prodesse dicantur, vt ait Vegetius. Turcarum vexilla non indigent renouatione; quandoquidem signorum militarium vicem supplent referente Petro Bellonio equinæ caudæ pili varijs coloribus infecti, extremę hastæ affixi. Ne verò setę istæ è manibus elabantur, iubet hoc loco alios quosdam earum vsus recensere. Tradit idē Bellonius, mulieres in Turcia vulgatiores velum sibi hinc contexere, quo faciem tegunt. Et alias inquit lyras Aegyptiorum ex singularibus istiusmodi pilis non cōtortis fides habere, esse autem vel singulas, vel ad summum binas. Ex eisdem setis tendiculæ fiunt siue laquei ad capiendas aues, necnon funiculi siue lineæ ad capiendos pisces, ὁρμιὰς Græci vocant. Multi hosce Homeri versus de iride: Lib. 4. de re milit. Li. 3. Obser. c. 25. Alij vsus pilorum. Lib. 2. Obs.

Ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν
Ἡ τε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαῦα,
Ἔρχεται ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα, id est,
Ipsa autem glandula plumbea similis in profundum dilapsa est
C *Quæ in agrestis bouis cornu posita*
Descendit crudiuoris piscibus mortem ferens,

Ita accipiunt, vt putent veteres boum crinibus ad hamorū funiculos conficiendos fuisse vsos, sed errant hi, inquit Plutarchus, nam setis equinis vtebantur masculis, cùm equarū caudæ vrina madefactæ setas habeant inualidas. Meminit eiusdem rei decimoseptimo problemate de causis naturalibus. Fiunt & hodie ex setis istis cribra, quod Gallorum inuentum esse Plinius asserit. *Cribrorum* (inquit) *genera Galli è setis equorum inuenere.* Tota verò nunc ferè Germania caudis equorum pectines barbę & capillorum sordidos detergit, vt scribit Iacobus Dalechampius in scholijs suis ad ca. 45. li. 9. Plinij. Nostri verò penicilli abstersorij ex suillis setis constare videntur; longè enim & crassioribus & durioribus pilis constant, quàm vt equinas setas esse liceat suspicari. Mirum omnino, & penè fidem nō habet, quod de equinis setis narrat Gaspar Balbus in itinerario suo in Indiam Orientalē. Est autē hoc: Naue, vt fit, à procellosis fluctibus quassata, vel ad scopulos allisa, vt aquā per rimas admittat, vnus ex peritioribus nautis, in mari se submergens, baculū quendā, cui affixę sunt istiusmodi setæ, eousq; nauis fundo affricat, donec occulta quadā vi illæ à rima absorbeantur. Lib. de solertia animal. Cribra setacea.

D VSVS IN VENATIONE.



QVOS venationi aptos κυνηγετικοὺς Græci vocant. Oppianus author est mares ad venationis vsum prestare fœminis duplicē ob causam, videlicet quòd hæ minus celeres sint ad longos per nemora cursus, & quòd equi eis adhinnientes, feris se prodant. sed vtraq; ratio friget; nam equa celeritate, cursuq; longiore equos nonnunquam vincit, quemadmodum de Scythis dictum est, & non hinnient equi, nisi equabus permisceantur, quod temerarium foret. Budæus ait in venationibus habere oportere equos Pegasidas (id est celerrimos) ad desultoriam vicissitudinem è fesso in recentem assiliendi. Ob eandem celeritatem vtebantur olim veredis, nam & hi cursu sunt pernices. Testis huius vsus est Martialis: Qui ad venationem præstent. Veredi celeres equi.

Stragula succincti venator sume veredi, *Nam solet à nudo surgere ficus equo.*

Et aliàs rursus:

Parcius vtaris moneo rapiente veredo *Prisce, nec in lepores tam violentus eas.*

T Sæpe

Sæpe ſatisfecit præda venator, & acri
Decidit excuſſus nec rediturus equo.
Inſidias & campus habet; nec foſſa, nec agger,
Nec ſint ſaxa licet, fallere plana ſolent.
Non deerunt qui tanta tibi ſpectacula præſtent
Inuidia fati ſed leuiore cadunt,
Si te delectant animoſa pericula, Thuſcis
Tutior eſt virtus, inſidiemur apris.
Quid te frena iuuant temeraria? ſæpius illis
Priſce datum eſt equitem rumpere quàm leporem.

VSVS IN ITINERE FACIENDO.

Equi hodœporici.



HODOEPORICOS equos vocat Pollux, quibus communiter in itinere faciendo vtimur: nos itinerarios, vt Cælio placet, dicere poſſumus. Ab his puto differunt, quos δρόμικας vocabant, quaſi curſores, cùm tamen curſores potius nos dicamus qui ijs vehuntur, quos Latinis veredarios a veredis nuncupari ſcribit Cælius ex Procopij interprete. Veredos (inquit) ſi non aberret interpres, aliàs æris non multi, apud Procopiũ Perſici belli ſecundo libro, equos vocat publicos. At Procopius veredarios intelligere videtur eos qui celeriter equis inuecti regum literas prouehunt. Alij a caballis caballarios dicunt. Fuiſſe autẽ iſtiuſmodi equos publicos in hoc vſu, docemur ex Ammiani Marcellini his verbis. *Tranſeo quod quidam per ampla vrbis ſpatia ſubuerſoſq; ſilices ſine periculi metu properanter equos velut publicos, ſignatis (quod dicitur) calceis agitant, familiarium agmina tanquam prædatorios globos trahentes à tergo: ne Sannione quidem vt ait Comicus, domi relicto.* Tota penè Europa poſtas vocat quaſi poſitos collocatoſq; certis in locis & ſemper in procinctu excubantes: vt recentes ſubinde habeant. Lege autem cautum eſt, ne quis ijs præter armillatos curſores niſi iuſſu præfectorum aut magiſtratuum vtatur: Cælius hanc impetratam facultatem, tractatoriam vocari ſcribit. In Gallia teſte Budæo chartulam accipiunt publico chirographo ſubſcriptam. Contrà rotulatores ibi vocantur publici curſus præfecti, nobis magiſtri poſtarum, Firmico curioſi, quamuis quidam curſores legendum eſſe velint. Nihil autem mutandum eſſe conſtat ex rubrica de ijs in codice Iuſtiniani, & in vita Chryſoſtomi legimus: ἐλκόμενος ὑπὸ τῦ κυριώσου τῆς πολεῖος ἐν μέσῃ τῇ πόλει. Inuenio & apud Varinum ταχυπώλην, exponi, ταχεῖς ἵππους ἔχοντα. Curſores iſtos publicos intelligit Manilius, cùm canit:

Veredarij qui.

Poſta.

Curioſi qui.

Quamuis extremo citius reuolauerit orbe Nuncius, extremum vel bis penetrauerit orbem.

Sunt qui Pegaſarios curſores dicunt, & equos item Pegaſidas a Pegaſo alato equo, quod perniciſſimo curſu breuiſſimi temporis ſpatio longiſſimum iter ſubinde per ſtationes mutatis equis cõficiant ac quodammodo volare videantur. Commendantur ad hoc Turcorum caballi, teſticulis vt plurimùm ademptis, cantherios, vt diximus, vocãt, perniciſſimi, nec non & placidi, quales in vijs, hoc eſt itineribus probari Varro quoq; prodidit, ideoq; diſcrimen maximè inſtitutum, vt equi caſtrarentur. In Italia & Gallia multiſq; alijs regionibus decimo quoquo miliari iſtiuſmodi dromici equi ſunt diſpoſiti. Scribit verò Paulus Venetus Magni Cham regis Tartarorũ emiſſarios & nuncios ſuas manſiones habere diſpoſitas per vigintiquinq; miliaria vſq; ad extremos imperij limites, ita vt in locis etiam vaſtis alioquin & deſertis huiuſmodi diuerſoria triginta aut quadraginta miliaria diſtantia reperiantur. Cõficere autem ſic diſpoſitos equites vno die ducenta aut trecenta miliaria, relictis ſubinde equis feſſis & recentibus ſubſtitutis. Budæus in pãdectis tradit antiquos non equis expeditis, vt hodiè ſed vehiculis vſos fuiſſe: vnde (inquit) curſus vehicularis qui publicus dicitur li. 12. Cod. idq; planum fieri ex Plutarcho in Galba, his verbis: *Nymphidius verò non mediocri indignatione affectus eſt, cùm conſules ſeruos publicos deſtinaſſent, quibus ferenda ad Imperatorem ſenatus conſulta præberent, quibus ſcilicet ipſis ea quæ diplomata appellantur, ideo dari ſolent, vt ijs ſtatim agnitis ciuitatis magiſtratus tabellariorum curſum accelerent, in commutatione vehiculorum datis deductoribus.* Iulianus Imp. in epiſtolis: ἄξει σε ὁ δημόσιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ καὶ παρίππῳ. Idem alibi, χρῆσθαι δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ, καὶ ἑνὶ παρίππῳ. Ducet te autem curſus publicus, vno vtentem vehiculo, & parippo vno. Quid ſit autem parippus, videbis in lege quarta de curſu publico & angarijs & parangarijs lib. 12. Codicis: vbi parphiphus pro parhippus legitur ab interpretibus poſt Accurſium. Ibidem parauercdus pro eodem dicitur, hoc eſt qui veredo vno ſuper numerum vtitur diplomate comprehenſum, vel ſuper numerum ſolitum, vt in ſuperioribus exemplis Iuliani principis. Hucuſque Budæus. Cæterùm publicum

Equi pegaſides.

Li. 2. c. 23.

Curſus vehicularis.

Parippus quid.

Parauercdus

F

G

H

A blicum hunc equorum cursum antiquum & è fisco fuisse disertè ostendit Vuolfgangus Lazius medicus & Romanorum regis historicus. Pertinebat ad fiscum principis (inquit) & cursus publicus. Et mox paucis de massa auri & argēti interpositis: Cursus fiscalis a fisco quemadmodum denominatus erat, ita sub fisco eiusq; quæstore fuit, cuius cursus vestigia in Cameris Austriæ principū videmus, in veredarijs illis quos vulgo Camerpotten, id est fisci tabelliones vocamus, qui & ipsi accelerātis itineribus in prouincias ablegantur, & mutatis ad festinationem iumentis cursum perficiunt, quemadmodum qui Postam, vt nos loquimur, equitant: qui cursus publicus olim & clauicularis appellabatur. Meminit vero cursus fiscalis Aelius Spartianus in historia Hadriani: *Statim cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere grauaretur. Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam quæ fisco debebatur, priuatis debitoribus in vrbe atq; Italia, in prouincijs verò etiam ingentes summas remisit.* Porro meminere cursus publici subinde inclinantis imperij authores, cùm de equis dispositis & mutatis ad festinationem iumentis loquuntur. Capitolinus de Pertinace: *Deinde præfectus cohortis a M. Aurelio Imp. & præside Syriæ, quod sine deplomatibus cursum vsurpauerat, ab Antiochia ad legatum suum ire coactus est.* Ammianus Marcellinus li. 20.

Lib. 2. comment. reip. Rom.

Cursus fiscalis.

Cursus clauicularis.

B *Cuius post abitum bene Iulianus cogitans & prudenter, sciensq; volens quòd præsenti pepercisset, charitates eius cunctæ familiaris intactæ, publico cursus vsu permisso ad Orientem redire tutius imperauit.* Et iterum li. 21. *Quo rumore perculsus præfectus prætorio Taurus, vt hostem vitans externum, maturè discessit, vectusq; mutatione celeri cursus publici, transitis alpibus Iulijs, eodem ictu Florentiū ibidem præfectum secum adduxit.* Idem li. 20. clauicularem hunc cursum appellat: *Quo textu ad Comitatū perlata lectoq; intranus contemplans rationales querelas, cum familijs eos ad Orientem proficisci præcepit, clauicularis cursus facultate permissa.* Meminit huius cursus & Sidonius Apollinaris li. 1. epist. ad Heronium: *Egresso mihi Rhodanusiæ nostræ mœnibus, publicus cursus vsui fuit, vtpote sacris apicibus accito, & quidem per domicilia sodalium propinquorumq;.* Recenset & Codex præfecturarū Scoti curiosum vnum cursus publici. Cassiodor. li. 5. Variarum in epist. Theodorici regis ad Mannilam Saionem, cursum publicum & equos cursuales magisterio officiorum subijcit, & huic in formula magisterij scribit lib. 6. *Veredorum quinetiam opportunam velocitatem quorum status semper in cursu est, diligentiæ suæ districtione custodit, vt solicitudines nostras quas consilio iuuat, beneficio celeritatis expediat.* Sunt verò qui initia huius cursus, alij quidem a Cyro, alij a Xerxe, regibus Persarum, alij denique ab Augusto petant, veluti Tranquillus. Xenophon quidem li. 8. videtur Cyro ascribere;

Cursus publici initium

C quem refert videlicet, vt celeriùs sentiret ea quæ maximis locorum interuallis distabant, stabula equorum tantum separata fecisse, quantum itineris die vno equus facere posset. Quibus locis non solum equos constituerat velocissimos quoq;, verùm etiam equorum custodes, quibus & virum addiderat, qui esset aptus ad literas accipiēdas, quæ ferebantur, easq; tradendas; quiq; reciperet equos defatigatos atq; homines, & alios recentes substitueret. Atqui Herodotus, antiquus & ipse author, in Vrania, initia huius per equorum mutationem festinantiæ, a Xerxe Persarum rege deducit, in illa memorabili fuga Persarum, cùm victi a Leonida & Themistocle in Græcia, non sine dedecore fugam domum maturassent. Trepidum quippe & omnia timentem Xerxem, equites per interualla sic disposuisse, diei itinere ab inuicem remotos, vt sicubi Græci Persas insequi cogitarēt, primus indicare secundo, secundus tertio posset & ita in infinitū. Quòd verò Augustus quoq; Cæsar hunc cursum instituerit, vel saltem renouauerit intermissum, aut in ordinem deniq; redegerit (quod nostra memoria Maximilianum constat Cæsarem fecisse,) testatur Sueton. in Augusto, ita scribens: *Et quò celerius ac sub manum adnunciari cognosciq; posset, quid in prouincia quaq; gereretur, iuuenes primum modicis interuallis per militares vias, deinde vehicula disposuit. Commodius id visum est, vt qui à loco ijdem perferunt literas, interrogari quoq;, si quid res exigat, possent.* Hęc Tranquilus:

D a quo videtur T. Liuius dissentire, qui multò ante Augusti tempora, huiusmodi mutationis iumētorum, accelerationis gratia, atq; equorum dispositorum apertè meminit: Siquidem li. 6. dec. 3. ita scribit: *Romanis Tragilianus nuncius, diem noctemq; itinere continuato, ingentem attulit terrorem, tumulti nosiùs quam allatum erat, cursus hominum affingentium vana.* Et rursus li. 7. quartæ dec. *T. Sempronius Gracchus longè tunc acerrimus iuuenum ad id delectus, per dispositos equos propè incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam peruenit.* Idem lib. 2. quintæ decadis. *Legati qui repentè aliquò mitterentur, singula iumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant.* Ex quibus luce clarius apparet, longè ante tempora Augusti Cæsaris cursum publicum Romanis fuisse vsurpatum. Qui quanto semper vsui huic populo extiterit, hi declarabunt authores, qui eius res gestas annotarunt: quos inter nominatissimus Cor. Tacit. in vita Iulij Agricolæ ita scribit: *Supremo quidem die momenta deficientis per dispositos cursores nunciata constabat, nullo credente sic accelerari, quæ tristis audires.* Herodianus lib. 2. historiæ Augustæ, de Macrino fugiente lolocutus: *Famam quoq; (ait) suæ fortunæ præueniens: quippe ingenti studio commilitones vehicula vrgebant, quasi Macrino adhuc rerum potiente magnis de rebus mitterentur.* Sic Ammianus Marcellinus lib.

nus li. 14. ſcribit. *Pandente itaq; viam fatorum ſorte triſtiſſima, qua præſtitutum erat eum vita & im-* E
perio ſpoliari, itineribus interiectis per mutationem iumentorum emenſis, venit Pætouionem oppidum
Noricorum, vbi reſerata ſunt inſidiarum latebræ omnes: Et ſubdit: *Inde alijs ſuper alia vrgentibus li-*
teris, exire & decem vehiculis publicis, vt præceptum erat, vſus, relicto palatio omni præter paucos tho-
ri miniſtros & menſæ quos aduexerat ſecum, ſqualore concretus celerare gradum compellebatur. Idem
li. 15. ſequenti: *Nondum apud Noricum exuto penitus Gallo, Apodemius quoad vixerat, igneus turba-*
rum incenſor, raptos eius calceos vehens, equorum permutatione veloci, vt nimietate cogendi quoſdã
extingueret, præcurſorius index Mediolanum aduenit: Et iterum ſub finem li. 21. de concilijs epiſco-
porum tractans, quæ ſub Conſtantio Cæſare multa celebrata ſunt: *Chriſtianam religionem abſo-*
lutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundebat, in qua ſcrutanda perplexius, quàm componenda
grauius, excitauit diſsidia plurima, quæ progreſſa fuſiùs aluit concertatione verborum, vt cateruis
antiſtitum iumentis publicis vltro citroq; diſcurrentibus per Synodos quas appellant. Huius hiſtoriæ cur-
ſuſque publici meminit & Euſebius in vita Conſtantini. *Hoc vnuſquiſque dum emittitur, occupat a-*
lios imperatoris libello. Hic Hieroſolymam eundum eſſe properè dixit: ita Phœnicia profecti, opera publi-
ca ad curſum vſi ſunt. Cæterùm non ſolùm Conſtantini ſæculo curſum publicum fuiſſe in vſu, ve- F
rum etiã ſub Zenone & Anaſtaſio per Sueuiam quoq; parochos fuiſſe, colligi poteſt ex his verbis
Caſſiodori li. 5. Variarum, in epiſt. Theod. regis ad Seuerianum V.S. Sueuiæ præpoſitum: *Iudices*
quoque prouinciæ, vel curiales atq; defenſores, tam de curſu quàm de alijs rebus illicita dicuntur poſ-
ſeſſoribus irrogare diſpendia. Veredi qui à curſu Græcis dromanarij, latinè curſuales proprio nomi-
ne appellabantur: de quibus Caſſiodorus li. 14. ſacræ hiſt. *Inuenit Theodoſius* (inquit) *quendam*
virum animo habituq; corporis fortiſſimum qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus ad
terminos Romanorum & Perſarum, & rurſus totidem remearet ad Conſtantinopolim. Porrò huic Palla-

Palladij equi qui.

dius erat nomen: vnde nimirum Palladij equi dicti ſunt Iureconſultis & parauerędi, parangariati.
Meminit veredorum idem Caſſiodorus li. 2. Variarum cognitionum, in epiſtola Theodorici regis
ad Dromanarios. *Et ideo comitis ſacrarum largitionum noſtra præcepit authoritas, vt in Hoſtilienſi lo-*
co conſtituti debeatis, quatenus fiſcali humanitate recreati, excurſus cum veredarijs per alueum Padi
more ſolito faciatis: vt dimiſſo labore equis publicis debeat ſubueniri: quando curſus veſter non atteri-
tur, qui per vias liquidas expeditur. Et iterum li. 4. eiuſdem: *Illuſtris & magnifici viri Comitis patri-*
monij ſuggeſtione comperimus, Dromanarios viginti & vnum de conſtituto numero mortis incommodo
fuiſſe ſubtractos. Idem li. eodem in epiſt. ad Godiſcalcum Saionem: *legatorum itaq; veſtrorum ſug-* G
geſtione comperimus, curſuales equos frequenti vſurpatione fatigari. Et quos nos publicis neceſsitatibus
cupimus cuſtodiri, in vſum cognouimus priuatæ voluntatis aſſumi. Et iterum li. 5. *Excedentium impro-*
bam præſumptionem tali te præcipimus diſtrictione reſecare, vt ſiue Gothus ſit aut Romanus qui ſine no-
ſtra aut eorum quorum intereſt euectione veredum præſumit attingere, per vnum equum centum ſtatim
ſolidos à te cogatur exoluere. Et de illis quoq; pari ſecuritati cenſemus qui ſupra euectionum numerum,

Caballacio.

curſuales equos vſurpare præſumunt. Caballatio, à caballis videlicet quo nomine curſus publicus a-
pud Francos nominabatur, vt appareat, non minus & hunc morem diſpoſitorum equorum in cur-
ſu publico à Romanis ad Francos perueniſſe. Iureconſulti li. 12. Cod. tit. de annona militari, Ca-
ballationis verbo vtũtur pro munere publicos equos alendi ad curſum publicum, quod modò Po-
ſtæ magiſterium vocatur. Luidbrandus Ticinenſis, quem ſub Othonibus floruiſſe conſtat, cabal-

Caballicata litera.

licatarum literarum meminit, nimirum alludens ad eas literas quas curſores publici in caballis per
itinera mutatis perferebant. Sed placet authoris huius verba inſerere, quæ libro hiſtoriæ eius ter-
tio extant, c. 14. *Arnoldus Boiariorum & Charentanorum dux, cùm non multum ab Italia longè diſta-*
ret; collectis copijs, quatenus Hugoni regnum auferret, aduenit. Qui Tridentinam ea ex parte primam
Italiæ Marchiam pertranſiens, Veronam vſq; peruenit. In qua à Milone comite atq; Rhaterio epiſcopo li- H
benter ſuſcipitur. Quod rex Hugo vt audiuit, collecto exercitu, ei obuiam iuit: cumq; eodem perueniſſet,
& caballicatus, vt vulgò aiunt, circumcirca dirigeret &c. Cæterùm parangaria Perſica voce curſus

Parangaria. Parauerędus

publicus vocabatur, & parauerędi propriè dicebantur, qui vltra ordinariam curſus publici functio-
nem negotiatoribus & alijs inſeruiebant, qui abſq; diplomate hunc vſurpabant. Equidem extant
nobis Auſtrijs omnes illæ quatuor curſus accelerati rationes. Primò nãq; fiſcus habet ſuos curſo-
res & veredos, quos appellamus fiſci tabelliones: deinde & equites mutatis iumẽtis literas in aula
& ex aula Regis in Italiam & Belgas vſq; celerrimo itinere perferunt. Manet & tertium genus po-
tiſſimum in Hungaria & Auſtria inferiori, quod per vehicula velocia vſurpabatur. Sunt & paraue-
redi, de quibus locus Caſſiodori lib. 5. Variarum eſt accipiendus: *Parauerędorum ſubuectiones exi-*
gere eos, qui habent veredos adſcriptos, prouincialium querela comperimus, quia nullũ planè ſinatis præ-
ſumere: quando per turpiſsimos quæſtus & poſſeſſor atteritur, & cõmeantiũ celeritas impeditur. Præter-
ea quemadmodũ ratio curſus publici quandam ſub fiſco eiuſq; præfecto qua ſtore candidato fue-
rat (quem vel Cancellario noſtri temporis, vel Cameræ ſuperintendenti cõparauimus) ita in hanc

vſque

A vsq; diem postam hi dirigunt; soletq; illius magister siue præfectus cùm Cameræ Imperialis iudicis in Germania, tùm cancellarij cameræq; superindentis dicto audire: & literas in cursu publico allatas his ipsis, quos diximus, viris & non alijs, reddit. Deniq; sunt in cursu nostro publico, veluti & olim erant, Saiones, siue curiosi, parochi, portitores, tabellarij, tractatores, hippocomi & parippi. Curiosi qui posterius Saiones a Theodorico rege Gothorum regnante in Italia cognominati sunt, hodie magistri postarum, quorum subinde meminit Cassiodorus in libro variarum cognitionum. Codex præfecturarum vnum generalem curiosum cursus publici enumerat, & per singulas prouincias singulos. Erant autem non multum inferiores his, quos tempore Valentiniani primi, Gratiani, Theodosij & Honorij, agentes in rebus vocabant Romani. Præerant autem cursui publico & negocia principis per cursum publicum expediebant, & res omnes ad præfectos prætorio, curiamq; principis referebant: vnde & nomenclatura illis accessit: quales hodie Turcarum tyranno vocantur Zausij: & si volumus ad nostram transferre rempublicam, quales pęnè sunt apud nos qui vocantur nuncij cameræ. Cassiodorus lib. 4. in epist. Theodorici regis ad Godiscalcum Saionem ita scribit: *legatorum atq; nostrorum suggestione comperimus, cursuales equos frequenti vsurpatione fatigari.* Et subdit: *Nullum præterea Saionum discursus facere patiaris, sed ad causam, ad quam* Saiones. Curiosi.

B *directus fuerit, vno tantùm itinere permittatur accedere, vel redire: quibus in superiorem mulctam cadat interdicta frequentia parípporum. Quinetiam onera centum librarum nullus excedat. Expeditos enim properare missendarios volumus, non migrare censemus.* Parochi tametsi nostro sæculo, qui olim Chorepiscopi erant, nominantur, erant tamen Romanis in publico cursu mansionum præfecti, qui & equos dispositos & cibum currentibus præbebant, quales hodie sunt, qui inferiores postæ magistri dicuntur. Meminit M. Tull. Cic. li. 13. Epi. *Ariarthes Ariobarzani filius Romam venit: vult opinor regnum aliquod à Cæsare emere: nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo, non habet. Omnino enim Sestius noster parochis publicis occupauit. Quod quidem facilè patior. Verùntamen quod mihi summis beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuito eum per literas, vt apud me diuersetur.* Huc alludit & Horatius primo sermonum: Parochi.

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit: & parochi quæ debent ligna salemq;.

Et iterum. *Vertere pallor, Tum parochi faciem.* Vbi Porphyrio in commentarijs, parochos dispositos in via, ligna & salem ijs præbere solitos scribit, qui reip. causa peregrinabantur, alias Copiarij dicti. Atq; inde factum est, vt metaphoricè omnes qui publicos cibos ministrabant, non quidem veredarijs, sed in ciuitatibus passim, parochi sint appellati. Hinc est illud Pomponij Læti in Copiarij.

C Constantino: *Qui comitibus & ducibus pro augmento imperij consenuerant, dabantur agri villæq; vt necessaria suppeterent, quoad viuerent, parochias vocabant.* Meminere in hoc significatu parochorum & iureconsulti in Authenticis Iustiniani, his verbis: *Colonitarum ius est* (inquiunt) *veluti si domum valentem centum solidos & præstantem pensionem solidorum decem, aliquis acceperit ab Ecclesia, vel præter solidos tres singulis annis se daturum pensionis nomine, vbi eam redemerit fortè minori pretio, spondeat. Iste autem appellatur parochus.* Fuerunt & parochi alia voce Græcis dicti paranymphi, qui sponsam ducebant, vt Suidas scribit. Vnde scribit Pausanias, cùm noua nupta ad ædes mariti deduceretur, in currum ascendere ipsam solitam, & in eius medio collocatam, ab vna parte maritum, ab alia parochum, qui sibi affinitate proximus esset. Cæterùm quod vox ista postea Chorepiscopis sit tributa, arbitror ex eo factum, quòd publicum cibum, hoc est, sacram Eucharistiam administrarent ijs, qui illis in cura animarum subiecti essent. Vnde legitur in Canonico iure, decem homines facere parochiam. Tabellarij serui cursus publici appellabantur, qui in veredis siue equis dispositis currebant, à tabellis duplicatis, hoc est, diplomate dicti, quo erant insigniti, cuiusq; authoritate & inspectione cursum vsurpabant. Meminit Herodianus li. 3. hist. *Quare tabellarios aliquot ex his qui literas imperatorias perferunt, fidissimos sibi homines, cum literis mandatisq; ad eum* Paranymphi Tabellarij.

D *mittere.* Et iterum li. 4. *Has igitur literas, vt mos est, cum reliquis obsignatas dat ignaris qui ferrent tabellarijs, illi consueta vsi itinerum celeritate, ad Antoninum perueniunt; quo ille potissimùm tempore ad [illegible] consenderat: ita ei reddunt integrum epistolarum fasciculum, in quibus erant & literæ quæ [illegible].* Huc pertinet & locus Iulij Capitolini in Marco philosopho & alter Marcellini li. 21. qui sic habet: *Addiditq; festinādo itinere noctibus, prouinciarum mediarumq; rectoribus insinuare noui principis scripta, omnibusq; sententijs occultius sciscitatis remeare velocitate rumoris responsis, vt compertum quid in longinquis agatur principatus roborandi matura consilia quærantur & causa. Hunc tabellarium famæ præuenientem, mæx tristium casuũ velocissimè prouincias volitabat.* Tractatores qui habebant tractatoriam licentiam adducēdi equos in cursu publico: de quibus iureconsulti duodecimo Codicis titulo de tractatorijs & statiuis. Hippocomi qui equos dispositos in mansionibus curabant, ἀπὸ τῦ κομέειν, id est, nutriendo, recensentur iure consultis in L. non patimur, libr. 12. Codicis. Parippi qui præter numerum in tractatoria comprehensum, vehicula & equos agebant: quod nostro tempore, qui aliquo loco sunt, & aliquò accele- Tractatores. Hippocomi. Parippi.

rant, in vſu habent. Meminuerunt Iureconſulti eodem duodecimo Codicis in l. parhippum, licet E
falsò parphippum legatur. Meminit & Suidas in dictione παριππεύσαντις. Fit mentio quoque
parhipporum hoc ſignificatu à Caſſiodoro lib. 5. Variarum. *Et de illis quoq; pari ſecuritate cenſemus, qui ſupra euectionum numerum curſuales equos vſurpare præſumunt: parhippis quin etiam non vltra centum libras iubemus imponi.* Atq; hæc cùm de curſu publico, tùm de fiſco, ſub quo is curſus
Stratores. & equi diſpoſiti fuerunt: Pertinent ad curſum publicũ & Stratores. hi erant, quos Princeps mittebat ad ciuitates, neceſſitate aliqua, quibus in curſu publico parochi cogebantur mutare equos. Hæc itaq; omnia Lazius, ex quibus luce clarius eſt, veteres non ſolis vehiculis vſos in publico curſu, ſed etiam equis, imo etiam ſæpius equis quàm vehiculis, quibus, vt ego conijcio, vtebantur cum curſuri numero equos ſuperarent.

VSVS IN TRIVMPHIS.



VANTA exiſtimatione & vſu Romanis triumphus fuerit, ijs manifeſtum eſt, F
qui Liuij decades legerint, & Taciti Auguſtam hiſtoriam, cum alijs claſſicis Romanæ Reipublicæ authoribus, quiq; tam diuerſos antiquiſſimos numos examinauerint, in quibus victores de ſuis victorijs triumphantes ſe poſteritati depinxerunt, triumphali curru inſidentes. Quàm difficulter etiam ad triumphos admittebantur, quin tametſi res maximas pro emolumento Romani populi geſſiſſent, niſi publico Senatus decreto, & omnium calculis, vt oſtendit Liuius libro primo quartæ
Triumphorum genera. decadis. Triumphorum autem quinque diſcrimina fuiſſe inuenio, videlicet, per currum quadriiugorum equorum, per vnum equum ſolum, cui triumphans inſidebat, per quadriiugos elephantos (de quo ſuo loco) caſtrenſem, & imaginarium: qui nouiſſimi, eo triumphi nomine vix digni: & qui cum elephantis fiebat, erat rariſſimus. Priores duo, triumphi nomine præcipuè intelliguntur; ſed qui curru fiebat quadriiugorum equorum, magnus cognominabatur, & propriè triũphus
Triumphus magnus. dicebatur: alter qui vno fiebat equo, dicebatur paruus, & ouatio. Ouationem autem dicebant,
Ouatio. non ceu ouationem, id eſt clamorem Parthicum, ſicuti multi putauere, tametſi ouantes illam canenteſq; tranſmittant, vt Plutarchus inquit, ſed quia cùm in magno triumpho & plena victoria bos, in ouatione immolari ouis conſueuerit: Qui ouationem merebatur, vno equo vtebatur, & à plebeis vel equitibus Romanis deducebatur ad Capitolium, & de ouibus ſacrificabat, quamuis G
Sabinus Maſſurius pedibus ingredi ouantem dicit, non ſequentibus eum militibus, ſed vniuer-
Triumphandi modus. ſo Senatu. Qui autem triumphabat, equis albis vtebatur quatuor & Senatu præeunte in Capitolium de tauris in eo ſacrificabat. A principio vrbis, non curru triumphali, nec equo vehi triumphantes, ſed pedibus incedere aſſueuiſſe: poſtea equo vectos, demum curru quadriiugo triũphaſſe
Lib. 1. c. 22. ſcribit Alexander ab Alexandro: Sabellicus tamen ex Dionyſio tradit Romulum Acrone Ceni-
Lib. 3. En. 2. nenſium rege vita & armis ſpoliato, purpura indutum, caputq; laurea præcinctum, quadriiugo
Romuli triũphus. curru vrbi inuectũ, expreſſamq; tum primùm legitimi triũphi formam, miraturq; à Liuio id prætermiſſum: & propterea forſan (inquit) Plutarchus in Poplicola, Valerium Conſulem tradit victis Hetruſcis Tarquinium reducere tentantibus, triumphantem inde primum Conſulum quadriga vrbem inijſſe, eamq; rem auguſtam ſpeciem, & magnificam, non odioſam præbuiſſe. Contrà
Lib. 11. de re militari cap. 2. & 3. Robertus Valturius Romulũ non rectè à Dionyſio dici ſcribit, curru eſſe vſum, & ex eo quòd Romuli ſtatuæ ſpolia ferentes, pedeſtres fuerint, pedeſtres quoq; eius triumphos arguit; poſtmodum verò Tarquiniũ Priſcum huiuſmodi currus & equorũ quatuor formam & magnificentiam triumpho ſtatuiſſe memorari, ab Hetruſcis tamen prius ſumptam & in vſu habitam; affirment licet (inquit) alij Poplicolam primum in curru tali pompa triumphaſſe, quam & ipſam vt maiorũ legibus H
plurimis, & maximis ducibus conceſſam, ſic nonnullis ademptam denegatamq; non ſine maximis rationibus inuenio, ſic Valturius. Ego autem haud falsò id à Dionyſio ſcriptum exiſtimo. Romu-
Lib. 4. lum enim quatuor albis equis triumphaſſe, etiam Propertius aſſerit, dum canit:

Hinc Taciens, Ramneſq; viri, Luceresq; coloni, Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Cur albis equis triũphatum. Quod verò albis potius, quàm alterius coloris equis triumpharent, non ſine aliquo myſterio factũ fuiſſe videtur. Liuius ad Solis & Iouis imitationem feciſſe Romanos non obſcurè indicat, Camil-
Lib. 5. dec. 1 lum ſcribens captis Veijs, ita triumphantem ingreſſum vrbem, ciues alienæ inſuetos inſolentiæ offendiſſe quòd Solis ac Iouis currum æquiparaſſe moliretur. Legimus autẽ apud Herodotum, Io-
Lib. 7. Iouis currus uis currũ, qui in exercitu Xerxis, Xerxen ipſum precedebat ab octo equis albis tractum. Valturius precitato loco Coſsũ & Marcellũ opima ſpolia ab hoſtibus ferẽtes, quadriiugo curru inuectos eſſe tradit Erichthonij exẽplo, qui victor quadrigam & equos quatuor primus iunxit in Grecia. Porrò erant ipſi equi triũphantem vehentes ſuis ornamentis cõdecorati, id eſt phalerati, atq; inſuper coronati,

A ronati, coronitumq; vehebant triumphantẽ. De equis coronatis extat testimoniũ Ouidij in Fastis: Lib. 3.

Illa datos fasces commendat, eburque curule,
Illa coronatis alta triumphat equis.

Idem alibi etiam inquit ad Augustum: Lib. 2. de Trist. Eleg. 1

Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste
Inque coronatis fulgeat altus equis.

Et rursus de Germanico. Lib. 2. de Ponto Eleg. 1.

Te quoque victorem Tarpeias scandere in arces
Laeta coronatis Roma videbit equis.

Seruius in secundo Georgicorum currum triumphantis scribit fuisse inauratum, ipsum verò triumphantem equis albis, capite lauro coronato Capitolium ascendisse. De laurea corona meminit idem poëta Ouidius in elegia ad eundem Germanicum: Triumphantis currus.

Tempora Phoebaa lauro cingentur, ioq; Lib. 4. de Trist. Eleg. 2
Miles Io magna voce triumphe canat.

Et Tibullus lib. 1. Eleg. 7.

B *At te victrices lauros Messalla gerentem*
Portabat niueis currus eburnus equis.

Sæpe & aurea induebantur chlamydie, vt testatur idemmet poëta in primo de arte:

Ergò erit illa dies qua tu pulcherrime rerum
Quatuor in niueis aureus ibis equis.

Huc pertinet & hoc Tibulli: Li. 1. Eleg. 2

Ille licet Cilicum victas agitante cateruas
Ponat, & in capto Martia castra solo:
Totus & argento contextus, totus & auro
Insideat celeri conspiciendus equo.

Quo loco equus meo iudicio sumitur pro ipso curru triumphali. Pretiosiora quæ ab hostibus in bello parta essent, triumphantes præ se agebant, vt ex mille historijs notum est, Ouidius: Li. 2. de Ponto Eleg. 8.

Sic fera quàm primò pauido Germania vultu
Ante triumphantis serua feratur equos.

C Postmodum verò vt ornatior adhuc esset triumphus, arcus præterea erigebatur, per quem triumphans ingrediebatur, vt inter alios meminit Claudianus in sexto Honorij consulatu: Arcus triumphalis. Lib. 8.

Ast ego fremebam geminos quibus altior ires
Electi candoris equos & nominis arcum
Iam molita tui per quem radiante decorus
Ingrederere toga, pugna monumenta dicabam
Defensam titulo Lybiam testata perenni.

Idem Claudianus triumphum pulcherrimè describit his versibus: Li. 6. Paneg.

——Talis ab Istro
Vel Scythico victor veniens Gradiuus ab axe
Deposito mitis clypeo, candentibus vrbem
Ingreditur trabeatus equis, spatiosa Quirinus
Frena regit, currumque patris Bellona cruentat
Diuitibus exuuijs, tendentem ad sydera quercum
Praecedit, lictorque, metus cum fratre pauore
D *Barbara ferratis innectunt terga cathenis*
Velati galeas lauro, propriusque iugales
Formido ingentem vibrat succincta securim.

Filij triumphantium, vt legimus in oratione Ciceronis pro Murena, præsertim prætextati, in equis sedere consueuerunt. Quod si verò hostis ab vtroque consule superatus esset, ille tantùm quadriga triũphabat, in cuius prouincia res esset gesta, vt Liuij & Neronis exẽplo ostendit T. Liu. his verbis: *Inter ipsos, ne cùm bellum communi animo gesissent, triumphum separaret, ita conuenit, quoniam in prouincia M. Liuij res gesta esset, & eo die quo pugnatum esset, eius fortè auspicium fuisset, exercitus Liuianus deductus Romam venisset, Neronis de prouincia deduci non potuisset, vt M. Liuium quadrigis vrbem ingredientem, milites sequerentur, C. Claudius equo sine militibus inueheretur. Ita consociatus triumphus, cùm vtrique tum magis ei, qui quantum merito anteibat, tantum honore collega cesserat, gloriam auxit.* Tanto itaque gloriosius ac honoratius erat quadrigis triumphare quàm solo equo ouare: vnde dicebat Ouidius, scribens ad Ruffinum: Filij triumphantium. Lib. 8. Decad. 3. Lib. 3. de Ponto Eleg. 12.

Credo, breuique fides aderit, geminabit honorem

Filius,

Filius, & iunctis, vt prius, ibit equis. E

Lib. 4. Eleg. 12. Postremò ex hoc Propertij pentametro,

Cuius honoratis ossa vehantur equis.

Sepultura triumphalis. discimus ossa mortuorum, qui in vita sese honestissimè gessissent, triumphali sepultura solere efferri: vbi tamen veteres libri habent, *vehantur aquis* hoc sensu; sim digna quæ ob vitæ merita per honoratas aquas in Elysium transferar: cæterùm si in primo sensu legatur, eam intelligemus elatam triumphali sepultura ob vitam integrè casteque actam. Sic & idem poëta scribit,

Lib. 3. *——— Et à me*

Nata coronatis Musa triumphat equis.

VSVS IN INSIGNIBVS.

Scutum Achillis & hasta. *Act. 2.* SCVTVM Achillis inter alia insculptum habebat solem cum suis equis: lancea verò equos solos. Meminit Euripides in Electra:

Ἐν δὲ δορὶ φονίῳ τετραβάμονες ἵπποι ἔπαλλον, κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶθ' ἵετο κόνις, id est: *Postremò in hasta lethifera quadriiuges equi vibrabantur, quibus niger à tergo excitabatur puluis.* F Fuit verò etiam equus ex signis militaribus apud Romanos, vt inter alios testatur Plinius, vbi de aquila tractat: *Romanis eam legionibus* (inquit) *Marius in secundo consulatu suo propriè dicauit. Erat & antea prima, cum quatuor alijs, lupis,*

Lib. 10. c. 4. *Equus insigne Romanorum.* *minotauris, equis, apris, quæ singulos ordines anteibant. Paucis antè annis sola in aciem portari cœperat, reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum, non ferè apud legiones vnquam hybernatum esse in castris, vbi aquilarum non sit iugum.* Hæc ille. De hoc

Lib. 11. de re militari. equorum signo (inquit Robertus Valturius) nihil præclarum, nihil exploratum satis habeo, nisi quòd per huius animantis forte speciem cùm bellis intersit, plurimumque valeat, Martis commoditatem designare voluerint, tum quia præ cæteris hoc animal pugnam, & gloriæ & victoriæ cupidum est, tum quia armatos vehit, tum quia sit velox, nonnunquam vt Martem decet, & im-

Lib. 4. Hieroglyph. petu ac furore maximo plenum. Pierius Valerianus in posterioribus etiam sæculis militares quosdam ordines, qui sub equitum magistro militabant, dimidios rutili coloris equos duos in alba

Mauri feroces. parma sese quodammodo lacessentes, orbe viridi, cuius luteus erat vmbilicus, interposito, prætulisse scribit, eosque Mauros feroces appellatos esse: equos item duos dimidiatos coloris lutei, G in cæruleo clypeo, quem ruber circulus ambibat, auersos prosilientes à centro, quod luteum in medio rubræ peltæ pro vmbilico appositum erat, ita vt ab ipsa pelta trames coloris eiusdem ad rubrum vsque ambitum protenderetur, eius ordinis fuisse insigne, qui sagittarij seniores Orien-

Sagittarij seniores Orientales. *Theodosiani secundi.* tales appellabantur. Militabant ij sub magistro militum Præsenti nuncupato. Fuisse & luteum equum in imo parmæ ferrugineæ coloratioris, cuius vmbilicus albus rubro continebatur circulo, quem alter coloris lutei circumbibat, secundorum Theodosianorum hunc fuisse clypeum, qui sub eodem militum magistro stipendia faciebant. Hi nimirum Theodosij principatu in militiam adle-

Constantia dicta legio. cti. Fuisse denique & aliam legionem, quæ rutilum equum in cærulea parma gestabat; in medio viridis orbis constitutus, cui quadrupes toto innixi pectore videbatur, eam Constantiam nun-

Neapolitanorum numus cum insculpto equo. cupatam, & sub magistro peditum meruisse, Constantio quippe principe institutam. Antonius Augustinus tradit dialogo secundo de numis, reges Neapolitanorum in omnibus suis numis auerso latere insculptum habere equum, cum adiunctis literis ÆQVITAS, extareque etiamnum quem equulum (Cauallotto) dicunt. Addit quod se ex alijs intellexisse equum fuisse regum

Bagnacauallensium insigni. istorum insigne, sed qui vili & detrito stratus ephippio, id calcitrando excutere conatur, quasi H nouum & recens expostulás: ephippijque typo regem vindicari. Tiberianum oppidum Italiæ, vulgò Bagnacauallo equum etiam habet pro insigni, velut in balneo se reficientem: (hoc enim vocabulum bagnacauallo significat). [illegible] Gens est

Saxonum insigne. *Lib. 2. c. 33.* belli amantissima ... Saxonum principes pro insigni maiorum in militaribus signis pullum equinum ... scribit Crantzius in historia Saxonum ... candidum ... Ostphalos, quidam vero Vuestphalos qui circa Visurgim ... dicunt. Nam equinũ pullũ (inquit) Saxones sua lingua dixere Valem (Falem). Hoc autem nomen in Orientalibus (Ostphalis) euanuit, & permansit appellatio generalis Saxoniæ, quod & maioribus principibus sæpe patuit. Nam & temporibus Henrici Leonis ducatus est ortus Brunsuicensis, postea & ille scissus in aliquot principatus. In occidua verò pro-

Cap. 4. uincia mansit appellatio Vuestphalorum qui equinum pullum præulerunt. Quæ gens iam se Saxoniam appellari non patitur: probro ducens, si quis Vuestphalum hominem appellet Saxonicum. Hæc ille, qui rursus mox Vedekindum (alij Vitekindum vocant) Saxonum ducem ad fi-

dem

A dem Christi conuersum, cùm armorum eius insignia, quæ militaribus signis præferebat, pullum equinum haberent atrum, postquam victus à Carolo Magno de tenebris gentilium errorum peruenisset in lucem veritatis, iussu Caroli Magni in album commutauisse. Ioan. Goropius Saxones ait nigrum sibi pro insigni pullum sumpsisse, quam longissimè ab albo remotum, vt docerent se animosissimos & bellatores fortissimos esse & difficillimè frena & iugum admittere. Videmus enim nigros (inquit) equos, si nulla alba nota insigniantur, ferè indomitos manere. Spadices & glaucos quia nigredinem albedini sic habent admixtã, vt nigredo superet, a Virgilio laudantur, illi quidem ad vsum, quia faciliùs domari queant: sed ad generosum animum & freni impatientem significandum, commodiorem tesseram fuisse, pullum nigrum in clypeo gestare. Hac igitur ratione nigrum equum Saxonibus insignium loco acceptum credit: cumque, postquam à Carolo domiti essent, ac iugo Christiano subiecti, in album commutasse: quo significarent, se superbiam peruicacem & effrenem licentiam, qua perpetuò recalcitrabant, nec rectorem ferebant, moderari velle: sic tamen, vt generosum animum & eius symbolum retinerent, sed mutato colore, temperatiores ac faciliores ad regendum se fore pollicerentur. *Lib. 6. Saxonicorum.* *Equi nigri generositas.*

B

VSVS IN ELECTIONE PRINCIpis Charinthiæ.



ENEAS Pius in capite de Charinthia libelli eius quem Chronicis Beneuenusti tanquam supplementum adiecit, de ridicula electione principis eius prouinciæ hæc scripta reliquit: Imperium Charinthiæ Australes obtinent & Archiducem appellant, cui ea regio paret. Quoties nouus princeps reipub. gubernationem init, solemnitatem nunquam alibi auditam obseruant. Non longè ab oppido S. Viti, in valle spatiosa vetustæ ciuitatis reliquiæ visuntur, cujus nomen temporis aboleuit antiquitas. Iuxta in pratis latè patentibus, marmoreus lapis erectus est. Hunc rusticus ascendit, cui per successionem stirpis id officium hæreditatis iure debetur: à dextra bos macer nigri coloris astat, à sinistra pari macie deformis equa. Frequens circa eum populus & omnis rustica turma. Tum princeps ex aduersa pratorum parte procedit, purpurati eius proceres ambiunt. Vexillum ante ipsum & insignia principatus comes Goritiæ, qui palatij curam gerit, inter duodecim minora vexilla præcurrit: reliqui magistratus sequuntur. Nemo in eo comitatu non dignus honore videtur, nisi princeps, per se ipse rustici speciem gerens. Agrestis ei vestis, agrestis pileus, calceusque & baculus in manu gestatus pastorem ostendit. Quem postquam rusticus ex lapide venientem conspicatus est, sermone Slauico (sunt enim ipsi Charinthiani Slaui,) Quis hic est, inclamat, cuius tam superbum incessum video? Respondent circunstantes, Principem terræ aduenire. Tum ille, iustusne iudex est? salutem patriæ quærens, liberæ conditionis, dignus honore? Estne Christianæ cultor fidei & defensor? Respondent omnes, est & erit. Rursus ille, quo me iure ab hac sede dimouebit? At Goritiæ comes; Sexaginta denarijs abs te (inquit) locus emitur: Iumenta hæc tua erunt, bouem & equam ostendens: vestimenta quoque principis, quæ paulò antè exuit, accipies: eritque domus tua libera & absque tributo. Quibus dictis, rusticus leui alapa principi data, bonum iudicem esse iubet; & surgens, iumentaque secum abducens, loco cedit: princeps verò conscenso lapide, nudum gladium manu vibrans, ad omnem se partem conuertit, æquum iudicium populo promittens. Ferunt & aquam frigidam rustico allatam pileo, bibere, tanquam vini vsum damnet. Deinde ad Ecclesiam Soliensem pergit, quæ in propinquo tumulo sita est, vbi peractis sacrificijs, princeps rustica indumenta deponit, paludamentumque induit; conuiuatusque splendidè cum proceribus, in prata reuertitur, ibique pro tribunali sedens, ius petentibus dicit, & feuda confert. Hactenus ille. *Vt Carinthiæ princeps eligatur.*

C D

PICTVRAE.

PICTVRÆ. STATVÆ.

Lib. 6. c. 9. Apellis equus. APELLES (inquit Sabellicus) æmulantium ambitione ſæpè vulgi iudicio ſuperatus eſt: prouocauit inde ad naturæ tribunal, eſtque ab ea victor iudicatus in equi figuratione. Huius rei mentionem habemus apud Plinium his verbis: *Eſt & equus eius (Apellis) ſiue fuit, pictus in certamine quod iudicium ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus: namque ambitu æmulos præualere ſentiens ſingulorum picturas inductis equis oſtendit. Apellis tantum equo adhinniuere: idq́ poſtea ſemper illius experimentum artis oſtentatur.*
Li. 13. c. 39 Calius quoque ex libro ſecundo Variarum Aeliani non procul ab initio, ſcribit, cùm apud Epheſum Macedo Alexander ſuam ipſius intuitus imaginem, pro virili ab eodem Apelle tactam, non ſatis pro picturæ dignitate laudaret; fortè verò interim equus induceretur, qui ad pictum equum mire adhinniret, tanquam verum planè ac ſpirantem, reſpondiſſe Apellem: O rex, equus quam tu expreſſior multò eſt, ac veritati proximior: ſed Græcè legitur, ὁ μὲν ἵππος ἔοικέ σου γραφικώτερος εἶναι κατὰ πολύ: cæterùm F
ſi γραφικώτερος exponatur, meliore in diſcernendis picturis iudicio præditus, argutior fuerit reſponſio, & vocabuli γραφικὸς vim exactiùs exprimet. Pinxit eodem Plinio teſte Clytum equo ad bellum feſtinantem & galeam poſcenti armigerum porrigentem. Fecit & Neoptolemum ex equo aduerſus Perſas, Antigonum thoracatum cum equo incedentem. Nos quoque ſuprà ex Aeliano notauimus Apelli Epheſio reprehenſionem attuliſſe, quod in palpebra inferiori equi pilos appinxiſſet: alios autem, non hoc Apelli accidiſſe, ſed Niconi dicere, cùm tamen ſcientiſſimè cæteras
Chilia. 12. c. 423. partes pinxiſſet. Meminit huius picturæ etiam Tzetzes, qui item Niconem, vel ſecundum aliquos Polygnotum pictorem in Pœcile porticu equum cum pinxiſſet, pilos radiis addidiſſe inferioribus palpebris per ignorantiam, cùm cætera egregie pinxiſſet. Inter nobiles Euphranoris Iſthmij tabulas, Epheſi fuit teſte Plinio, Vlyſſes ſimulata veſania, bouem cum equo iungens. &
Li. 35. c. 11. Vlyſſis ſtultitiam ſimulantis icon. Canis mira pictura, & equi. Athenion Maronites Glauciōnis Corinthij diſcipulus pinxit in vna tabula, quaque maximè inclaruit, agaſonem cum equo. Protogenis Rhodij tabularum palmam habet Ialyſus. Eſt in ea canis mire factus, vt quem pariter caſus & ars pinxerit. Non iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, &c. ad Perhibent ſa piès mutaueratque penicillum, nullo modo ſibi approbans. Poſtremo iratus arti quod intelligeretur, ſpongiam impegit inuiſo loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optauerat, fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo ſimi- G
lis & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi ſimiliter; ſpongia impacta ſecutus dicitur, cùm pingeret poppyzonta retinentem equum. Pauſon verò pictor, vt ſcribit Plutarchus in Pythiæ oraculis, iuſſus depingere equum ota ſeſe volutaret, pinxit currentem: & locatore iniquè id ferente, ridens tabulam inuertit, vt inferis ſurſum elatis partibus, iam non currens, ſed volutans ſeſe videretur.
Bionis dictũ. Hoc ait Bio (inquit) quid eidem orationibus accidere, quando inuertuntur. Pauſanias qui in Olympicis certaminibus victores cenſis, quorum etiam imagines aut ſtatuæ poſitæ fuere, recenſet
Statuæ equeſtres eorum qui in Olympicis vicerũt Cleoſthenes. toto ferè Eliacorum libro, nos eos recenſebimus quorum ſtatuæ ferè fuere equeſtres. Proximè ad Timoſthenis ſtatuam, in Alti Timon poſitus eſt & cum eo Aeſypus filius tener adhuc, equo inſidens, qua ſcilicet ætate equo in ipſe vicit. Timon quidem de curuli certamine victor iudicatus eſt. Eius & filij effigiem fecit Dædalus Sicyonius. Poſt Iccum & Pancratem Eleum, qui in lucta pueros vicit, Cleoſthenis viri Epidamnij erat currus, Ageladæ opus. Vicit Olympiade ſexageſima ſexta. Neque verò ſuam vnius ſed equorum etiam & aurigæ ſimulacra poſuit. Inſcripta ſunt etiam equorum nomina, Phœnix & Corax, & qui eodem ſunt iuncti iugo, ad dexteram Cracias, ad læuam Samus. Elegi ad currum adſcripti ſunt. H

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου
Νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός, id eſt,
Cleoſthenes poſuit me Pontius ex Epidamno,
Victor equis, palma clarus Olympiaca.

Et omnium quidem Græcorum qui equorum alendi ſtudio clari fuere, primus hic Cleoſthenes ſtatuam Olympiæ poſuit. Teageni ſtatua in Alti poſita: proximè eſt æreus currus, in quem vir aſcendit: vtrimque veredi ſinguli, pueris inſidentibus. Sunt autem monumenta de Olympicis victorijs Hieronis Dinomenis filij qui fratri Geloni in Syracuſanorum tyrannide ſucceſſit. At do-
Calãdis equi naria non ſunt ab Hierone miſſa, ſed votum Deo perſoluit Dinomenes Hieronis filius currus, O-
Lib. 34. c. 8. natæ Aeginetæ: Calamidis, qui vtrinque ſtant equi & inſidentes illis pueri, opera ſunt. Huius, ni fallor, currus Plinius meminit his verbis: *Praxitelis ſimulacrum habet & benignitas. Calamidis enim quadrigæ aurigam ſuum impoſuit, ne melior in equorum effigie, defeciſſe in homine crederetur.*

Ipſe

A *Ipse Calamis & alias quadrigas & bigas fecit, equis semper sine æmulo expressis.* Plinij verborum (inquit Hermolaus) sensus talis est: Praxitelis haberi simulachrum benignitatis cognomine, quoniam benigni eius ingenij testis esset, vtpote qui alieno id est Calamidis quadrigæ, aurigam de suo imponere dedignatus non esset. Hic Calais, non Calamis dicitur Ouidio:

Vendicat vt Calais laudem quos fecit equorum.

Nisi fortè Calamis legendum est in eo versu. Hæc Hermolaus. Hieronis statuas, equestrem vnam, alteram verò pedestrem, Olympiæ dedicarunt Hieronis ipsius filij: opera fuere Miconis Syracusani Nicocratis filij. Post Hieronis, Arei, Acrotati filij, Lacedæmoniorum regis, & Arati Cliniæ filij erectæ sunt statuæ, & Areum quidem in equum ascendentis habitu dedicarunt Elei, Aratum Corynthij. Timoni Ægypti filio, homini Eleo, à quo ad Olympicum ludum equi missi sunt, positus est æneus currus: in eum Victoriæ (quantum conijcio) robur ascendit. Phidolæ Corynthij equa prætereunda non est cui Auræ nomen fuisse memorant Corynthij. Hæc ab ipsis statim carceribus sessore suo collapso, & cursum pristinum æquè ac si rectorem haberet, retinuit: & circa metam se conuertit: audito verò tubæ sonitu ad cursum concitata est vehementiùs: cumque ad ludorum præfectos anteuertisset, iam victoriæ se quasi compotem intelligens constitit. Elei Phidola victore renunciato, ei vt & equæ simulacrum dedicaret, concesserunt. Contigit & Lyco Phidolæ filio & eius filijs de veredis victoria. Insistit pilæ victor equus cum inscriptione: *Hieronis statua.* *Phidolæ equa.*

B

Ὠκυδρόμαις Λύκος Ἴσθμι' ἅπαξ, δύο δ' ἐνθάδε νίκαις
Φειδώλα παίδων ἐστεφάνωσε δόμους, id est,
Acer equis Lycus hic semel Isthmia vicit: & idem
Phidolæ Eleo cinxit honore domum.

Prope Hylli statuam, equum ex ære non vtique magnum posuit Crocon Eretriensis, acceptà de equo desultorio corona. Equo proximus est Telestas Messenius. Anochus Adamatæ filius Tarentinus qui de stadio & repetito curriculo victor extitit, Agladæ Argiui opus fuit. Puerum equo insidentem assistente viro, testatur inscriptio Xenonbrotum esse ex Coo Meropis terræ, equestris victoriæ præconio nobilem. Eam statuam finxit Philotimus Aegineta. Spectatur & Atheniensis viri Glauconis Eteoclis filij currus, renunciatus victor est de curuli certamine integra ætate equorum. Spectatur & Cratisthenis Cyrenæi currus æreus, in quem ascendit Victoria, tum ipse etiam Cratisthenes, ex quo facilè conijcias, equis illum vicisse. Phormis quidam (vt idem Pausanias scribit in primo Eliacorum libro) ex Mænalo Arcadiæ in Siciliam migrauit ad Gelonem Diomenis filium, apud quem & Hieronem postea eius fratrem, cùm multa præclara in bellis gessisset, tantas sibi opes parauit, vt & Apollini Delphis donaria quædam consecrarit, & Olympiæ duos equos æneos, vtrumque cum suo auriga: priorem equum cum viro Dionysius Argiuus perfecit: alterum Simon Aegineta. Prior equus is est, cui (vt Elienses ferunt) insertum est Hippomanes: & sane videtur magi alicuius arte in Phormidis honorem factum fuisse, quod circa equum contigit. Nam cùm & magnitudine & forma inferior sit multis alijs equis qui intra sacrum illic locum spectantur, & cauda insuper mutilata deformis, mirificè tamen ab equis maribus appetitur, qui nō verno solùm sed quouis alio tempore, amore eius accensi, vel vinculis ruptis, vel aliter ad eum accurrunt. Habemus & apud eundem Pausaniam in ima arca, in qua Cypselus est qui Corynthi postmodum tyrannidem est adeptus, Oenomaum fuisse expressum qui Pelopem cum Hippodamia fugientem vrget. Bigis vtrumque inuehi sed pinnatos esse Pelopis equos. Postremò meminit & arcæ cui imago centauri pedibus posterioribus equinis, prioribus humanis esset insculpta, præterea bigæ equorum & in illis insistentes fæminæ. Equis autem aureas esse alas & earum fæminarum vni virum quendam arma tradere. Hæc ad Patrocli cædem pertinere non obscuram esse coniecturam: & eas quæ bigis vehuntur, Nereidas esse: Thetin ex eis à Vulcano arma accipere: nam & virum illum non satis firmis apparere pedibus, & famulum eum forcipem tenentem sequi: quin & Centaurum illum Chironem esse dictitare, qui iam vitæ muneribus perfunctus ac in deorum numerum receptus præstò Achilli est, eius luctum leuaturus. In Iouis Olympij templo, ænei equi quos Cynisca dicauit, Olympicæ victoriæ monumentum, veris quidem equis magnitudine inferiores, locati erant in primo templi aditu ingredientibus ad dexteram. Herodes Atheniensis ætate Pausaniæ in templo Neptuni Corinthij dedicauit equos quatuor inauratos, præter vngulas tamen quæ erant ex ebore. Hactenus ferè ex Pausania. Iam verò & apud Xenophontem legimus, fuisse extasseque olim Simonis de re equestri scripta, & ab eodem æneum equum Athenis in Eleusinio positum esse, & in basi cælata opera & facta ipsius: quapropter apud Aelianum in nono Variarum vbi in vulgatis codicibus legitur: Cimonis equi ænei Athenis positi sunt, veris ipsius equis quàm simillimi, lego pro Cimonis, Simonis. Meminit eorundem Hierocles in hippiatricis cap. 1. his verbis: *Audiuisti de prisco illo Simone qui equitationis suæ modos & figuras in Eleusinio apud Athenienses sculpi curauit.* Tzetzes tradit, Gygem dum pasceret armentum, in-

Croconis equus.

C *Hieronis equi.*

Pelopis equi *Centauri imago.*

D *Cynisce equi* *Simonis equus.* *Equus à Gyge inuentus.*

Bucephalus. tum, inueniſſe alicubi æreum equum conflatilem, in quo intus mortuus quidam reclinatus verſatilem circa digitum annulum geſtabat. Statuas Alexandri Macedonis Bucephali opus Phidiæ & Praxitelis è Græcia Romæ in Quirinali monte collocatas, cùm & temporis & belli iniurijs penè interijſſent, Sixtus Quintus reſtaurauit. Sub equo Phidiæ, nunc ibi hæc legitur inſcriptio: E

PHIDIAS NOBILIS SCVLPTOR AD
ARTIFICII PRAESTANTIAM
DECLARANDAM, ALEXANDRI
BVCEPHALVM DOMANTIS EFFIGIEM
E MARMORE EXPRESSIT.

In eodem verò baſi ad latus legitur ſubſequens inſcriptio, qua & tempus, & author reſtaurationis indicatur.

SIXTVS V. PONT. MAX.
SIGNA ALEXANDRI MAGNI, CELEBRISQVE
EIVS BVCEPHALI, EX ANTIQVITATIS
TESTIMONIO, PHIDIAE ET PRAXITELIS F
AEMVLATIONE, HOC MARMORE AD VIVAM
EFFIGIEM EXPRESSA, A FL. CONSTANTINO MAXIMO E GRAECIA ADVECTA
SVISQVE IN THERMIS IN HOC QVIRINALI
MONTE COLLOCATA, TEMPORIS
VI DEFORMATA, LACERAQVE
AD EIVSDEM IMPERATORIS MEMORIAM
VRBISQVE DECOREM, IN
PRISTINAM FORMAM RESTITVTA, HIC
REPONI IVSSIT
AN. M. D. LXXXIX. PONT. IIII.

Sub Praxitelis equo ſcriptum eſt:

PRAXITELES SCVLPTOR AD PHIDIAE G
AEMVLATIONEM SVI MONVMENTA
INGENII POSTERIS RELINQVERE
CVPIENS, EIVSDEM ALEXANDRI,
BVCEPHALIQ. SIGNA FELICI
CONTENTIONE PERFECIT.

Erat primò vterque equus ante ædes, quæ fuerè olim Cardinalis Vercelli, cum hiſce inſcriptionibus.

OPVS PHIDIAE. OPVS PRAXITELIS.

Equi ſunt marmorei, cum viris ſeminudis lora tenentibus, miro artificio inſignes. Sipontinus à Tyridate Armeniorum rege Romam delatos clarum eſſe ait, alij verò Conſtantino id tribuunt. Nunc monti inde nomen inditum: Caballinum namque vulgus Romanum dicit. Habemus autem & Philippi Macedonis epigramma in equi, bucephali fortè effigiem ex ære, libro quarto, ſectione ſeptima, quod tale eſt: H

Ἴδ' ὡς ὁ πῶλος χαλκοδαιδάλῳ τέχνῃ
Κορωνιῶν ἕστηκε. δριμὺ γὰρ βλέπων
Ὑψαυχενίζει, καὶ διηνεμωμένας
Κορυφῆς ἐθείρας εὐτρίαζεν ἐς δρόμον
Δοκέω, χαλινὸς εἴ τις ἡνιοστρόφος
Ἐναρμόσει γένυσι, κἀπικεν τρίσοι,
Ὁ σὸς πονὸς Λύσιππε, καὶ παρ' ἐλπίδας
Τάχ' ἐκδραμεῖται. τῇ τέχνῃ γὰρ ἔμπνεα.

Porticus Metelli. Velleius Paterculus Metellum Macedonicum ſcribit feciſſe porticus duabus circundatas ædibus ſine inſcriptione poſitis, quæ ſuo tempore Octauiæ porticibus ambiebantur, equeſtriumque ſtatuarum turmam, quæ frontem ædium ſpectabant, maximum tunc etiam eius loci ornamentum,

ex Mace-

A ex Macedonia detulisse: eius autem turmæ hanc causam referri: Magnum Alexandrum impetrasse a Lysippo talium authore operum, vt eorum equitum qui ex ipsius turma apud Granicum flumen ceciderant, expressa similitudine figurarum, faceret statuas, & sui ipsius quoque ijs interponeret. Scholia in Aues Aristophanis referunt Athenis in Acropoli fuisse equum Durium cum inscriptione, *Charedemus Euangeli filius Cœle natus dicauit*: erat autem is æneus factus ad similitudinem Iliaci. Aristodemus teste Plinio bigas cum auriga fecit, & Pisicrates bigæ Pitho mulierem imposuit: Menogenes statuarius quadrigis spectatus est: Prælium equestre ad Trophonij oraculum Euthycrates Lysippi filius optime expressit: item quadrigas Medeæ complures, equum cum fiscinis. *Equestres vtique statua* (inquit idem Plinius) *Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicabant, in sacris victores. Postea verò qui & bigis vel quadrigis vicissent. Vnde & nostris currus in his qui triumphauissent. Serum hoc, & in his non nisi à diuo Augusto seiuges, sicut & Elephanti. Non vetus & bigarum celebratio in his qui pratura functi curru vecti essent per circum.* Aliàs quoque equestrium statuarum originem perquam veterem esse ait, cùm fœminis etiam honore communicato. *Clœlia. n. statua est equestris*, inquit, *ceu parum esset toga eam cingi: cum nec Lucretia, nec Bruto, qui expulerant* B *reges, propter quos Clœlia inter obsides fuerat, decernerentur.* Hanc primam & Horatij Coclitis publicè dicatam credit: antè enim sibi ac Sibyllæ Tarquinium & reges ipsos posuisse, verisimile esse: nisi Clœliæ Piso traderet ab his positam, qui vna obsides fuerant, redditis à Porsenna in honorem eius. E diuerso Annium Fecialem, equestrem, quæ fuerit contra Iouis Statoris ædem in vestibulo Superbi domus, Valeriæ fuisse Publicolæ Consulis filiæ, eamque solam refugisse, Tiberimque tranauisse, cæteris obsidibus, quæ Porsennæ mittebantur, interemptis Tarquinij insidijs, tradidisse. Hermolaus scribit, statuas mulierum equestres hippiades appellatas fuisse, cuiusmodi (inquit) fuisse videntur Amazonum, quas mortalium primas equum scandere aulas Lysiæ oratori creditur. Grapaldus esse ait qui hippades huiusmodi statuas per imperitiam pro hippiades nominant. Meminit & hippiadum Plinius his verbis: *Pollio Asinius vt fuit acris vehementia, sic quoque spectari monumenta sua voluit: in ijs sunt hippiades Stephani.* Quo loco Iacobus Dalechampius hoc adiecit scholium: Rhodiginus legit, hippiades: quidam Hesperides: alij Hippe: Chironis ea filia fuit: Aqueus Appiades, illasque interpretatur, Venerem, Palladem, Vestam, Concordiam, Pacem, quarum simulacra ornandis Appiæ aquæ ductibus & fornicibus posita fuerunt. Ouidius:

Equus Durius.

Lib. 34. Equestres statuæ Romanæ.

Clœlia statua.

Hippiades statuæ quæ.

Li. 1. de Arte.

C

> *Has Venus è templis multo radiantibus auro*
> *Lœta videt lites, Appiadesque dea.*

Probabile tamen non est, Græcum sculptorem & in Italiam fortassis nunquam transgressum, illas fecisse: nisi fortè statuas illas Appiadum dearum, Eutochi opera Romam aduectas ad Appiæ aquæ ornamenta existimet. Hactenus Dalechampius. C. Iulius Cæsar equi sui quem habebat pedibus propè humanis, instar (id est signum) pro æde Veneris genitricis dedicauit, vt tradit Suetonius. Fuit & Traiani equus celeberrimus, de quo Ammianus Marcellinus hunc in modum scribit: *Constantinus cum vrbem lustrans ad Traiani forum venisset, singularem sub omni cœlo structuram, harebat attonitus per giganteos contextus circumferens mentem. Omni itaque spe huiusmodi quicquam conandi* (ædificandi) *depulsa, Traiani equum solum locatum in atrij meatu, qui ipsum principem vehit, imitari se velle dicebat & posse. Cui propè astans regalis Hormisda è Perside, respondit gestu gentili: Antè* (inquit) *Imperator stabulum tale condi iubeto, si vales: equus quem fabricare disponis, ita latè succedat, vt iste quem videmus.* Aemilius Censorinus (referente Plutarcho in Parallelis minoribus) Aegestæ vrbis Siciliæ tyrannus, multis muneribus eos pro-D sequebatur, qui inauditum aliquod tormenti genus excogitassent. Spe igitur lucri commotus quidam Aruntius Paterculus, equum ex ære fabricatum ei dono dedit: ille autem muneris authorem primum ibidem conclusit & emori fecit. Idem tauri similis inuentori Perillo Phalaris Agrigentinus tyrannus fecit. Conradus Imper. occupata Neapoli, anno salutis millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mœnia deijci, propugnacula solo adæquari voluit. In cathedrali templo æneus equus absque freno antiquitatis monumentum spectabatur, ei frenum addi & hos versus inscribi iussit:

Cæsaris equus.

Traiani.

Lib. 16.

Equus tormenti genus

> *Hactenus effrenis, domini nunc paret habenis*
> *Rex domat hunc æquus Parthenopensis equum.*

In Circo Constantinopolitano Iulianus præfectus prætorio Orientis Iustiniani posuit statuam equestrem, & aliam eidem posuit vrbis Constantinop. præfectus, vt legitur in quarto Græcorum epigrāmatum. In eiusdem circi fornicum vertice quatuor fuisse æreos equos auro inductos legimus apud Nicetam. Ismenius ex Chio asportatos fuisse ait. Equi illi ænei quatuor, qui cōspiciūtur Venetijs supra ostiū D. Marci dicūtur fuisse in aurea domo Neronis. Ipsi verò Veneti Bartholom.

Circenses statuæ.

Bartholomæi statua. Coglionio Bergomati equestrem posuere statuam ante ædes DD. Ioãnis & Pauli. Argenteorum E
Equuli argentei. equulorũ meminit Cicero oratione in Verrem sexta. *Equulos* (inquit) *argenteos, qui Q. Maximi fuerunt, aufert.* De aureo Volucris equi simulacro in operis exordio aliquid dictum est. Equum
Lib. 9. Epig. pro equestri statua dixit Martialis.

Tam graue percussis incudibus æra resultant,
Causidicum medio cum faber aptat equo.

De fictilibus quadrigis ex Plutarcho inter auguria diximus: Eas fastigio Iouis templi impositas his verbis Festus Pompeius testatur. *Ratumena* (inquit) *porta à nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis victor Hetrusci generis iuuenis à Veys, consternatis equis excussus, Romæ periit; qui feruntur non antè constitisse, quàm peruenirent in Capitolium, conspectumq́; fictilium quadrigarum, quæ erant in fastigio Iouis templi, quas faciẽdas locauerant Romani Veienti cuidam artis figlinæ prudenti: quæ in bello sunt recuperata, quia in fornace adeò creuerant, vt eximi nequirent: idq́; prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate ea fuissent, eam futuram potentissimam.*

NVMISMATA.

F



IX putem quid aliud frequentius equo in nummis antiquorum expressum cõspici. Eos primò recensebo quos Hubertus Goltzius cùm ex Sicilia, tum ex magna Græcia summa diligentia, laudeque collegit. Syracusanorum aliquot nummos exprimit, qui ab vna parte caput ostẽdunt Arethusæ nymphæ, postea in fontem sui nominis conuersæ, vrbis videlicet Syracusanæ Symbolum: ab altera quadrigã, vel bigã, Olympici vel alterius sacri certaminis victoriæ typum:
Syracusæ symbolum. id quod ipsius etiam Victoriæ imago coronam victori porrigentis indicat. Aerea sunt istiusmodi numismata: Primum eorum a dextra parte Arethusæ caput habet, corona decoratum spicea (quare Cereris etiam esse creditur,) & quatuor circundatum piscibus, quos Delphinos esse Goltzius iudicat, non ineptè; maritimam enim vrbem esse indicant, & piscibus abundantem, sicut spicea corona soli vbertatem: a sinistra vir est quadrigæ insistens, equos ad cursum impellens, sinistra nempe habenas tenens, dextra flagellum quatiens: supra equos volitat, vel in aëre suspensa hæret Victoria coronam herbaceam (lauream fortè) vtraque manu porrigens, aut capiti victoris imponere satagens: Sub equis scriptum est ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Sub his verò literis thorax militaris, & G è dextro eius latere quadrangulum quid, cuius interpretationem non inuenio, nisi fortè idem indicet quod pẽtagonum in numo quodam Posidoniæ, de quo suo mox loco: à sinistro latere icon conspicitur auis, anseris fortè aut potius cygni, quæ in secundo numo felicius expressa est, qui cum præcedenti idem esset: nisi Arethusæ caput nullis exornatum esset spicis, præterea supra id caput eædem literæ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, quæ in præcedenti sub equis erant scriptæ, hic legerentur: Piscis item qui sub collo est, inscriptum habet ΚΙΜΩΝ. Tertius numus caput Arethusæ ostendit velata fronte; retrò verò capillis inuolutum est quid rotundum pilæ specie, vnio fortassis maximus. Sub ipsis equis spica est triticea admodum feliciter expressa. Supra capitis verticem scriptum est ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Ita & in quarto, sed in hoc caput galea indutum est aperta, nam in medio manifesti sunt capilli. In anteriori galeæ parte picta est stella sex radiorum. Sub capite scriptum est, ΕΥΜΕΡΟΣ. Ab altera numi parte sub ipsis equis, icon conspicitur vel Tritonis vel Neptuni, infernis partibus ab vmbilico in piscem desinentis, sinistra manu per humerum sinistrum tridentem ferentis: dextra vero halec indicantis literas ΕΤΘ. Quarum quod equidem sciam nemo hactenus explicationem attulit: cæterùm quid si interpretemur ΕΤΘΥΣ id est rectus, vt recta via equos quibus Neptunus præest, currere & aperta insinuet. Equos in hoc numo ad cursum impellit vir H alatus, qui haud dubio ipsius victoriæ typus est; cùm tamen hæc etiam volitans virum ipsum coronare satagat. In quinto numo capilli Arethusæ magis quam in cæteris sunt dispersi: & in hoc biga est, non quadriga vt in cæteris: Retrò virum equos impellentem scriptum est ΣΥΡΑΚΟ, sub ipsis verò equis ΣΥΩΝ. Sextus ac postremus primę tabulę numus caput ostendit, in quo collecti & reuincti sunt capilli. Caput cingit ambitq; inscriptio ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Sub quadriga quę est ab altera numi parte, Neptuni vel Tritonis picta est icon, partibus interioribus ab vmbilico non in vnum, vt in quarto numo, sed in duos pisces desinentis: dextra per dextrum latus humeri tridentem fert, sinistra per sinistrum humerum lanceam vel simile quid, cui affixus piscis est. Ante Neptunũ depictus est astacus vel gãmarus, leguntur q; hæ literæ, ΕΤΘ. In nono secundæ tabulæ numo ab vno latere eiusdem, ni fallor, Arethusæ caput est, collectis capillis & ab vtroq; capitis parte delphinus, & infra scriptũ est ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Ab altero latere biga est, cũ Victoria sertũ victori porrigẽte & infra bigã duo alij delphini. Decimus ac postremus huius tabulę numus caput

demon-

A demonstrat Arethusæ vel potiùs Cereris spicis decoratum, cum eisdem literis ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. ab alia parte victoria bigæ insistens equos agitat: supra quos fulmen pictum est, infra tritici spica, mox etiam legitur ΕΠΗΚΕΤΑ. Tertiæ tabulæ numo quarto caput est Iouis Eleutherij siue Liberatoris, vt titulus ipse indicat, qui caput ambit, ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ. ab alio latere equus anterioribus pedibus erectis, retrò quem scriptum est ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. In quinto eiusdem tabulæ caput est bifrons. Goltzius conijcit Alphei & Arethusæ fontium esse. Ante vnam frontem scriptum est ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. ante alteram duo delphini picti sunt: ab altera numi parte currentis equi icon est, supraque ipsum conspicua est spica, & infra sub eius ventre hæc litera N. Sextus in hoc ordine numus eandem quidem habet capitis iconem, eandemque inscriptionem, sed vnicum tantummodo piscem: & in hoc equus anterioribus pedibus erigitur, habetque similiter suprà spicam, sed litera caret. In secundo quartæ tabulæ numo Victoria flagello equos biiuges ad cursum incitat, sub quorum anterioribus pedibus scriptum est ΜΙΔ. sub posterioribus atque ipsa biga ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Quartus dimidium insculptum habet Pegasum, & ab alio latere Arethusæ caput compactis capillis, quatuor circundatum delphinis cum eadem inscriptione ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Septimus verò & octauus pegasum integrum, & galeatæ Pal-

B ladis caput, sed in septimo Palladis galea cristata est, in octauo crista caret, sed supra caput appictus est delphin, retrò verò gallus gallinaceus, & anteriori in parte est inscriptio ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. quæ in septimo est supra pegasum & infra eum tria femora siue crura, quæ sunt Siciliæ typus; tria nimirum indicantia promontoria, Lilybæum, Pachynum & Pelorum, vnde Sicilia Trinacria dicta est. *Siciliæ typus* Nonus huius ordinis, necnon & decimus Palladis & Pegasi quoque imagines habent expressas, sed Pegasus posteriori parte desinit velut in asperum aut aculeatum serpentem, & in nono galeam Palladis oleaginea ambit corolla, qua decimus numus caret, sed in hoc antè & retrò pictus est delphin, & supra scriptum ΣΥΡΑ. & sub huius numi pegaso tria illa etiam picta sunt genua: quæ in nono non sunt. In Leontinorum quodam æreo numo, qui septimus est ordine in quinta tabula, in quo ab vna parte rictus Leonis est & circum eum quatuor frumenti grana fertilitatis argumento, & inter hæc sparsæ leguntur hæ literæ, ΛΕΟΝΤΙ. *Leontinorum numus.* ab altera parte eques equo insidens sine ephippio, & sine stapedibus: sub quo scriptum est, ΩΔΥΠ: forsan Ωδύσσεως. Catanenses duos quoque habuere numos, in quibus ab vna parte Apollinis laureati caput est, ab altera quadriga cum volante Victoria, certantisque cursu ceu iam victo- *Catanensium*

C ris coronam capiti impositura, In hoc tamen inuicem differunt, quòd in vno erecta conspiciatur columna, vel meta fortassis, qua alter caret. *numi.* In vtroque sub ipsis equis scriptum est ΚΑΤΑΝΙΩΝ. & sub his literis piscis conspicitur, qui in priori delphin est, in altero longè diuersus & quantum ex pictura iudicare licet, fluuiatilis. Termitani duos quoque numos excudere similes planè cum primo & tertio Syracusanorum, nam ab vna parte Arethusæ caput habent & quatuor delphines id ambientes, & ab altera parte quadrigam cum Victoria sertum victori porrigente: *Termitanorum numi.* Vtrique inscriptum est ΘΕΡΜΙΤΑΝ. in priori supra caput Arethusę: in secundo sub ipsis equis. Selinontinorum tres sunt numi, quibus biga insculpta est, cui Diana & Apollo insistunt, sed alter eorum arcum tendit ceu iaculaturus, alter flagello equos ad cursum impellit: ab altera parte Hercules Aesculapio sacrificans, dextra patellam, sinistra ramulum, (oleagineum aut myrteum esse iudicat Goltzius, mihi potius lauri videtur,) tenens. *Selenuntinorum.* A dextro Herculis latere ara est Aesculapij cum gallo gallinaceo, quæ in primo & tertio ignem ostendit accensum, quod in secundo non fit. A sinistro taurus sacrificandus aræ alteri insistit, quæ in primo & tertio rudis est, sed in tertio ramulis eiusdem arbusti exornata: in secundo quatuor innititur columnis: ab eodem latere selini id est apij expressum est folium, quod vbi, fluuioque eam præterfluenti dedit nomen.

D In tertio verò numo ab eodem latere est tetragonum, salutis fortassis signum, pro eo enim aliàs pentagonum pingitur. In prima titulus ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΟΝ scriptus est iuxta Herculem; in secundo iuxta equos, in tertio vtrobique. In secundo ante Herculem scriptum est ΣΑΨΤΗ. Himerensium bina sunt numismata: in quibus ab vna parte Minerua Herculi sacra operatur, ipse verò Hercules in fonte siue in thermis Himerensium sese abluit: ab altera parte insidenti bigæ Victoria coronam porrigit, quem Ergotelem esse Goltzius annotauit. *Himerensium numi.* Vtrique subscriptum est ΙΜΕΡΑΙΩΝ. sed in priori sub ipsa Pallade, in secundo sub equis. Gelæ vrbis ab eiusdem nominis fluuio denominatæ aliquot dantur numi equorum imagine insignes & bouis humana facie, Minotauri videlicet, cuius typo originem suam ad Cretenses referre feruntur. *Gelæ vrbis numi.* Primus ab vno latere Minotaurum habet & subscribitur ΓΕΛΑΣ. ab altero equitem equo anterioribus pedibus elatis insidentem, qui sinistra frenum regit, dextra iaculum vibrat: subscriptum est ΙΕΡΩΝΟΣ. Alter similiter Minotaurum habet, & inscriptionem ΓΕΛΑΣ. Ab altera parte etiam equitem equo insidentem currenti & ad velociorem cursum flagello impellentem. Tertius, quartus, & sextus trigam habent insculptam:

ſed in tertio columna conſpicitur altitudinis eximiæ, quam metam eſſe iudicio: ſubſcriptum eſt ΙΕΡΩΝΟΣ. Quartus ſupra Minotaurum præter inſcriptionem, ΓΕΛΑΣ, frumenti granum habet: ab altera parte inſcriptio eſt ΙΕΡΩΝΟΣ. & Victoria equos agitat, & à Victoria volante corona ei porrigitur. Sub ipſa triga pectinis auriti icon eſt: ſupra inſcriptum eſt ΙΕΡΩΝΟΣ. E

Emporitarũ numi.

In vtroque Emporitarum numo Pegaſi icon eſt: in primo integer cum ſubſcriptione ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ: in altero dimidius tantùm pingitur, cui idem titulus circumſcriptus eſt: ſed in priori caput expreſſum eſt Cereris ſeu potius Arethuſæ tribus circundatum delphinis: in altero duo trianguli, in quorum ſupremo trium femorum (quorum modò meminimus) icon eſt, in altero bini delphini expreſſi ſunt. His numis addit Goltzius tres alios, incertorum populorum, quorum bini priores eiuſdem Arethuſæ caput habent, tertium Palladis, galeatæ & cristatæ: omnes verò equi caput collo tenus feliciſſimè expreſſum. Priores duo ab equi latere expreſſam habent palmam cum literis Punicis: ſed in primo retro caput Arethuſæ trium femorum icon eſt: in ſecundo à piſcibus circundatum eſt. In tertio vbi Palladis icon eſt, ſcriptum eſt ΚΟΡΑΣ. Pingit deinceps etiam Gelonis, Hieronis & Dionyſij aliquot nummos equorum imaginibus decoratos.

Gelonis numi.

Gelonis duo ſunt, totidem Dionyſij, Hieronis tres. Prior Gelonis numus ab vna parte impreſſum habet Gelonis effigiem, ab altera bigam, cui Victoria inſiſtens equos impellit: & ſupra ſcribitur ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ: infra ΓΕΛΩΝΟΣ. Alter numus eandem Gelonis habet iconem ſed laureati: & ab altera parte bigæ inſiſtit auriga, fortaſſis idem Gelo & equos flagro agitat: & præter eoſdem titulos ſub ipſis equis trium femorum imago eſt. Huic planè ſimilis eſt ſecundus Hieronis numus altero loco expreſſus, ſed tria illa femora hic deſiderantur: pri- F

Hieronis numi.

mus Hieronis quidem etiam habet imaginem, ſed à latere ſiniſtro præterea appicta eſt corona cum adnexa ei faſcia & ab altera parte eques equo ſingulari decurrens lanceamque dextra ferens. Vtrique ſubſcriptum eſt ΙΕΡΩΝΟΣ. Tertius eandem quoque habet bigam & eandem inſcriptionem, ſed præterea ſtellam radiorum ſex & à tergo illius qui equos agitat hanc literam H. ab altero latere caput Cereris vel Arethuſæ ſpicis exornatum frumentaceis, & retrò id papaueris fructum.

Dionyſij.

In priori Dionyſij numo ab vna parte palma picta eſt cum ſuis adhærentibus fructibus, & cum literis quibuſdam Punicis: ab altera parte equus anteriori tantum parte expreſſus, quem Victoria in aëre ſuſpenſa coronare ſatagit. Ante equum frumenti granum eſt: retrò ſcriptum eſt ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Alter ab vna parte habet Martis caput galeatum & criſtatum, ab altera equi frenati caput tantummodo cum collo, cui ſubſcriptum etiam eſt, ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. & retrò collum frumenti ſpica eſt. Vterque præterea tria illa femora habet & hanc inſuper literam Σ. G

Sinueſſanorum numus.

In Sinueſſanorum quodam numo ab vna parte barbati viri caput eſt, Iouis fortè: ab altera Neptunus trigæ inſiſtit, ſiniſtra tridentem ferens, dextra equos regens: ſub quibus ſcriptum eſt ΣΙΝΥΕΣΣΑΝΩ. Goltzius conijcit Sinueſſanos victoria aliqua nauali potitos iſtiuſmodi numum, in quo Neptunus tridenti ſuo inſignis triumphali curru fertur, cudiſſe: aut certè eundem ipſis pro deo tutelari cultum fuiſſe.

Axuritanorum.

Axuritanorum numus quidam ab vno latere caput oſtendit Iouis imberbis laureati, & ſub eo fulmen, ante verò faciem tres literæ O O O. ab altero Iouem in quadriga laureatum, dextra fulmen ferentem, ſiniſtra equos impellentem: ſub quibus delphinus eſt, & ſub hoc rurſus ſcriptum ΑΧΥΡ. Eiuſdem, ni fallor, imberbis laureatique Iouis caput, & retro id tria femora expreſſerunt in quodam numo

Sueſſanorũ.

Sueſſani, ſed ab altera eius parte equitem deſultorem palmam dextra ferentem, argumento victoriæ deſultorijs equis in Olympicis aut alijs ſacris certaminibus obtentæ.

Calenorum.

Calenorum vtrumque numiſma galeatæ ac criſtatæ Palladis iconem habet, ſed in vno appictus eſt ramulus oliuæ, in altero poculum auritum; & triangulum. Hic Victoria inſiſtit bigæ & ſubſcribitur CALENO. illic trigæ & ſubſcriptum eſt, ΚΑΛΕΝΙΤΩΝ.

Nucerinorũ.

Equi caput hinnientis in primo Nucerinorum numo pulcherrimè expreſſus cernitur. Inſcriptio eſt ΝΟΥΚΕΡΙΝΩΝ. Alter equum habet integrum cum eodem titulo: inter equi pedes pentagonum eſt, ſiue ſalutis ſignum quinquangulum. Vterque caput habet Apollinis. H

Poſidoniatæ vrbis.

Poſeidoniatæ vrbis ſuæ originem ad Ποσειδῶνα, id eſt Neptunum referentes, inter alios numos, vnum etiam aureum fecerunt cum equi imagine, qui ei deo ſacer habebatur. Equus eſt dimidius, & ſupra eum ſcriptum eſt ΠΟΣΕΙ. Ab alio latere tetragonum duplex, & inter vtrumq; ſcriptum ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΑΤΑΝ. in minori folium conſpicitur vitis, vini vbertatis vel bonitatis ſymbolum.

Hyelenſium numi.

In Hyelenſium ſiue Velienſium numis ab vno latere Palladis galeatæ caput, ipſaq; galea varijs ornata ſymbolis, pegaſo, grypho, ſphinge: ab altera Leo ceruum conficiens, cum inſcriptione ΥΕΛΗΤΩΝ.

Brutiorum.

Bini Brutiorum numi impreſſam habent Olympicam bigam. Prioris equi impelluntur ab alata victoria, & ſub eis ſcriptum eſt ΒΡΕΤΤΙΩΝ. alterius à Ioue dextra fulmina, ſiniſtra ſceptrum habenaſq; tenente: ſub equis aquila eſt alis paſſis, & ſub hac ſimiliter ſcriptum eſt Βρεττίων. Prior numus ab altera parte caput habet Apollinis laureati: alter Victoriæ.

Acherontinorum.

Acherontinorũ elegantiſſimus numus ab vna parte Niciam equitẽ oſtendit poſtratũ pugilẽ vel hoſtẽ prementẽ vel

hasta

A hasta conficientem, forsan in equestris alicuius victoriæ symbolum; cum subscriptione ΝΙΚΙΑΣ. ab aduersa Iupiter expressus cernitur, & circumscriptum est ΑΧΕΡΩΝΤΙΝΑΝ. Mamertinorum quidam numus in aduersa parte Martis laureati caput habet, in auersa militem dextra equum ferocientem demulcentem, sinistra gerentem hastam cum inscriptione, ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ. Salentinorum numus aureus caput habet Palladis cono & crista insignis, in cuius galeæ vertice Pegasus elegantissimè est expressus: item quatuor delphini caput ipsum ambiunt: ab altero numi latere statua equestris, quæ cuius sit, Golzius incertum esse ait, nisi (inquit) Messapij aut Ieucetij qui Oenotrio fratri hasce regiones olim tenuit, eam esse opinari liceat: aut tutelaris alicuius numinis nobis incogniti. Inter equi pedes scriptum ΤΕΑ. ante eum ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. Tarentini quòd à Tarante Neptuni filio originem vrbis suæ trahi crederent, eum in omnibus ferè suis numis depinxerunt, & præterea equitem singulari equo decurrentem, qui Phalantus esse creditur, coloniæ conditor, necnon & delphinum, quòd fama esset eum naufragum apud Crissæum sinum in litus à delphino euectum. Prior itaque numus Tarantem ostendit delphino vectum & galeam vtraque manu tenentem cristatam. A tergo scriptum est ΤΑΡΑΣ. Sub delphino ΚΑΛ. Ab altera parte eques hastatus singulari conspicitur equo decurrere & sub equo scriptum est ΚΑΛΝ. forte *κλάνος*. Secundo in numo Taras delphino insidens, dextra vuam, vini Tarentini præstantiæ symbolum, sinistra clauam tenet, propterea quòd Phalanthus octauus ab Hercule numeraretur. A tergo appictus est serpens Aesculapij. Infra scriptum est ΤΑΡΑΣ. In auersa parte Phalanthus eques cum scuto procurrens, in quo delphinus depictus est. Partim à tergo Phalanti, partim sub equo leguntur hę literæ ΖΩΛΩΡ. Tertius eorundem numus ab vno latere Phalantum ostendit cum spiculo deorsum vibrato decurrentem equo, cum his sub eo literis ΑΓΑ. ab altero Tarantem insidentem delphino, vtraque manu galeam tenentem, cum duabus hinc inde stellis octo radiorum & inscriptione ΤΑΡΑΣ. In quarto ab vna parte Phalanthus eques cum clypeo & spiculo virum nudum & prostratum equo proculcat, Opim puto Peucetiorum regem, qui à Tarentinis, cùm in eos arma vertisset, occisus est. Ab altera Taras dextram extendit, sinistra clypeum gerit, genu verò dextro delphini tergo incumbit. Præter titulum ΤΑΡΑΣ. etiam scriptum est ΣΟΠ. forsan *Ζώπυρος*. In quinto numismate Taranti victoria corollam porrigit dextra, ipse sinistra clypeum cum duobus ferens spiculis delphino insidet in mari natanti. In ipso clypeo leguntur duæ hæ literæ ΙΩ. forsan *Ιώφων*. Ab altera parte Phalanthus cum claua in sinistra, & alius cum spiculo equites decurrunt. Inscriptum est numo huic ΖΗΝΩΦΙΛΑ. Sextus numus Tarantem delphino insidentem habet, per humerum dextra ferentem tridentem, sinistra clypeum, in quo pegasus pictus est. Sub delphino astacus est vel gammarus, à tergo scriptum ΤΑΡΑΣ. à fronte ΝΕ. forsan *Νίκεος*. Ab aduerso latere Phalanthus equo procurrens dextra clauam, sinistra bina vibrat spicula. Infrascriptum est ΣΑ. fortassis *Σαμαγόρας*. Septimo Phalanthus exprimitur stans, sinistra hastam & clypeum, dextra equum tenet. Ante equum litera hæc conspicitur Τ. forte *Τύρωνος*. Ab altero latere Taras delphino in mari natanti insidens dextra tridentem, sinistra scutum ostendit, præter ΤΑΡΑΣ. legitur etiam litera Α. forsitan *Απολλοφάνης*, sic *Απολλοφάνης Τύρωνος*. In octauo numo ostenditur idem Phalanthus equo decurrens cum spiculo, cui victoria superuolitans lauream capiti imponit. A tergo literæ sunt Punicæ, inscriptum est ΚΑΛ. Ab alia numi parte Taras insidet delphino, dextra delphinum, sinistra tridentem gerens. A tergo appictus est cancer, & sub eo scriptum ΝΕ. & sub delphino ΤΑΡΑΣ. Nono Taras delphinum equitans dextra tridentem vibrat, sinistram fascia habet obuolutam. A tergo expressa est noctua: Infrascriptum ΤΑΡΑΣ. A tergo scriptum ΣΥ. forte *Σύραδος*: infra ΛΥΚΩΝΟΣ. Eadem equestris Phalanti statua similiter lauream equi capiti impositura exprimitur decimo numismate, sed sub equo scriptum est: ΕΥΚΛΕΔΗΣ. Et Taras ab altera latere delphino in equitans, dextra fert capricornum, sinistra tridentem; à sinistris quippiam alæ auium similitudine expressum est: & inscriptum ΤΑΡΑΣ. Vndecimum numisma Tarantē ostendit insidentem delphino natanti, dextra cochleam, sinistra habentem tridentem, à tergo est Herma quadratus cum capite humano, inscriptum ΤΑΡΑΣ. Ab altera parte victoria volitans siue in aëre suspensa Phalantum equitantem laurea condecorat, & ipse etiam lauri ramulum dextra extendens porrigit. Infra scriptum: ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ. Duodecimo Phalanthus ipse lauream equi cui insidet, capiti impositurus conspicitur: & inscriptio est ΖΩΝΕΥΜΗ. Taras verò ab alia parte delphinum equitans, buccinam dextra tenet. Ab vtroque eius latere stella est, telę araneorum specie. A tergo scriptum est ΠΟΛ. fortè *Πολυμήδων*: infrà *Ταρας*. Decimotertio Taras delphino insidens dextra gerit tripodem: & à tergo scriptum est *Ταρας*. sub delphino *Ταρ*. Altera numi pars cum præcedenti eadem, sed à tergo equitis scriptum est *Σα*. sub equo *Αρεθας*. Est & eadē planè decimiquarti pars aduersa, sed à tergo equitis scriptū ΖΩ. sub equo *Σάθωνος*. & Taras ab altera parte delphino insidens dextra buccinā, sinistra

Mamertinorum.

Salentinorū.

Tarentinorū.

B

C

D

Arpanorū numi. cornucopiam tenens, & à tergo appicta est lacerta; infraq; scriptum ΤΑΡΑΣ. Arpanorum tria numismata equus exornat. Duo priora ab vna parte caput Cereris spicea corona coronatum cum inscriptione: ΑΡΠΑΝΩΝ. ab altera equum currentem habent, & sub vtroque equo scriptum est ΔΑΞΟΥ. cæterum in vno appicta est cristata galea, qua alterum caret. Vtrumque stellam habet octo radiorum, (Hesperum puto,) sub qua in vno Lunæ crescentis expressa sunt cornua. Tertium equum tantum ostendit cursu incitatum, cum inscriptione ΑΡΠΑΝΩΝ. ab altera parte taurum cornupetam, sub quo scriptum est, ΔΑΞΟΥ. In quodam Pisaurensium numo *Pisaurensiū.* ab vna parte equus conspicitur Neptuni alatus, sed posteriori parte in piscem degenerans cum inscriptione ΠΙΣΑΤΡΙΩΝ. ab altera Neptunus delphino insidens, vibrat tridentem: a tergo eius scriptum est: ΧΑΗΔ. sub delphino appictus est pecten marinus. In Romanorum numis *Romanorum numi.* quibusdam equus quoque expressus conspicitur, quos non multum antiquos arbitratur Pierius Valerianus, esse vero velut monumentum quoddam rei bene gestæ; quandoquidem bello Pu- *Equis quando cœperint Romani vincere.* nico, quod cum Hannibale gestum est, cœperint aliquando Romani etiam equis superiores esse, cùm priùs robur eorum omne in legionibus consisteret. Sane Virgilius rem tantam haudquaquam reliquit indictam, cùm de Marcelli laudibus ita cecinit:

Hic rem Romanam magno trepidante tumultu
Sistet, eques sternet Pœnos.

Goltzius tres istiusmodi numos depinxit: quorum priores bini equi caput ostendunt ab vna parte cum inscriptione ROMANO. ab altera caput Palladis galeatæ & cristatæ. Tertio equus expressus est integer perniciter procurrens, & supra ipsum stella plurimorum radiorum: & ab alio numi latere caput laureatum, cum eadem inscriptione. Longè ab his diuersum numum Romanum pinxit Gabriel Symeonius Florentinus in illustrationibus suis antiquorum epitaphiorum: qui videlicet ab vna parte galeatæ mulieris (Victoriæ forte alata enim est galea, ipse Romæ typum existimat,) caput est, & retro eam vas auritum, antè vero signum crucis: ab altera parte auriga flagro equos quadrigæ insistens ad cursum impellit: subscriptum est ROMA. Istiusmodi numos *Aburia familiæ numi.* quam plurimos eosdemque Romanos pinxit Fuluius Vrsinus: quorum duo sunt Aburia familiæ, in quibus ab vna parte idem expressum caput est, sed inscriptas habent has literas GEM. forte Geminus aut Gemellus. ab altera parte quadriga est: sed in priore miles galeatus dextera lanceam gestat, sinistra equos impellit, sub quibus scriptum est, C. ABVRI. & sub his literis ROMA. In altero scriptum est M. ABVRI. ROMA. & Apollo (radiatum enim caput est) quadri- G *Acilia.* gæ insistens equos flagello vrget ad cursum: Acilia familia duos colit numos, qui ab vna parte quadrigam habent, ab altera caput similiter galeatum atque alatum: sed in priori scriptum est retrò caput BALBVS; caputque corona laurea (Fuluius myrteam esse ait, quod mihi ob foliorum magnitudinem non videtur,) cingitur. Quadrigæ ab altera huius numi parte insistunt viri duo, quorum alter equos flagello concitat, alter spiculum manu detinet: Inscriptum est M. ACILI. In secundo circum caput scriptum est M. ACILIVS. M. F. equos verò vrget miles *Aelia.* scutatus, & sub equis scribitur, ROMA. Aelia familiæ numi sunt duo cum eodem capite ab vno latere, ab altero equites hastati duo simul directis procurrentes lanceis: priori subscriptum est P. PAETVS, & subtus ROMA: alteri C. AI. ROMA. In Aemiliæ familiæ numis qui *Aemilia.* sunt quinque, equorum pictura est. Prior eorum cusus est a M. Aemilio Scauro in eius ædilitate; ab aduersa parte habet camelum & a latere eius mulierem sedentem sinistra habenas, dextra lauri ramulum tenentem. Supra scriptum est: M. SCAVR. AED. CVR. in medio, Ex S. C. infra REX ARETAS. Ab hoc autem rege, Arabisque obsessam Hierosolymam acceptus ab Aristobulo quadringentis talentis liberauit. In auersa parte retro aurigam quadrigam moderantem & equos impellentem scriptum est CAPTV. suprà P. HVPSAEVS AED. H CVR. infrà C. HVPSAE. COS. PRAEIVER. Intra equorum pedes appictus est scorpius. Secundus numus ab aduerso latere mulieris laureatæ, (Romæ typum puto) iconem habet: Margarita ex aure pendet, & collum margaritis exornatum. Ante eam scriptum ROM.. Ab alia parte numi statua equestris ponti superimposita, cum inscriptione, M. AEMILIO. Fuit quidem M. Aemilius Lepidus consul cum L. Volcatio Tullo anno DCXVII. sed incertum (inquit Fuluius) denarij inscriptio ad huncne pertineat, an ad alium huius familiæ eodem affectum prænomine: illud certè constat Lepidi pontem qui antea Sublitius dictus est, a Lepido quæstore, cuius meminit in Numa Plutarchus, lapideum factum, hoc in denario impressum esse, statuamque equestrem illi hac de causa, vel Lepido alicui ob rem bene gestam a Senatu decretam, in positam esse. Nec enim crediderim equestrem statuam indicari, quę cum tropæo in duobus, qui sequuntur, denarijs impressa est. Eam enim ad M. Lepidum qui Pontifex Maximus fuit, ac bis consul, referendam arbitror: cuius meminit Valerius Maximus lib. 3. cap. 1. ijsdem ferè verbis, quibus denarij inscriptio exarata est, nisi quod pro interemit, habet denarius literam, O,

quam

A quàm interpretor, occidit. Hæc ille. Tertius itaque numus ab vno latere statuam ostendit equestrem, quæ dextra gerit bidentem: inscriptio M. LEPIDVS. ab altero caput galeatum, & ante id cratera. Quartus idem quidem ostendit caput, sed retro id corona conspicitur laurea: ab altero etiam latere eadem est statua & subscriptum similiter, M. LEPIDVS. Sed circum scriptum est, AN. XV. PR. H. O. C. S. id est, Anno ætatis suæ decimoquinto prouocatus, vel prouocatum, hostem occidit, ciuem seruauit. Quintus ac postremus huius patriciæ familiæ numus (de ijs loquor, in quibus equi pictura cernitur, nam alias sunt quàm plurimi) ad eundem M. Lepidum Pont. Max. triumuirum reip. constituendæ pertinet, necnon ad ædilitatẽ eiusdem: nam ab vna parte Lepidi ostendit caput pontificali habitu velatum, necnon ampullam ac lituum, auguratus ipsius indicia: ab altera parte eques desultorius equos flagello vrget; a tergo picta est corona laurea siue trophæum inscriptum P. SEPVLLIVS MACER. Quin desultorius iste eques ad Lepidi ædilitatem spectet, dubitari (inquit Vrsinus,) non potest, in qua ludos in Circo exhibuerit. Potest etiam ad vrbanam eius præturam pertinere, in qua ludos Apollinares in Circo fecerit. A Spurio Afranio cusus numus ab vna parte caput ostendit galeatum alatumque ab altera bigam cui victoria insistens equos impellit: Inscriptum S. AFRA. ROMA. Alter *Afrania familiæ numus*

B L. Afranij est, illius qui in Hispania Pompeij legatus fuit, id quod multis argumentis colligit Vrsinus, primùm quod Græce Afranij in eo nomen quatuor literis, ΑΦΡΑ. expressum est, Hispaniamque prouinciam in qua cusus denarius fuit, à Græcis habitatam olim fuisse ex Plinij lib. 4. cap. 20. constat: deinde, quòd nummus is, Romani argentei denarij pondus habet, & in eo Hispanæ monetæ symbolum eques signatus est, cuiusmodi cùm in alijs multis, tum in vno æreo in quo equiti huiusmodi, HISPANORVM, titulus subiectus est, notatum (inquit) animaduertimus: postremò quòd Varronis quoque denarium, qui & ipse Pompeij legatus in Hispania fuit, ijsdem ferè literis inscriptum vidimus, quibus notati nonnulli circumferuntur, qui cùm Petreij, vel Afranij sint, falsò Hannibali, & Magoni, alijsve Carthaginensium ducibus ab imperitis tribuuntur. Eadem autem in eis equestris statua & Hispani dei imago expressa est. Sub hac Afranij statua equestri literæ leguntur peregrinæ; Punicæ ni fallor. Anniæ familiæ denarius prior ab vna parte bigam habet cum inscriptione, C. TARQVITI. P. F. ab altera parte C. Annij caput: cui circumscriptum est, C. ANNI. T. F. T. N. PROCOS. Ex S. C. Altero idem caput sed galeatum expressum est & similiter circumscriptum: sed retrò est caduceus, antè lances ad pacem & iustitiam significandam: ab altera parte victoria trigam moderatur: In scri- *Moneta Hispanæ symbolum.* *Annia familiæ numisma*

C ptum est, L. FABI. L. F. HISP. Tertius numus cum præcedente planè idem esset, nisi inscriptio variaret: nam supra equos scriptum est, HISP. Q. sub eisdem L. FABI. L. F. Trium qui extant Atestiæ familiæ denariorum prior ab vna parte quadrigam habet, & qui equos concitat, altera manu nescio quid sceptri figura gestat: sub equis scribitur: L. ATES. & mox, ROMA. ab altera parte Galeatæ alatæque fœminæ (Victoriæ) caput est, & retrò scriptum GRAC. Secundus equites binos ostendit, spiculum hastamve ferentes. Appictus est canis: supra vtriusque equitis caput exigua expressa conspicitur stella, Castorem & Pollucem arbitror. Infrà scriptum, ROMA. ad aduerso latere caput Victoriæ, & retrò scriptum, C. ATESTI. Tertio idem etiam expressa Victoria est, & retrò eam canis: ab altero latere ijdem equites, sub quibus scriptum, C. ATESTI. & mox, ROMA. Inter numismata Aquiliæ genus, duo sunt, in quibus M. Aquilij triumuiri caput triumuirali ornamento condecoratum expressum est; quorum alterum ab altera parte bigam habet, & supra equos crescentis lunæ icon conspicitur, atque insuper aliquot stellarum. Sub equis est scriptum, M. AQVIL. & mox, ROMA. Alterum verò ostendit trigam sed loco aurigæ thensam ferentem: Inscriptum est, CAESAR *Atestia familia.* *Aquilia familiæ numi.*

D AVGVSTVS. Sub equis, S. C. Pertinere videtur, ad Augusti triumphum aliquem, vel ad Armeniacam eius victoriam. Atiliæ familiæ nummi ab vna parte insculptum habent caput alatum galeatumque Romæ typum, sed primum equites lanceatos binos, cum inscriptione, M. ATIL. & mox, ROMAE. secundus victoriam biiuges moderantem, cui subscribitur, C. ATIL. & mox, ROMA. Ita & in tertio Victoria equos concitat, sed subscriptum est, SAR. Biga quoque in Aureliæ familiæ duobus numis depicta est, sed in priori trahitur à Centauris, qui dextra vibrant gladium, sinistra ferunt lauri ramum. Sub equis scriptum est, M. AVRELI. & mox, ROMA. ab aduersa parte caput habet Victoriæ, mulieris scilicet galeatæ & alatæ, cum inscriptione COTAE. In altero retrò caput scriptum est ROMA. antè, M. AVRLL. Auersa parte bigam moderans dextra spiculum, sinistra scutum habet: sub equis scriptum est, SCAVRI. & mox. L. LIC. CN. DOM. M. Bæbius Tampilus denarium illustrauit quadriga, in qua equo impellens auriga sinistra sagittas, dextra arcum & habenas equorum tenet. Sub equis scriptum est, ROMA. & mox; M. BAEBI. Q. F. ab alio latere Victoria, cum inscriptione: TAMPIL. Hic proconsul de Liguribus triumphauit, qui fortasse triumphus hic expressus est. *Atilia.* *Aurelia.* *Bæbia.* *Cæcilia.*

L. Metelli

L. Metelli numus, in quo ab vna parte Victoria expreſſa eſt, altera bigam habet, & ſub ea elephanti promuſcidem, Hic enim primus elephantos in triumpho duxiſſe dicitur, vt ſcribit Plin. lib.8. cap.43. Infra ſcriptum eſt, ROMA. Eſt & in eadem Cæcilia familia numus Q. Metelli, qui in vna parte Victoriam ſimiliter expreſſit, altera quadrigam, cui inſidens dextra ramum, ſiniſtra tridentem fert; Inſcriptio: ROMA. Eſt & aliud eiuſdem familiæ numiſma, quod ſimiliter Victoriam impreſſam habet, & inſcriptionem, ROMA. ab altera parte Victoria dextra trophæum oſtentans equos biiuges impellit. Inſcriptum eſt, CNEOV. & mox inferius, M. CAE. Q. ME. B

Calpurnia. Piſonum ex Calpurnia gente numiſmata perniciſſime currentem equum oſtendunt: quorum primo L. Piſo expreſſus eſt laureatus, ab altera parte eques dextra tridentem tenens. Eſtque & alius tridens ſupra equitantis caput. Inferius ſcriptum eſt, L. PISO. L. F. FRVGI. Altero eques palmam geſtat, & inſcriptum eſt L. PISO FRVGI. Tertio eques equum impellit flagello, & infra legitur, C. PISO. L. F. FRVGI. ab altera numi parti retro caput C. Piſonis lauri ramus eſt. In quarto ac poſtremo ab vtraque parte ſcriptum L. Piſo. Equus verò ſine rectore procurrit: & ſub eo ſcriptum, FRVGI. Eſt & alius eiuſdem gentis denarius, qui ab vna parte Victoriam habet, ab altera equites galeatos & haſtatos binos: Caſtorem puto & Pollucem, ſub quibus ſcriptum eſt CN. CAE. & mox inferius, ROMA.

Cariſiæ gentis numus. Titus Cariſius re bene geſta aduerſus Cantabros & Aſtures, duos cuſit nũmos, in quorũ primo ab vna parte biga eſt, cum ſubſcriptione T. CARISI. ab altera victoriæ imago: in altero victor quadrigam agitat, inſcriptum huic eſt VER. & mox, T. CAR. OCV. ab altero latere laureatum caput, victoriæ typus. F

Caſsia. Caſſiæ quoque familiæ numo quodam quadriga expreſſa eſt, & inſcriptum C. CASSI. ROMA: cuius icon altera parte alato & galeato capite muliebri facie indicatur.

Cipia. Cipiorum vnicum depictum eſt numiſma, in quo ab vno latere biga eſt cum ſubſcriptione, ROMA. ab altero Victoria & inſcriptum eſt. M. CIPI. M. F. M.

Claudiæ familię numus Marcelli ex Claudiorum plebeiorũ familia numus quidã ab vna parte bigã, habet cuius equos victoria concitat: Inter ſubſcriptionem M. MARC. ROMA. binæ appictæ ſunt triticeæ ſpicæ: quo videlicet ſymbolo Siculi ad indicandam inſulæ fertilitatem (quam plebis Romanæ nutricem & reipub. cellam penariam appellat Cato,) in ſuis numiſmatibus vtuntur: Ab aduerſo latere picta eſt Victoria. Ipſe autem de Syracuſanis Procos. in monte Albano ſecundum ac tertium triumphum egit. Eſt & alius eiuſdem gentis numus cum biga, quæ à victoria gubernatur, ſed in hoc victoria dextra lauream, ſiniſtra palmæ ramum geſtat: Sub equis numerus LXXIIII. legitur, & mox ſcriptum præterea: TI. CLAVD. TI. F. AR. N. Alius item numus huius gentis, cui ſubſcriptum eſt: AP. CL. T. M. AP. trigam habet quam eadem victoria agitat: ab altera parte habet Victoriam. Eſt denique cum biga alius cum inſcriptione C. PVLCHER. G

Clouilia. Iam vero & bigam regit victoria in numo Clouiliæ ſiue Clœliæ gentis, cui ſubſcriptum eſt, T. CLOVLI. Sub equis tritici culmus eſt dupliceem ferens ſpicam: quamobrem T. Clœlius iſte Siculi cognomentum haberet, Vrſinus ex hac ſpicæ pictura conijcit, vel origine Siculam fuiſſe hanc familiam, vel aliquod eius contra Siculos extitiſſe factum; id quod ex altera numi parte quoque conijci queat, in qua Victoria expreſſa cernitur, necnon & laurea corona, victoriæ alicuius ſymbola.

Cœlia. Vrget item equos biiuges victoria in duobus Cœliorum numis, quorum primo ſub equis inſcriptum eſt: C. COIL. CALD. ſupra equos conſpicitur litera vna. H. alteri ſubſcriptum eſt, CALD. M. Vterque ab altera parte Victoriam habet: ſicuti etiam alius eiuſdem gentis numus, in cuius latere altero equites oſtenduntur bini cum directis procurrentes lanceis. Sub equis ſcriptum eſt, L. COIL. ROMA.

Conſidiæ gẽtis numus. C. Conſidij duo ſunt numi, in quibus victoria vna manu lauream, altera palmam geſtans quadriiuges concitat, & vtrique ſubſcriptum eſt, C. CONSIDI. ſed in vno ab altera parte caput eſt galeatum & criſtatum ſine inſcriptione: altero caput expreſſum cernitur laureatum & retro id ſcriptum eſt, PAETI.

Cornelia. Corneliæ gentis numi aliquot bigas oſtendunt, quarum binæ à victoria dextra manu trophæum geſtante reguntur: vni ſubſcriptum eſt, CN. LENTVL. & in aduerſa parte viri barbati & galeam induti caput habet. Alteri ſubſcriptum eſt P. SVLA. ROMA. & ab alia parte imaginem habet Victoriæ. Quadriga in quodam alio eiuſdem familiæ numo triumphans vehitur Scipio Aſiaticus, vt conijcio ex inſcriptione quæ talis eſt: L. SCIP. ASIA. G. Ab altero huius numi latere viri caput expreſſum laureatum & barbatum, ipſius forte Scipionis. Adiecta eſt litera, M. poſt ipſum caput. Eſt & aliud numiſma, in quo L. Sullæ quadriga triumphanti victoria in aere ſuſpenſa trophæum imponit. Sub equis ſcriptum eſt, L. SVLLA. IMP. Aduerſo latere picta eſt Victoria cum titulo, PRO Q. L. MANLI. Eiuſdem Sullæ caput oſtendit aliud numiſma cum inſcriptione, FELIX. quod ab alia parte bigam habet, cuius equi ſine habenis freniſque procurrunt: ſupra eos binæ ſtellæ ſunt & totidem infra, vbi ſcriptum FAVSTVS. In Cn. Cornelij Siſennæ ex eadem gente numo, is in quadriga triumphat: Vir quidam ſub equis proſtratus iacet, & ſupra eoſdem caput cernitur regali coronatum diademate. Inſcriptum eſt: CN. CORNELI. L. F. Ab altera numi latere Victoria eſt, H

cum

A cum inscriptione ab vna parte, ROMA. ab altera, SISENA. Equestris deniq; statua, quæ in alio quodam eiusdem familiæ numo expressa est, cum inscriptione COSSVS CN. F. LENTVLVS. pertinet ad Augustum, cuius auspicijs victoriam de Isaureis adeptus fuit, id quod aduersa numi pars indicat, in qua circa laureatum caput, siue id Lentuli sit, siue Augusti, scriptum est: DIVI F. AVGVSTVS. Vnicum extat Cosconiæ familiæ numisma, in quo biga est, cum inscriptione: L. LIC. CAV. DOM. ab altera parte Victoria, & inscriptio. L. COSCO. M.F.C. Cossutij numus Medusæ & Bellerophontis equo insidentis insignitus, quo pertineat, difficulter iudicari potest, nisi fortè ad Corynthum coloniam à Cæsare deductam, referri queat. Subscriptum in numo est C. COSSVTI. C. F. Parte numi altera caput eius conspicitur alatum, cum titulo SABVLA. Crepereiæ familiæ duo sunt numi, qui ab vna parte Neptunum suos moderantem equos posteriore parte in piscem desinentes ostendunt, cum inscriptione: Q. CREPEREI ROCVS, quem inde, vel aliquem ex eius familia rem mari prosperè aliquando gessisse, conijcere possumus. Equestris statua cum inscriptione: P. CREPVS. in numo Crepusiæ gentis, (qui ab alio latere Iouis imberbis iconem habet cum sceptro & fulmine,) indicio est, aliquem Crepusiorum ea fuisse donatum. Est & alius huius familiæ numus cum biga, & inscriptione: C. B LIMETA. P. CREPVSI. qui ab altera parte caput habet, postica parte velatum, antica galeatum: & inscriptum est: C. CENSORIN. Argenteum numum cum duobus lanceatis equitibus, stellam supra caput habentibus Castore nempe & Polluce, cum subscriptione L. CVP. L. Cupienij esse iudicat Vrsinus: Additur etiam ROMA. Victoriæ icon cum cornucopia conspicua est altero numi latere. Curiatæ gentis fuere Trigemini; quorum C. Curiatus argenteum cusit denarium cum quadriga, cuius moderatorem victoria laurea cohonestat. Inscriptum numo: C. CVR. F. ROMA. ab altera numi parte expressa est Victoria, & retro eam scriptum est: TRIGE. Similiter Victoriæ icon cũ inscriptione: Q. CVRT. in alio numo, in quo ab altera parte quadriga est, eadem conspicitur, inscriptum est: M. SIA. ROMA. Cn. Domitij numus cum inscriptione: ROMA. CN. DOM. bigam ostendit, cuius equi impelluntur à victoria: sub equis vir pugnat cum Leone. Ab altera parte Victoriæ imago est, retro quam appicta est spica. Pertinere hunc numum ad Cn. Domitium Ahenobarbum, putat Vrsinus, de quo his verbis meminit Plinius: *M. Pisone. M. Massalla Cos. Domitium Ahenobarbum Aedilem Curulem vrsos Numidicos centum, & totidem Aethiopas venatores in Circo dedisse: Miror adiectum Numidicos fuisse: cùm in Africa non gigni* C *vrsos constet.* Ex hoc autem argenteo denario, in cuius altera parte vir cum leone pugnans impressus est, intelligere possumus, (inquit Vrsinus) non vrsos, sed leones in circo dedisse, annalesque non satis emendatos Plinium habuisse, in quibus cõtra historiæ fidem, leones pro vrsis scriptum fuisset. Hæc ille. Ego Plinium annalibus vsum puto emendatis, sed non aduertisse Numidicos vrsos cum leonibus eosdem esse, quemadmodum probè ostendit Lipsius in Electis, vt suo loco ostendemus. In eodem denario, ad indicandum ædilitatis honorem, spica adiecta est: quia scilicet ædiles annonam curarent. Altero eiusdem familiæ numo quadriga triumphalis expressa est: cui subscriptum: CN. DOM. Ab altera parte Victoria est, cum inscriptione: ROMA. fortè autem hoc denario eiusdem Domitij Ahenobarbi triumphus indicatur, quem egit Procos. ex Hispania anno DCCXXI. quamuis ad eum quoque Cn. Domitium referri possit, qui anno DCXXXV. Procos. de Gallis Aruerneis triumphauit. Cusit hæc eadem familia bigam quoque, cui subscriptum est, L. LICI. CN. DOM. Ab alio latere Victoria est, cum inscriptione L. COS. DOM. F. M. Durmij triumuiri numus, in quo ipse ab vna parte pictus inscriptionem habet: M. DVRMIVS IIIVIR HONORI. ab altera ostendit quadrigam cum thensa: inscriptum est: CAESAR AVGVSTVS. C. Egnatij Maxsumi numus argenteus bigam habet, cuius rector à D victoria superuolante laurea coronatur. Inscriptum est. C. EGNATIVS. CN. F. CN. N. Altera parte Egnatij caput est, antica parte galeatum; Inscriptum MAXSVMVS. In gentis Fabiæ numo quodã argenteo quadriga est triũphalis, sub equis proram nauis habet appictam, vt indicetur Q. Fabium, ad quem hic numus pertinet, cùm prætor esset anno DLXIIII. ex Creta insula naualem triumphum egisse: subscriptum est: Q. FABI. Ab altera parte Victoriæ est imago & inscriptio: LABEO. Alius Fabiorum quidam denarius bigam habet, cuius equos Victoria concitat: Infrà scriptum est, C. FABI. C. F. Appicta etiam est auis, quam buteonem esse iudicat Vrsinus, eandemque fortassis significat, B. litera ibidem adiecta: sed quam ob causam buteonem autem in hoc denario signarit is C. Fabius, qui ex Pictorum familia fuit, non satis clarum est, cùm ab hac autem Buteonum alia Fabiæ gentis familia cognomen duxerit. Altera denarij parte flaminis icon est cum inscriptione: EX. A. PV. hoc est, ex argento publico. Eò enim anno quo C. Fabius Pictor consulatum gessit, populus Rom. ex S. C. argento signato vti cœpit. Alius eiusdem gentis argenteus numus quadrigam habet cum victoria equos moderante & altera manu lauream gestante. Subscriptum est ROMA. mox sub hoc titulo: C. F. L. R. Q. M. hoc est C. Fabius, L.

Cosconiæ gẽtis numus.

Cossutia.

Crepereia.

Crepusia.

Curiatæ familia numi.

Domitia.

Lib. 8. c. 36. Vrsi Numidici.

Plinij lapsus.

Durmia gentis numus.

Egnatia.

Fabia.

bius, L. Rubrius, Q. Marcius. Hi enim triumuiri ſimul cudendæ monetæ præfuerunt. Eſt item E quadriga in alio Fabiorum numiſmate cum victoria expreſſa, ſed quæ palmæ ramum manu tenet: Subſcriptum, L. FABI. F. HISP. Ab altera parte caput anterius galeatum, cum inſcriptione. C. ANNIVS T. F. T. N. PROCOS. EX. S. C. Erat hic Fabius Sertorianarum partium, contra quem à Sulla C. Annius miſſus eſt, vt ſcribit Plutarchus. Habet & Fauniæ gentis numus quadrigam cum victoria, dextra lauream ferente, cum inſcriptione M. FAV. C. F. ab altera parte Victoriam. Bina ſunt Flaminiorum numiſmata, cum biga. Vtrique inſcriptum L. FLAMIN. CILO. ſed alterum ab altera parte habet Victoriam, alterum iconem C. Conſidij Nonani. Bigam etiam oſtendit Flauiorum numus cum inſcriptione FLAVS. ROMA. & ab altera parte Victoria expreſſa eſt. Fonteiorum numus, qui ab vna parte caput oſtendit galeatum, cum inſcriptione: P. FONTEIVS. P. P. CAPITO. IIIVIR. ab altera habet equitem, dextra vibrantem gladium, ſub quo viri, quorum alter ſcutum geſtat, genua flectunt, ceu veniam petentes. Denotant quidem iſthæc egregium aliquod factum, cæterùm quale illud ſit, hactenus ignoratur. Cn. Fuluij M. Calidij, & Q. Metelli III Virorum denarius argenteus ab vna parte Romam, ab altera bigam habet, in qua victoria lauream dextra geſtans equos impellit. C. Fondanij numus cum inſcriptione C. FVNDAN. quadrigam habet, cuius equos nulla habentes frena, nullaſque habenas muliebri habitu ſtatua voce vrget ad curſum, equoque dextro puer inſidet, manibus poſt F terga reiectis, ſummam fortaſsis equitandi peritiam indicaturus. L. Furij Purpureonis, qui prætor de Gallis triumphauit, numus ab vna parte bigam habet, cum ſcorpione: inſcriptum PVR. ROMA. ab altera Victoriam. In Gelliæ familiæ numo cum inſcriptione: CN. GEL. ROMA. quadrigæ cum liberis equis inſiſtunt viri duo, galeati, ſcutaque ferentes. Ab alio numi latere imago eſt Victoriæ laureatæ. Horatij Coclitis numiſma binos oſtendit equites haſtatos, & ab altera parte imaginem Victoriæ, cum inſcriptione: COCHLES. Hunc denarium poſtmodum Traianus Imp. reſtituit, vt conſtat ex inſcriptione quæ nunc in aduerſo numi latere legitur, quæ talis eſt: IMP. CAESAR. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Hoſtiliæ gentis quidam numus vno latere bigam cum duobus habet rectoribus & inſcriptum eſt: L. HOSTILIVS SASERN. altero caput viri paſsis capillis, hiſpidaque barba. Amicus quidam Vrſini Pauoris vel Palloris imaginem eſſe arbitrabatur, atque ita Hoſtilium Saſernam progenitoris monumenta voluiſſe illuſtrare. Tullus enim Hoſtilius rex Pauori Pallorique fanum vouit, vt ex Liuio notum eſt. Itiæ gentis vnius tantùm denarius reperitur. Ab vna parte equites habet binos lanceam vibrantes, quales in multis alijs numis conſpiciuntur; Supra vtriuſque caput ſtella eſt: intra ſcriptum: L. ITI. ROMA. ab altera numi parte imago eſt Victoriæ. Iidem equites Pollux nempe G & Caſtor, & ſtellæ picti ſunt in primo Iuliæ familiæ denario, in qua parte ſubſcriptum: L. IVLI. ROMA. ab altera parte ſimiliter picta eſt Victoria, expreſſuſque numerus. XVI. propterea quod eo anno quo numus iſte ſignatus eſt, preſſus ære alieno populus Romanus, fecerat ipſe, vt denarius ſexdecim aſsibus permutaretur. Altero eiuſdem L. Iulij denario bigam promouet Victoria: Inſcriptum ſimiliter: L. IVLI. Altera numi pars Victoriam oſtendit, ac præterea ſpicam tritici, ædilitatis eiuſdem ſymbolum. Vrſinus Cupidinis currum eſſe indicat, eumque hoc numo impreſſum, ad indicandam Iuliæ gentis originem, quæ à Iulo Æneæ, qui Venere genitus eſt, filio principium habuiſſe dicitur. Eſt quidem in tertio numo Veneris currus, ſed eum Cupidines, non equi trahunt; vt fit in quarto numo, vbi biiuges moderatur Venus dextra lauream, vel potius myrteam protendens: à tergo aſtat Cupido, Venerique idem ſertum imponit: Inſcriptum eſt: SEX. IVLI. CAESAR. Eſt & in alio numo huius gentis biga expreſſa, in quo equos moderans dextra vibrat ſpiculum, ſiniſtra geſtat inſigne, in cuius medio litera conſpicitur I. Subſcriptum eſt. M. METTIVS: ab altera parte Cæſaris caput eſt laureatum, cum inſcriptione: CAESAR DICT. QVART. Currus ſiue quadriga triumphalis, (nam victoria lauream oſtentans H equos concitat) cum titulo: L. IVLI. BVRSIO. huius victoriam, quæ tamen ignoratur, expreſsiſſe videtur. Altera numi pars caput oſtendit alatum (Mercurij fortè) & à tergo ſceptrum tridens, item animal quadrupes, canis ſpecie. Eſt & alius denarius, qui ab vna parte templum oſtendit, cum inſcriptione: CLEMENTIAE CAESARIS. ab altera parte equos binos deſultorios, cum laurea & inſcriptione: P. SEPVLIVS MACER. Iuniæ familiæ numi duo ab vna parte Victoriæ imaginem, ab altera binos exhibent equites lanceam vel ſpiculum dirigentes: alteri ſubſcriptum: M. IVNI. ROMA: alteri. C. IVNI. C. F. ROMA. D. Silani in eadem gente numi quoque ſunt duo, in quibus biga exhibetur: ſed in priori Victoria dextra lauream, ſiniſtra palmam & habenas tenens, equos agitat: Subſcriptum huic: D. SILANVS. L. & ab altera parte caput oſtendit hiſpida barba, capillis paſsis, tune in fronte connexo. Laqueo autem ipſe vitam finiuiſſe dicitur, condamnatus à patre, quòd prouinciam expilaſſet. Altero numo equorum rector, ſiniſtra lauri ramum geſtat: ſub equis appictam habet locuſtam: ſubſcriptum: D. SILANVS.

Fauniorum numus. Flaminiorũ. Fonteiorum. Fondaniorũ numiſma. Furiorum. Gelliorum. Horatiorum. Hoſtiliorũ. Itia familiæ numus. Iulia. Iunia familia numi.

A LANVS: altera verò numi parte caput exprimitur antrorsum galeatum: subscriptum: SALVS F. fortè filij, vt hic sit T. Manlius Torquatus Silani superioris pater, nam & torques, quo exornatus est in numo, id indicat. Torquatus autem dictus fuit, quod ex Iunia gente in Manliam Torquatorum familiam adoptatus esset. Sigonius D. illum Silanum de Lusitanis triumphasse existimat; ad quem triumphum numus ipse spectauerit: sicuti & alius eiusdem numus, qui ab vna parte imaginem expressit Victoriæ cum litera A. ab altera bigam cum victoria equos incitante & inscriptione D. SILANVS. L. F. ROMA. supra equos numerus expressus cernitur, XIII. Q. Labieni Parthici, T. Labieni qui prius partium Cæsaris, deinde Pompeianarum fuit, numus ab vna parte ipsius caput habet cum inscriptione: Q. LABIENVS PARTHICVS IMP. ab altera equum ephippiatum & phaleratum. Liciniæ gentis aliquot extant numi, equorum imagine condecorati. Primus in hoc ordine biuges habet, quorum proriga vna manu scutum gestat: subscriptum est. L. LIC. CN. DOM. ab altera parte imago est Victoriæ, cui circumscriptum est: C. MALLE. C. F. Fuit autem L. Licinius cum Cn. Domitio &c. Malleolo, cudendæ monetæ triumuir. Secundus ostendit ab vna parte P. Crassi caput laureatum & antrorsum galeatum, retro quod scriptum est. S. C. ab altera parte idem Publius equum sinistra manu ducit, dextra lanceam gestat. Circumscriptio legitur: P. CRASSVS. M. F. Tertio eques exprimitur, nudus velocissimè currens, palmam humero ferens: cum subscriptione: A. LICINI. ab altera parte caput depictum est, cum inscriptione: NERVA. Quarto eques ornatus virum quendam flexis genibus supplicem capillis prehensum detinet. Inscriptum est huic numi parti: NERVA IIIVIR. altera parte laureato expresso capiti circumscribitur. A. LICINIVS. FIDES. Caput præcedentis numi nimirum tertij, Apollinis esse iudicat Vrsinus, idque & desultorium equitem, Apollinares ludos ab aliquo ex Licinia gente, cum prætor esset, in Circo factos, sine dubio designare. Quintus numus ab vno latere ostendit equitem dextra lauream ferentem: Inscriptum est: AVGVSTVS DIVI F. ab altero ancylia Saliorum, cum inscriptione: P. STOLO IIIVIR. Equestris isthæc statua ad Augusti victoriam aliquam, ob quam ei statua huiusmodi decreta fuerit, haud dubiò pertinet. Sextus ac postremus ab vna parte Veiouis simulachrum, ab altera quadrigam habet: cuius moderator dextra spiculum vibrat, sinistra vmbonem gestat. In Luciliæ gentis numo Victoriæ icon est laureatæ, cum literis: P V. id est publico, nimirum argento, ab altera parte, eadem biiuges propellit, cum inscriptione: M. LICILI. RVF. Cn. Lucretij Trionis numus cum inscriptione ab vna parte: CN. LVCR. ROMA. binos ostendit equites erecta lancea, & ab altera parte Victoriam, cum inscriptione: TRIO. Currus triumphalis Maianiæ gentis à Victoria rectus cum inscriptione C. MINI. ROMA. & ab altera parte Victoriam etiam exhibens, ad C. Maianium P. F. P. N. pertinere videtur, qui Cos. de Antiatibus, Lauiniciis, & Veliternis triumphauit. Est & biga in numo Mamiliorum, in quo & numerus expressus cernitur XXVIIII. Infraque scriptum C. LIMETA· P. CREPVSI. ab altera numi parte velatum caput est: & antrorsum galeatum, cum inscriptione. L. CENSORIN. Apparet autem triumuiros hos fuisse. Manliorum numis tribus triumphalis currus pingitur, in priori ab vtroque equorum latere appicta est stella, eorum verò moderator galeam indutus est cristatam: infrascriptum: A. MANLI. Q. F. Altera numi parte Victoriæ icon est galeam indutæ cristatam: & inscriptum est SER. ROMA. Fuit is procos. contra Sertorium missus. Altera victoria equis præest: in hoc numo subscriptum est: T. MAN. AP. CL. Q. VR. nam cum Ap. Claudio quæstor vrbanus fuit. In tertio victoria in aëre suspensa triumphanti trophæum imponit. Subscriptum in hoc: L. SVLLA. IMP. Ab altera parte Victoriæ imago conspicitur, cum inscriptione: L. MANLI. PROQ. Quarto eques expressus est, lanceam & scutum gestans, sed equum sine freno & habenis regens: cum inscriptione L. TORQVA. Q. EX S. C. Altera numi pars victoriam ostendit & inscriptum ei. ROMA. Philipporum ex Marcia familia tres sunt denarij equestribus statuis insignes: quarum prima lapideo imposita est ponti quinque foraminum, quibus inscriptum est: AQVA MAR. ab equi verò tergo: PHILIPPVS. Altera numi parte caput exhibitum Anci Romanorum regis cum lituo & inscriptione: ANCVS. Qua numi parte L. Philippus, qui hunc denarium cudit, indicare voluit, ab Anco Marcio originem se duxisse: cui autem lituus appictus, quod religiones neglectas aut prauè cultas, vt erant à Numa institutæ, Pontificem Max. proponere in publicum iussisset; quam ob causam sacrificus vocatur ab Ouidio, de Marciæ gentis origine loquente:

Labiena. Licinia. B Lucilia familia num°. C Lucretia. Maiania. Mamilia. Manlia. D Marcia familia numi.

Marcia sacrifico deductum nomen ab Anco.

De aqua autem Marcia, quod ab Anco Marcio, qui eam deduxit, nomen acceperit, fatentur veteres omnes. Statua equestri, quæ aquæductui imposita est, opinatur Vrsinus, designari eam, quam scribit Liuius lib. 9. Marcio Tremulo ante ædem Castorum positam à Senatu, populoque Rom. fuisse, quòd Samnites bis vicisset & Anagnia capta populum stipendio liberasset. Alij ad

statuam

statuam equestrem referunt, quam Philippus Augusto decreuit, cuius meminit Cicero in epist. E
ad Brutum: quorum opinio Vrsino imbrobatur. Alter Philippi eiusdem numus, ab vna parte L. Marcij imaginem habet, cui in Hispania concionanti è capite flamma eluxit: ab altera parte statuā equestrem, lauri ramum dextra gestantem, cum inscriptione: L. PHILIPPVS. Vrsinus eandem statuam putat cum præcedenti, quæ Q. Martio decreta fuit. Est & alia equestris statua tertio numo expressa, cum viro armato, & spiculum vel hastam vibrante, cui inscriptum est Q. PHILIPPVS. ROMA. ab altera parte picta est Victoria. Equitem illum Castorem esse iudicat Vrsinus, quod vt cecinit Horatius: *Castor gaudet equis*: Ἱππόδαμος inde ab Homero appellatus.

Castoris statua. Ab equorū autē studio videtur Philippus is (inquit) dictus esse, qui primus ex hac familia cognomen inuenit, ad quem respexisse eum qui denarium cudit, dubitandum non est. Ab equi tergo adpictus est scorpius. Est item numus eiusdem gentis, in quo desultores equi depicti sunt, cum luna noua & caduceo, & cum inscriptione: C. CENSORIN. & altera parte duo capita Numæ scilicet & Anci Roman. regum, à quibus Marcij originem ducunt. Estq; adhuc alius, in quo equus est singularis sine agitatore procurrens, cum eadem inscriptione: adiecti sunt duo apices, & supra vtrosque binæ stellæ. Hic numus ab altera parte vnum tantummodo caput habet, quod forte Anci fuerit. Biga deniq; alio numo exhibetur, cum inscriptione: C. LIMET. P. CREPVSI. CXXIIII. & ab altera parte caput velatum, cum inscriptione: L. CENSORIN. F
Hisce posterioribus numis Marcij alicuius de ludicris Circensibus, equo singulari, desultoribus, & bigis partas victorias designari conijciunt, quas C. Censorinus triumuir sub Augusto, vt progenitoris sui monumenta illustraret, in his nummis signauerit.

Memmiorū numus. Memmiorum numus ab vna parte binos ostendit equos, inuicem obuersos, similiterq; totidem viros, altera manu hastam ferentes, cum inscriptione L. MEMMI. ab altera parte caput laureatum. In altero verò eiusdem gentis numo biiugum moderatori victoria aëre suspensa lauream porrigit: Ante eorum pedes litera expressa est, N. Infra scriptum: L. MEMM. GAL. ROMA. Altera parte viri caput, & à ceruice serra, aut quid serræ specie, cum inscriptione: ROMA. Similis huic per omnia numus alius sed sub equis scriptum est: L. C. MEMIES GAL. & ab altera parte, K. EX. S. C. Celebris est huius gentis quidam Memmius ædilis plebeius, qui Cerealia hoc est, Cereris ludos, quibus equorum cursus in Circo exhibebantur, primus fecisse dicitur: itaque Dio memoriæ prodidit, ante deuictum Brutum euenisse, vt ædiles plebeij gladiatorum certamina pro equorum cursibus exhibuerint.

Lib. 47.

Mettiorum Mettiæ familiæ numus cum inscriptione, M. METTIVS. bigam ostendit, cuius equos auriga nullis vtens habenis aut frenis, voce ad cursum impellit, dextra spiculum vibrans, sinistra insigne scutiforme ferens: altera parte Cæsar laurea exornatus exprimitur, cum lituo & inscriptione: CAESAR DICT. QVART. Sub eo enim quartùm dictatore cudendæ monetæ præfuit. Equites pileati & lanceati duo, cum totidē supra caput stellis in numo conspiciuntur G

Minutiorū numus. Minutiorum cum inscriptione: Q. MINV. ROMA. ab altera parte imaginem habet victoriæ, & inscriptionem: RVF. Eadem imago picta est alio eorumdem numo, qui ab altera parte quadrigā habet, cuius equi sine frenis & habenis sunt: Inscriptum ROMA. L. MINVCI. Biga verò gētis

Mussidiorū Mussidiæ expressa cū inscriptione L. MVSSIDIVS LONGVS: altera parte victoriam ostentās, ad Cæsaris dictatoris victorias (inquit Fuluius) spectat, quarū causa spectacula in Circo edita fuisse tradit Suetonius: *Circensibus* (inquit) *spacio Circi ab vtraq; parte producto, & in gyrum euripo addito, quadrigas bigasq; & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes*: atque ob similes aliorū victorias sæpe (ni fallor) in aliorum numis, bigæ quadrigæq; & desultorij conspiciuntur: nec aliò spectare puto trigam, quæ in Næuiorum denario expressa est cum inscriptione C. NAE. BALB. qui ab altera galeatum caput habet; cuiq; inscriptum est S. C. Testatur Fuluius in veteri quadam inscriptione, quæ proximis annis in foro Romano reperta, in Capitolium translata fuit: in cuius altera parte equestris statua Curtij eius expressa est, à quo Lacus Curtius dictus fuit, mentionem fieri L. NAEVII. L. F. Spurini prætoris &c.

Cap. 39.

Næuiorum.

Ogulniorum Ogulniorum numus ab vna parte laureatum caput; ab altera quadrigam ostendit cum inscriptione: VER. CAR. OGVL. H

Opeimiorū. Opeimiæ gentis numi duo sunt, qui ab vno latere victoriæ imagine illustrati sunt: sed in altero ea dextrā lauream gestans equos quadriiuges agitat: altero bigam moderans vna manu arcum tendit: priori subscriptum L. OPEIMI. ROMA. altero M. OPEIMI. ROMA. Hic L. Opimius homo fuit clarus & in Senatu potēns, quia consul C. Graccho & M. Fuluio interfectis, acerrimè victoriā nobilitatis in plebem exercuit. Eam itaque priori numo indicauerit.

Papiriæ gentis numus. Carbonum Papiriæ gentis numi duo ab vna parte impressam habent imaginem victoriæ: ab altera quadrigam à Ioue vna manu fulmen, altera sceptrum gestante moderatam. Vni inscriptum est M. CARBO. ROMA. alteri: CARB. ROMA.

Petroniæ. P. Petronij Turpiliani numus ab vna parte ostendit Pegasum, ab altera imaginem Augusti, sub quo triumuiratum gessit. Allusio est, ni fallor, ad L. Petronium, qui cum humili loco natus esset, P. Cœlij beneficio ad equestrem ordinem & splendida militiæ

stipendia

A ſtipendia peruenit, vt ſcribit Valerius Maximus. L. Nattæ ex familia Pinariorum duo ſunt numi, *Pinariæ.*
cum impreſſa biga: & vterque ab altera parte impreſſam habet imaginem Victoriæ. Vtriq; inſcri- *Li.4.c.7.*
ptum NATTA. ROMA. ſed alterius equi ſoluti procurrunt: altero victoria habenas modera-
tur. In tribus Plautiorum numis quadriga picta eſt, quorum prior, cuius inſcriptio eſt: L. HYP- *Plautia.*
SAEVS AED. CVR. ſubſcriptio: C. HYPSAE. COS. PREIVER. CAPTV. & in quo
ſub equis appictus eſt Scorpio: ab altera parte exhibet camelum ſarcina onuſtum, à cuius lateri-
bus quidam flexo genu lauream oſtentat. Inſcriptum M. SCAVR. AED. CVR. EX S. C. In-
frà ſcriptum eſt: REX ARETAS. Alteri ab vno latere ſcriptum eſt: C. YPSÆ. COS. CEPIT.
ab altero, in quo imberbis viri caput pictum eſt, cum piſce P. YPSAE. S. C. Tertius eaſdem ha-
bet vtrobiq; inſcriptiones: ſed in hoc viri caput barbatum eſt, & à ceruice expreſſus eſt tridens.
Ex quibus inſcriptionibus colligitur, tres iſtos numos in C. Plautij Hupſæi memoriam cuſos eſſe
qui Decianus in Faſtis cognominatus eſt, quiq; Priuerno capto, de Priuernatibus triumphauit. *Camelus*
Camelus autem ludorum, quos in ædilitate fecerit, index eſſe poteſt: magis tamen placet Vrſino, *quid in nu-*
ſi camelus ad Arabiæ regulum Bacchium Iudæum referatur, quem à Plautio Cn. Pompeij, vt o- *mis indicet.*
B pinatur, in Aſia legato, vel proquæſtore ſuperatum fuiſſe credibile eſt, eo bello, in quo Aretas
quoque rex ab Aemilio Scauro, Pompei item proquæſtore victus eſt. Eſt & aliud Plautiorum nu-
miſma, quod Solis imaginem ab vna parte cum inſcriptione L. PLAVTIVS, ab altera parte victo-
riæ imaginem oſtendit in medio quatuor equorum, quorum vni inſideri videtur. Inſcriptum eſt:
PLANCVS. Eſt denique aliud quo duo equites lancea directa procurrentes depingnntur, cum
inſcriptione: C. PLVTI. ROMA. altera parte exhibetur Victoria. Victoria item exhibetur alte-
ra parte numorum Porciæ familiæ, quorum bini oſtenduut bigam: ſed in priori, cui ſubſcriptum *Porciæ fami*
eſt: L. LIC. CN. DOM. & altera parte L. PORCI. LICI. equos agitans dextra vibrat ſpicu- *liæ numi.*
lum, ſiniſtra geſtat ſcutum. Altero numo Victoria ſertum oſtentat, & bigam ipſam moderatur:
Inſcriptio: C. CATO. ROMA. Eſt & alius Porciorum numus, in quo quadriiuges auriga fla-
gelli loco, terriculo vtitur, campanæ ſpecie: Subſcriptum eſt: M. PORC. ROMA. ab altera par-
te: LAECA. Inter Poſtumiorum numos vnus eſt, quo ab vna parte tres exhibentur equites dex- *Poſtumiæ.*
tra lanceam, ſiniſtra ſcutum ferentes, quibus pedes præcurrit gladio accinctus, cum inſcriptione;
A. ALBINVS: ab altera parte, ROMA. ſub capite Dianæ. Hoc numo Albinus maiorum ſuo-
rum monumenta celebrat, pugnam illam exprimens, in qua A. Poſtumius dictator, ad lacum
C Regillum cum Latinis dimicans, Sex. Tarquinium Superbi regis filium interfecit. Alter etiam e-
iuſdem gentis numus ſubſcriptus ſimiliter: A. ALBINVS: ab vna parte equos oſtendens binos
è fonte bibentes, totidemq; haſtatos viros; quorum capiti imminet ſtella, & appicta etiam eſt
luna: ab altera parte caput laureatum cum ſtella maxima & inſcriptione: ROMA. pertinet ad
eundem A. Poſtumium: cui ſcilicet contra Latinos ad lacum Regillum, vt dictum eſt, pugnanti,
Caſtor cum Polluce fratre auxilio veniſſe dicitur, & poſt pugnam ad lacum Iuturnæ ſuum equo-
rumq; ſudorem abluiſſe, in quo eis loco ædes conſtructa fuit. Eſt & quadriga inſignis alius huius
gentis numus, equis ſolutis tractâ: cum victoriæ ſigno ab alia parte, cui appictus eſt flaminis apex,
ad L. Poſtumium Albinum flaminem Martialem alludens. In quodam Prociliæ gentis denario ab *Prociliæ.*
vna parte Iunonis Soſpitæ pellem capitis caprini indutæ imago eſt cum inſcriptione S. C. ab alte-
ra parte biiuges eadem dea, dextra ſpiculum, ſiniſtra ſcutulum geſtans moderatur. Subſcriptum
eſt. L. PROCIL. I. F. Hic autem L. Procilius, qui hunc denarium cudit hac deæ imagine ſi-
gnificat, ſe è Lanuuio municipio oriundum fuiſſe. Ibi enim ea dea colebatur tali ſimulacro, vti ex
hiſce Ciceronis verbis clarum eſt: *Tam Herclè* (inquit) *quam tibi illam noſtram hoſpitam, quam tu* *Iuno caprini*
nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis re- *capitis pelle*
D *pandis.* In Quinctiorum numo equeſtres ſtatuæ duæ ab vna parte cum inſcriptione: T. Q. ROMA. *induta vbi*
conſpiciuntur, & ab altera parte victoria & retrò eam flaminis apex. L. Rubrij numi duo ſunt ar- *colebatur.*
gentei, cum thenſa quadriga vecta. Vtriq; ſubſcriptum: L. RVBRI. ſed alterius numi thenſæ in- *Quinctiorũ*
ſculpta eſt auis (aquilæ forſan) imago, & Victoria volitans aut aëre ſuſpenſa equis lauream im- *numus.*
ponere ſatagit: præterea alter caput oſtendit nudum, laureatum, & barbatum, & à tergo triden- *Rubriorum.*
tem, cum inſcriptione: DOSSEN. alter caput habet imberbe ſimiliter coronatum & à tergo ſce-
ptrum, & inſcriptionem: DOS. Pertinet autem thenſa hæc, quãtum conijcere licet, ad ipſius Ru-
brij ſacerdotium aliquod, vel maiorum ſuorum alicuius. Erant enim thenſæ pontificum, vt ex his *Thenſę quid*
Cicer. verbis in oratione de aruſpicum reſponſis intelligere poſſumus. *Te appello Lentule, cuius ſa-* *indicent.*
cerdotij ſunt thenſæ, curricula, præcenſio, ludi, libationes &c. Erant & ædilium, vt ex eodem colligi *Lib.7. in*
poteſt. *Omnes* (inquit) *Dij, qui vehiculis thenſarum ſolemnes cœtus ludorum initis &c.* His accedit *Ver.*
Feſti quoq; auctoritas, qui, *thenſam* (inquit) *vocari Sinnius Capito ait, vehiculum quo exuuiæ deo-*
rum ludicris Circenſibus in Circum ad puluinar vehuntur. Aut igitur ædilitatẽ à ſe geſtam, vel maio-
rum ſuorũ aliquo, ſignificare Rubrius voluit, aut pontificatum aut ſacerdotium quod thenſis vte-

fetur; vel certè (quod magis placet Vrſino) ad thenſam Cæſari dictatori decretam. Rutiliæ gen- E
Rutiliæ familiæ numus tis numus ab vna parte bigam habet, cuius equos victoria lauream prætendens agitat, cum inſcriptione: L. RVTILI. altera parte Victoriæ imago eſt, cum inſcriptione I LAC. Similis per
Sauſeiæ. omnia Sauſeiæ gentis denarius, cum inſcriptione: L. SAVF. ROMA. Scriboniorum quoque
Scriboniæ. numus quidam ab vna parte Victoriam exhibet; altera binos equites illos quibus ſtella ſupra ca-
Semproniana. put appingitur, Caſtorem nempe & Pollucem, cum inſcriptione: C. SCR. ROMA. Idem etiam numus inter Sempronianos extat, cum inſcriptione ab vna parte: L. SEMP. ROMA. Ab altera PITIO. Eſt verò & alius eiuſdem gentis denarius, in quo ab vna parte equi Neptuni in piſces poſteriori parte deſinentes conſpiciuntur, cum duabus ſtatuis & inſcriptione: L. ATRATINVS. Ab altera capita duo cum inſcriptione: M. ANT. IMPER. TER. COS. L. Sentius
Sentiæ. Saturninus triumuir argento publicè ſignando, duos cudit denarios cum quadrigis ab vna parte, ab altera Victoria. Priori ſub equis inſcriptum: L. SENTI. C. F. D. Ab altera parte: ARG.
Sepuliæ. PVB. alteri: L. SATVRN. F. Sepuliæ gentis numus elegantiſſimus ab vna parte equitem deſultorem cum laurea à tergo eius appicta oſtendit, cum inſcriptione: P. SEPVLLIVS MACER. Ab altera parte imaginem Pontificis Maximi (Cæſaris dictatoris) cum lituo & phiala. F
Sergiæ. Elegantiſſimus item Sergiæ gentis numus ab vna parte equeſtrem habet ſtatuam, quæ altera manu caput oſtentat, cum inſcriptione. Q. M. SERGI SILVS. altera parte Victoriam cum inſcriptione: ROMA. EX. S. C. Numus eſt in M. Sergij honorem ſine dubio ſignatus, qui egregia bellicæ laudis monumenta reliquit, inter quæ tamen, cuiuſnam Carthaginenſium ducis caput ab eo ſit amputatum, quod (vt diximus) in altera denarij parte Sergius ipſe equo inſidens manu geſtat, non recenſetur. Ipſe autem de factis ſuis orationem ſcripſit, ex qua Solinus: *Poſt*
M. Sergij fortitudo. *hunc* (inquit) *M. Sergius duobus ſtipendijs, primo, aduerſo corpore ter & vicies vulneratus: ſecundo ſtipendio in prælio dexteram perdidit: qua de cauſa ferream ſibi manum fecit: & cùm neutra penè idonea ad prœliandum valeret, vna die quater pugnauit, & vicit ſiniſtra duobus equis eo inſidente confoſſis, &c.* Seruiliorum prior (eorum in quibus equorum pictura eſt) ab vno latere duos ex-
Seruiliorum numi. hibet equos ſolutos, inuicem obuerſos, totidemque milites inuicem pugnantes, cum inſcriptione: M. SERVILI. C. F. N. Altero victoriam, cum inſcriptione vnius literæ: M. Eadem altero numo exprimitur cum laurea, quæ à tergo conſpicitur; Inſcriptio eſt ROMA. Hic numus aduerſa parte binos oſtendit equites inuicem obuerſos, ſimul (vt videtur) colloquentes cum inſcriptione: C. SERVILI. M. F. Tertio ab vna parte duorum equitum exprimitur pugna, eorumque alter gladio ſe defendere ſtudens, lancea confoditur alterius: ab altera parte laurea cin- G
ctum caput exhibetur, cum lituo & inſcriptione: B. ROMA. Idem certamen quarto quoque denario expreſſum eſt, ſed hic miles ille qui alterum in ſuperiori lancea transfigebat, lancea caret, audacter tamen aduerſarium inuadit. Equus enim anterioribus pedibus alterius equum peſſundat. Scuto huius equitis, vt & ſuperioris inſcripta eſt litera M. Altera huius numi parte exhibetur Victoria cum lituo & inſcriptione: ROMA. Eſt & alius eiuſdem gentis numus, qui vna parte caput criſtata galea exornatum exhibet cum inſcriptione: RVLLI. Altera bigam cum Victoria equos agitante & lauri ramum ferente; & inſcriptione: P. SERVILI M. F. Priorem denarium vulgò referunt ad M. Seruilium C. F. qui Magiſter equitum fuit, P. Sulpitio Dictatore anno DL. & conſul anno inſequenti, eiuſque pugnam aliquam equeſtrem ſignificari equitum ſignis exiſtimant, quæ in eo denario exhibentur, eandemque etiam indicare voluiſſe, qui alterum denarium cudit. Mihi autem magis placeret (inquit Fuluius) ſi equites qui ſunt in quatuor denarijs expreſſi, alter ad Sp. Melium equeſtris ordinis virum, alter ad C. Seruilium Ahalam magiſtrum equitum referretur, à quo Sp. Melius regnum affectans, interfectus eſt: denarioſq; huiuſmodi crediderim a M. & C. Seruilijs Ahalis in progenitoris memoriam ſignatos eſſe, cum H
& ipſe quoq; occiſi Cæſaris, liberataq; patriæ laudem aliquam vindicarent. Author enim eſt Ci-
Li. 2. Philip. cero præter P. & C. Seruilios Caſcas fratres, duos etiam Ahalas cum alijs coniuratis Cæſarem in-
Spuriliæ gentis numiſma. terfeciſſe. Spuriliæ gentis numus altera parte victoriam, altera bigam habet cum inſcriptione: A. SPVRI ROMA. Idem cum hoc numo eſſet, numus Seruiliorum, niſi aurigam laurea in hoc Victoria cohoneſtaret. Inſcriptum huic P. GALB. ROMA. Eſt & alius eorundem numus qui ab vna parte equeſtrem habet ſtatuam cum titulo: SER. GALBA IMP. ab altera Hiſpaniæ imagi-
Hiſpaniæ typus. nem cum duabus lanceis, ſpicis, & ſcuto. Lanceæ & ſcutum Hiſpanorum in re militari præſtantiã: ſpicæ prouinciæ fertilitatem indicant. Statua verò equeſtris, poteſt ad Galbæ equeſtrem aliquam
Tarquitiæ gentis numus. ſtatuam pertinere, quæ ab Hiſpanis ei decreta fuerit. Tarquitiæ familiæ numus à C. Tarquitio P. F. vt ex inſcriptione apparet, cuſus ab vna parte bigam habet ab altera C. Annij caput cum inſcript. C. ANNI. T. F. T. N. COS. EX S. C. Fuit enim hic Annius Syllæ legatus contra Sertorium &
Terentiæ. Tarquitium miſſus. C. Terentij numus qui auerſa parte victoriam oſtẽdit duplicem, aduerſa binos habet equites quos Caſtoris & Pollucis ſymbola eſſe ſæpè indicauimus: cur verò hunc cud[illegible]u-

mum,

A mum, necdum obseruaui. Titiniæ gentis denarius, in quo Victoria bigam moderatur, & inscriptũ est: C. TITINI. altera parte impressam habet victoriam cum hoc numero: xvi. ex quo colligitur denariorũ flandorum curatorem fuisse, cùm Hannibale vrgente asses vnciales facti sunt, placuitq; denarium sexdecim denarijs permutari: quinarium octonis, sestertium quaternis. Titiorum numi tres altera parte Pegasum habent impressum cum inscriptione: Q. TITI. A tera prior virum barbatum, alter imberbem, tertius victoriam. Pegasus autem adduxit quosdam, vt ad Titium poëtam, de quo meminit Horatius ad Iulium Florum, referendos hos denarios putarint. Eius versus sunt hi: *Titinæ.* *Titia.* *Li. 1. Epi. 3.*

Quid Titius Romana breui venturus in ora
Pindarici fontis qui non expalluit haustus?

Vt igitur Titio huic denarios huiusmodi quidam referrent, imago Pegasi etiam impulit, quæ in duobus denarijs, quadrato Hermæ imposito est: Clarorum enim & insignium aliqua virtute virorum capita Hermis imponi solent. Victoriæ quoque simulachrum in vno denariorum impressum ad Titij in poëticis certaminibus victoriam aliquam referri potest, cuiusmodi multæ Comicorum & Tragicorum poëtarum inter se certantium à Græcis, Latinisque scriptoribus celebrantur.
B Vrsino verò magis placet, si Pegasi signum, Corintho coloniæ à Cæsare Dictatore deductæ & ab Augusto postea instauratæ tribueretur: ad hanc enim fortasse respexisse Q. Titium, qui frater vel consanguineus esse potuit L. Titij, qui Tr. Mil. legionis Vernaculæ sub Cæsare ab Hirtio dicitur. Bigæ, quæ in Tituriorum quodam numo expressa est, Victoria dextra lauream ostentans, equos agitat, sub quibus appicta est galea, cum inscriptione: L. TITVRI. Altera numi parte eius simulacrum cum inscriptione est: SABIN. Fuit hic L. Titurius Sabinus argento publicè feriundo præfectus, frater forsan Q. Titurij Sabini, qui Cæsaris legatus in Gallia contra Vnellos præclara multa præstitit. Quæ fuerit Trebauia familia, non constat; eius extat denarius argenteus ab vna parte victoriæ imagine, altera quadriga insignis cum inscriptione: L. TREBAVI. ROMA. Est & quadriga in Tulliorum denario, sed equi eam trahunt soluti, & insistit victoria sinistra manu ramum lauri gestans, appictaque laurea est, cum inscriptione: M. TVLLI. Ab altera numi parte etiam pictum est victoriæ simulacrum, cum inscriptione: ROMA. Creditur spectare numus ad triumphum M. Tullio Ciceroni ob res in Cilicia benè gestas decretum, de quo ipse scribit in epistola ad Catonem, & ad Atticum. Valeriæ gentis numi duo sunt bigam ostendentes: alteri inscriptum; C. VAL. C. F. ROMA. Huic ab altera *Li. 4. de bello Alex.* *Titurioru[m] numi.* *Trebauioru[m].* *Tulliorum.* *Lib. 15.* *Lib. 5.*
C parte Victoriæ simulacrum est: alteri inscriptum: L. VALER. Ab altera parte mulier coronata conspicitur, & à tergo malleus cum inscriptione: ACISCVLVS. Varguntciæ verò gentis numus ab vna parte imaginem habet victoriæ cum inscriptione: M. VARG. Ab altera quadrigam cum inscriptione: ROMA. Vettia verò bigam, & retro eam spicam tritici, cum titulo; L. VETTIVS IVDEX. Ab altera parte T. TATII Sabini imaginem cum inscriptione: TA. SABINVS. S. C. C. Vibius Pansa Cos. cum Hirtio contra M. Antonium hostem à Senatu iudicatum missus signis ad Mutinam collatis, prælio Antonium superauit. Ad quam victoriam indicandam duos potissimum numos cudit: quorum altero ipsius simulacrum cum inscriptione: PANSA. S. ab vna parte, ab altera quadriga triumphalis: altero eadem quadriga ab vtraque parte expressa est, cum inscriptione: C. VIBIVS C. F. PANSA. Vinitiorum numi duo sunt in Augusti honorem cusi: In priori equestris est statua basi insistens, in qua sub ipso equo inscriptum est: S. P. Q. R. IMP. CAES. ab vna parte: ab altera basis sine statua, inscriptum est: S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD V. M. S. EX A. P. Q. I. S. AD A. D. Circuncirca verò scriptum: L. VINITIVS. L. F. IIIVIR. Alter ab vno latere simulacrum habet Augusti: ab altero basim supra pontem, cum duabus equi statuis. Basi inscriptum S. P. Q. R. *Valerioru[m].* *Varguntciorum.* *Vettiorum.* *Vibiorum.* *Vinitiorum.*
D IMP. CAES. Ab vtraque basis parte statua est humana. Sub ponte scriptum: L. VINITIVS. Pertinent (inquit) hi numi ad declarandos Augusti honores, qui ei ob vias munitas decreti sunt: Hi verò, vt testatur Dio, & antiquitatis monumenta confirmant, fuerunt statuæ equestres, & arcus superimpositis statuis. Basis autem, siue columnæ inscriptio, cui in priori numo superimposita est equestris statua, ex Liuio interpretari potest: S. P. Q. R. Imp. Cæsari, quòd viæ munitæ sunt ex ea pecunia, quam is ad ærarium detulit. Huic numo simillimum alium pingit Sebastianus Eritius, sed in hoc arcus sunt duo, & vterq; superimpositam habet statuam equestrem, item equitem dextra lanceas, sinistra scutum ostentantem: Inter vtrumq; arcum, scriptum est: QVOD VIAE MVN. SVNT. Altera numi parte Augustus ipse imberbis pictus est cum inscriptione: S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO. Eadem imago cum eadem inscriptione in alio quoq; denario exhibetur, qui ab altero latere arcum ostendit duplicem, alterum scilicet alteri superimpositum, in cuius vertice currus conspicitur triumphalis, cuius moderatorem victoria à tergo astans laurea donat. Inscriptum similiter numo: QVOD. VIAE MVN. SVNT. Triumphalis autem currus

non aliam ob cauſam numo exhibetur, quàm vt indicaretur Auguſtum vijs muniendis viros triumpho dignos, vel qui aliàs triumphaſſent, præfeciſſe. Cum verò in Auguſti equeſtres ſtatuas inciderimus, non incongruum fuerit, aliarum quoque in eiuſdem Imperatoris honorem erectarum ex numorum antiquorum authoritate, mentionem facere, ac deinceps aliorum Imperatorum, qui ſimiliter Auguſti vocari voluerunt, qua in re opera vtemur Sebaſtiani Eritij, & ſi opus fuerit, etiam aliorum. Pingit itaque is aureum numum, in quo arcus conſpicitur triumphalis cum quatuor ſuperimpoſitis equis, & tribus viris, quorum vnus à tergo equorum eſt, duo à lateribus, qui inſignia ferunt militaria. Inſcriptum eſt numo ab hac parte: C I V I B. E T S I G N. M I L I T. A. P A R T. R E C V P. Hoc eſt: Ciuibus & ſignis militaribus a Parthis recuperatis: Dio author eſt, non ſolùm gratiſſimum Auguſto fuiſſe, quod ciues & militaria ſigna, quæ Craſſo & Antonio eſſent erepta, citra vllum certamen recuperaſſet, verum etiam templum Martis vltoris in Capitolio ad imitationem Iouis Feretrij, qua ſigna ea militaria ſuſpenderentur, decreuiſſe, equoque ouantem in vrbem inuectum, ac fornice trophæum geſtante honoratum fuiſſe. Ab altera numi parte Auguſti imago eſt, cum inſcriptione: IMP. CÆSARI AVG. COS. XI. TRI. POT. VI. S. P. Q. R.

Lib. 54.

Eſt & alius eiuſdem Auguſti numus argenteus cum inſcriptione: C. C AE S A R. . . qui ab altera parte cum ephippiato equo inſidentem oſtendit, perniciſſimeque equitantem, cum inſcriptione: P O P V L. I V S S V. Cuius enim fuit, cùm iuſſu populi equeſtris illi erigeretur ſtatua, cuius mentio apud Paterculum, his verbis: Mox cum Antonius occurriſſet exercitui, quem ex tranſmarinis prouincijs Brundusium venire iuſſerat, Legio Martia & quarta, cognita & Senatus voluntate & tanti iuuenis indole, ſublatis ſignis ad Cæſarem ſe contulerunt. Eum Senatus honoratum equeſtri ſtatua, quæ hodieque in roſtris poſita ætatem eius ſcriptura indicat, (qui honor non alij per CCC. annos, quam L. Syllæ, & Cn. Pompeio, & C. Cæſari contigerat) pro P. R. vna cum conſulibus deſignatis, Hirtio & Panſa bellum cum Antonio gerere iuſſit. Eſt & argenteus numus cum inſcriptione ab vna parte: A V G V S T V S D I V I F. Ab altera ſtatuam oſtendens equeſtrem, cum tribus militaribus inſignibus, ſcriptum eſt: C. CAE S A R. A V G V S T I. F. Fritius in honorem Auguſti cuſum putat; AEneas Vicus in honorem Caij, quod mihi quoque videtur: cùm certum ſit tunc cuſum eſſe, cùm Caium Auguſtus in prouinciam, quæ tunc Armenia mitteret. Numiſma Tib. Claudij cum eius effigie laureata & inſcriptione: T I B. C L A V D I V S C A E S A R. A V G V S T. P. M. T R. P. I M P E R A T. Ab altera parte equeſtrem oſtendit ſtatuam in medio duorum trophæorum, G ſpolijs hoſtium onuſtorum, pulcherrimo ſuperimpoſitam arcui. Inſcriptum huic parti: N E R O C L A V D I V S D R V S V S G E R M A N. I M P. S. C. Excuſum fuit hoc numiſma in Claudij honorem ob ſubactam Britanniam, de qua magnificè triumphauit. Niſi dicamus arcum illum eſſe, quem Neroni Druſo Claudij patri Senatus dicauerat, cum triumphans ex Germania Vrbem iniret. Neronis verò numus, ſimiliter inſcriptus ab vna parte: N E R O C L A V D I V S C A E S. A V G V S T. G E R M. P. M. T R. P. I M P E R. P. P. Arcum quidem etiam habet triumphalem, ſed quatuor ei ſuper impoſiti ſunt equi, cum ſtatuis hinc inde humanis & victoriæ cum inſcriptione: S. C. De Neronis triumpho de Parthis, quem numus exprimit, meminit his verbis Corn. Tacitus: *Ob hac conſalutatus Imperator Nero, & Senatusconſulto ſupplicationes habitæ, ſtatuaque & arcus & continui Conſulatus principi, &c.* Eſt & alius numus in eiuſdem Neronis honorem excuſus, qui ab vna parte eius effigiem, palmamque exhibet, cum inſcriptione: I M P. N E R O C A E S A R A V G. P. M A X. Altera parte eundem Neronem equo inſidentem & duos proſtratos viros lancea transfigentem. Alio item quadrigam agitans, ſiniſtra palmam geſtat. Inſcriptum numo E V T H Y M I V S. Quantopere autem Nero ludis Circenſibus, quibus quadrigæ certabant, delectaretur, H meminit Tranquillus, cùm inquit: *Equorum ſtudio vel præcipuè ab ineunte ætate flagrauit, plurimuſque illi ſermo, de Circenſibus erat, & quondam tractum praſinum agitatorem inter condiſcipulos querens obiurgante pædagogo, de Hectore ſe loqui ementitus eſt. Sed cùm inter initia imperij eburneis quadrigis quotidiè in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenſes ſeceſſu commeabat &c.* Vt verò Neronis in hoc certamine eximia indicaretur peritia, addita eſt inſcriptio, E V T H Y M I V S. Hic n. quadrigarius in Olympiæ ludis fuit celeberrimus: Meminit eius Plin. his verbis: *Conſecratus eſt viuus, ſententia oraculi eiuſdem iuſſu, & Iouis Deorum ſummi aſtipulatu, Euthymus Pycta, ſemper Olympiæ victor & ſemel victus &c.* Eſt denique alius adhuc numus in eiuſdem Neronis honorem cuſus; in cuius parte vna eius conſpicitur effigies, cum palma & inſcriptione: I M P. N E R O C A E S A R A V G. P. M A X. Altera Circus & in eo quadrigæ circum metas currentes, & curſu certantes. Eadem huius numi, quæ prioris ratio eſt. Titi quidam numus cum eius effigie ab vna parte, & inſcriptione: I M P. T. C A E S. V E S P A S. A V G. P. M. T R. P.

Caij numus

Tib. Claudij numus.

Neronis numus.

Nero. Circenſium ſtudioſus.

Euthymius quadrigarius.

Lib. 3. c. 47

Titi numus.

P. P. ab

A P. P. Ab altera parte eiusdem Imperatoris habet statuam equestrem, quæ virum quendam sub equo prostratum conculcat: Subscriptum est: S. C. Alius est eiusdem Titi Vespasiani nunumus cum eadem effigie & inscriptione eadem, altera parte ipse Titus curru vehitur triumphali, sceptrum dextra ostentans. Appicta currui ipsa victoria est, & lauri item ramus: cum inscriptione: S. C. Triumphus eo Titi exprimitur de Iudæis. Est & alius numus, cui ab vna parte inscriptum est: IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. & altero latere S. C. in quo vir quidam pedes, indutus galeam, orbem equiti præbet, Roma nimirum, aut forte Mars aut Bellona Tito: quasi monarcham creatura. Extat & Domitiani equestris statua in quodam numo æreo cum inscriptione: PRINCIP. IVVENT. S. C. in cuius similiter altera parte Domitiani etiamnum adolescentis simulacrum expressum est, & inscriptum. CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. II. Simillimus per omnia datur eiusdem Domitiani numus quidam argenteus, sed ab ea parte, in qua ipse equo vehitur, nulla est inscriptio. Vterque cusus fuisse creditur, cùm in Galliam, & vtramque Germaniam ipse cogitaret. Est & argenteus eiusdem effigie nobilis cùm inscriptione: CAES. AVG. F. DOMITIANVS. in quo ab altera parte Pegasus expressus est, cum inscriptione: COS. IIII. Huius numi duplex redditur ratio: sunt qui famæ illius quæ de eo vbique terrarum dispersa erat, typum esse volunt. Pegasus enim famæ symbolum est: alij verò ab ipsomet Domitiano cusum hunc numum conijciunt, vt se poëtices studiosum indicaret: talem enim se esse simulabat, vt testatur Suetonius. Elegantissimum quoque æreum numisma à Græcis excusum reperitur cum inscriptione ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. altera parte impressum habens arcum triumphalem, tribus portis insignem, cui superimpositæ cernuntur quadrigæ binæ, quarum vna ipse vehitur, & ab vtroque earum latere vir quidam genu flexo, & manibus post terga reuinctis, supplex astat, cum inscriptione: ΙΔ. Istiusmodi arcuum mentio est apud Suetonium his verbis: *Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Ianos arcusq; cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones vrbis tantos aut tot exstruxit, vt cuidam Græcè inscriptum arcui sit, Arcam & caluitium.* Fuit & alius ei cusus numus honoris ergò ob deuictam Germaniam, in quo ab vna parte ipse eques peditem scuto se defendentem, postratum proculcat, cum inscriptione: S. C. Ab altera parte inscriptum est: IMP. CAES. DOMIT. AVG. GER. COS. XI. CENS. PER. P. P. Simillimus quoque numus in honorem Traiani & Neruæ principis excusus extat, sed in eo tantùm à præcedenti differt, quòd prostratus scuto careat: Inscriptum huic numo S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. Altera pars imaginem eius exhibet laureatam, cum inscriptione tamen Neruæ etiam communi: IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO AVGG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Eiusdem Traiani numus quidam alius à quadam Græciæ vrbe excusus, ab vna parte Victoriam vtraque manu lauri ramum ferentem exhibet, biga vectam, symbolum videlicet victoriarum, quas contra diuersos populos obtinuit. Est & alius numus cui ab vna parte effigies Traiani expressa est, cum inscriptione: D. NERVAE. TRAIANO. AVG. Altera eques Leonem lancea transfixurus, eam rumpit, ruptaque mordicus à leone arripitur. Allusio est ad spectacula quæ C. & xx. diebus Traianus populo Rom. exhibuit, vt testatur Dio in eius vita. Qui verò eiusdem numus altera parte expressum habet Circum & in eo certantes cursu equos celetes & quadrigas bigasque, cusus est in memoriam reparati ab eo Circi, de quo meminit idem Dio his verbis: *Natura magnificus & gloriæ appetens erat: Circum collapsum ampliorem, atque etiam elegantiorem restituit: quod ideo se fecisse inscripsit, vt populum Romanum capere posset.* Reperitur denique pulcherrimum eiusdem numisma æreum, quod altero latere Vlpiam exhibet basilicam ab eo exædificatam, varijsque exornatam statuis, inter quas supremæ equestres sunt, cum inscriptione: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. In quodam Adriani numo, ipse triumphali vehitur curru: manum extendens, velut aliquid ab astante muliere (Victoria forte) accepturus. Alio quidem decursio equitum & peditum militaris exprimitur. Duos enim equites, & peditem, scutatos, hastatosque ostendit, cum inscriptione: DECVRSIO. S. C. De hac decursione dicam pòst suo loco. Ipse verò Adrianus equo vectus quodam alio numo exercitum arte militari instruit, cuius loco pedites tres militaria ferentes insignia eodem latere numi exprimuntur, cum inscriptione: EXERCITVS RAETICVS. S. C. Adrianus enim teste Aelio Spartiano, quamuis pacis magis quàm belli esset cupidus, militem quasi bellum immineret, exercebat, tolerantiæ documento eos imbuens, ipse quoq; inter manipulares vitam militarem magistrans &c. In eiusdem honorem numus alius cùm inscriptione: MAVRETANIA. S. C. cusus peditem eum repræsentat, sinistra duo gestantem spicula, dextra ferocientem equum ducentem, aut potius cohibentem. Mauritanorum enim motus compescuit, qui nisi ex equis ferè dimicant, teste Strabone, dum inquit: Pugnant frequentiùs ab equo hastati equis nudis vtentes & iunceis frenis, &c. Antinoi formosissimi adolescentis effigies thorace tenus eiusdem

Marginal notes: *Domitiani statua.* — *Famæ symbolum.* — *Traiani & Neruæ numus.* — *Adriani numus.* — *Mauritani ex equo pugnant.* — *Antinoi numi.*

Adriani puto iuſſu, (erat enim ipſi cariſſimus, & in delicijs) excuſus in quodam numo oſtenditur E
cum inſcriptione: ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟΣ, & ab altera parte equo inſidens, dextraque caduceum geſtans. Tanto autem amore Antonoi exarſit Adrianus, vt mortuo vbique terrarum diuinos exhiberi honores, inque deorum numerum referri voluerit, ſacerdoteſq́; conſtituerit, quorum vnus numum in eius honorem percuſsit, qui ab vna parte eius vultum oſtendit, cum inſcriptione: ΟΣΤΙΛΙΟΣ. ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ. Ο. ΙΕΡΕΥΣ. ΤΟΥ. ΑΝΤΙΝΟΟΥ. Hoc eſt Hoſtilius Marcellus Sacerdos Antinoi: ab altera Pegaſum erectis anterioribus pedibus, & volandi cupidiſsimum, ſed à Mercurio freno cohibitum, cum inſcriptione: ΤΟΙΣ. ΑΧΑΙΟΙΣ. ΑΝΕΘΗΚΕ. hoc eſt, Achiuis dedicauit. Antonini Pij Imp. numi ſunt duo, vnus cum inſcriptione Græca, alter Latina: ANTONINVS AVG. PIVS. P.P. TR.P. altera parte curru ipſe vehitur triumphali, cuius exterior equus ephippiatus eſt. Eſt & ſimilis numus alius, in quo Victoria equos quadriuges moderatur. Inſcriptum: VICTORIA AVG. S.C. Extat & alter numus in eiuſdem honorem factus, in quo ab vna parte eius effigies ſenili ætate expreſſa cernitur, cum inſcriptione: DIVVS ANTONINVS: ab altera ædificium pulcherrimum varijs exornatum ſtatuis, & quadriga quę verticem eius occupat: Inſcriptio eſt: CONSECRATIO. S.C. Numo huic lucem dat Iulius F
Capitolinus his verbis: *Diuus eſt appellatus, cunctis certatim adnitentibus, cùm omnes eius pietatem, clementiam, ingenium, ſanctimoniam laudarent. Decreti ſunt etiam omnes honores, qui optimis Principibus delati ſunt. Meruit & flaminem & Circenſes & templum &c.* Elegans etiam extat numus M. Antonini, in quo ab vno latere ipſe equo vectus lanceam dextra geſtat, præit armatus vnus, duo verò ſubſequuntur, cum inſcriptione: PROFECTIO AVG. S.C. Quamuis verò is ſolus ad bellum proficiſci videatur, ſocium tamen profectionis habuit L. Verum ſuum fratrem Meminit idem Capitolinus; *Profecti tamen ſunt paludati ambo Imperatores, Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus: nec parum profuit iſta profectio, cum Aquileiam vſque veniſſent.* Eſt & equeſtris ſtatua elegantiſsima alio quodam numo expreſſa cum inſcriptione: IMP. VIII. COS.IIII. P.P. ab altera parte ipſe pectore tenus expreſſus eſt cum inſcriptione: M.ANTONINVS AVG. GERM. SARM. TR.P.XXXI. Alludit numus ad pulcherrimam illam Antonini ſtatuam equeſtrem, quæ hodieq́; opera Pauli Tertij in Capitolio cernitur, cum prius forum D. Ioann. Lateranenſis occuparet. Equi iuba & procomio procerioribus præditi viri ceruicem dextra palpās, ſiniſtra longum geſtans baculum in alio Antonini numo conſpicitur: cui ſupra caput appicta eſt ſtella, con inſcriptione: TR.POT.VIIII.COS.II. Altera pars G
effigiem habet ipſius Imperatoris, ætate expreſſam iuuenili, cum inſcriptione: AVRELIVS. CAESAR. AVG. Virum cum Parrhicæ prouinciæ, ſtellam Orientis ſymbolum eſſe volunt, equum equeſtris pugnæ, qua maximè gaudent. Parthici autem belli ſub hoc Imp. Capitolinus meminit: quo profligato ipſe & frater Parthicus appellatus eſt. Ex equis verò eos bellare meminit Dio: *Armatura* (inquit) *eorum, vſuſq́. armorum talis eſt: Scuto nihil tribuunt, ſed ſagittis iaculiſq́. ipſi equites vtuntur, armatiq́. maiori ex parte: Pedites inter eos pauci ſunt, ijq́. infirmiores, ſed & ipſi ſagittarij, ad quod à pueritia exercentur, cœlo ipſis ſuo ac regione ad vtrunque conducente. Regio enim plana, vt primùm eſt, & cùm ad alendos equos, tum ad equitandum aptiſsima. Itaque armenta tota equorum in bellis ducunt, vt ſubinde mutatis equis, ſubitò ex longinquo adequitare, rurſuſq́. repente procul referre pedem poſsint.* L. Veri Imp. numus altera ſui parte oſtendit rogum funebrem, cuius vertici ſuperimpoſita eſt quadriga, cum inſcriptione: CONSECRATIO. S.C. Inter Diuos enim is quoque conſecratus eſt. Eiuſdem imagine illuſtris numus alius, ab altera parte Perſeum oſtendit Pegaſo volante vectum, & feræ pugnanti bicipiti, aliàs leonis ſpecie: cum inſcriptione: CLICOR. Virtutis is vitiorum domitricis ſymbolum eſt Explicatque hunc numum dilucidiſsimè emblema hoc Alciati: H

Antonini Pij numi.

Parthorum pugna. Lib. 40.

Veri numus

Virtus vitiorum domitrix.

Bellerophon vt fortis eques ſuperare Chimæram,
Et Lycij potuit ſternere monſtra ſoli.
Sic tu Pegaſeis vectus petis æthera pennis,
Conſilioq́. animi monſtra ſuperba domas.

Commodi numus.
Latinus Hercules.

Aliter verò interpretantur Commodi Imp. numum, in quo ipſe equo inſidens occurrentem iaculo leonem conficere minatur. Aiunt enim Lampridij teſtimonio ferarum diuerſarum ſua manu multa millia occidiſſe, ideoq́; & Latinum Herculem nominatum fuiſſe. Inſcriptum huic numi lateri: VIRT. AVGVSTI COS. SC. alteri in quo eius effigies: ANTONINVS. COMMODVS. ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVG. BRIT. alteri, in quo ipſe triumphali curru vectus triumphat: P.M. TR. P.XI. IMP. VII. COS.V. P.P. Britannicus autem dictus ab adulatoribus, quod de Britannis per legatos domitis triumphum duxiſſet. Eſt & alius numus ſimiliter eius imaginem ſed armato pectore oſtendens, cum inſcriptione:

L.AV-

A L. AVREL. COMMODVS. AVG. TR. P. IIII. altera verò parte ipse equo insidens lanceam dextra gerit, & præeuntem militem armatum insequitur; alijque armati sequuntur eũ. Inscriptum huic lateri: PROFECTIO AVG. Cusus fuit hic numus, cùm vnà cum patre ad bellum proficisceretur Germanicum: cuius profectionis mentio est in Lampridio: E contrario Septimio Seuero post multa confecta feliciter bella in Vrbem reduci cusus fuit numus, in quo ipse equo insidens, præeuntem militem armatum & insigne militare ferentem insequitur, cum inscriptione: ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. In eiusdem honorem factus numus alius altera parte nauem habet onustam militibus, item quadrigas, diuersaque animalia quadrupeda, cum inscriptione: LAETITIA TEMPORVM. Ostendit numus eximiam Seueri munificentiam atque liberalitatem in exhibendis populo spectaculis. Antonini Caracallæ equo vecti, dextra militare quoddam insigne gestantis numus, præeuntem etiam, alterumque subsequentem militem, armatum vtrumque & similiter militare insigne ferentem ostendit, cum inscriptione: S. C. cæterùm euntemne ad bellum, aut à confecto eo reducem exprimere voluerint, non satis constat. Ad Parthos superandos profectum, de ijsque triumphasse certum est: id quod alter quidam numus à Græciæ quadam vrbe factus testatur, in quo ipse Caracalla curru

Sept. Seueri numus.

Caracalla numus.

B triumphali vehitur, dextra militare signum Aquilam ferens: cum inscriptione: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Est & aliud numisma eidem Caracallæ in Græcia dicatum, sed fratri Getæ commune, in quo ab vna parte vtriusque effigies expressa est, cum inscriptione: ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, ΛΟΥ. ϹΕΠΤΙΜΙΟϹ ΓΕΤΑϹ. ΚΑΙϹΑΡ. altera statua equestris, cui vir quidam substratus est: appictumque insuper trophæum cum inscriptione, ΕΠΙ. ϹΡΑΤΗΓΟ. ΥΛΙΡΡΙΟΥ. . . ΕΛΑΙΤΩΝ. Alludit numus ad victoriam quam contra Pescennium Nigrum Seuerus eorum parens obtinuit. Elegantissimus verò eiusdem Getæ numus æreus cum eius effigie ab vna parte & inscriptione. GETA. CAESAR PONTIFEX, altera parte equites ostendit tres, quorum vnus præcurrens subsequentes alloquitur: Inscriptum hic PRINC. IVVENT. Exprimi hoc numo Troiæ lusum existimant periti, de quo suo loco. Macrini effigies lauro coronata cum inscriptione: IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. æneo numo exhibetur; in cuius parte altera ipse Macrinus curru triumphali vectus à Victoria coronatur, cum inscriptione: S.C. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P.P. Antonini Eliogabali numo currus scutum vehens, in quo Aquila Romanorum

Getæ numus.

Macrini numus.

Eliogabali.

C insigne militare depingitur, à quinque trahitur equis, cum inscriptione populi qui cum honoris causa excudit, ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΦΕϹΙΩΝ. Delectabatur autem Eliogabalus equorum quadrigarumq; cursu, vt testatum reliquit his verbis Lampridius: *Dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas & rhedas*, Et alias: *Quadrigas Circensium in triclinijs & in porticibus sibi semper exhibuit*. Alexander verò Seuerus a Parthico bello victor reuersus, de Parthis pulcherrimum egit triumphum, qui quoque numo aliquo expressus cernitur, in quo ille triumphali curru vehitur, cum inscriptione. P.M. TR. P. VIII. COS. III. P.P. Eiusdem etiam honoris causa factus, alius numus, in quo equo proficiscentem præcedit victoria, & inscriptio est: PROFECTIO AVGVSTI. S. C. Profectio autem fuit in Persas; quibus bello superatis alium cudit numum, in quo ipse capite leonina pelle obtecto expressus cernitur, cũ inscriptione: ALEXANDER. altera parte in Circo maximo, cum suis metis & obelisco medium locum occupante, bigarum, quadrigarumq; & celetum equorum certamen editur. Ludos ipse vocat apud Lampridium, Persicos: *Quirites* (inquit) *vicimus Persas, milites diuites reduximus, vobis congiarium pollicemur, cras ludos Circenses Persicos dabimus.* Maximini numus, in quo ipse vna parte depictus est, cum inscriptione IMP. MAXIMINVS PIVS AVG. ab alia parte quadrigam habet, qua ipse

Seueri numus.

Ludi Persici

Maximini numus.

D triumphans, manuq; altera lauri ramum gestans vehitur, & ab astante Victoria coronatur, triumphum suum expressit, quem ob debellatos egit Germanos. Inscriptum est huic lateri: TR. P. II. COS. S. C. Iam verò ipso debellato Maximino, à Gordiano, Pupieno & Balbino, Romani triumphũ hisce decreuerũt, idq; excusa in numo quodã quadriga, qua Gordianus vehitur, diuulgarunt: equestresq; statuas quoque posuerunt, quales etiam alio numo exprimuntur cum eadem planè inscriptione: P.M. TR P. III. COS. P.P. Curruum triumphalium istorum, statuarumq; meminit Capitolinus his verbis: *Eraso nomine Maximinorum, appellatisq; diuis Gordianis victoriæ causa Principibus nostris, Maximo, Balbino, & Gordiano statuas cum elephantis decernimus, statuas equestres decernimus, trophæa decernimus.* Philippi quoque numus cum inscriptione: IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. ab altere parte habet statuam equestrem laureatam, & sinistra spiculum ferentem; cum inscriptione: ADVENTVS AVGG. S.C. Is enim cum filio compositis in Persia feliciter rebus victor reuersus hoc honore à populo Ro: affectus est. Eadem inscriptio quoque sed sine S.C. in alio quoque numo est, in quo verò equestres statuæ sunt duæ, quas Victoria præit, & armatus miles subsequitur. Altero numi latere vtriusque Philippi imago est, cum

Gordiani numus.


Philippi numus.

eſt, cum inſcriptione: CONCORDIA AVGVSTORVM. Eſt & alius numus, qui vna parte præter vtrumque Philippum, Marciam Otacilam, quæ ſenioris erat vxor, exhibet, altera currum triumphalem, quo vterque Imperator vectus à Victoria coronatur: Elegans etiam numus vtriuſque Galli Treboniani patris & Voluſiani filij imagine illuſtris altera parte equeſtres habet ſtatuas duas, quarum vna ſignum gerit militare: ſubſequuntur milites armati duo, præcedit equitantes Victoria: Inſcriptum numo: ADVENTVS AVGG. Magno verò illi Conſtantino poſt multis prælijs deuictos Sarmatas & Gothos Thraciam diripientes cuſus fuit numus, in quo ab vna parte ipſe feliciſſimè dipingitur, cum inſcriptione: VICT. CONSTANTINVS AVG. Ab altera ipſe equo inſidens proſtratum hominem transfigit; cum inſcriptione: DEBELLATORI. GENT. BARBARAR. E

Galli Treboniani numus

Conſtantini.

VSVS IN VECTIONE.



EQVVM vehendi cauſa, arandi bouem, venandi & cuſtodiendi canem, natum eſſe perhibet Cicero. Vectio autem quæ fit per equum, potiſſimum duplex eſt. Nam vel ipſo aliquid dorſo ſuo vehit, vel currui iunctus id trahendo promouet, vnde & currus ipſos etiam vehicula dicimus. Vtroque modo vel ipſos nos vehit homines, vel ſarcinas: de qua poſteriori vectione hac ferè rubrica agemus, quandoquidem hæc meo iudicio propriè de iumenti vectione intelligitur: in hoc enim ſenſu Varro videtur dixiſſe: *Equi alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam: itaque peritus belli alios eligit atque alit, ac docet; aliter quadrigarius ac deſultor: Neque idem qui vectarios facere vult.* Budæus eleganter iſtiuſmodi equos diuidit in ſarcinarios, & iugales: ſed iugalium duplex eſt genus, nobile vnum, cuius in equeſtribus certaminibus vſus eſt, de quo mox ſuo loco, alterum ignobile de quo hic intelligimus. Sarcinariorum ſiue dorſuariorum etiam duo ſunt genera: alij enim ſarcinas non ferunt, niſi priùs clitellati ſint, vnde & clitellarij nuncupantur. Sunt autem clitellæ, quibus ſarcinæ colligatæ iumentis portantur: alij nudo ferunt dorſo, vt qui per vrbes farinam gerunt. Clitellati, etiam vocantur ſagmarij à ſagmate, quod ſtratum ſignificat, cui onera aptantur. Sagma (inquit Iſidorus) quod corruptè vulgo ſelma dicitur, ſtratum ſagorum vocatur, vnde caballus ſagmarius, mula ſagmaria. Suidas: σαγμάρια τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα τυλδοντὰ βαςάζοντα τὴν ἀποσκευὴν τῶν ἱππευόντων. Apud Lampridium equi ſaginarij aliquoties mentio eſt. Turnebus legit ſagmarij. Seneca Græco vocabulo hippoperas vocat ſarcinas, quæ à tergo equi geſtantur, quaſi dicas peras & manticas equeſtres. Volaterranus canterios, equos videlicet caſtratos vecturæ optimos eſſe aſſerit. Noſtroque tempore Tartari, vt refert Sigiſmundus Baro, caſtratos tantùm equos habent, quòd tales arbitrentur plus laboris inediæque ferre poſſe. Iſtiuſmodi vectarijs equis robur eſſe oportet: quamuis ad vecturas plerumque dentur effœti annis, aut læſi, qui illis operis reliquas vires conficiunt. Neq; eſt tanta noſtri temporis humanitas, vt ocioſus alatur equus; poſtquàm conſenuerit, & vires amiſerit, vtque non turpi ſenectæ illius, quod Maro fieri oportere cenſuit, ignoſcatur abdito domi. Eadem & apud antiquos equorum conditio fuit, vt in prouerbio, ἵππου γῆρας, id eſt equi ſenecta, diximus. Qui ad currum iunguntur curules nominantur ab ipſo curru, quem trahunt, à quo & ſellam curulem vocari legimus: Nam Senatores qui curulem magiſtratum hoc eſt, maiorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam vehi ſoliti ſunt curru, in quo ſella erat eburnea, ſupra quam conſidebant, vt ſcribit A. Gellius. Legimus verò apud Vegetium iumenta curulia. Albertus inuſitato vocabulo equos ad fugam & inſecutionem aptos curriles vocat. Curules equos Feſtus exponit quadrigales. Sunt tamen currus aliquot ſpecies, quæ nomen immutant. A biga enim biiuges & bigarij, à carruca carrucarij, à carpento carpentarij, à rheda rhedarij, à cilio ciſiarij, appellantur. Hoc interim certum eſt, currum, etſi generale ſit nomen, per excellentiam pro quadrigis poni, vt & ἅρμα apud Græcos. Plinius tradit Erichthonium primum quadrigis vſum fuiſſe. Scholiaſtes Pindari ἅρμα id eſt currum ab eo inuentum ait. Eſt autem quadriga quatuor equis iunctus currus: hinc Virgilius de eodem Erichthonio: F G H

Li. 2. de na. deorum.
Vectio duplex.
Equorum vectariorum genera.
Lib. 5. de aſſe.
Sarcinarij.
Clitellati.
Sagmarij.
Lib. 30. 16.
Curules.
Lib. 3. c. 18.
Curriles.
Currus quid propriè.
Quadriga.

Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Iungere equos, rapidiſq; rotis inſiſtere victor.

Scribit itaque Gellius, Cæſarem quadrigas, etiamſi currus vnus, equorum quatuor iunctorum agmen vnum ſit, pluratiuo numero ſemper dicendas putare. Dicimus tamen etiam quadrigam, vt conſtat ex hoc Iulij Capitolini: *Quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ ſunt, vtpote qui Perſas viciſſet, vt triumpho Perſico triumpharet: Miſit heo autem quadriga equorum & triumphalis currus.* Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur ipſi equi, qui quadrigas agunt. Plautus:

Lib. 19. c. 8.

Nam

A *Nam si huic occasioni tempus se subduxerit:* In Asinaria.

Numquam pol indipiscet quadrigis albis postea. Quadriga pro equo.

Vbi quadrigas albas vocat equos Veneris, qui erant albi & citi: vt sit sensus: etiamsi currum Veneris ab alitibus vectum, & per hoc summæ celeritatis, conscenderet, & sequi vellet iam amissam occasionem, nunquam eam consequeretur. In eodem sensu Virgilius:

Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ Aeneid 8.

Distulerant. 7. Paneg.

Item Claudianus:

Velut ordine rupto

Cùm procul insanæ veherent Phaetonta quadrigæ. Equi pro quadrigis.

Accipiuntur autem equi pro ipsis quadrigis, quòd his iuncti celeriori cursu ferantur, illi videlicet, qui in sacris certaminibus currunt: Mentio est apud Columellam: *Vnde sacrorum certaminum* (inquit) *studiosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti obseruatione custodiunt, & spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Hinc nauibus atq; quadrigis* dixit Horatius, alij *citis quadrigis*, alij *Iouis quadrigis* pro summo studio, summaque festinatione: sed Lib. 3. c. 9.

B de his quadrigis equisque postea. Quod verò ad inuentionem quadrigæ spectat, Cicero Mineruam scribit quadrigarum inuentricem ferri. Ait itaque Eusebius libro temporum Erichthonium primum quadrigas iunxisse, sed in Græcia tantùm: nam apud gentes alias iam tum fuisse, certissimis probari argumentis posse tradit Rhodiginus: & apud Isidorum legimus, Cisternem Sicyonium equos quadrigarum medios, eosque singulos ex vtraq; parte simplici vinculo primum applicuisse. Quia verò quadriga quatuor iunctorum equorum est, eleganter a Græcis τέθριππον appellatur, & τεθριπποβάται qui ea vehuntur, & τέτρωρον, siue τέτρωρον ἅρμα, siue τέτρωρος ὄχος, quasi quadriiugus currus, id est, in quo quatuor equi iuncti sunt, ab ἄορ significante συζυγοῦσι, vt ait Eustathius: quamuis Varinus dictum velit παρὰ τὸ ἀρτήσαι καὶ ἁρμόσαι τοὺς ἵππους αὐτῷ. Ita & quadriiugum currum vocauit Virgilius: Equos verò similiter τετράορας dicunt. Τετράορα, inquiunt Varinus & Hesychius, τέσσαρες ἵπποι τῷ τεθρίππῳ ὑπεζευγμένοι: Latini quadriiugos siue quadriiuges: Ouidius: Lib. 3. de nat. deor. Quadrigarũ inuentio. Lib. 13. c. 7.

——— Tritumque relinquunt Metam. 2.

Quadriiuges spatium, nec quo prius, ordine currunt. Equorum à curribus nomina.

C Virgilius:

Quadriiuges in equos, aduersaque pectora tendis.

Sic & seiuges dicimus, triiuges, & biiuges, à triga & biga, Seiuges verò propriè dictum currum non habent. Biiuges siue biiugos, bigarios etiam dicunt. Liuius etiam bigatos, Homerus δίζυγας. Hos in Hetruria dextrarios vocari Hermolaus testatur. Τρίπωλον ἅρμα currus est a tribus equis tractus, ἑξάπωλοι equi qui currum sex equorum ducunt. Zygios dicimus, qui iugum subeunt, pareoros qui latera stipant: ὑποζύγια quæcumque iumenta: nam Ζυγὸς id est iugum vocari potest teste Polluce, quicquid iunctum est, etiamsi ex tribus aut quatuor iumentis fuerit. Latini poetæ tamen iugales absolute de equis dicunt: Callimachus ζευγήτιδας ἵππους, Plinius subiuges carpento equas. Quatuor equos Scholia Homeri duas bigas & quadrigam interpretantur: sed quadriga currus vocatur plenus & perfectus, biga non plenus. Bigam Græci συνωρίδα vocant, vt constat ex hoc Hesychij: Συνωρὶς, ἅρμα δίπωλον, ἐκ δύο ἵππων, ἢ συζυγία, δυάς. Synoris inquit interpres Aristophanis in Nebulis, citante Cælio, est currus non plenus, sed ex duobus iunctis equis, quem nunc δίφρον vocamus, quanquam eo propriè dicitur nomine in curru pars, vbi cum parabate versatur auriga, vnde etiam inclinatur quasi διοφόρος, id est duos ferens, vt author Biga quid.

D est Eustathius. Idem Cælius synorida fuisse ait bigam è duobus equis non pullis sed adultis, quanquam post è pullis quoque (inquit) iuncta est. Atque inueniri se apud Aristotelem in libro de mundo, etiam in bello vsos synoride. Scribitur aliter per ξ. ξυνωρὶς & dicitur etiam de alijs animantibus, siquidem apud Heliodorum legimus, ταύρων ξυνωρὶς, & alibi βοῶν, pro dyade simpliciter, & Varinus ξυνωρίδα, inquit, ζεῦγος, κυρίως ἐπὶ τῶν ἡμιόνων, ἢ ἐκ δύο ἵππων λέγουσι. Hesychius addit, ὀρεὺς γὰρ ἡμίονος, quasi etymologiam vel compositionis rationem afferens: cæterùm ξυνωρὶς a mulis dici nequaquam videtur. Rheda vocabulum Gallicum, genus erat leuiculi currus: Erat & petoritum Gallicum, vt docemur à Quintiliano: *Plurima* (inquit) *Gallica valuerunt, vt rheda & petoritum.* Et rursus: *Cum sit epi præpositio Græca, rheda Gallicum, nec Græcus tamen, nec Gallus vtitur composito: Romani suum ex vtroque fecerunt.* Cum Rhedis nostros cocchios siue caroccias similitudinem habere inquiunt. Hoc tamen interesse volunt, quòd nostro tempore equis vtamur, cùm veterum rhedæ à mulis ferè traherentur, vt apud Græcos ἀπήνη: nam rhedarium equum (vt Grapaldus vocat) apud veteres non inuenias, vt mulum rhedarium. Varro: *Celerius voluntate Hortensij ex equilis educeres rhedarios, vt tibi haberes mulos, quàm è piscina* Synoris. Rheda. Petoritum. Lib. 1.

Epist. 6. ad Attic. à *piscina barbatum mullum.* Fuisse tamen in eisdem equorum vsum manifestè docet M. Tullius, inquiens: *Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta.* Suetonius de Cæsare: Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies: Quod equorum, non mulorum fuerit. Et eporhedicæ teste Plinio Gallica etiam vox, bonos equorum domitores significat. Falluntur autem, dum cum nostris caroccijs eandem arbitrantur, nam rheda binis tantùm constabat rotis. A rheda nihil ferè, vel saltem parum differre puto Cisium, genus nimirum vehiculi biroti vt inquit Nonius, & ad celeritatem similiter comparatum, vt ex Cicerone constat: *Cisio (inquit) celeriter ad vrbem vectus:* & alibi: *Decem horis nocturnis, sex & quinquaginta millia passuum cisijs peruolauit.* Cum hoc eandem esse aiunt carrucam. Nec multum puto differre carpentum, nam & hoc a celeritate volucre vocatur a Iuuenale: *Volucri Carpento rapitur pinguis Damasippus.* Eratque eius quoque vsus in bello, vt apud Liuium legimus. Eiusdem præterea generis fuisse quoque conijcio pilentum, quamquam hoc priuatim ad matronas pertinere non dubitem: nam id clarè docet Festus: *Pilentum.* (inquit) *vehiculi genus, quo matronæ ferebantur:* Sunt qui pilentum cum petorito, item cum essedo idem existimant: Horatius verò distinguit:

Cisium. *Carpentum.* *Pilentum.* *Sat. 8.* *Lib. 1.* *Pilentum.*

Esseda festinant, pilenta, petorita, naues.

F

Sed fieri potest, vt in eo conueniant, quòd quatuor constent rotis, operimenti verò materia varient. Pilenta mulorum fuisse manifestò testatur poëta Ausonius, dum ait:

Inuenies præsto subiuncta petorita mulis. Et alias.
Cornipedes rapiant imposita petorita mulæ,
Vel Cisio triiugi si placet, insilias. Et rursus.
Canteri moneo, malè nota petorita vites
Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.

Et mulam carrucariam dixit Vlpianus ff. de ædilitio edicto, quasi & carrucis mulæ iungerentur. Sunt autem Gallica nomina Gallicorum vehiculorum vt partim ex Quintiliano, partim ex M. Varrone constat. *Plurima Gallica* (inquit ille) *valuerunt, vt rheda & petoritum quoque.* Hic petoritum Gallicum vocabulum genus vehiculi, apud Belgas Galliæ ciuitatem repertum scribit, & sua ætate in consuetudinem primùm venisse. Quod si quis pilentum vulgò interpretaretur carocciam è cingulis pendentem, is meo iudicio non erraret: mollia enim pilenta vocauit Poëta:

Aeneid. 8.

-----*Castæ ducebant sacra per vrbem*
Pilentis matres in mollibus.

G

Id est, vt vertunt doctiores interpretes, pensilibus: quales nimirum à nobilioribus matronis hodieque expetuntur, vti & olim: Claudianus de nuptijs Honorij:

Ante fores iam pompa sonat, pilentaque sacra
Præradiant ductura nurum.

Lib. 5. Liuius pilenta matronis a Senatu ob munificentiam concessa tradit his verbis: *Honoremq́; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento* (codices impressi habent plaustro, vetus exemplar pilento,) *ad sacra ludosq́; carpentis festo, profestoq́; vterentur.* Istiusmodi vehicula vndique tecta & munita arcendæ aëris iniuriæ camerata dici possunt, sicut & gestatorium Suetonio dictum, Iuuenali lectica. Erat & aliud Gallicum vehiculi genus Benna nuncupatum, a quo combennones dictos esse legimus apud Festum socios (compagnos) in eadem benna sedentes. Tales puto esse carros Polonorum & Brabantinorum, sine operimẽto ex viminibus ferè. Vilissimum plaustrum, vel plostrum vt Columella loquitur, quo videlicet fimus conuehi solet. Oscorum lingua teste Festo vehia dicebatur. Veches verò vel vehis est quantum fœni vel fimi vna vectura in plaustris vel alijs instrumentis ferre possumus. Vtuntur hac voce Plinius & Columella. Differt ab omnibus traha vel trahea, Caret enim rotis. Erant & sacra vehicula, quæ thensæ dicebantur, quarum etiam icones aliquot inter numismata recensuimus: quam à mulis tractam fuisse Nonius indicat his verbis: *Vnde thensam atq́; mulos sine eam pedibus grassari.* Ad omnia isthæc vehicula conducenda trahendaue equorum vsus est, vel saltem esse potest. De rhedis id ostensum antea: quibus adde ex Iuuenale: *Triroq́; trahunt epirhedia collo Segnipedes.* De essedis Virgilius: *Gallica vel molli melius feret esseda collo.* In his tamen mulorum quoque vsus fuit, vt constat ex Claudiano: vbi de Gallicis mulabus loquitur: vti & in carpentis; Liuiæ enim Augustæ carpento muli iuncti conspiciuntur in antiquo eius numismate. Nero verò teste Plinio ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas. Fortassis equos viri, matronæ mulos iungebant. Sipontinus carpentarium equum interpretatur qui carpenta ducit, & fabrum qui facit. Ab hisce rursus rhedis & carpentis differunt illa de quibus loquitur his verbis Pausanias: *Ad carpentum iungebantur equæ dossuariæ, è quibus extremo curriculo desilientes sessores prehensis manu frenis ad metam cursitabant, qui mos ætate mea seruatur ab ijs qui Anabatæ vocantur. Inter rhedarum & carpentorum aurigas*

H

Equus carpentarius.

rigas

A *rigas tantum interest, quod his alia sunt insignia, & masculos equos agitabant. Rhedam trahebant muli iugales bini, inuento neque prisco neque eleganti, & aliqui antiquitus inter portenta Eleis muli fuerunt, atque adeò vt animal id intra fines ali religio esset.* Hæc ille, vehiculorum quædam genera intelligens, quibus in Olympijs certabatur. Cæterùm cùm simpliciter carpentum in Romana historia nominatur, tunc puto, illud intelligendum, quo matronæ per vrbem vehebantur. Dictum est enim carpentum quasi carmentum à Carmenta Euandri matre, vt notum ex primo Fastorum, vbi Ouidius ait:

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor. Manni.

Manni autem etiam potissimum ad hæc nobiliora vehicula eligebantur, vt licet conijcere ex hoc Ouidij: Amor. 2.16

Paruaq; quam primum rapientibus esseda mannis
Ipse per admissas concute lora iubas.

Huc spectat hoc Lucretij: Lib. 3. de re. nat.

B *Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille,*
Esse domi quem pertæsum est, subitoq; reuertit
Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse,
Curris agens mannos ad villam hic præcipitanter.

Necnon hoc Horatij in Menam inuecti, qui olim seruus, nunc dominus nobili vectus vehiculo principum virorum more ad villam proficiscitur:

Sectus flagellis hic triumuiralibus
Præconis ad fastidium.
Arat Falerni mille fundi iugera
Et Appiam mannis terit.

Idem aliàs inquit:

Rumpat & serpens iter institutum Lib. 3. Car.
Si per obliquum similis sagitta Od. 28.
Terruit mannos.

Et rursus alibi:

C *——— Etiam certus conuiua iubetur* Lib. 1. Epist.
Rura suburbana indoctis comes ire Latinis
Impositus mannis.

Erant autem manni ad hunc vsum detonsi, quod discimus ex hoc Propertij: Lib. 4.

Hac mea detonsis auecta est Cynthia mannis.

Cæterùm ne quis penes Romanos tantùm equorum in vehiculis vsum fuisse arbitretur, is & ex Euripide discat, idem etiam à Græcis priscis factum, vbi matrona exitura è vehiculo, famulas monet, vt aliæ descensum iuuent, aliæ ex aduerso equis se opponant, vt si timore aliquo affecti, fugam minantes cohibeant: In Ephigenia.

Καὶ μοὶ χέρος (inquit) τις ἐνδότω στηρίγματα
Τᾶχυ ἀπήνης, ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.
Αἱ δ' ἐς τὸ πρόσθεν στῆτε πωλικῶν ζυγῶν. Equis vehi
Φορβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικὸν, id est periculosum

Et mihi aliqua manum subijciat fulcimina
Vt sedem currus relinquam commodè.

D *Aliæ autem equis state aduersæ iugis*
Terrifica enim res est oculus equi ferox.

Eleganter etiam Seneca Tragœdus Hippolyti exemplo docet, quàm periculosum sit equis vehi vehiculo iunctis:

Inobsequentes protinus frenis equi
Rapuere currum: iamque deerrantes via
Quacumque pauidos rapidus euexit furor,
Hac ire pergunt; seque per scopulos agunt.
At ille qualis turbido rector mari
Ratem retentat, ne det obliquum latus
Et arte fluctus fallit: haud aliter citos
Currus gubernat: ora nunc pressis trahit
Constricta frenis, terga nunc torto frequens
Verbere coërcet: Sequitur assiduus comes

 E

Nunc aqua carpens ſpatia, nunc contra obuius
Oberrat, omni parte terrorem mouens.
Non licuit vltra fugere: nam toruo obuius
Incurrit ore corniger pontis horridus,
Tum verò pauida ſonipedes mente exciti
Imperia ſoluunt, ſeque luctantur iugo
Eripere, rectique in pedes iactant onus
In ora praeceps gnatus implicuit cadens
Laqueo tenaci corpus: & quanto magis
Pugnas, ſequaces, hoc magis nodo ligat.
Senſere pecudes facinus, & curru leui
Dominante nullo, qua timor iuſſit, ruunt.
Talis per auras non ſuum agnoſcens onus
Solique falsò creditum indignans diem
Phaëtonta currus deuia excuſsit polo.

Metam. 2. Ouidius item Phaëtontis exemplo furentium curſum difficillimè cohiberi poſſe indicat: F

Parce puer ſtimulis, & fortiùs vtere loris,
Sponte ſua properant, labor eſt inhibere volantes.

Equi iugales quales eſſe debent. Sed hac de re alias etiam egimus. Vt verò ad vſum horum iumentorum ad vehicula reuertamur. Noſtro tempore nobiles ſummoperè ſtudent, vt equi vehicularij non ſolùm eiuſdem ſint coloris, verùm & magnitudine & procentate & ſi fieri licet, ætate pares, regios antiquorum mores imitantes. *Iliad. β.* Nam Homerus de equis Eumeli ſcribens ϛαφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας, magnitudine & proceritate inter ſe omnino pares fuiſſe, & quaſi ad regulam vel perpendiculum æquales docet: ſicut & à coloris ſimilitudine ὄτριχας dixerat, & à pari ætate οἰέτεας. ſed verſus eius ob elegantiam recitabo:

Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο,
Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε, ποδώκεας ὄρνιθας ὥς.
Ὄτριχας, οἰέτεας, ϛαφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας, id eſt.
Equa quidem multò praſtantiſsima Pheretiada,
Quas Eumelus agitabat pedibus veloces vt ſunt aues,
Similes pilo, coauas, velut ad perpendiculum tergo aquales. G

EMBLEMATA.

Emblema Alciati in adulari neſcientem:

Scire cupis dominos toties cur Theſſalis ora
Mutet, & vt varios quarat habere duces?
Neſcit adulari, cuiquamve obtrudere palpum,
Regia quem morem principis omnis habet.
Sed veluti ingenuus ſonipes, dorſo excutit omnem,
Qui moderari ipſum neſciat hippocomum.
Nec ſeruire tamen domino fas, vltio ſola eſt
Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.

Carneadis dictum. Sumptum eſt emblema ex Plutarcho de diſcrimine adulatoris. Pulchrè igitur (inquit) Carneades, qui diuitum & regum filios nihil rectiùs diſcere, quam equitare affirmabat. Præceptor enim „ illis inter litterarum exercitationes palpatur: illis in palæſtra ſe ſubmittunt antagoniſtæ, vincique H „ ſinunt. Attamen equus qui ſitne princeps an priuatus, diues an pauper ſeſſor ignorat, dorſo „ excutit indoctum moderatorem. Aliud eiuſdem inſcriptum, temeritas.

In temeritatem.

In praeceps rapitur, fruſtra quoq; tendit habenas,
Auriga: effreni quem regit oris equus:
Hunc facilè huic credas, ratio quem nulla gubernat,
Et temere proprio ducitur arbitrio.

Lib. 1. de vita Moſis. Apparet Philoni Iudæo acceptum referendum eſſe, qui nimirum ſimiliter ſcribit: In vniuerſum dabat operam, vt ad primos impetus animi reſiſteret, quaſi contumacem equum obſeruans: ni- » mirum, ne inuito auriga ratione curſum plus ſatis accelerantes confunderent, perturbarentque » omnia. Hæ ſunt enim bonorum & malorum origines: bonorum, ſi ratio teneat imperium: con- *In temerarios.* trarium, ſi affectus dediſcant obedientiam. Aliud in temerarios:

Aſpicis aurigam currus Phaëtonta paterni,

Igniuomos

A *Igniuomos ausum flectere Solis equos.*
Maxima qui postquam terris incendia sparsit
Et temerè incesso lapsus ab axe miser.
Sic plerique rotis fortuna ad sidera reges
Euecti, ambitio quos iuuenilis agit,
Post magnam humani generis cladem, suamque,
Cunctorum pœnas denique dant scelerum.

Aliud Achillis Bocchij inscriptum: Confectus senio Enni equus quiescit: indicans, ferendam egestatem & senectam humaniter. *Ennij equus senio confectus.*

Ennius ille olim paupertatem atque senectam,
Quæ duo longè maxima vulgò onera esse putantur,
Dicitur vsque adeò fortis victorque tulisse,
Vt visus sit eis penè oblectarier vltrò.
Quod certè sapienter fecit, vt omnia dixit,
Namque petenda à se ipso constituit bona primum
B *Vera: quibus facile bene viuitur, atque beatè,*
Inde malum huic poterat non vllum iure videri,
Quod Natura parens, vel sors aduersa tulisset.
Non igitur senium, non pannis obsita egestas
Non externa alia, & mores culpentur iniqui.

Aliud eiusdem cum lemmate: Felicitas prudentiæ & diligentiæ vltima est: in quo cursor pingitur publicus. *Prudentia & diligentia vltima felicitas.*

Mutare equos ad celeritatem haud est satis
Huic, quem vides, ni diligentia vtier
In exequendo itinere stet sententia, &
Segni sine intermissione strenuè
Noctes diesque pergere, vsque dum semel
Cursum liceat olim institutum conficì.
Nam inchoando, tum remittendo, omnium
C *Rerum in dies profertur euentus, licet*
Paruarum, & abit amissa procul occasio,
Bene inchoare, diligenter progredi
A carcere ad metam, vltima est felicitas
Concessa paucis, expetenda & omnibus.

Aliud, cuius titulus; semper libidini imperat prudentia, Pinguntur in eo equi indomiti & effrænes: *Prudentia libidini imperans.*

Nil violentum, quod cito idem non sit ruiturum
Quandoquidem proprium est rationis
Humana interea nunquam requiescere, donec
Ipsa suum ad rectum redeat, quin
Abruptis, vt equi indomiti, duro ore lupatis
Stare loco nequeunt, furibunda
Discursant rapti vsque licentia, & impete vasto,
Dum captos, pressosque capistris
Ad palum innodent, aut ad præsepe magistri,
D *Dædala sic misera ambitionis*
Atque libidinis insana prudentia semper
Et correptrix, & moderatrix.

EPITAPHIVM.

Equos aliquot generosiores sepulturam meruisse, eisdemque epitaphia erecta fuisse non semel meminimus, quæ tamen epitaphia temporis inuidia interciderunt. Habes hic vnum, quod M. Carolus Capellus Venetorum apud Florentinos Legatus equo suo erexit: *Equi M. Caroli Capelli epitaphium.*

OSSA EQVI CAROLI CAPELLI, LEGATI VENETI, OBSESSA VRBE.

Legitur in marginibus Arni, vt scribit Thomas Procacchius in opere suo de funeribus antiquis.

Y VSVS

VSVS IN AGRIS.



QVEMADMODVM ad plauſtra, quibus ad impinguandos agros, fimus vehitur, in multis regionibus, boues iunguntur, ita etiam eorundem ad arandum iiſdem in locis vſus eſt, atque ita olim quoque in Italia factum fuiſſe, vel ipſa hæc Horatij prouerbialis parœmia admonet:

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Et Plutarchus in libro de tranquillitate animi indicaturus, quemlibet ſuo ipſius ingenio debere vti ad ea, ad quæ natura factus eſt, neq; id ad aliùs vitæ ſtudium trahendo, huic vim debere fieri, citat hos verſiculos:

Equus eſt ad currum idoneus:
Ad aratra bos, &c.

Equi vbi arant. Et tale quid proxima rubrica ex Cicerone diximus. Non deſunt tamen regiones, in quibus equi arant. Toto Belgio niſi equos arare videas: boum arationes planè ignorant. Celerrima eſt equorum aratio, arantque vno die, quod vix triduo præſtare queant boues. Neque etiam res eſt noua, ſed & priſcis Græcis cognita, vt ex Sophocle docemur, induſtriam hominis cæteris admirandis præferente: *In Antigone* *Tellurem* (inquit) *incorruptam & indefeſſam obliquis ſcindit aratris, annoſq; exercet per ſingulos, equiſque validis verſat.* Vandalicum verò aratrum perficitur duobus bobus & totidem equis, vt ſcribit Cranzius: *Lib. 4. Vandal. c. 36.* memini que me aliquando in ciſalpina Gallia equos, muloſq; bobus permixtos ad aratrum conſpexiſſe, id quod nulla ratione improbari debet, cùm ſic tarditatem boum, celeritate equorum emendari ſit rationi conſonum, vti contrà equorum debilitatem robore boum. Eſt & mulorum aratio non infrequens, & ab Homero in Iliade cæteris prælata. Sed & hanc Anetha Hiſpanus ſingulari opuſculo ex profeſſo reprehendit, bubulam cunctis præferens. *Vſus ad terendam ſegetem.* Alunt item noſtro tempore diuites equarum armenta, cùm ad alia, tum ad terendam & ab acere excutiendam ſegetem: quod & ipſum quoque ab antiquis ad nos dimanauit. Meminit enim huiuſce equorum vſus Plinius: *Meſſis ipſa* (inquit) *alibi tribulis in area, alibi equarum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur.* *Fimi vſus.* Iam verò quantum vtilitatis domino equus rependat ſuo fimo, vel ſolus nos docere potuit Veſpaſianus Cæſar, qui id vendebat, vt in Chiliadis annotauit *Chil. 1. 2.* Tzetzes, cumq; id ægrè ferret & reprehenderet Titus filius, aurum quod inde collegerat, odorandum præbuit. Attamen authore Varrone in ſegetibus minimè vtile eſt, ſed optimum in pratis, vt cæterorum veterinorum, quæ hordeo veſcuntur. Apud Tartaros ligni loco vtuntur. Hermolaus propriè Græcis κόπρον vocari ſcribit: Varinus verò τίλον, σπίλεθον, σπατίλην.

F G

VSVS IN LVDIS.



BINA priſcis fuere exercitia, ſimplex vnum, alterum compoſitum: Illius ſpecies potiſſimùm quinque, curſus, ſaltus, lucta, pugillatus, iactus: huius pancratium & pentathleum. *Scaliger li. 1 poëtices ca. 22.* Opibus deinde creſcentibus obtinuit luxus, vt etiam equos alerent curſores, generoſos ſcilicet & curſu validos. Hos quòd publicis certaminibus & ſpectaculis curſu certarent, propoſitis præmijs, Græci ἀθλητὰς, ἀγωνιςὰς, & ἁμιλλητῆρας appellare ſolent, vt apud Pollucem & Varinum legimus, id eſt certatores, ad certamina exercitatos: *Equorum curſorum nomina.* & ſi vincerent, ἀθλοφόρους, aut νικηφόρους, quaſi ex certamine victoriam reportantes: ipſum verò certamen ἐφίππιον, cùm ſit ἐφίππιον ipſa ſella. Ἀγωνοθέται, qui certamina ipſa ponerent. *Certaminũ equeſtrium origo.* Huius rei origo in Olympo apud Piſam & Elidem, Arcadiæ oppida, vbi vel ſinguli curſu certabant, vel bigis aut quadrigis iuncti, rhedæ item & carpento. Quo verò tempore inceptum, non ſatis conſtat. *Lib. 8.* Strabo poſt Troiana tẽpora inchoaſſe arbitratur: cuius rei illud facit argumentum, quòd nullam de Olympicis mentionem fecit Homerus, cùm meminerit tantùm de nonnullis certaminibus funebribus. Alij multò antiquiora faciunt hæc certamina, de tempore tamen diſcrepant, argumento quod diuerſæ ibi fierent certaminum ſpecies, vt ex recitandis apertum fiet. *Bigis qui primus certauit. Pelops.* Bigarum certamen ad Pelopem vulgò refertur. Is namque Hippodamiæ Oenomai filiæ fama & amore captus, in Elide apud patrem auſus eſt proci nomen profiteri. Oraculo monitus ille exitium ſuum pendere ex filiæ nuptijs; quibus artibus interitum effugere quærit, ſibi molitus eſt. Virginem petentibus propoſuit in bigarum certamine victori filiæ nuptias, victo mortem. Qua lege tredecim iuuenes interfecit, quemadmodum canit Pindarus cuius

H

A cuius interpretes etiam eorum nomina recensuere. Pelops à Neptuno impetratis equis victum Oenomaum in mare præcipitauit: Hippodamiam vxorem duxit: certamen victoriæ monumentum instituit. Hæc ita gesta sunt ad Pisam Elidis, quæ à cognomine Endymionis filia sic fuit nominata. Victor cotino, quæ est agrestis olea, coronabatur. Hercules intermissum in Olympij Iouis honorem victo Augea Elidis principe de præda atque manubijs instaurauit. Is enim sterquilinia immania cùm haberet, neque haberet quo pacto iniret purgandi rationem, cum Hercule de certa mercede egit, eiusmodi commodum pollicente. At postea mira sapientia fluminis appulsu fimum facilè deductum vbi vidisset, pretiumque maius opera illa ratus negasset, exutus est vita simul cum imperio. Hæc sanè vulgatiora. Pausanias autem multò diligentiùs. Nam & duos tradit Herculis appellatione & altiùs repetit, & post Pelopem recenset alios. Saturno aurei seculi mortales deorum tum principi erexisse fanum. Editum Iouem ab Rhea, alendum datum viris, quos è Creta accito Idæos dactylos, alij Curetas nominarunt. Eorum nomina, Hercules, Pæonæus, Epimedes, Iasius, Idas, Herculem natu maximum commisisse fratres ad cursus certamen, victoremque oleastro coronasse, cuius ibi sylua frequens adeò, vt & virentes frontes substernerent ad somnum capiendum. Ramum ex Hyperboreis allatum ab eodem Hercule ad eam B magnitudinem, multitudinemque adoleuisse. Adeo more suo malæ fidei author est Græculus. Nam quo tempore Hercules Idæus ad Hyperboreos sese contulit, qui è Creta tum primùm nauigauit? Aut vbi gentium inuenias oleastri arborem Hyperborei gelu patientem. Primùm igitur hunc Idæum Herculem Olympia posuisse, quinto quoque anno celebranda; quot ipsi fratres extitissent. Quin Iouem tum adolescentem lucta certasse cum Saturno de imperio & vicisse: cursu ab Apolline victum Mercurium, Martem verò pugillatu. Quinquagesimo post Deucalionis diluuium anno, Clymenum Cardis filium, vnum ex Herculis Idæi nepotibus, è Creta venisse, atque Olympicum certamen quasi familiæ suæ prærogatiua instaurasse: aramque tum Curetibus, tum suæ gentis authori Herculi statuisse, quem προστάτην cognominari iussit. Hunc postea Clymenum Aethlio satus Endymion exactum regno priuauit, liberisque suis in cursus certamine regnum proposuit victori. Altero ab hoc seculo Pelopem quàm magnificentissimo apparatu eos ludos illustrasse. Pelopis filius ex Elide per vniuersam dispersis Peleponesum, Amythaon Cretheo genitus, nepos Endymionis, Olympia indixit. Post eum Pelias & Neleus communi tum gloria tum authoritate. Postea Hercules Amphitryonis capta Elide. Iolaus curru vicit: Iasius C Arcas κέλητι, id est, equo solo: Castor cursu: Pollux pugnis, Hercules lucta & pancratio. Secundum hosce Oxylus qui in Elide regnum obtinuit, renouauit. Intermissum deinde vsque ad Iphiti tempora. Sub quo certaminum inita ratione, multa omissa fuisse propter inscitiam atque obliuionem. Cuius rei argumentum afferunt, quòd tum primùm solius cursus præmia posita fuerint: aiuntque victorem Eliacum Coroebum. Aliquot annis pòst in mentem venisse δίαυλον: itaque additum pristino cursui, quem vicit Hypenus Pisæus, sequenti Olympiade Acanthus. Anno inde quintodecimo Pentathli ac luctæ memoriam renouatam. Illo Lampidem, hac Eurybatum victores declaratos. Quinta post eam Olympiade, quæ tertia & vicesima numerabatur, pugilatus redditus, quo vicit Onomastus Smyrnæus. Quinta & vigesima equorum cursus additus. Pagondas Thebanus curru cæteros anteiuit. Octaua abhinc Olympiade, excitatum deinde pancratium, & equus singularis. Hoc polluit Crauxidas Cranonius, illo Syracusanus Lygdamis; cuius corporis magnitudinem Herculeæ parem memoriæ prodidere, quare & celebratum est eius sepulchrum ad Latomias. Neque verò solùm viris, sed pueris quoque certamina indicta sunt: cursus quidem ac luctæ septima ac tricesima Olympiade: lucta vicit Hipposthenes Lacedæmonius: Polynices Elæus cursu. Pugilatum prima & quadragesima, Superauit Philetas Syba-D ritanus. Quinta & sexagesima cursus in armis cœptus simul cum scutis. Excelluit Demaratus Herecnsis. Tertia & nonagesima bigis, quibus Elæus Euagoras victor fuit, idque equis perfectis: nam etiam pullos introducebant, quemadmodum vnde centesima Olympiade, quibus coronam tulit Sybariades Lacedæmonius, atque ibi quidem vnicus pullus currum trahebat. Postea verò etiam iuncti bini. Item ductus vnus sine curru, κέλης. Bigis palmam tulit mulier è Macedonia Belistiche nomine: singulari equo Lycius Tlepolemus. Centesima quadragesima quinta pueris constituto pancratio, victor fuit Phædimus Aeolensis ex vrbe Troade. Quinetiam quibusdā aliquando institutis alio tempore abstinuere. Tricesima enim octaua pueris pentathlum propositum, postea desitum est. Qua tempestate Eutelidas Lacedæmonius pretium operæ tulit. Quemadmodum ἀπήνης & κάλπης cursum illum septuagesima hunc sequenti Olympiade institutos abrogarunt quintodecimo pòst anno. Victor ἀπήνη Thersius Thessalus fuit, κάλπη Achæus Dymensis. Erat autem ἀπήνη, iunctis mulabus. Equa verò Calpe fuit, de qua sessor sub ipsas metas desiliens apprehēsis frenis simul cum illa decurrebat: quemadmodum qui ἀναβάται dicebantur à Græcis, qui à Calpe hoc differebant, quod equo masculo, non fœmina vtebantur; alio more

Hercules.

Pausaniae error.

Diaulus.

Quales equi in certamine

Apene.
Calpe.

quàm desultores nostri, qui equo insidentes alterum ad manum habent, in quem è priore insiliant. Interpres ἀπήνην reddidit rhedam, κάλπην carpentum. Ἀπήνης inuentum neque priscum neque elegans & alioqui antiquitus inter portenta Eleis fuere muli vsque adeo, vt id animal intra fines ali religio esset. Κάλπης quoque Plutarchus meminit, simul cum gladiatorio antiquatum scribens. Ἀπήνην Pollux vocat ἀπήνητον. τὸ τῶν νεοτίων ἡμιόνων ἀγώνισμα ἐκαλεῖτο κάλπη, τὸ δὲ τῶν ζυγῶν, ἀπηνῶν. id est: *Certamen per mulos dessuarios, Calpe nominabatur, apene per Zygios, id est biuges.* Falli autem Pollucem iam dicta fatentur. Gesnerus Calpen non absimilem esse arbitratur equitationem ab ea, quam πίδην appellari ostendimus Xenophonti, qua vtraque bucca ad conuersionem assuescit: nam καλπάζειν (inquit) Suidas & Varinus exponunt τὸ ἄκροις καὶ ἁβροῖς βαδίζειν, hoc est, summis pedibus & molliter incedere, vt solent scilicet Asturcones siue gradarij equi quorum gressum eundem conijcit cum Græcorum πίδη. Equidem κάλπις Hesychio & Varino exponitur ἵππος βαδιστὴς id est gradarius, καὶ εἶδος δρόμου: & κάλπην aut καλπάζειν Græci dicunt equum ad ingressum exultantem vigere, nostri (inquit Budæus) hoc callopare vocant; & callopum quod illi κάλπιν dicunt. Apud Plutarchum vbi Alexander, cùm equum præhensum contra Solem obuertisset, atq; ita parum per παρακαλπάσας, & manu equum demulcens quod intelligeret de spiritu animositatem equi maximam esse, idem Budæus παρακαλπάσας, reddit incitans ad cursum, cùm ipsi potius vertendum fuisset, procurrere incipientem leni cursu comitatus, vt verbum illud non actiuæ, sed neutræ significationis sit, vt simplex etiam καλπάζειν: παρὰ autem præpositio, ipsum iuxta & ad latus equi molliter procurrisse insinuat: alludit namque author ad Olympicam calpen. Vt autem ad certamina Olympia, vnde digressa est, reuertatur, oratio: Primum quidem vnus erat author Hercules, Iphitus, Oxylus. Verùm quinquagesima Olympiade duobus ex Elide ciuibus datus sortitò is fuit magistratus. Iudices autem electi nouem Olympiade quinta & vicesima, quos ἑλλανοδίκας nominarunt. Tres equorum curabant cursum: totidem curæ erat pentathlum. Reliquis certaminibus præerant reliqui. Altera deinde Olympiade additus & decimus. Quem autem essent Eleensibus tribus duodecim, centesima tertia è singulis tribubus singuli iudices electi sunt. Ab hisce Olympicis ludis siue certaminibus Circenses siue Romanos dimanasse Acron testatur, in hoc Horatij: *Metaq; feruidis Euitata rotis. Circenses (inquit) agonici in honorem Iouis Olympij inuenti sunt apud Elidem; inde factiones quadrigarum in Circo.* Tacitus verò equorum certamina a Thurijs Romanos petijsse tradit. Liuius autem equos à Thuscis deriuat, inquiens: *Ludicrum fuit, equi pugilesq; ex Hetruria maximè acciti.* Et cùm equorum certamina (inquit Lipsius in suo commento) antiquissima Romæ sint, vix videntur ea petijsse tam longinquè. Magna Græcia certè & ora illa in qua Thurij, non tam pernota tum Romanis. Quæ tamen fions mea a Tacito dissentientusè Thurij vicini Tarentinis, ab ijsq; euersi, vt Strabo narrat: quorum olim Sybaris oppidum, celebre delicijs. Ab Augusto colonia illuc deducta, Copiæ. Cæterùm cùm apud Romanos, plures fuerint equi celebrati ludi, quàm in Olympo dictum est, fieri potest, quod a diuersis etiam nationibus, eos mutuauerint, nam & Troiæ lusus abusq; Troiæ excidijs Aeneam attulisse extra omnem controuersiam est. Ludos qui equis apud Romanos fiebant, quinq; generum reperisse se ait Vvolfgangus Lazius, hoc est, inquit, prodromum, cùm equi ad metam è carceribus emissi, contentione insidentium currebant: cursum vehicularium, cursum decursorium circa rogum, ludos seuirales, ludos Neptunales, & equestres. Sed ab eo ostendendum erat, quomodo seuirales differrent à castrensibus, & vehiculariusne cursus esset, an celetum aut desultorum. De seuiralibus ludis recitat hæc Capitolini verba in Marci historia: *His ita gestis, adhuc quæstorem & consulem secum Pius Marcum designauit, & Cæsaris appellatione donauit: & seuirum turmis equitum Romanorum, iam consulem designatum, creauit: & edenti cum collegis ludos seuirales assedit, & in Tiberianam domum transgredi iussit.* Quales autem isti ludi essent & nunquid equorum in ijs peragerentur certamina, hinc non colligas. Ego ludos qui equis peragebantur apud Romanos præter celetum, desultorum, & vehiculariorum, non reperio alios: Celetes voco, cum singuli equi à singulis insidentibus impelluntur, idque vel ad metam, vel aliter, vt in Troiæ lusu, desultorios cum singuli equites binos trahentes equos & absque ephippijs agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant, quamuis in antiquis numis Romanorum hunc cursum expressum non reperiam. Fuisse tamen discimus ex Liuij hisce verbis quæ & aliàs recitauimus: *Quibus desultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso, armatis transilire mos erat.* Meminit & Suetonius: *Quadrigas (inquit) bigasque & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes.* Istiusmodi ludos D. Chrysostomus in libro de Circo vocat, ni fallor, τὰ προίππια κομβινύματα, cùm inquit: μὴ τερπέτω σε τὰ προίππια κομβινύματα, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ πρὸ κρίσεως κινδυνεύματα, εἰ βούλει κομβεύειν καὶ διαλάσσειν, id est, *ne te prolusio paribus in equis delectet, ne ante iudicium legitimumq́; certamen in discrimen venias, si paribus equis currere vis.*

Marginal notes: Lib. 7. Pollucis error. — Calpe quales. — Iudices certaminum Olympiacorum. — Circensium origo. — Lib. 14. Annal. — Lib. 1. — Troia ludi antiquitas. — Li. 10. comment. reip. Rom. c. 14. — Ludi seuirales. — Dec. 3. li. 3. Cursus equorum desultorum. — In Iulio ca. 39.

E F G H

A *ro vle.* Inuenio & Latinis Vertumnum nominari, ex Propertio, dum canit: *Vertumnus.*

Est etiam auriga species Vertumnus, & eius

Traijcit alterno qui leue pondus equo.

Aiuntque Castoribus fuisse sacros hos ludos, quod alternis è celo per inferos euntes ac redeuntes
Castores sedemque per vices commutantes ostenderent. Pollux (inquit Hygimus) stellam quam *Fabula.*
à Ioue acceperat, cum fratre communicauit, ideoque dicitur Castor alterna morte redemptus. *Castoris &*
Vnde etiam Romani seruant institutum, cum desultorem mittunt, vnus duos equos habet, pi- *Pollucis fa-*
leum in capite, ex equo in equum transilit, quòd ille sua & fratris vice fungatur. Huc pertinet *bula.*
& hoc Manilij:

Necnon alterno desultor sidere tergo

Quadrupedum.

Cassiodorus desultorios equos esse scribit, per quos Circensium ministri missus denunciant exi-
turos (vt Luciferi quadam in astris similitudine præcursorias velocitates imitari videãtur, vt Her- *Epist. 34. 5.*
molaus citat in glossematis in Plinium,) desultorem verò eum, qui equos desultorios alit, docet-
que. Cæterùm eum quoque qui certàt, rectè desultorem dixerimus, nam & apud Vlpianum le-
B gimus Digestis de præscriptis verbis: *tuq. desultor in his cucurreris & viceris.* Fuisse item desul- *Desultor qui*
tores appellatos, qui præludia ludorum faciebant & qui missus equorum denunciabant exituros,
vt hodieque in hastiludijs fieri assueuit, ex eodem discimus Cassiodoro. E contrario desultorios
equos multi, ac Onophrius in primis Panuinius in libro de spectaculis Romanis, singulares fuisse *Lib. 3. Epi.*
contendunt, qui præmio currerent, cùm id clarè (inquit hic) ex Dionysio, & tabulis antiquis in- *Cap. 9.*
telligatur: alios verò equos, qui nullo victoriæ præmio currentes, bigas tantùm & quadrigas,
tanquam ministros & adhortatores comitatos. Nam in vetustis tabulis aurigarum currus, equus
singularis antecepit: equos verò desultorios cum præmio currere, quemadmodum & bigas &
quadrigas. Hæc ille. Et Plinius quidem solos celetes & vehicularios videtur agnoscere: *Equestres* *Lib. 34. c. 5.*
vtique statua (inquit) *Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas*
tantum dicabant in sacris victores. Postea verò & qui bigis vel quadrigis vicissent. Vnde & nostris cur-
rus in his qui triumphauissent. Eosdem celetas interdum idem Plinius vocat celetizontas partici-
pio Græco. Varro quoque nulla celetum facta mentione desultorium pro celete accepisse vide-
tur, dum inquit: *alij* (equi) *sunt ad rem militarem idonei, alij ad vecturam, alij ad admissuram, a-* *Lib. 2. de re*
C *lij ad cursuram, alij ad prædam: non itidem sunt spectandi atq. habendi. Itaq. peritus belli alios eligit* *rust.*
atque alit ac docet; aliter quadrigarius ac desultor. Sed quod ad Varronis locum attinet, ex eo ni-
hil inferri potest probabile, cum celetes & desultores eiusdem celeritatis equis vsos fuisse ratio ip-
sa suadet, Plinius verò desultoriorum non meminit, quia de ijs cursibus loquitur quos Romani
à Græcis mutuo acceperunt; adhæc cursum desultoriarum infrequentem fuisse mihi facile persua-
dent hæc Ciceronis verba, quibus ea propter damnare eum videtur: *Respondebo igitur Postumio*
primum, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in *In Orat. pro*
quadrigarum curriculum currere. Qui celetibus currebant singulatores dictos fuisse docet Seneca. *L. Murena.*
Hunc cursum cæteris antiquiorem tradit Scaliger, crescentibus opibus creuisse etiam luxum in- *Singulato-*
quiens: ergò non contentos equorum cursu solo, iunctos etiam binos ad currum, & biiugos di- *res.* *Lib. 1 de be*
ctos; quaternos quadrigæ: à Græcis illos διώρυς, hos τετράωρυς & τέθριππους. Celetum certa- *nef. c. 23.*
men aliquot habet differẽtias. Erat enim decursio funebris ad rogum, erat decursio ludicra, ideo- *Lib 1. poëte.*
que festis voluptuarijs, ludisq; publicis & in Circo celebrata, erat decursio militaris & militiæ quã- *21.*
dam imaginem præ se ferens, hinc inde concurrente milite & equitandi peritiam ostendente co- *Celetum cer*
ram suis imperatoribus. In istiusmodi decursionibus equites habitu armisq; induti militaribus ad *taminis va-*
D præfixam currebant metam, sed in funere ad rogum adigebantur equi. Sed præter hanc equestrẽ, *rietas.*
erat quoque pedestris, vt meminit Suetonius in Domitiani historia: *Spectacula magnifica assiduè* *Decursio*
& sumptuosa edidit, non solum in amphiteatro, verum & in Circo: vbi præter solemnes bigarum qua- *militaris.*
drigarumq. cursus, prælium duplex, etiam equestre & pedestre commisit. Certamen ludicre equestre, *Lib 3.*
Troia, siue ludus Troianus vocabatur: sed his pòst. Maior autem Romanis ex vehiculari cursu *Lib. 16.*
quàm ex celetibus erat voluptas, vt vel vnius Neronis principis terrarum exemplo innotescit, *Voluptas ex*
qui ipse sæpenumero aurigam egit: & ratio fortassis fuerit quod vehiculo iũcti equi perniciùs cur- *quo certa-*
runt, quam seorsum acti, non quia maiori vi admissi aëra impellant verùm quòd inflammet mu- *mine maior,*
tua hæc contentio & concertatio feruorem animi addat, vt ex Plutarcho suo loco dictum est. Hi- *& cur.*
sce ludis ita autem delectabatur Pop. Rom. & Græci, vt nihil illis maiori curæ videretur. De Græ- *In Pelopida.*
cis mentio apud Demosthenem in Erotico: πολλῶν (inquit) θρυλλούντων, ὡς ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀ-
γῶσι ἡδίστην θέαν παρέχεται τὰ ναυαγοῦντα, id est, *multis dicentibus quod in curulibus certamini-*
bus pulcherrimum spectaculum præbent currus fracti & naufragi. De Romanorum voluptate Iu- *Sat. 11.*
uenalis in primis dicebat:

Ille dolor ſolus patriam fugientibus, illa E

Sat.3. Et antea dixerat:

Si potes auelli Circenſibus.

Elegantiſſime rurſus alicubi:

——— Iam pridem ex æquo ſuffragia &c.
Vidimus, effugit curas: nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atq; duas tantùm res anxius optat
Panẽ & Circenſes.

Popul. Rom. ſpectaculis delectatum.

Hinc & apud Symmachum vrbis ſub Archadio, Valentiniano ſecundo, & Theodoſio præfectum legimus in epiſtolis: *Orat igitur clementiam veſtram, vt etiam curules & ſcenicas voluptates, Circo & Pompeianæ caueæ ſuggeratis. His enim gaudet vrbana lætitia, cuius deſiderium pollicitatione nouiſtis.* Feliciſſimè autem atque diſertiſſimè hanc populi voluptatem expreſſit Silius, dum canit:

Fluctuat æquoreo fremitu rabieq; furentum
Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus, F
Ante fores oculis & limina ſeruat equorum:
Iamq; vbi prolato ſonuere repagula ſigno,
Tollitur in ſignum furiali turbine clamor.

Hinc etiam author libri de cauſis corruptæ eloquentiæ inquit: *Iam verò propria & peculiaria huic vrbi vitia. Penè in vtero matris concipi mihi videntur hiſtrionalis fauor, & gladiatorum, equorumque ſtudia.* De eadem Circenſium inſania Lucianus: *Quod ſi inde digreſſus aliorum hominum meminiſſet turbas, quæ in vrbe commemorabãt & tumultus ac impulſus & theatra & Circum & aurigarum imagines & equorum nomina & ſermones de ijs apud angiportus.* Chryſoſtomus quoque in libro de ſpectaculis hanc eandem exaggerat inſaniam his verbis: *Quàm vana ſunt iſta certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, gaudere quòd equus velocior fuerit, mœrere quod pigrior.* Ita & Plinius in epiſtola ad Caluiſium, *Omne* (inquit) *hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundiſſima quiete tranſmiſi. Quemadmodum* (inquis) *in vrbe potuiſti? Circenſes erant, quo genere certaminum ne leuiſſimè quidem teneor. Nihil nouum, nihil varium, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat: quo magis miror tot millia virorum pueriliter identidem cupere currentes equos inſiſtentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, &c. Cognoſce* (inquit Tertullianus) *dementiam de vanitate: Miſit, dicunt & nunciant inuicem quod ſimul omnibus viſum eſt. Teneo teſtimonium cæcitatis: non videns miſſum quid ſit, & mappam putant: ſed eſt diaboli ab alto præcipitati figura.* Ageſilaus rex iſtiuſmodi certamina nullius eſſe veræ virtutis, nihilque aliud habere quam opum & impendiorum oſtentationem, eoque fœminis quam viris digniora, Græcis oſtendere cupiens, ſorori Cyniſcæ perſuaſit, vt conſcenſo curru certaret in Olympijs, quod narrat Plutarchus in Apophtheg. Laconicis & Alex. ab Alex. ſcribit apud Siginnos qui Perſicè viuunt, quadrigas agitare fuiſſe puellare ſtudium: nondumque adultam virginem quadrigas flectere & circumagere magna facilitate calluiſſe. Hos ſimiliter ludos intelligit M. Tullius in oratione pro Archia poëta, cùm ait: *Quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure ſuccenſeat? ſi quantum cæteris ad ſuas res obeundas, quantũ ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates; & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporum; quantum alij tribuunt tempeſtiuis conuiuiis; quantum deniq; aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet adhuc ſtudia recolenda ſumpſero.* Populus autem, quin & equites tanta voluptate ſpectatores ſe exhibebant, vt media ſæpe de nocte in Circo loca occuparent, vt teſtatur Suetonius: *Inquietatus* (Caligula) *fremitu in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fuſtibus abegit.* Nemo verò ſignificantius hanc populi voluptatem expreſſit Ammiano Marcellino Valentiniani res geſtas recenſente: *Inter quos* (inquit) *hi qui ad ſatietatem vixerunt, potiores authoritate longæua, per Ianos & fora clamitant ſæpe, rempub. ſtare non poſſe, ſi futura concertatione quem quiſq; vendicat, carceribus non exiluerit princeps & circum flexerit metam. Exoptata die equeſtrium ludorum interlucente, nondum ſolis puro iubare, fuſiùs omnes feſtinant præcipites, vt velocitate currus ipſos anteeant certaturos.* Ne quis verò viros iuueneſque tantummodò ad hæc ſpectacula pronos fuiſſe putet, docet nos Ouidius nuptas inſuper & innuptas ſpectitaſſe illa.

In Nigrino. — Lib.8. Epi. — In Caligula. — Lib. 28. — Spectatores qui. — Lib. 3. Amorum. Eleg. 2.

G H

Non ego nobilium (inquit) *venio ſpectator equorum*
Cui tamen ipſa faues, vincat vt ille, precor.
Vt loquerer tecum, veni, tecumque ſederem
Ne tibi non notus quem facis, eſſet amor.
Tu curſum ſpectes, ego te, ſpectemus vterque
Quod iuuat atque oculos paſcat vterque ſuos.

Tanta

A Tanta autem erat spectantium multitudo, vt Iuuenalis dixerit: *Totam hodiè Romam Circus capit.* Circum alias M. Varro Roma locum patentem & celebrem fuisse scribit, vndique circum ædificijs comprehensum, atque inde nominatum, quòd ibi equi circum metas currerent. Nec aliam ob causam certamina Græci ἀγῶνας nominarunt, quam ab hominum frequentia qua celebrabantur: Siquidem & omnem cœtum atque conuentum agona dicunt. Similiter in nostrorum equiriorum festiuitatibus, etsi cum Romanis illis neutiquam sint comparanda, tota confluit Bononia, vt ad poëtæ imitationem loquar. Nobiliores iuuenes per eam viam phaleratis equis obequitant, matronæ partim pilentis feruntur, partim ex fenestris spectant, vt & ipsæ spectentur; tunc quam alias speciosiores; cætera loca populus complet. Equi plerumque puellos habent rectores, quidam etiam quandoque sine sessore currunt, dependentibus è tergore ad latera metallicis pilis, quibus non aliter ac calcaribus ad cursum incitantur. Vidi non semel qui simias haberent rectrices iucundissimo spectaculo. Quanta autem Circi esset magnitudo ostendit Plinius his verbis: *Nunc vt Circum maximum a Cæsare dictatore exructum, longitudine trium stadiorum, latitudine vnius, sed cum ædificijs iugerum quaternum, ad sedem ducentorum & sexaginta millium inter magna opera dicamus.* Huic maximi cognomento Circo Tarquinius Priscus, vt refert Liuius, Romæ primus locum designauit, & ludos in eo longe instructiùs opulentiusque fecit, quam priores reges. Maximus autem appellatus est, quod amplitudine multo maior esset, quàm vel Circus Flamminius, vel Circus intimus. Hunc Circum maximum collapsum Traianus iterum ampliorem atque etiam elegantiorem restituit, quòd ideo se fecisse inscripsit, vt populum Rom. capere posset, vt apud Dionem legimus: de cuius beneficij memoria extat numus apud Sebastianum Erithum, cum impressio Circo & equirijs, vt suo loco indicauimus. Iam verò non in hoc solummodo Circo sed & in Flamminio celebrata fuisse equiria author est M. Varro, dum ait: *Circus Flaminius dictus est, quòd ædificatus est circum Flaminium campum, & quod ibi quoque ludis Tauricis equi circum metas currunt.* Item in Vaticano; author est Tacitus: *Clausumq; valle Vaticani spatium, in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo.* Idem tradit Lampridius: *Quadrigas in Vaticano agitauit, dirutis sepulchris quæ obsistebant.* Plinius quoque Vaticanum vocat Circum Caij & Neronis principum, quòd in eo ludos curules per eum iter exercebant. Et Suetonius de Claudio ait: *Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit.* Quin & in Capitolio quadrigarum certamen datum Plinius asserit Latinarum ferijs. *Ex absynthij vsu* (inquit) *conuenit dicere, herba facillima, præterea sacris Romanis celebrata peculiariter. Siquidem Latinarum ferijs quadriga certant in Capitolio, victorq; absynthium bibit: Credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus.* Fuere autem Circensium duo genera. Fuere enim. ne. Circenses publici, fuere item priuati. Illos conijcio in Circo maximo, hos alicubi celebrates: nam & ijsdem ludis equorum & in hortis & in porticibus vsum fuisse reperio. Apparetque coniecturæ nostræ fauere Ciceronem his verbis in secundo de legibus: *Iam ludi publici, quoniam sunt cauea, Circoq; diuisi, sicut corporum certationes cursu, pugillatione, luctatione, curriculisq; equorum.* Iam verò non Romæ tantùm, sed & in prouincijs Romani ludos exhibebant; Scipionem tradit Silius funebres patri & patruo in Hispania, cui tum præerat, exhibuisse. Idem ex his pariter Tranquilli verbis in historia Augusti animaduertitur: *Nulliq; Græco certamini interfuit, quo non pro merito quemq; certantium honorauerit, &c.* Vbi Beroaldus in commentarijs addit: Quod autem Augustus non solùm Romæ, sed etiam in Græcia ludos spectauerit, hinc colligimus, quod omnes penè prouincias ipse perlustrauerit. In qua perlustratione potuit, sicut Flaminius Romanus Senator, sicut Nero, interesse certaminibus Græcorum. Lazius ludos qui præcipuè in prouincijs celebrabantur, fuisse tradit, Latinos ludos, Troiæ ludicrum, ludos magnos, Circenses, ludos Apollinares, populares, natalitios, nuptiales, quinquennales, gladiatorios, Actiacos, scenicos, augurales &c. Hucque pertinere illud Dionis Cassij in historia Traiani, cùm de Antiochia scribit: *Hyemabat in ea fortè Traianus, atq; illuc milites frequentes & priuati quamplures conuenerant: alij præterea vt iura acciperent: quosdam legationis officium, merces & priuata compendia traxerant: quamplurimi visendi Imperatoris & spectandorum ludorum gratia confluxerant.* Hinc illud in iure ciuili de Lyciarchis & Syriarchis, hoc est designatoribus ludorum in Lycia & Syria, qui Græcis βραδευταὶ nominabantur. Cæterùm nec illud silentio inuoluendum est, ludos passim in templis & theatris dari solitos. De templis meminit Dio in Adriano, cùm de architecto quodam Apollodoro loqueretur: de theatro quod ad formam hemicycli erat constructum, ad omnis generis ludos & spectacula spectanda, meminit Martialis hoc disticho:

Quicquid in Orphæo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.

Fuisse enim & in alijs vrbibus Circos certum est. Refert Adrichomius in theatro terræ sanctæ, fuisse etiam Hierosolymis, in quo Herodes in Augusti Cæsaris honorem quinquennale certamen

Multitudo spectantium. Circus qui. Lib. 36. Lib. 1. Circus Flaminius. Lib. 4. de ling. Lat. Vaticanum. Lib. 4. in Heliogab. Lib. 16. Capitolium. Circensium ludorum genera. Li. 10. cõm. Ro. reip. c. 10. Bradeuta. Lib. 1. Epig.

B C D

men instituit. De Alexandrino sic Philostratus: *Cum omnis Alexandria equorum studiis vehementer incumberet, atq; in Circo ad hoc spectaculum ciuitas vniuersa conuenitet, tantaq; plerumq; orireiur contentio decertantium, vt sese mutuo etiam perimerent, hunc morem grauiter redarguit Apollonius.* Et Echelidon Varino, locus est Athenis stadiorum octo, in quo equi certabant, ab Echelo quodam dictus. Lego item apud Platonem: *Equorum quoque Circi extra vrbem trifariam designandi sunt, capacibus & amplis locis, vbi quoque ad sagittarum omniumque telorum opportunus pateat locus iuuenibus qui eas artes & discere & commodè excolere possint.* Etsi autem alijs quoque locis Circisque celebrarentur equestria certamina, Romana tamen erant præcipua, vt ostendit Ausonius: E

Lib. 7. de rep.

Nunc etiam veteres celebrantur equiria ludi,
Prima hæc Romanus nomina Circus habet.

Græcè vtrobique legitur ἱπποδρόμιος. Budæus autem hippodromum interpretatur locum ad equorum cursum destinatum, qui statim intrantium oculis totus simul offertur, hinc atque hinc platanos, aut buxos aut cupressos, aut alias arbores perpetuo virentes habens. In eo (inquit) de pernicitate equorum certatur, citra simulacrum pugnæ, & a cursu equorum appellatur. Pro Circo etiam a quibusdam vsurpatur κατάδρομος. Periti tamen catadromum & hippodromum distingunt, quòd in hoc de equorum pernicitate certabatur, siue puris equis, siue bigis trigisue aut quadrigis circum metas discurrerent, in catadromo verò diuisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ mos esset, sublatisque metis, quò laxiùs dimicarent, bina ex aduerso castra collocarentur. Ab vtroque differt peridromus, quod facilè ex Herodiano intelligitur, qui videlicet tradit pleno amphitheatro peridromum supernè in circuitu Commodo exædificatum, ne cominus cum bestijs pugnans periclitaretur, sed supernè ac de tuto loco tela iaciendo iaculandi potius scientiam quam fortitudinem ostentaret. Gradus habent illa quaquauersum, vti amphitheatrum, vnde sedentes spectare possent commodissimè. Alij hippodromum interpretantur simpliciter equorum curriculum, siue spatium decursionis equestris: Latinè non satis significanter stadium dixerimus, cùm sit hoc Latinè curriculum siue locus, in quo non solùm equi, sed & homines currunt & certant athletæ, dictum ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est, statione quòd Hercules eo spatio vno spiritu confecto constitisset. Siculi similiter hippodromum campum vocant, vt Hesychius scribit & Varinus in κάμπος, voce Latina: qua & Virgilius vtitur eadem significatione: F

Catadromus

Peridromus. Lib. 1.

Stadium.

Campus.

Hic vel ad Elei metas & maxima campi G
Sudabit spatia.

Et quoniam in campo, id est planitie equi & exultant & cursu valent, trahitur hoc vocabulum ad rem quamlibet, in qua quis copiosiùs studium suum declarare & vires explicare potest. Et apud Pausaniam lego in Arcadicis: *Tegeam contendentibus ad leuam militaris viæ ante ipsos Mantineæ muros campus est, vbi equorum curriculum.* Pro hac etiam eadem planitie hippodromi voce vsum esse apparet Homerum in metæ indicatione: λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφίς, id est, *planus autem hippodromus circùm.* Hesychius denique hippodromum asserit fuisse certamen Athenis in honorem Thesei: atque inde pro loco ipso in quo cursu certatur, vsurpari docent vulgaria lexica, hoc est, pro circo. Ipsam autem circi planitiem siue stadium ἱππικὸν etiam vocari, ab eodem Hesychio docemur. Horatius Latinè curriculum videtur dixisse: *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse iuuat*, nisi quis curriculum à curru diminutiuum accipiat, vt Curtius lib. 8. *Aliorum turbati equi non in voragines modo, lacunasq; sed etiam in amnem præcipitauere curricula.* Hippodromia est certamen equorum currentium. Inuenio & hippodromion pro hippodromo. Hippodromum Plutarchus ἱππικὸν θέατρον, Basilius, necnon Zonaras θέατρον ἱππηλασίας, id est theatrum vbi agitantur equi, dicit, Cedrenus etiam κυρκέσιον. Hippodromios verò dicebatur mensis, in quo equorum cursu certabatur, apud Bœotos; apud Athenienses hecatombæon, vt testatur Plutarchus. Ex hisce itaque omnibus Circi figuram in forma oblongi spatij fuisse vel quilibet intelligat, cùm alias Nonius Circum dici tradit, omnem ambitum vel gyrum, indeque diminutiuum circulum promanasse. Esse enim Circum aiunt omne illud spacium quod circuire equi solent. Vnde etiam Romani Circumdictum putant eò quòd ibi circum metas equi currant. Græci verò à Circe filia Solis quæ patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum. Nunc promiscuène spectarent spectatores & plebsne à magistratu, equitibusque loco distingueretur, videamus. Proditum est ab historicis ante Scipionem ad quingentesimum annum ab V. C. in promiscuum fuisse spectatum: Senatumque a populo secretum primùm spectauisse ludos Romanos quos A. Atilius Seranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt. Ferunt autem Africanum quod eius rei author fuisset, pœnituisse. Cæterùm in ludis quidem theatralibus loca propria volunt Senatoribus fuisse assignata: contrà in Circo fuisse promiscua. Popularia enim H

In Camillo.
Circi figura.

A In theatro dicta loca populi vel plebis ad equestrium discrimen, id est quatuordecim ordinum, disci aiunt ex hoc Tertulliani: *Vias enim vocant cardines balteorum per ambitum & discrimen popularium per procliuum*: ita & equestria dici loca equitum; docere hoc Senecam, dum ait, *equestria omnium equitum Romanorum esse*. Dicebatur & orchestra locus in theatris, in quo Senatorum erant designatæ sessiones. Fauet illis Suetonius duobus in locis, semel in Domitiano: *quia* (inquit) *pars maior inter popularia deciderat*: semel in Caligula, vbi manifestè videtur indicare plebem in circo equitibus permixtam sedisse: *Inquietatus fremitu in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit; elisique per eum tumultum viginti amplius equites Romani, totidem matronæ, super innumeram turbam cæteram. Scenicis ludis inter plebem & equitem causam discordiarum ferens, decimas maturiùs dabat vt equestria ab infimo quoque occuparentur*. Scenici autem ludi erant theatrales. Sed ex ijsdem Suetonij verbis præterea discimus, neque matronis à viris seiunctum fuisse locum: id quod ex Ouidio quoque discimus, dum canit: Lib. 7. de bene f. c. 12. Orchestra. Ludi Scenici Li. 3. Amor. Eleg. 2.

Quid frustra refugis? cogit nos linea iungi,
Hæc ex lege loci commoda Circus habet.
B *Tu tamen à dextra quicunque es, parce puellæ,*
Contactu lateris cogitur illa tui,
Tu quoque qui spectas post nos, tua contrahe crura
Si pudor est, rigido ne preme terga genu.

Fuisse tamen & in Circo separatum à magistratu populum disertissimis verbis asserit Liuius: *Tum primùm Circo qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibusque vrbis, vt spectacula sibi quisque faceret*. Et alibi inquit: *Quadrigis missis, consul currum conscendit, & cùm per Circum veheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo ostendit*. Vbi per foros intelligenda subsellia & loca, quibus patres distincti à populo tales ludos spectabant: Vnde forulos Festus per diminutionem dici existimat, quasi minores foros, hoc est, minora spectacula: sic Circenses ludos forulos Tranquillus in Augusto appellat; *supra duo millia*, inquit, *contracta vndique cremauit, ac solos retinuit Sybillinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi*: Et sic intelligitur hoc Satyrici, ---- *Hic libros dabat & forulos*. Iam verò Liuio manifestissimè refragatur Suetonius, qui Claudium scribit in Circo propria Senatoribus loca constituisse, promiscuè spectare solitis, nisi dicamus, à Claudio Senatoribus pro C ætatis dignitatisue qualitate loca assignata fuisse. Quorum locorum meminit etiam Sidonius: *Tum qua est ianua consulumque sedes, Ambit quam paries vtrumque senis Cryptis, carceribusq. fornicatus, vno est quatuor axe forte lecto, &c.* Atque hæc sunt, quæ de spectatorum loco inueni. Dicamus modo de loco equorum, qui spectatores eliciebant. Is pro certaminis genere variabat, alium enim occupabant, qui militare certamen aliquod edituri erant, puta ludum Troiæ, & hastiludium, siue vt vulgus vocat, torneamentum, tunc enim è regione inuicem opponuntur in propatulo; alium qui vel bigis, vel quadrigis iuncti, vel celetes etiam ad metas erant certaturi: de quo vt exactè certamen ipsum equorum qui in Circo certabant, intelligatur, paulò fusiùs dicendum est. Latini locum, vnde emittuntur, eleganter carceres vocarunt quoniam eousque ibi à cursu arcerentur, donec laxis repagulis, ab aphete siue emissore, simul omnes emitterentur. Isidorus carceres ab ea re dici ait, qua & ille carcer est, qui est in ciuitate, quòd vt ibi homines damnati ita hic equi coërcentur, ne exeant, antequam signum emittant. Seruius carceres tantùm pluraliter in hac significatione vsurpari affirmat: aitque carcerem esse, vndecumque prohibemur exire: dictum autem quasi arcerem ab arcendo, teste Varrone. Idem & apud Caprum legimus. Soluta quidem oratione scribentes hoc ferè obseruant: non semper tamen. Cicero de claris Oratoribus: In 1. Aeneid.
D *Nec enim in quadrigis eum secundum numerauerim aut tertium, qui vix è carceribus exierit, quum palmam iam primùm acceperit: nec in orationibus qui tantum absit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur*. Ad Herennium verò ait: *Impudentesque illos dicit esse qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet*. Poëtæ, modò singulariter, modò pluraliter proferunt, vt ex ijs quæ mox recitabuntur, clarissimum fiet. Carceres à Græco vocabulo χάρκαρος factam non immerito quis arbitretur Bulingeri iudicio; quod horribilem sonat: quanquam (inquit) Varro à coërcendo sumit: alij cancro vel carcere, quæ vox cancellū significat. Pro carceribus passim legimus repagula, claustra, septa, cryptas item & lineam albam, vt subinde patebit. Apud Græcos etiam pro ipsis carceribus multa vocabula reperimus, inter quæ ab ipsis equis formata ἱππαφέσις quasi equorum missio, quod inde emittantur, vnde & simpliciter ἀφετηρίαν dicunt, & quia hinc cursus fit initium, eadem voce principium ineundæ viæ intelligunt & profectionis, & generaliter cuiuscumque rei exordium. Βαλβὶς à Polluce exponitur locus, vnde ij qui cursu certant, emittuntur. Ait tamen cursus etiam terminum à quibusdam βαλβίδα vocari. Aristophani interpres seu scholiastes ait dictum hoc vocabulum, vel διὰ τὸ ἐπὶ τῆς γραμμῆς τῆς ὑπὸ ὕσπληγγα βεβηκέναι τοὺς δρομέας, Lib. 4. Balbis.

δρομίας, vel ἀπὸ τοῦ εἰσβαλλέσθαι βάδιω (quia primùm lento gradu incederent, antequam currerent,) vel ab ἄλλομαι, quaſi ἀλβὶς & facto ὑπερβιβασμῷ βαλβίς. Euſtathius quoque à βάλλομαι deducit, quamuis nominis rationem non addat. Heſychio βαλβὶς eſt ἡ ἀρχὴ τῆς εἰσόδου καὶ ἐξόδου, καὶ ἡ ἄφεσις τῶν ἵππων, καὶ ἡ θύρα τοῦ ἱππικοῦ. id eſt principium ingreſſus & egreſſus, & emiſſio equorum & oſtium equitatus: additque quibuſdam etiam eſſe καμπτῆρα id eſt flexum. Suidas certè etiam καμπτὸν dici tradit; Alicuius etiam apud Suidam legimus; νύσσα, καμπτὴρ, τέρμα, βαθμίς: vbi pro βαθμὶς legendum puto βαλβίς. Sed de nyſſa, quam Grammatici ferè metam reddunt, poſtea, vbi & de termate. Κολοκώνας Heſychius & Varinus exponunt τὰς βαλβίδας τίνες. Ὕσπληγξ vel vt alij ſcribunt ὕσπληξ idem etiam quod βαλβὶς ſiue ἀφετηρία, alias flagellum eſt ſic dictum quòd fiat ἀπὸ τῶν τριχῶν τῶν ὑῶν, id eſt, ex ſetis ſuillis, vnde & βούκεντρον vertitur. Carceres autem hoc nomine dici videntur, vt Varinus arbitratur, ἐκ τοῦ ἐκεῖ πλήττεσθαι τῇ μάστιγι τοὺς ἵππους, quòd flagello illic feriantur equi. Vnde etiam ὕσπληξ Heſychio & Suidæ non ſolùm βαλβίς eſt, hoc eſt locus, vnde equi emittuntur in ſpectaculis ſed ipſe etiam μύωψ ὁ πλησιάζων τὰς βόας, καὶ παγὶς λύκων. Cælius Latinè ſcribit hyſplax, aitque interpreti Theocriti eſſe ſpeciem laquei, propriè verò ſic curſorum carceres vocari. Quid autem carceres eſſent, quibus equi arcebantur, examinandum. Interpres Ariſtophanis ad hunc locum in eius Veſpis: Καὶ μὴν εὐθύς γε ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω, metaphoram à ſtadijs ſumptam indicat, in quibus carceres (inquit) erant repagula quædam, linea videlicet, cui inſiſtebant curſuri. Vnde & ipſa linea (γραμμὴ) exponitur ſimiliter initium: æquè enim dicimus ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι, id eſt à linea incipere, ac ἀπὸ τῶν βαλβίδων, id eſt à carceribus. A linea incipere ij dicuntur (inquit adagiorum author) qui ab ipſo rei exordio ſumunt initium. *Agedum igitur ad lineas rurſus & ad gradum*, Tertullianus dixit aduerſus Marcionem, pro eo, quod eſt, ab integro. Et alibi in prouerbio, *Extrema linea*, Quoniam olim (inquit) initium vnde curſus incipiebatur, ducta linea notabatur, rurſus extremum linea ſignabatur, idcirco à linea incipere, ſiue ad lineam redire dicebantur, qui rem ab initio repetebant. Et quod in quaque re poſtremum eſt, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria: *Poſtremo extrema linea amare nonnihil eſt*: Et Tertullianus libro quem aduerſus Hermogenem ſcripſit, vocat eum *ignorantium extremam lineam*, quod vltimus eſſet hæreticorum. Quod autem ad Terentij locum attinet, Petrus Nannius Alcmarianus, lineam, à qua Comitus metaphoram deſumpſit, eam ait eſſe theatri partem, vbi ſpectatores ſedent, primùm diuiſam in cuneos, poſtea in lineas quaſi in quædam interſepta, ne compreſſio alicui orta in totum theatrum inundet, & vniuerſos ſpectatores affligat. Vnde illud quoque Ouidij ad puellam vitabundam alterius conſeſſus:

Hyſplinx. — *Quid carceres.* — *A linea incipere.* — *Lib. 1.* — *Lib. 1.* — *Linea quid Terentio.*

E F G

——— Cogit nos linea iungi,

Atque ita factum arbitratur, quòd vltima linea pro vltimo ordine dici cœperit, atque ex eodem fonte emanaſſe illud:

——— Mors vltima linea rerum.

Linea alba. Iam verò carcerum lineam albam fuiſſe, diſcimus ex D. Chryſoſtomi oratione de Circo, vbi legimus; οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιόδρομου, id eſt, non à linea alba (decurrens) in miliario ad ſphendonem & metam. Seruius Aeneidos quinto, vbi in ludorum celebratione Vergilius ait:

Limen quid Virgilio. *Signoque repente, Corripiunt ſpatia audito, limenq; relinquunt,*

Regulam interpretatur, quod dixit poëta limen, aut ſignum de creta factum. Ex cuius verbis facilè percipi licet (inquit Cælius) cur in ludis ab eruditis perſæpe linea nuncupetur alba: quam ſignificaſſe Martiali videri poſſit his verſibus:

Lib. 5. c. 14.

Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues
Ceſſat & in populum multa rapina cadit. H

Sed & Ouidius in primo de arte; Circenſia attingens ſpectacula currentium equorum:

Et bene te cogit, ſi nolit, linea iungi,
Quæ tibi tangenda eſt lege puella loci.

Etiamſi modò longum ſedendi ordinem nonnulli interpretentur: ſicut & illud in Amoribus:

Quid fruſtrà refugis? cogit nos linea iungi.

Lib. 11. (Ego quin in nouiſſimo ſenſu Ouidij loca ſint accipienda nihilum dubito.) Quintilianus ita ſcribit: *Transire in diuerſa ſubſellia, parum verecundum eſt: nam & Caſſius Seuerus vrbanè aduerſus hoc facientes lineam popoſcit.* Hic ego (inquit ibidem Cælius) lineam longurium accipio: ſic enim longiores perticas, ac robuſtiora ligna, quæ in ſtabulo equis interponuntur, ne conſurgant in pugnam, aut ſe mutuò feriant, appellari obſeruauimus. Poteſt tamen æquè ſignificanter de theatrali linea accipi, ſi modò ſpectantes, differentes haberent foros, vt ſuprà indicauimus. Scholiaſtes quidem idem Ariſtophanis βαλβῖδα aliàs dicit eſſe τὸ ἐν ἀρχῇ τοῦ δρόμου κείμενον ἐγκαρσίως ξύλον,

Longurium.

A ξύλον, id est, lignum in principio cursus vociferanter positum. Sed ex hoc fortassis linea pepende-
rit, vel vt nunc fit, affixa hæserit, id est funis, quo olim vsos fuisse Lycophronis in primis autho-
ritate discimus hac: Εγὼ δ' ἄκραν βαλβῖδα μηρίνθυ σχάσας, id est, Ego verò summos carceres
funiculi aperiens, siue laxans. Nostri carcerum præfecti binas erigunt perticas, (ab vtroque viæ
videlicet latere vnam) ex quibus funis alligatus equos detinet, donec æqualiter sint ad cursuram *Linea pro*
dispositi: tunc enim ad tubæ sonum fune laxato vnà omnes proruunt. Lineam autem pro filo si- *fune.*
ue fune accipi certum est, sic enim lineam piscatoriam quoque dicimus, funiculum nempe ex
quo hamus dependet: & lineam quoque margaritarum quæ funiculo traijciuntur. Apud Roma-
nos laxatis repagulis vel puncto temporis fores carcerum aperiebantur, Foribus enim retineban- *Lib. 3. Trist.*
tur equi: testis est Ouidius: *Fores.*

Vtque fores nondum reserati carceris acer, *Lib. 1.*
Nunc pede nunc ipsa fronte lacessit equus.

Item Lucanus:

Eleus sonipes quamuis iam carcere clauso
Immineat foribus, pronusq; repagula laxet.

B Repagula autem erant tabulata ostijs opposita, seris & ære deuincta, quibus equi Circo exclude-
bantur: quæ vbi laxabantur, cursum protinus arripiebant equi, vt ostendit Virgilius, dum canit: *Repagula.*

Vt cùm carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt se in spatia & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus hebenas.

Linea alba siue funis erat sub ipsis repagulis, super quam cursores gradiebantur in stadium e-
rumpentes. Cursu enim patente super eam egressi ferebantur, cùm ad terram apertione carce-
rum demissa esset. Hanc puto reuera βαλβῖδα dici, repagulum verò ὕσπληγα. Carceres à Næ- *Carceres qui*
uio inquit Varro, vocantur oppidum, quod à muri parte pinnis turribusque muniti sint, quare *Næuio.*
oppidum pro ipsis carceribus accipitur. Ita & Festus, *Oppidum* (inquit) *locus conclusus fuit in* *Oppidum.*
speciem oppidi, ob muros & pinnas turritas, vnde equi emittebantur. Ita & Sifanius cryptas vocans *Crypta.*
ipsos carceres, totum puto intelligit oppidum, nam quemadmodum feræ cryptis in amphythea-
tro, ita & equi carceribus in Circo & claudebantur & emittebantur. Carceres ipsos fornicatos
fuisse, & vna tantùm transenna, non multis finibus simul apertos colligit Bulingerus, primò ex *Carcerum*
C Dionysio, qui carceres dicit esse arcuatos, & per vnam transennam simul aperiri: secundò ex Caf- *fabrica.*
siodoro, qui omnia ostia simul vna machinatione aperiri dixit. Ex topho vel ex ligno fuisse habe- *Lib. 3.*
mus apud Liuium. Claudius in Circo maximo pòst marmoreos fecit. Erant & olim picti, quam- *Lib. 3. Var.*
obrem Ennius pictas fauces eos nuncupauit: *Lib. 7.*

------ Spectant ad carceris oras
Qua mox emittant pictis è faucibus currus.

Cur verò piceos cognominet Silius hoc carmine: *Carceres cur*
picei dicti.

Sic vbi prosiluit piceo de carcere præceps
Ante suos it victor equus:

haud satis percipio. Potuere enim sic à nigro siue piceo colore vocari, Alba autem linea super-
inducta sic magis elucere potuit: vel quòd picis instar currus detinerent aut equos, quo nempe
sensu picatas manus dicimus, quibus omnia quæ contingunt, adhærescunt. Habeo autem ego
exemplar impressum Venetijs anno salutiferę incarnationis nonagesimo tertio supra millesimum
ac quadringentissimum cum commentarijs Petri Marsi, in quo longè diuerso sensu legitur: *hic*
vbi prosiluit Pisæo carcere &c. Aitque Marsus celeritatem Scipionis comparari equo currenti ludis
D Pisæis & Olympicis, quam lectionem probo. Currus in ipsis carceribus quilibet suos habebant *Curriculum*
cancellos, ex quibus fune relaxato erumpebant, vt ex Callisthene needum edito docet Bulinge- *locus in car-*
rus, qui tales tribuit Olympiæ. *Exierunt* (inquit ab eo Latinus factus) *tabulata equorum aperta-* *ceribus.*
que sunt lora cancellos carcerum laxantia, exilierunt omnes celeri cursu vsi. Dicebantur tamen e- *Cancelli.*
tiam cancelli septa quædam ex lignis transuersim iunctis obliquatisque ad repellendam turbam,
pressim agminatimque proruentem. Varro eos graphicè depinxit: *Præterea* (inquit) *è perticis in-*
clinatis ex humo ad parietem, & ex eis transuersis gradatim modicis interuallis perticis annexis ad *Lib. 3. de re*
speciem cancellorum scenicorum ac theatri. In Olympia carceres ita exstructi erant, vt proram na- *rust.*
uis exprimerent, cuius rostrum ad aquas in curriculo sulcandas obuersum est. Vtrumque latus *Carceres O-*
carcerum supra quadringentos pedes longum erat. In ijs ædificia quædam, in quæ sortium casu *lympici.*
ingrederentur, qui curriculum confecturi erant. Ante quadrigas pro repagulis funiculus proten-
debatur. Ad proram carcerum ara lustro quoque fit, in qua machina quædam est, quam mouet
is qui cursui præest, qua nota signum cursui datur. Diligentiùs eos describit Pausanias in Elia-
cis his verbis: *Supra eam stadij partem in qua ludis præfecti consident, destinatus est equirijs cam-*
pus, &

pus, & ibi sui sunt equorum carceres. Formam illi eandem prope prase ferunt quam nauis prora; verso in curriculum rostro. Qua parte autem cum porticu, cui nomen Agnampto, (quod est, quasi flexu carentem dicas,) prora ipsa iungitur, ibi vtrimque dilatatur. In regula summa rostri, delphinus aeneus prominet. A rostro hinc à dextra, illinc à laua, excurrit pedum quadringenum spatium; In eo pari magnitudine cellula: eas inter se sortiuntur, qui vel equos primos vel currus in certamen producunt. Intenditur verò à fronte funis pro repagulis. Ara ad mediam ferè proræ partem è crudo laterculo erecta est: hanc tectorio recenti singulis obliniunt ludorum conuentiùus. Super ara, aquila latè passis alis extat. Ea cùm machinulam quandam is commouerit, cui id negotij datum est, statim se in spectatorum conspectum quasi subuolatura attollit: at delphinus ad imam soli aream alia machina dimittitur. Prima omnium ea submittuntur repagula, quæ vtrinque iuxta Agnampti porticum intenta fuerant: tum qui ea in parte sustinebantur equi, statim se in pedes dant: ij cùm ad alterum equorum ordinem accesserint, eodem modo & illis sua remittuntur repagula. Idem fit omni ex carcerum parte, vsquedum ad ipsum proræ rostrum exæquata fuerit cursus conditio. Ibi equis in liberiorem se iam campum effundentibus, & aurigarum se ostentat solertia & quadrupedum pernicitas. Primus qui eam excogitauit carcerum formam, Cleatas fuit, cui tanta est huius operis causa laus tributa, vt hi fuerint versus ad eius quæ Athenis est, statuam adscripti: F

Carcere ab Eleo docuit qui mittere currus,

Me author Cleatas natus Aristoclee.

Post Cleatam, Aristidem memorant, aliud machinæ genus excogitasse. Alterum curriculi latus aliquanto longiùs excurrit. In eo, ad ipsum aggeris exitum, ara est figura rotunda. Ad eam Deus colitur quem Taraxippum nuncupant. (De hoc supra dictum est.) *Altera Hippodromi pars non agger sed collis est minimè arduus: ad cuius extremum finem ædes condita est Cereri cognomento Chamina.* Atq; hæc de carceribus, nunc cætera prosequamur. Iulius Pollux quæ ad cursus explicationem nomina attinent, sic breuiter comprehendit: Ὅθεν μὲν ἀφίενται, ἄφεσις, καὶ ὕσπληγξ, καὶ γράμμη, καὶ βαλβίς. περὶ δὲ κάμπτουσι νύσσα καὶ καμπτὴρ: ἵνα δὲ παύονται, τέλος καὶ τέρμα, καὶ βατὴρ, ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς. hoc est, vt vertit Rodolphus Gualtherus Tigurinus: vnde verò emittuntur, emissio, carcer, linea, repagulum: sed circa quod flectuntur, inclinatio & flexus dicitur: vbi autem cessant, finis, meta, terminus, nonnulli & βάλβιν appellant. In Circo verò erat & mappa vsitatum vocabulum, necnon & missus. Βαλβὶς itaque & initium cursus, vt ex superioribus quoque constat, est, estque & finis eiusdem, hoc est, locus quo desinit. Cælius calcem vocari innuit, Contici missum vnum (inquit) intellige, vbi a calce ab meta circumflexa calcem repetebant. Sic verò dicitur, vnde equi emittuntur. Gesnerus recitatis suprà Pollucis verbis fultus authorem adagiorum erroris insimulat, quòd in hoc Græcorum aduerbio, Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν, id est, *Stimula equum circa nyssam*, pro nyssa reddiderit metam. In fine enim (inquit) demum stimulare equum, serum est. Spatiorum in quibus certabant, tres sunt differentiæ, carceres, meta & flexus siue καμπτήρ. Grammatici quidem Lexicorum authores pro omnibus istis spatijs nyssam exponunt, sed vt pro carceribus accipi possit, quoniam illic quoque punguntur equi ad cursum: pro fine certè vel meta impropriJssimè accipietur: propriè verò pro flexu in medio, vt ex Polluce constat, & ex Theocrito in Heraclisco:

Nomina ad cursum pertinentia.

Lib. 8.c.7. G

Nyssa quid.

Eidyll. 25.

Ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρμασι, καὶ περὶ νύσσαν

Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῶ σύριγγα φυλάξαι, id est,

Equos verò ad currum iunctos educere, & circa metam

Tutò flectendo in rotis modiolos (axium ne frangatur) *tueri*,

Suidas quidem in νύσσα, καμπτὴρ, τέρμα, βαθμὶς, lego βαλβὶς) confusè nominans, Pollucis verba transcripsisse videtur, non interpretando, sed enumerando diuersa spatia; quod & alibi à Grammaticis illis parum prudenter fieri obseruaui. Redeo ad prouerbium: id vsurpatum scribit author adagiorum, vbi sermo loquentis aberraret ab instituto, aitque natum videri ex Iliados Homericæ ψ. vbi Nestor multis verbis docet filium Antilochum, quo modo debeat equos regere; addit & hoc: H

Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω. id est:

Ad metam autem tibi equus sinister appropinquet.

Atqui quòd νύσσα in hoc Homerico versu non metam & finem cursus significet, (quamuis eodem in loco τέρμα ab Homero dicatur, simpliciter scilicet pro signo, non pro termino,) manifestum fit ex carminibus, quæ statim subijciuntur, hoc sensu: nam si semel nyssam (Scholiastes nihil aliud quàm καμπτῆρα exponit,) superaris, nullus te amplius insequentium assequi aut præuertere poterit: atqui hoc in meta iam constituto metuendum non erat. Hinc termino vicinum fuisse hoc signum coniicio, quanquam supra in medio fuisse, simpliciter dixerim, hoc est, quocumq; inter carceres & metam loco. Cæterùm non nego certamina quædam talia fuisse, in quibus cùm

ad metam

A ad metam peruenerant equi, circa illam reflectebantur, & ad carceres redibant, siue semel siue quotiescumque visum fuisset, in his quidem metam & nyssam siue campterem pro eodem termino accipere nihil vetat: in simplici autem cursu, vbi carceres non repetebant, (vt nunc fit in nostris equirijs) diuersi fuerunt, vt ex Pollucis testimonio apparet. Hactenus Gesnerus. Ego verò etiam nyssam interpretor metam & τέρμα terminum, putoque res easdem, sed loco distinctas, Videmus enim in ipso Circo, prout in antiquissimis numis exprimitur, ab vtraque parte erectas metas. Idem discimus ex Suetonio, apud quem Cæsar dimicaturos in Circo cùm partiretur in duas acies, quò laxiùs dimicarentur, metas aufert, inque earum locum bina ex aduersa castra constituit. Bulingerus Circi maximi tres partes fuisse ait, Circum primum, vbi (inquit) primæ metæ: medium vbi medianæ, infimum vbi metæ Mursiæ, quanquam probatissimis authoribus duę tantùm (inquit) ponuntur, primæ & vltimæ, quòd eæ præcipuè ac palmares essent. Ego de medijs nihil inuenio. Cedrenus duas tantùm in Circo à Romulo extructo fuisse tradit, vnaq; ortum, altera occasum indicari. In Circo autem Constantinopolitano duo erant obelisci (vt & in Circo maximo Romæ,) quorum alter in medio hippodromo pro meta erat: quos fortè Mursinas metas vocat ille. Vtrasq; itaq; metas interpretor nyssas; τέρμα verò siue terminum quę iam vltimùm

Autoris opinio.

Quæ metæ fuerint.

B (quod septima fiebat, vt patebit, circumitione,) superantur. Conijcioq; eas quæ proximiores erant carceribus, fuisse & primas & vltimas, alteram enim ad carceres, alteram ad Circi calcem fuisse aiunt. Primas fuisse easdem cum vltimis, manifestè ostendit Pollux, cùm finem & terma à quibusdam βαλβίδα vocari scribit. Balbis enim, vt satis superq; ostendimus, pro ipso cursus initio sumitur. Nyssa autem vtraq; rectè dicitur, quoniam ad vtramq; superãdam, stimulantur equi, νύσσειν enim stimulare est aut concitare. Quare Pollux cum nyssa rectè καμπτῆρα coniunxit, quoniam & κάμπτειν idem est, quod νύσσειν. Sed quod cum fine & termino coniungatur ab eodem βατὴρ, haud satis probo, nam si vocabuli huius originem spectes, fuerit potiùs cursus initium, vt erat in πενθάτλῳ ἀλλίπικῷ. & ipse alicubi exponit limen, vnde progressionis exordium est. Latini præter metæ vocabulum nullum aptius habent. Eam autem propriè metam dicemus, ad quam certamen finitur, vnde etiam pro fine & termino passim vsurpatur. Virgilius: *Meta.*

Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. Silius: *Tormentis finem metamq; laboribus ornat.*

Eleganter Horatius in eadem metaphora:

Qui cupit optatam cursu contingere metam, Multa tulit, &c.

C D. Chrysostomus in oratione de Circo metam vocat σφένδονα. Bulingerus legendum censet σφενδόνην, nisi (ait) vulgarem ac plebeiam id temporis vocem fuisse σφένδονα putes. Accipitur verò etiam meta pro ipsis carceribus ab Apollinare, dum canit:

Si cùm frenatos astringit meta iugales, Ordineq; emissos iussit decurrere prætor,
Ire volunt omnes primi, &c.

Lib. 2. Excid. Hierosol.

Nunc videndum quid essent ipsę metæ, & ex qua materia constarent. Apud Homer. nyssa siue meta est lignũ erectum orgyæ id est, vlnæ mensura, quã Nestor Antilocho filio indicaturus, inquit: *Metæ quid*

Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς, οὐδέ σε λήσει.
Ἕστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὀργυί' ὑπὲρ αἴης
Ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης, τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.
Λᾶε δὲ τοῦ ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται δύο λευκὰ,
Ἐν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ. λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφίς.
Ἤ τευ σῆμα βροτοῖο πάλαι κατατεθνειῶτος,
Ἢ τό γε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων,
Καὶ νῦν τέρματ' ἔθηκε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς, id est.

D *Metam autem indicabo tibi valdè manifestam, neq; te latebit:*
Stat lignum aridum quantum vlna supra terram,
Vel quercus vel piceæ: quod quidem non putrefit imbre:
Lapides autem eius ex vtraque parte appositi sunt duo albi
In angustijs viæ: planus autem hippodromus circum:
Aut cuiusdam monumentum hominis iam primùm defuncti,
Aut meta fuit tempore priscorum hominum,
Et nunc metam posuit pedibus valens diuus Achilles.

Similiter Aeneas apud Virgilium nautis certantibus,

viridem frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis pater, vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circum flectere cursus.

Seruius verò in hoc eiusdem poëtæ:

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus:

Gladij pro metis. vbi nunc metæ (inquit) ſunt, ibi olim gladij ponebantur: Cur autem gladij pro metis eſſent, rationem reddit, vt cum maiori induſtria ac diligentia curſus fierent. *Olim* (inquit) *in litore fluminis Circenſes agitabantur, in alterutro latere poſitis gladijs, vt ab vtraque parte eſſet ignauiæ præſens periculum.* Iſidorus autem inde Circenſes ludos nomen inueniſſe tradit his verbis: *Circenſes ludi ideo dicti vel à circumeundo, vel vbi nunc metæ ſunt, olim gladij ponebantur, quos quadrigæ circuibant, & inde dicti Circenſes ab enſibus, circa quos currebant. Siquidem in litore circa ripas fluminum, curſum agitantes, gladios in ordine in ripæ litore ponebant, & erat artis, equum circa pericula torquere. Inde & Circenſes dicti putantur, quaſi circum enſes.* Sic ille. Metæ verò Circi, quæ in antiquis numis exprimuntur, ſunt figuræ pyramidalis, à lato incipientes, in acutum faſtigiatæ. Erant primo ex topho vel ex ligno, Claudius auratas reddidit, vt legimus apud Suetonium, *Circo verò maximo* (inquit) *marmoreis carceribus, auratiſque metis, quæ vtraque & tophina & lignea antea fuerant, exculto: propria Senatoribus conſtituit loca promiſcuè ſpectare ſolitis.* Erant modò apud Romanos bina alia vſitata Circo vocabula, miſſus & mappa. Hanc quidam volunt veteri inſtituto à pratore, qui (vt patebit) ludis præerat, victori aurigæ mitti ſolitam: ſicq; intelligendum hoc Martialis: E

Lib. 18. ca. 24.

Metarum figura.

Mappa quid.

Cretatam prætor cùm vellet mittere mappam, F
Prætori mappam ſurripit Hermogines.

Prætoris in Circo officiū. Cæterùm fuiſſe potiùs ſignum credendum eſt Caſſiodoro, quod à prætore oſtenderetur, & non ſine maximo aurigarū, populiq; ſpectaturi deſiderio (vt ſupra etiam ex Tertull. diximus,) ludorum celebrationem futuram indicaret. Docet enim Liuius prætores ſolitos quadrigis mittēdis ſignum dare. Vnde cùm olim L. Plantius prætor graui morbo eſſet implicitus, dictatorem creauerunt, qui ludis Romanis ſignum daret quadrigis emittendis, qui eo miniſterio functus, dictatura ſe abdicauit: Quin clariſſimè Varro: *In Circo primo vnde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres à coërcendo, ne inde exeant, antequam magiſtratus* (ſignum) *miſit.* Hinc illud Ennij.

Lib. 8.

Lib. 4. de ling. Lat.

Expectant veluti prætor cum mittere ſignum *Vult, omnes auidè ſpectant ad carceris oras.*

Illudque Manilj: *Mittunt in tempore ſignum.*

Cùm itaque officium id eſſet prætoris, vt ſignum daret equis ad curſum emittendis, voluit Nero id ab aliquo ſuorum libertorum dari, vt Suetonius meminit; *Vniuerſorum ſe oculis in Circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam.* Signum autem illud dari per mappam tali caſu teſte Caſſiodoro, fluxit in morem. Cùm idem Nero prandium protenderet, & celeritatem vt aſſolet, auidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam qua tergendis manibus vtebatur, iuſſit abijci per feneſtram. Hincque tractum eſt, vt oſtenſa mappa, certa eſſe videretur promiſſio Circenſium futurorum. Hinc etiam Quintilianus dixit Mappam Circo viſitatum eſſe nomen, quod in Circenſibus ſpectaculis pro ſigno mittebatur à magiſtratu, idq; Pœnos etiam ſibi vendicaſſe. D. Chryſoſtomus vocat mapparium: ὡς μὲν ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς τὸ μαππάριον πεπηγότες τοῦ συμόντος ἀτενίζουσι, ἐκ δεχομένων ἐν τῇ βουλῇ, ἐκείνου τὸ ἀνοῖγμα. id eſt: *vt enim in Circo omnium oculi in mappam ſigno fixo rectà feruntur* (accipientium in eius iactu carcerum apertionem) *cùm ij qui ſunt in conſilio editoris, poteſtatem eius ſigni aperiendi & promendi acceperint.* G

Mappariū.

Sat. 11. Fuiſſe autem prætoris, mittere mappam, etiam oſtendit Iuuenalis:

Interea Megaliacæ ſpectacula mappæ
Idæum ſolemne colunt, ſimiliſq; triumpho
Prædo caballorum prætor ſedet.

Iouis tunica. Hunc habitum prætoris triumphanti ſimilem, quo miſſurus mappam induebatur, alicubi Iouis tunicam vocat, vbi ait:

Quod ſi vidiſſet prætorem in curribus altis H
Extantem & medio ſublimem in puluere Circi
Et tunica Iouis.

Eiuſdem prætoris officij meminit ſic Ouidius:

Maxima iam vacuo prætor ſpectacula Circo
Quadriiuges æquo carcere miſit equos.

Lib. 5. dec. 5 Inuenio tamen id & à conſule præſtitum. Liuius, *Quod poſtquam veris nuncijs Fabij Lentulique & Metelli aduentu firmatum eſt, cum victoria ipſa, tum augurio animorum ſuorum lætabantur. Et aliter traditur Circenſis turbæ non minus ſimilis veri lætitia. Ad X. Cal. Octobris Ludorum Romanorum ſecundo die C. Licinio Conſuli ad quadrigas mittendas aſcendenti, tabellarius qui ſe ex Macedonia venire dicebat, laureatas literas attuliſſe dicitur: quadrigis miſſis conſul currum conſcendit & cùm per Circum veheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo oſtendit.* Acced o modò ad miſſus: hos alij interpretantur emiſſiones equorum è carceribus prouentium: Berualdus circuitiones, dum à carceribus ad metas recurrunt. Confici autem miſſum vnum intelligi ait Cælius, vbi à

Miſſus.

A vbi à calce ad calcem procurrentes equi rursum ab meta circumflexa calcem repetebant. Vigintiquinque solitos olim exhibere discimus ex Seruio, eorumque vltimum appellatum fuisse ærarium, eò quòd de collatione populi exhiberetur. Cassiodorus verò viginti quatuor fere fuisse scribit; eisque additum alium, ærarium dictum. Cur autem vigintiquatuor essent, rationem reddit præcitato loco Cælius, pro horarum numero; quando (inquit) cælesti ratione Circum distingui solitum, accepimus. Etenim duodecim visebantur ostia, pro numero domiciliorum cæli, sicuti planetarum imagine metæ septem. Suetonius tamen in Domitiano centum missus fuisse indicat: & ad hos allusisse volunt poëtam hoc versu:

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Cæterùm centum missus ibi Seruius centum currus interpretatur. Suetonij verba sunt: *Circensium die, quò facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatijs ad quina corripuit*, id est, non septies sed quinquies circum metam flectere iussit. Ad quod allusisse apparet Martialem, dum canit: *Cap. 4.* *Li. 8. Epig.*

Dum te longa sacro venerantur gaudia Circo Nemo quater missos carcere sensit equos.

B Commodus verò etiam post meridiem duarum horarum spatio, triginta equorum certamina dedit, vt Xiphilinus scribit. Ante Claudij tempora nihil referebat, nunquid diuersis missibus equi ijdem aut noui currerent. Hunc enim Dio scribit legem tulisse, vt vnum tantùm diem equi secundum currerent. Missus ipsi sorte mittebantur, & prætor qui ludis præerat, ex vrna educebat quadrigarum missus: quod manifestissimè docet Tertullianus his verbis: *Tardus est ille prætor, semper oculis in vrna eius, cum sortibus volutantur.* Aliquando post aliquot missus equorum, varia etiam spectacula edebant, vt magis spectatores oblectarentur, qui aliqua nouitate, vt inquit Hermeus, morandi sunt & retinendi. Suetonius de Claudio ait: *Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione.* Et rursus: *Ac supra quadrigarum certamina Troia lusum exhibuit & Africanos.* Nunc de ipsa dicemus decursione: Circum itaque quas memorauimus metas equi singulares & desultorij, item omni curruum generi iuncti, a Circi carceribus dato signo emissi, & ex vno latere decurrentes ad vltimam metam in fine spinæ positam, versus eam Circi partem quæ in semicyclum desinebat, cursitabant, ad quam peruenientes circum ipsam flectebantur, reuersique ex alia Circi parte versus bissenorum ostiorum situm reuocabantur: sicque in orbem circum easdem metas decurrentes, spina in circi medio posita, ne ex vna in alteram curriculi partem transiliret, prohibebantur. Aurigis autem tota ars & summa industria requirebatur, in equis & curribus ad metas flectendis, ne posterior dexteritate flectendi quadrigas, priorem anteuerteret, quod sæpè accidebat. Quòd si nimis currus agitando aurigamentis adhæsisset, summum vitæ periculum incurrebat, ne rotis metam offenderet, & illiderentur, confractoque curru auriga concideret. Sin verò nimio spatio metam euitasset, qui tum sequebatur auriga, inter metam & priorem breuiori spatio delatus, ex secundo primus efficiebatur, quod eripere vocabant. Metam euitaturi dextrorsum impellebant, vt eleganter ostendit Ouidius, dum canit: *Decursio qualis.* C *Aurigandi ars in quo consisteret.* *Li. 3. Amor. Eleg. 2.*

Et modò lora dabo, modò verbere terga notabo:
Nunc stringam metam interiore rota. Et mox rursus:
Me miserum; metam spatioso circuit orbe:
Quid facis? admoto protinus axe subit.
Quid facis infelix? perdis bona vota puellæ;
Tende precor valida lora sinistra manu.

D Eleganter & Sidonius Apollinaris; nisi auriga promptè, scienter & tutò sinisteriore gyro metas circumageret, duplex periculum imminere ostendit, ne scilicet allisæ ad illas rotę effringantur, si propiùs in sinistrum flectant, vel si dexterior longiùs ab eisdem recedat, præuertatur: *In Narbone*

Hic compendia flexuosa metæ Vnus dum premit incitatus à te,
Elatas semel impetu quadrigas Iuncto non valuit plicare gyro,
Quem tu quòd sine lege præteriret Transisti remanens, ab arte restans.

id est, ille cùm inhibere cursum non posset quadrigarum, longiùs abductus est & sine lege præterijt metas. Tu artis scientia manens & consistens metas circuisti. Deinde subijcit alterius peccatum alterum: *Alter dum popularitate gaudet; Dexter sub cuneis nimis cucurrit.*

Rectè itaque Nestor ἱππηλάτης propterea dictus, Antilochum filium, etsi alias à Ioue & Neptuno ceu pręstantissimis peritissimisq; magistris equitandi præcepta & artes edoctus esset, docet hoc certaminis artificium; hocque in sola ferè at cauta circum metam flexione consistere potiùs quàm in equorum pernicitate ostendit:

Ἀντίλοχ᾽ ἤτοι μέν σε νέον περ ἐόντ᾽ ἐφίλησαν
Ζεύς τε Ποσειδάων τε, καὶ ἱπποσύνας ἐδίδαξαν

Παντοίας τῷ κέν σε διδασκέμεν οὔτι μάλα χρεώ E
Οἶσθα γὰρ εὖ περὶ τέρματ᾽ ἑλισσέμεν: ἀλλά τοι ἵπποι
Βάρδιστοι θείειν, τῷ τ᾽ οἴω λοίγι᾽ ἔσεσθαι.
Τῶν δ᾽ ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφάρτεροι, οὐδὲ μὲν αὐτοὶ
Πλείονα ἴσασιν σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι.
Ἀλλ᾽ ἄγε δὴ συ φίλος μῆτιν ἐμβάλλεο θυμῷ
Παντοίην, ἵνα μή σε παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα.
Μήτι τοι δρυτόμος μέγ᾽ ἀμείνων, ἠὲ βίηφι,
Μήτι δ᾽ αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι.
Μήτι δ᾽ ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.
Ἀλλ᾽ ὃς μὲν θ᾽ ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς
Ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἵπποι δὲ πλανόωνται ἀνὰ δρόμον, οὐδὲ κατίσχει.
Ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους, F
Αἰεὶ τέρμ᾽ ὁρόων, στρέφει ἐγγύθεν, οὐδὲ ἑ λήθει
Ὅπως τὸ πρῶτον τανύσῃ βοέοισιν ἱμᾶσιν, id eſt.
Antiloche certè te iuuenem exiſtentem quamuis dilexerunt
Iupiterq. Neptunuſq. & equitandi artificia docuerunt
Omnigena : ideo te docere non multum opus eſt :
Noſti enim rectè circa metas circumflectere, ſed tibi equi
Tardiſsimi in currendo: ideo puto pernitioſa fore:
Horum autem equi ſunt quidem celeriores, neq. quidem ipſi
Plura ſciunt te ipſo conſiderare.
Sed age iam tu amice conſilium impone animo
Omnigenum, vt non te effugiant præmia
Arteque carpentarius multò preſtantior quàm viribus
Arteque rurſus gubernator in nigro ponto
Nauem celerem dirigit iactatam ventis:
Arteque auriga ſuperat aurigam: G
Sed qui tamen equis & curribus ſuis fidens
Ineptè multum vagatur huc & illuc
Equi autem vagantur in ſtadio, neque detinet,
Qui autem & vtilia nouit agitans deteriores equos,
Semper metam inſpiciens flectit propè, neque cum latet
Quo pacto primum extendat bouinis loris,
Sed continet diligenter & præcedentem obſeruat.

Hæc ille, & mox oſtenſa filio meta, iterum inquit.

Τῷ σὺ μάλ᾽ ἐγχρίμψας, ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους
Αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ:
Ἦκ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τοῖιν. ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον
Κένσαι ὁμοκλήσας. εἶξαί τε οἱ ἡνία χερσίν
Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω,
Ὡς ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι
Κύκλου ποιητοῖο. λίθου δ᾽ ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν. H
Μήπως ἵππους τε τρώσῃς, κατὰ θ᾽ ἅρματα ἄξῃς.
Χάρμα δὲ τοῖς ἄλλοισιν, ἐλεγχείη δέ σοι αὐτῷ
Ἔσσεται ἀλλὰ φίλος φρονέων πεφυλαγμένος εἶναι.
Εἰ γάρ κ᾽ ἐν νύσσῃ γε παρεξελάσῃσθα διώκων,
Οὐκ ἔσθ᾽ ὅς κέ σ᾽ ἕλῃσι μετάλμενος, οὐδὲ παρέλθῃ:
Οὐδ᾽ εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρείονα δῖον ἐλαύνοι
Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν,
Ἢ τοὺς Λαομέδοντος, οἳ ἐνθάδε τέτραφιν ἐσθλοί.
Huic tu valdè appropinquans impelle prope currum & equos
Ipſe verò incumbe bene facto in curru
Paululum in ſiniſtram horum: at dextrum equum
Punge vociferans, laxaque ei habenas manibus:
Ad metam autem tibi equus ſiniſter appropinquet,

A *Vt tibi modiolus videatur summum attigisse*
Rotæ benefactæ: in lapidem verò vites impingere,
Ne quomodo equosq. vulneres, & currus confringas.
Gaudium autem alijs, probrum verò tibi ipsi
Erit: proinde dilecte prudens cautus esto.
Si etenim ad metam præteruecharis persequens,
Non erit qui te assequatur transiliens: neque prætereat,
Non si tergo Arionem diuinum impelleret,
Adrasti velocem equum, qui ex diuino genere satus est,
Aut illos Laomedontis, qui hic nutriti sunt eximij.

Huius poëtæ exemplo scribit etiam Theocritus Herculem ab Amphitryone fuisse edoctum, circa metam tutò rotas flectere. Eius versus, quos paulò antè Græcè recitauimus, Eobanus Hessus sic Latinè reddidit:

Sed coniungere equum curru vertente rotarum
B *Ad metam radios, & campi tuta tenente*
Amphytrion puerum, &c.
Ipsemet edocuit.

Lucanus nautæ fugientem ex Emathio Pompeium vehentis peritiam in vitandis scopulis describens, elegantissimam hinc similitudinem accipiens, sic canit: *Sic fatur, at ille* *Lib. 8. Nauigandi peritia.*

Iusto vela modo pendentia cornibus æquis
Torsit, & in læuum puppim dedit, vtque secaret
Quas Asine cautes & quas Chios asperat vndas,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.
Aequora senserunt motus, aliterque secante
Iam pelagus rostro, nec idem spectante carina,
Mutauere sonum: non sic moderator equorum
Dexteriore rota læuum cùm circuit axem,
Cogit inoffensæ currus accedere metæ.

Ex quo Lucani loco rotam dexteriorem metæ proximiorem fuisse indicari posse videtur. Equidem Adrianus Turnerus, ad metam (inquit) flectebant in dextrum cursum, vnde & dextratio appellata est. Ita dexter qui erat, interiore flectebat gyro, & læuus exteriore, sed & equus sinisterior ampliorem lustrabat orbem, quam dexterior: itidem & rota. Ouid. ait: *Lib. 14. Aduers. ca. 24.*

C

Nunc stringam metas interiore rota.

Mihi profectò Turnebus omnino hallucinari videtur, vt non solùm ex præcitatis veterum locis manifestè constat, & contrario planè sensu Ouidij pentametrum intelligendum esse ex hoc Nonni quoque discimus:

Δοχιμώσας ὅλον ἵππον ἀριστερὸν ἴσγυθι νύσσης
Δεξιτερὸν κάμψειε παρημένοιο χαλινοῦ, id est,
Incuruans totum equum sinisteriorem prope metam
Flecteret dexteriorem laxatis habenis.

Ita & Siluius:

Læuior interior stringebat tramite metam. *Lib. 16.*

Virgilius:

——Magnumque agitata per orbem
D *Eludit gyro interior.* *Lib. 11. Aeneid.*

Clarissimè & Cicero:

Nam cursu interiore breui conuertitur orbe. *Acad. 2.*

Vides interiorem, sinisteriorem ac breuem in idem incidere. Non enim cùm è carceribus erumpebant, ita currebant, vt metam quæ sub finem Circi erat, medio in loco & pari interuallo ad vtrumque podium haberent ad dextram, sed ad sinistram; Id enim non solùm manifestissimè ostēdunt Ouidius & Sidonius versibus illis quos ex eis recitaui: sed idem etiam Sidonius dexteriores à meta abiuisse & ad podium declinasse rursus disertissimis his versiculis manifestat: *In Narbone*

Curæ est id medijs, vt ille primus
Pressus dexteriore concitatu,
Partem si patefecerit sinistram,
Totas ad podium ferens habenas
Curru prætereatur intus acto.

Sic & Statius:

Sperauit flexa circum compendia meta
Interius ductis Phœbeius augur habenis
Anticipasse viam, necnon & Thessalus heros
Spe propiore calet, dum non cohibente magistro
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

In flexione igitur metæ sinisteriorem equum fuisse interiorem certo certius est, huncque breuiore gyro metam circumegisse, contrà dexteriorem laxioribus habenis spatioque remotiori proru-pisse. Lucanum autem cùm inquit:

Lucanus explicatus.

Dexteriore rota læuum cum circuit axem,

Sulpitius & Omnibonus Vicentinus, qui poëtam scholijs illustrarunt, etiam ad nostram opinionem accedentes, exponunt, cùm à dextra in sinistram currum conuertit; vt breuiore gyro metam intactam circumeat: quo enim propius metam currus accesserit, eò citius peruenit. Dextrationem verò Solino hanc aurigationem dici, nos quoque suprà ex Hermolao annotauimus, & Turbeno, viro nimirum lectionis plurimæ credendum est; sed interpretabor, a dextra in sinistram conuersionem: aliàs dextrare est equos bigarios iungere. Valla verò alicubi videtur accepisse pro eo quod dicimus, equum à dextris ducere. Triumphasse (inquit) putat Cæsarem, quoties prodibat, vt nunc solet Papa præcedentibus equis albis, quos stratos famuli dextrant. Sed redeo ad metam, ad quam sinisterior equus erat, vt diximus, vicinior, & omnino se approximare satagebat, vt citiùs cursum suum absolueret. Maius enim spatium est in circumferentia, quam circa centrum: quamobrem Statius significanter admodum hoc viæ compendium expressit, inquiens:

Flectere si posset circum compendia meta.

Cùm itaque tota aurigandi ars ferè esset in euitandis metis, dicam & ego cum Propert. *Hac mens ad metas sidet oportet equus*: D. Gregor. Nazianzenus in Oratione de natali Iesu Christi contra Eunomianos elegantem hinc desumpsit similitudinem: Μηδὲ καθάπερ (inquit) ἵπποι θερμοὶ καὶ δυσκάτεχτοι τὸν ἐπιβάτην λογισμὸν ἀποῤῥίψαντες πόῤῥω τῆς νύσσης θέωμεν, id est: *Ne velut equi feruidi & intractabiles, postea quam rationem ceu sessorem excussserimus, religiosam cautionem pulchrè nos septis cohibentem procul a meta curramus.* Vt itaque artis erat sinistrorsum equos ad metam impellere, ita maior adhuc peritia ostendebatur, cùm ad metam non impingerent, quamobrem qui optimè eam euitare callebant, in maxima erant existimatione, sicuti inter alios docet Horatius subinde ab operis sui exordio:

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat, metaque feruidis
Euitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.

Currus naufragi qui.

Si enim in metas impingerent, in maximum & currus & vitæ periculum incurrebant, vt antea etiam monui, sicut etiam in ipso cursu, in ipsa nempe Circi spina, cùm currus currui allidebatur, vt vel alterutrum, vel vtrumque frangi necesse esset. Demosthenes τὰ ναυαγία vocat, quasi naufragos, aut naufragium passos istiusmodi currus. De priore naufragio elegans locus est in Oreste Sophoclis: Ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν. Καμπτοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν Παίσας. ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας, κἀξ ἀντύγων ὤλισθε: id est: *Orestes postea soluens habenas sinisteriores flectente se equo imprudens ferit summam columnam: rupit autem axis mediam fistulam quæ subit in modiolum, & ex orbe cecidit.* Huc spectat illud Nonni: Ἀλλὰ λίθον πεφύλαξο, μὴ ἄξονι νύσσαν ἀράξας Εἶν ἑνὶ δηλήσαιο καὶ ἅρματα καὶ σέο ἵππους: id est. *Sed caue tibi à lapide, ne axe metam constringens vno ictu lædas currus & equos tuos.* Sic Eumeli namque equæ apud Homerum fracto iugo incerta vagantur via, ipsi verò curru excusso totiusq; corporis partibus lacero & vox ipsa eripitur. De incursu equorum in equestrem pulchram ex Callisthene de Alexandri in aurigatione artificio recitat Bulingerus: *Illi quidem tardiores defecerunt, cùm eorum equos spiritus deficeret, & ij qui priore loco currebant, in se mutuo incurrentes cecidissent: Alexander passus est Nicolaum anteuertere: Nicolaus autem primus agitabat: post duo spatia confecta offendit dexterior equus Nicolai ad currum, & cùm prior equus cecidisset, aliq; cum eo, cecidit & Nicolaus. Coronatur Alexander, &c.* Studebant autem aduersæ factionis aurigæ, imo artis etiam erat, currus aliorum confringere, in quo sensu Silius:

In Erotico.

Lib. 16.

Donec confisus primæua flore iuuenta
Durius obliquum conuersus pronus habenis
Opposuit currum atq; euersum propulit axem
Athlantis senio inualidi.

Subiungit: —— *Perfracto voluitur axe*

A *Cernuus, ac pariter fusi miserabile campo* — In Narbone
Discordes sternuntur equi. Meminit & Sidonius.
Hic te incautiùs assecutus hostis, Transuersum venit impudens in axim.
Incuruantur equi, proterua crurum
Intrat turba rotas quaterque terni
Arctantur radij, repleta donec Interualla crepent, volubilisque
Frangat margo pedes: ibi ipse quintus Curru præcipitatus obruente,
Montem multiplici facit ruina, Turpans prociduam cruore frontem.

Erantque in ipso cursu certantes inuicem ceu hostes acerrimi. Statius:

Rursus præcipites in recta ac deuia campi
Obliquant, tenduntq́. vias: iterum axibus axes
Inflicti, radijsque rotæ, pax nulla fidesq́.
Bella geri ferro leuius: bella horrida credas:
His foror in laude est: trepidant, mortemque minantur.

B Præcipuè verò aduersæ factionis currus euertere conabantur eo loco, vnde sedens spectaret Imperator, vt clarè docet D. Chrysostomus sermone de humanitate: *Auriga* (inquit) *prætercurso totius populi theatro, contendunt eo loci aduersariorum currus subuertere, vbi regem viderint sedentem, & vnum oculum tot vultibus digniorem putant.* Istiusmodi naufragijs apprimè gaudebat populus, vt ostendit Arnobius his verbis: *Sed equos tamen gaudere transire, transiri pronos & cernuos metæ, cum curribus resupinos verti, trahi alios cruribus & claudicare præfractis & ineptias rugis & crudelitatibus mixtas summis in voluptatibus habuisse.* Hieronymus in Serapione: *Hoc siquidem in Romanis vrbibus iam inde seruatur, vt propter felicem Sabinarum raptum Conso quasi consiliorum Deo, quadrigæ septeno currant circuitu & equos partis aduersæ fregisse victoriæ sit.* Fractis dirutisque curribus alij clamore populi deposcebantur. Testatur hoc Plutarchus in Sylla. *Cum euertissent* (inquit) *currus Romani cum risu, alios petebant, vt solent curulibus spectaculis, quod vsu veniebat aurigis qui bonitate equorum freti ad tria ad quatuor præmia aspirabant: alios enim currus quibus compararentur, deposcebant.* Artis itaque erat, eodem semper curere tramite, qua arte celebratur ab Aeliano Anniceris Cyrenæus, hic enim curru multos cursus circum equitabat: adeò exactè seruans versum cursus, vt non discederet ab orbitis, sed semper eodem tenore iret. Hoc — Lib. 7. — Lib. 2. Var. hist.
C autem in primis erat obseruandum, alioqui ab insequentibus præuertebatur, fiebatque non semel vt qui priùs esset vltimus, ante certaminis finem primus euaderet & victor. Agitabat vltimus Orestes (inquit Sophocles) postremos habens equos, spem suam in fine cursus ponens. Is erat apud Græcos post decursa duodecim spatia, vt ex Pindari docemur hymno secundo, vbi ait: Ἄνθεα τεθρίππων δυωδεκαδρόμων ἄγαγον: id est, *per quadrigas quæ duodecies rotabantur, adduxerunt flores:* hoc est, ait Scholiastes, Demetrius Triclinius, vt creditur, τὰς νίκας τῶν δυοκαίδεκα δρόμων τῶν ἁρμάτων. Δωδεκάκις δὲ περιήχθη τὸν δρόμον τὰ τέλεια ἅρματα: id est, *victorias duodecim cursuum qui fiunt per currus. Duodecies enim iterant cursum, antequam finis est.* Et in Ode tertia ait: τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχε δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου ἵππων φυτεῦσαι: id est, *quarum* (arborum) *dulce desiderium cepit, vt circa duodecim flexus habentem metam cursus equorum flecteret.* Apud Romanos verò finis erat septeno spatio, quo feliciter emenso brauium siue præmium victor accipiebat. Ouidius: — Præuersio vnde.

Seu septem spatijs Circo meruere coronam. Et alicubi rursus. — In Halieut.
Iamque patent iterum reserato carcere postes,
Et volat admissis discolor agmen equis.
D *Nunc saltem supera, spatioq́. insurge patenti*
Nunc mea fac dominæ, sint rata vota meæ.

Huc spectat & hoc eiusdem:

Occides ad Circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus ibit equus.

Item & hoc Martialis:

Nemo quater missos currere sensit equos.

Lactantius septimo institutionum: *Quoniam decursis propositi operis septem spatijs ad metam prouecti sumus.* Seneca in Epistolis: *Agitatorum lætitia, cùm septimo spatio palmæ appropinquant.* Propertius clarissimè ad Cynthiam.

Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerat antè rota.

Ausonius de admirabili equo Augusti:

Prosphore clamosi spatiosa per æquora Circi.

Septenas ſolitus victor obire vias; E
Improperanter agens primos à carcere curſus
Fortis pręgreſsis vt potereris equis,
Promptum & veloces erat anticipare quadrigas,
Victores etiam vincere laus potior.

Septies quidem metas ab aurigantibus fuiſſe circumagendas inoffenſo curru, vt victores renunciarentur, nulli dubium eſſe debet, cæterùm dubitari tamen poſſit, eademne meta septies eſſet luſtranda, an circa ſeptem metas ſepties flectendum; cùm dicat Caſſiodorus, qui præ cæteris de hoc ſpectaculo exactiſſimè ſcripſit, ſeptem metis omne certamen peragi in ſimilitudinem hebdommadis reciprocæ: Et Calliſthenes in Alexandro ait, πρῶτον καμπτῆρα, δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον περιέκαμπτον, id eſt, *primam metam, ſecundam, tertiam & quartam circumflectebant.* Apud Caſſiodorum ſeptem metas interpretor ſeptem luſtrationes, ſeptemuè circumflexus; ideoque Calliſthenes καμπτῆρα potius dixit, quàm nyſſam, quia καμπτὴρ propriè flexus, nec aliam ob cauſam Tzetzes ipſam metam vocat καμπτηρίαν, quàm à flexione equorum ſepties iterata. Arnobius itaque ſeptem gyros vocabat: *Iupiter* (inquit) *ſpectatum profectus è cælo eſt canterios de velocitate certantes, replicantes gyros ſeptem.* Ita vocat & Sidonius: F

Li.7. contra gentes.

Tu conamine duplicatus ipſo
Stringis quadriiugos & arte ſumma
In gyrum bene ſeptimum reſeruas.

Et reuera periti agitatores per initia ſtadij moderabantur equis ſuis, vt in ſeptimum gyrum vires eorum integras reſeruarent, ſuſtinebantque equos, cùm ad finem venirent. Hinc illud Ciceronis: *Ego enim vt agitator callidus, priuſquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo.* Eodem referendum hoc Lucilij: *Suſtineat curſum, vt boni ſæpe agitores, equoſq́.* Sribitque Silius quibuſdam peritioribus inutile videri equos à principio certaminis clamoribus incitare:

Academ. 4.
Lib. 16.

At queis interior cura & prudentia Circi
Altior effuſas primo certamine voces
Damnare & caſsis longè increpitare querelis
Indiſpenſato laſſantem corpora niſu.

Atque hinc fortaſſis eſt, quod Symmachus dixit, eum qui ſorte extremus emitteret equos, priore potiorem eſſe, quia cæteros præ oculis habens, videret quod iter commodius eſſet, vim equorum & impetum quo modo diſpenſaret, ne in periculum frangendi currus veniret: quare identidem reſpectabant poſt tergum ne imprudentes à ſequentibus opprimerentur. In quo ſenſu accipiendum hoc Plautinum: G

In Menæchmo.

Næ tu eſſes agitabor probus, ne te vxor ſequatur, reſpectas identidem.

Retrò ſpectaſſe aurigas.

Falluntur itaque qui agitatores nunquam retrò reſpexiſſe volunt, ne interim præuenirentur ab aduerſaris. Vidi ego ſequentes equos, ipſoſque ſeſſores à præcedentibus flagello peti, ne curſu præuerterentur, atque ita ſequentibus palmam ereptam. Sed redio ad ſeptimum gyrum ſiue circuitum. Hoc confecto victor ſtabat ad metam, quam ſepties obierat, vbi victor renunciabatur, vt docere videtur Solinus: *Ingenia equorum* (inquit) *& Claudij Cæſaris Circenſes probarunt, cum effuſo rectore non minus aſtu quàm velocitate præuerterent, & poſt decurſa legitima ſpatia, ad locum palmæ ſponte conſiſterent velut victoriæ præmia poſtularent.* Plinius hoc ipſum narrans, *peracto* (inquit) *legitimo curſu ad metam ſtetere.* Niſi autem ſeptimùm certaſſent, irritum erat certamen, vt conijcio ex hoc Dionis: *Circenſibus ludis, equis ſeptimo loco certantibus magna puerorum multitudo in Circum accurrit.* Inuenio tamen à populo aliquando euoluto ad metam ſexto ſpatio palmam victori flagitatam, Id inquam tradit Sidonius:

Cap. 57.
Victoria equorum ſine auriga.
Lib. 8. 14.
In Cõmodo.

Quinto circite non volens ſequentis H
Tendus ferre prior, retorquet axem,
Quod velocibus imperans quadrigis
Exhauſtos ſibi ſenſerat iugales,
Iam ſexto reditu perexplicato,
Iamque & præmia flagitante vulgo.

Nero verò teſte Suetonio, Circenſium, quò faciliùs centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatijs ad quina corripuit. Qua modò alacritate, quoue ſtudio, animique feruore ad victoriam aſpirarent, ideoque inuicem præuertere ſtuderent aurigæ, oſtendit elegantiſſima ab auaro deſumpta ſimilitudine Horatius in ſermonibus.

Li. 1. Sat. 1.

Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat:
Vt cùm carceribus miſſos rapit vngula currus:
Inſtat equis auriga ſuos vincentibus, illum

A

Prateritum temnens extremos inter euntem.

Comparatio est auari cum aurigante in hoc curuli certamine, consistitque, vt opinatur Ascensius, quod cùm auriga qui primus primum circuitum perfecit, redit ad faciendum secundum, offendit iam in via sua ante se eos quos habuit post se, vnde vult extremum quem primum ante se inuenit, iterum præcedere, etsi quàm diu in cursu circulari est, semper aliquem ante se inuenit, quem præcedere conatur: Eo modo auarus quamuis sit ditissimus, tamen semper inuenit aliquem ante se, id est, aliquid quod ipse non habet, & quod vellet habere: quapropter qui vellet omnes in diuitijs superare, nunquam esset contentus aut quietus quacunque re habita. *Auari natura.* Acron legit equis suis, & exponit per suos equos, & vincentibus exponit, alijs qui vicerunt. Philologus cum Porphyrio legit suos, dicitque in exemplari vetusto se ita inuenisse, vt auriga innitatur, vt anteuertat suos equis vincentibus. Verùm sequentia (inquit Ascensius) plus arrident communi lectioni, & nostræ (vt opinor) interpretationi, præsertim cùm exprimat insatiabilitatem animi non contenti semel vicisse, cùm instet equis suis vincentibus, vt iterum vincant: quasi dicat, instat & vrget eos, vt vltimum primi cursus iterum vincat, & bis cursum suum perficiat, priusquam ille semel, & hoc est quod dicit, temnens, id est parui æstimans & faciliter superare sperans illum

B

præteritum, id est, quem semel præterijt euntem inter extremos: quasi dicat si vellet omnes superare quos ante se offendit, nunquam haberet finem, quia quem semel præterijt redeundo circulariter, iterum ante se inuenit. Tanta autem victoriæ erat cupiditas, vt non solum aurigandi peritia, sed & alijs artibus, dolisque certaminis socios superare studerent, id quod Pelopis in primis exemplo nulli non innotescit. *Victoria cupiditas.* Hic enim cùm dubitaret, ne ab Oenomao, vt alijs qui cum eo certauerunt, euenerat, aurigandi scientia superaretur; cum dolo aggressus superauit, Myrtilum Oenomai aurigã pecunia corrupẽs, vt axes fragiles currui illius subiungeret: quo facto Oenomaus aurigæ sui perfidia fracto curru collapsus, membrisque omnibus ex ruina collisis Pelopi victoriam cessit. *Oenomaus vt victus.* Pierius Valerianus verò hanc Pelopis fraudem aliter narrat. Tradit nimirum Amphionem Thebanum Pelopi quædam dedisse maleficia, quæ in stadij solo defoderet, quibus Oenomai equi consternati, dominum occiderint: postmodum cunctos equos illa transeuntes consternari solitos, indeque loco ταράξιππου appellationem factam. *Taraxippus* Ne verò futilis hæc videatur Pierij sententia, similem ex D. Hyeronimo authore grauissimo historiam recitabo. Hic in vita Hilarionis memoriæ prodidit, Italicum quendam municipem Gazam nomine, Christianum cùm

C

aleret equos Circenses, habuisse maleficum quendam æmulum qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus impediebat huius equos & suos incitabat ad cursum, cumque petijsse auxilium dei ab Hilarione: hunc porrò scyphum quo bibebat, fictilem iussisse aqua impleri, eique tradi, quem cum accepisset Italicus eques & aurigas suos, rhedamque & carcerum repagula respersisse cum mira vulgi spectatione & risu: veruntamen concursu tandem præpeditos fuisse equos magi, Itali autem vicisse. Huc spectat Lesci cuiusdam Poloni astus in eo certamine, quò de totius Poloniæ regno, equis certatum est, vt Martinus Cromerus scribit in hæc verba. *Lib. 2. de reb. Polon.* Præmisso siue Lesco vita defuncto, exoritur noua de principatu contentio, cumq; nullus appareret, neque modus, neque finis multis ambientibus, neque quoquam eorum alium sibi præferri patiente; placuit rem fortunæ committere; indicto ad certam diem maculosorum equorum cursu, qui primus ad metam peruenisset, eius dominus vt princeps esset cunctæ Poloniæ. *Certamen de Polonia regno.* Igitur meta apud Pramdnicum amnem, in aperta planitie ad septentrionalem plagam Cracouiæ. Status curriculo dies adest: effunditur ad spectaculum ingens hominum multitudo: varia studia, solicita omnium quæ det euentum fortuna, expectatio. Consident delecti iudices & munerarij dant signum certaminis. Ibi Lescus quispiam procerum & competitorum vnus, cum stadium vafro consilio stratis clam

D

in sabulo ferreis hexagonis siue stylis cæcis, quibus currentium equorum pedes læderentur, impediuisset, ipse obliquo & minimè impedito tramite primus, cæterorum equis in cursu offendentibus ac cespitantibus ad metam peruenit. Munierat is etiam equi sui calces ferreis soleis, ne offenderetur à stylis, si fortè cum impetu currens, in eos incidisset, cùm omnes omnium aliorum equi de more illius temporis soleas nullas haberent. Rei prorsus ignaris & miraculo attonitis omnibus & iam victorem atque principem diuinitùs sibi oblatum Lescum conclamantibus, techna deprehenditur: protrahitur in medium, conuincitur, damnatur, concerpitur. Notarunt commentum impediti curriculi, duo quidam iuuenes tenues & obscuri. Cùm enim nemine etiamnum præsente, in stadio illo pedestri cursu fortè certarent, ioco principatum inter se pacti, offendunt in stylos; subsistunt, inuestigant rem curiosiùs: notant tramitem stylis vacuum. Eorum alter equitibus à carceribus procurrentibus procurrit, & ipse pedester primus post doli fabricatorem ad metam peruenit. Eum igitur, Lesco interfecto, principem populus omnis salutat, & ne quid ad authoritatem ac magistatem ipsi desit, Lescus commutato nomine appellatur. Hucusque Cromerus. Tubæ sonitus non modò ante certamen, vt equi prosilirent è carceribus, perstrepebat, *Tubarum sonitus.*

verùm etiam tota decurſione, vt animi equis vireſque accenderentur. Pauſanias id docet, dum ait: Equa Phedolæ ſeſſore lapſo περὶ τὴν νύσσαν ἐπιστρέφετο, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν τὸν δρόμον, id eſt, circa metam ſe circumagebat, & vt audiuit tubam, curſum accelerauit. Cæterùm hoc de celere & deſultorio equo præcipuè accipiendum, quamuis & vehiculario curſu certantes ad tubæ ſonum excurrerent, vt oſtendit Sidonius præcitato loco: E

Tandē murmure buccinæ ſtrepentis, Suſpenſas tubicen vocās quadrigas, Effudit celeres in arma currus.

In Menæchmo. Ipſi autem ſtimulabant equos aurigæ. Plautus:

Multa mihi imperas Apollo, nunc equos iunctos iubes
Capere me indomitos, feroces, atq; currum inſcendere,
Vt ego hunc proteram Leonem Getulum, olentem, edentulum.
Iam aſcendo in currum, iam lora teneo, iam ſtimulus in manu eſt
Agite equi, facitote ſonitus vngularum appareant
Curſu celeri, facili inflexu ſit pedum pernicitas.

Stimulus. Quamuis autem ſtimulus propriè ſit fuſtis acutæ cuſpidis, ego tamen non dubito, quin hic flagellum ſit intelligendum, hoc enim & clamore inſuper incitantes ad curſum equos ſuos agitatores docet Homerus, canens; F

Οἱ δ᾽ ἅμα πάντες ἐφ᾽ ἵπποιιν μάστιγας ἄειραν,
Πέπληγόν θ᾽ ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ᾽ ἐπέεσσιν
Ἐσσυμένως. id eſt:
Hi autem ſimul omnes ſuper equos flagella ſuſtulerunt,
Percuſſeruntque flagellis, hortatiq; ſunt verbis Studioſè.

Maſtix. Maſtix enim ſcutica illa etiam eſt ſiue flagrum, ſiue lora quibus cædebantur mancipia: ſcribitque Budæus μαστιγοφόρους vocari ſeruos, qui agonethas in ſacris certaminibus comitabantur, virgas præferentes, ad ſubmouendam turbam & cohibendas ſeditiones. Ἱμὰς etiam idem eſt, nimirum loreus funis, ſiue corrigia, ſiue vt Euſtathius exponit στρεπτός τις βοεύς, id eſt funiculus ex loris bubulis tortus, quo & alias vapulabant equi, etiam ad præſepia, vt idem Homerus indicat hoc verſu:

Ἵππους μὲν κατέδησαν ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσι
Φάτνῃ ἐφ᾽ ἱππείῃ.

D. Chryſoſtomus verò flagella iſthæc ait in ſua de Circo oratione fuiſſe ex σχοίνῳ, Bulingerus vertit è ſparto, σχοῖνος tamen iuncus eſt; flexilis quidem vt ſpartum ſed fractu minus contumax. Noſtri agitatores qui ſemper celeres ſunt, funiculis vtuntur bouillis, calcaribus neutiquam, vt tamen olim factum eſſe ex hiſce Varini verbis licet conijcere. Νύσσα (inquit) ἡ ἀφετηρία, τῶν ἱππικῶν ἀγώνων. Τοὺς μὲν ἵππους κεντοῦσιν οἱ παριστῶντες σιδηροῖς κέντροις, ὡς ἂν ὀξυτέρως ἐκπηδήσωσι τῇ πληγῇ. κέντρα enim σιδηρὰ interpretor calcaria. Magnum equidem artis ſpecimen & ſtudium agitatorum apparebat in ipſo curriculo, cùm videlicet ſe attollerent, deprimerent, inflecterent, voce & flagello equos accenderent, quod expreſſit appoſitè Virgilius: G

Georg. 3.

Nonne vides? cùm præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntq; effuſi carcere currus,
Cùm ſpes arrectæ iuuenum, exultantiaq; haurit
Corda pauor pulſans, illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis.
Iamque humiles, iamque elati ſublime feruntur,
Aëra per medium ferri atque aſſurgere in auras
Nec mora, nec requies: vt fulua nimbus arena
Tollitur, humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum. H
Tantus amor laudum, tanta eſt victoria curæ.

Idem habemus apud Homerum, quem à Virgilio apparet imitatum eſſe:

Ἅρματα δ᾽ ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ,
Ἄλλοτε δ᾽ ἀΐξασκε μετήορα. τοὶ δ᾽ ἐλατῆρες
Ἕστασαν ἐν δίφροισι. πάτασσε δὲ θυμὸς ἑκάστου
Νίκης ἱεμένων. κέκλοντο δὲ οἷσιν ἕκαστος
Ἵπποις. id eſt:
Currus verò interdum quidem terræ appropinquabant almæ:
Interdum autem attollebantur ſublimes: at aurigæ
Stabant in ſellis: palpitabat autem animus vnius cuiuſque
Victoriæ cupidorum: imperitabat autem ſuis vnuſquiſque
Equis, &c.

Aeneid. 5.

Aliàs

A Aliàs quoque idem Virgilius indicaturus, quanta vincendi cupiditate, pernicitate naues impellerent remiges, nauium è carceribus exeuntium celeritatem apposita atque eleganti hac comparatione illustrat: *Nautarum celeritas.*

Non tam praecipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus,
Nec sic immissis auriga vndantia lora
Concussere iugis, pronique in verbera pendent.

Qua quidem comparatione etsi Homerum quoque imitetur, vbi Diomedem equos suos in hoc curuli certamine impellentem delineat: longo tamen interuallo eum multi superare volunt: quare & eius versus apponam, vt res æquiùs meliusque perpendi possit.

Μάστιγι δ' αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδόν. οἱ δέ οἱ ἵπποι
Ὑψόσ' ἀειρέσθην ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον.
Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.
Ἅρματα δὲ χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε
B Ἵπποις ὠκυπόδεσσιν ἐπέτρεχον. οὐδέ τι πολλὴ
Γίνετ' ἐπισσώτρων ἁρματροχιὴ κατόπισθεν
Ἐν λεπτῇ κονίῃ· τὼ δὲ σπεύδοντε πετέσθην. id est:
Flagello autem semper agitabat per humeros: ipsiq; equi
In altum tollebantur leuiter percurrentes viam.
Semper autem aurigam pulueris gutta pertutiebant:
Currus autem auro stannoque ornati
Equos veloces sequebantur, neque profunda
Fiebat canthorum orbita retro
In tenui puluere: hi autem properantes volabant.

Principio igitur rationem gubernandi a Marone meliùs, quàm ab Homero cognitam fuisse, ingenuè fatendum est, (inquit Nascimbænus.) Nam equi non continuò sunt verberandi, quod tamen Diomedes apud Homerum facit, qui μάστιγι δ' αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδόν, id est, *assiduè flagello humeros verberabat*: sed frequentibus interuallis sunt potiùs stimulandi, quod rectiùs facit, cùm ait; *vndantia lora concussere iugis.* Nam si frequenter verberibus equi agitentur, erigunt sese, & cursum qui extentus celerque esse debet, interpellant: quod vel Homerus ipse contra consilij sui rationem indicat, cùm ait: ὑψόσ' ἀειρέσθην, id est, *in altum erigebantur.* Multò igitur Maro se huius rei peritiorem ostendit, eamque expressiùs Homero delineat: qui non flagellis, sed lororum vndantium concussione ac strepitu (vt periti aurigæ facere solent,) equos ad cursum excitat. Verùm quia non satis est interdum lororum concussio, verberibus etiam moderatis, non frequentibus aut continuis (vt Homericus Diomedes,) vtendum est, illud supra omne poëtarum ingenium addidit: *pronique in verbera pendent.* Quæ verba eos qui aut legunt aut audiunt, perinde delectant, vt res ipsa non dici, sed ob oculos eorum fieri videatur. Nam quis est qui verbis aurigas de curru pendentes, equosque verberantes se videre non putet? Quid verò huiusmodi moderatio perficiat, ipse poëta declarat, cùm & præcipites & corripuere campum, in præterito tempore, & ruunt dicat, quasi per deuexa loca currant, adeo sunt celeres & festini. Hactenus ille. Mihi Homericus Diomedes recta ratione continuo flagellare videtur, iam scilicet victoriæ proximus, ne ab alijs qui vel dolo, vel equorum pernicitate a tergo proximè ferebantur, præuerteretur. Idemque suos etiam facturos aurigas Maro indicat, si opus aliquando fuisset, cùm ait: *pronique in verbera pendent.* Sed & Statius in suo certamine continuò equos verberari ait, quamuis sponte currerent: *Equi vt & quando verberandi.*

C

D

Fit sonus, immanisq; pedum, tenuisque rotarum,
Nulla manus requies, densisq; insibilat aër
Verberibus, gelida non crebrior exilit arcto
Grando, nec Olenijs manant tot cornibus imbres.

Iam verò Sidonius etiam aurigas, vt cursum equorum adiuuent, modò pronos & anhelantes in ipsa iuga pendere, modò rursus in axes ipsos referri innuit his carminibus:

Instant verberibus simul regentes, *Iamque & pectora prona de temino*
Extensi rapiuntur & iugales *Trans armos feriunt vocante tergo,*
Nec cernas citò cernuos magistros, *Temones magè sufferant an axes.*

Idem rursus Statius aurigas agitationi tantoperè fuisse intentos ait, vt pectore iugum aut genu contingerent.

——Nunc auidi prono iuga pectore tangunt,
Nunc pugnante genu presis duplicantur habenis.

In sum-

In ſumma boni agitatoris erat non effuſo impetu temerè per Circum ferri, ſed vim equorum diſpenſare, vbi flagello & incitatione opus erat, incitare, vbi moderandum, moderatione vti, ad metam flectere, non offendere, naufragium ab aduerſarijs euitare. Non minor quoque erat ipſorum equorum quàm aurigarum victoriæ cupiditas, quod licet fuſiùs ſuprà demonſtrauerimus, cùm de eorum natura agebamus: iuuat tamen hic binas ternaſue authoritates repetetere, ac in primis Statij, qui præ cæteris in hoc deſcribendo certamine facundiſſimus eſt:

Boni agitatoris officiũ.

Equorum currendi prõptitudo.

Terrarum (inquit) *decora ampla viri, decora ampla iugales*
Diuum vtrumque genus, ſtant vno margine clauſi
Speſque audaxque metus, vnà & fiducia pellens,
Nil fixum cordi, pugnant exire, pauentque,
Concurrit ſummos animoſum frigus in artus:
Qui dominis, idem ardor equis: face lumina ſurgunt,
Ora ſonant morſu, ſpumiſque & ſanguine ferrum
Vritur: impulſi nequeunt obſiſtere poſtes,
Clauſtraque compreſſa transfumat anhelitus ira.
Stare adeò miſerum eſt: pereunt veſtigia mille
Ante fugam, abſentemque ferit grauis vngula campum.
Circumſtant fidei, nexuſque & torta iubarum
Expediunt, firmantq; animos & plurima monſtrant.

Breuiter Lucretius:

Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam, tam de ſubitò, quàm mens auet ipſa,

Addo & hoc Sidonij quo & ipſe Circorum adhuc carceribus clauſos equos vix retineri poſſe monet, quin ante apertionem conentur erumpere. *Illi* (inquit) *ad clauſtra fremunt, repagulisque*

Incumbunt ſimul & per obſeratas *Transfumant tabulas, & ante curſum*
Campus flatibus occupatur abſens. *Ardeſcunt, ſaliunt, timent, timentur,*
Nec greſſum cohibent, ſed inquieto *Duratum pede ſtipitem flagellant.*

Nemo verò currendi voluntatem & promptitudinem, quam apertis equi carceribus oſtendunt, feliciùs expreſſit Virgilio, dum canit:

Vt cùm carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia, & fruſtrà retinacula tendens,
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Polydamantis robur.

Exhortatio ad curſum.

Vt ſuper omnem habendum ſit admirationem, quomodo equos impellente auriga Polydamas altera tantùm manu retractos a tergo currus ſiſtere potuerit, quod tamen ab eo præſtitum aſſerit Pauſanias in Eliacis. Quamuis tamen ſuaptè natura proni ſunt ad curſum; multum facit exhortatio rectoris: vnde elegantiſſima ſimilitudine ab iſtiuſmodi equo in ſtadio certaturo deſumpta Cæſarem belli alias auidiſſimum Curionis oratione magis adhuc accendi Lucanus ait:

——— *Sic poſtquam fatus; & ipſi*
In bellum prono, tantum tamen addidit ira,
Accenditque ducem: quantum clamore iuuatur
Eleus ſonipes, quamuis iam carcere clauſo
Immineat foribus, pronuſque repagula laxet.

Equi ad certamina electi.

In Georg.

Alebantur autem ad hæc certamina equi electi & præſtantiſſimi, & perniciſſimi. Virgilius nobilem indicaturus & generoſum equum, dicebat:

Hic vel ad Elei metas & maxima campi
Sudabit ſpatia & ſpumas aget ore cruento.

Celerrimos autem debere eſſe iſtiuſmodi equos, eleganter docet Homericus Neſtor, cùm Antilochum, quod tardos ſegneſue haberet, docet, quomodo tarditatem eorum dolo alijſque ingenij artibus compenſare debeat, vt victoriæ compos fiat. Impigros itaque tales equos vocat Horatius:

Illum non labor Iſthmius
Clarabit pugilem: non equus impiger
Curru ducet Achaico.

Ouidius celeres:

Protinus illa valet, & ad ſua præmia tendunt,
Vt celer Elæo carcere miſſus equus.

Iuncti celeriùs currunt.

Quia verò quadrigis iuncti, perniciori curſu feruntur, quàm ſi ſoli agitentur, vt aliàs oſtendimus, congruè

A congruè cùm poëtæ, tùm soluta oratione scribentes, quadrigas pro pernicissimis equis dicunt. Virgilius de Metio Suffetio: *Aeneid. 8.*

Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant.

Claudianus de Phaëtonte: *Paneg. 7.*

——— velut ordine rupto
Quum procul insana traherent Phaëtonta quadrigæ.

Eleganter etiam Plautus *citis quadrigis & Iouis quadrigis* fugere dixit, pro eo quod est pernicissimè. Columella sacrorum certaminum studiosos pernicissimarum quadrigarum semina scribit diligenti obseruatione custodire & spem futurarum victoriarum concipere sobole generosi armenti: *Lib. 3. c. 9.* indicans referre, vt quibus nati, & vbi nati sint, qui ad certamina aluntur, pulli. Vnde & alicubi *Lib. 6.* inquit: *Equinum pecus tripartitò diuiditur: Est enim generosa materies, quæ Circo, sacrisq́ue certaminibus equos præbent.* *Lib. 5. Sylu.* Elegantissimè, vt solet Papinianus:

——— Quales per iugera Circi
B *Cum pulcher visu titulis generosus auitis*
Exspectatur equus, cuius de stemmate longo
Felix demeritos habet admissura parentes:
Illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
Puluis, & incurua gaudent agnoscere metæ.

Habebatur verò etiam patriæ, in qua nati essent, maxima ratio. Horatius:

Siue quos Elea domum reducit Palma celestes pugilemve equumve.

Iuuenalis *——— Nempe volucrem* *Sat. 8.*
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco victoria Circo.
Nobilis hic quocumq́ue venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios & primus in æquore puluis.

Gratius de equo Thessalico, vel Mycenis nato:

——— Quis Eleas potior lustrauit arenas?

Simili planè sensu de equabus Epiri Maro: *Eliadum palmas Epirus equarum.* Alexander ab Alex. *Georg. 3.* in Eleis certaminibus Agrigentinos atq; Aetnæos semper præceleres habitos esse tradit: & Capi- *Equi ad certamina ele.*
C tolinus Gordianum refert equos Siculos centum, Cappadoces ducentos permittentibus impe- *Eli.* ratoribus, factionibus (de quibus mox.) diuisisse, & propter hæc populo satis carum fuisse, qui sem- *Lib. 5. c. 8.* per voluptatibus commouetur. Et quidam apud Ammianum Marcellinum præbiturum se polli- *In Gordiano seniore.* cetur equos curules Hispanos. Nos istiusmodi equos generosiores & ad cursum præsertim para- *Lib. 20.* tos, Barbaricos dicimus, licet plerique sint nostrates. Græcorum quoque equorum vsum præ cæteris commendatum fuisse vel inde verisimile est, quandoquidem hi, si contingeret cadere, minus quàm alij noxæ persentiebant, vt meminit D. Ambrosius in apologia Dauid. *Plerique* (inquit) *equorum cùm ceciderint, se iactare consueuerunt, & quos casus non læserit, iactando se debilitant & frangunt.* *Cap. 9.* *Alij qualis Græcorum equorum fertur natura, cùm in certamine curuli elisi fuerint, vel fortuitò ceciderint, nequaquam se mouere consueuerunt, & quandam tenent quietis & patientiæ disciplinam. His si casus non nocuit, quies prodest. Certè non acerbatur offensio.* Obseruabatur item ætas equorum & sexus. De ætate sic Plinius; *Diuersa Circo ratio quæritur: itaq; cùm bini in alio subiugantur imperio, non ante quinquennium ibi certamen accipiunt.* *Lib. 8. c. 42.* Erant autem senes contempti, vt facetè admodum ostendit Horatius, dum ait: *Lib. 1. Epi.*

D *Solue senescentem maturè sanus equum, ne*
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat:

Crebris scilicet anhelationibus defatigatus. Equarum autem etiam in curulibus sacrisque certaminibus vsum fuisse non solùm paullo antè citata Virgilij de Epiri equabus comprobatur authoritate; sed & Plinij, qui vicisse Olympia (inquit) prægnantem equam Echecratidis Thessali inuenimus. Et Horatij: *Tibi tollet hinnitum apta quadrigis equa.* *Equas quoque certa., c.*

Herodotus verò etiam de Miltiadis equabus sic scribit: *Miltiades vnus ex decem ducibus Athenensium in Marathone, patrem habuit Cimonem Stesagoræ, qui Pisistratum Hippocratis ex Athenis fugante: & dum obtineret Olympiadem quadriiugo certamine, victoriam muneris gratia transtulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaq́ue Olympiade eisdem equabus alteram Olympiadem cum vicisset, à filijs Pisistrati interfectus est, mortuo iam Pisistrato: sepultusq́ue ante vrbem trans viam quæ vocatur Diacœle: & è regione sepultæ sunt equæ illæ, quæ tres Olympiacas victorias reportarant. Idē quod istæ, iā aliæ equæ fecerunt, quæ fuerunt Euagoræ Lagonis (quæ etiam in ludis Eleis victrices fuere,) aliæ præterea nullæ.* *Lib. 6.* Huc vsq; ille. Aetha Agamēnonis vtitur Menelaus Hom. & equabus vtitur Eumelus.

An canterij certarent. Marium itaque frequentior quàm fœminarum vſus, ſed nunquid etiam exectí, ſiue canterij certarent, addubito. Probe tamen noui Arnobio vbique canterios dici: qui in Circo certant: integros certaſſe certum eſt, ex hoc Plinij: *Generat mas ad annos triginta tres, vtpote cùm à Circo poſt vigeſimum annum mittantur ad ſobolem reparandam.* Iam verò in huiuſmodi generoſorum equorũ *Equorum diligens educatio.* altione nullum prorſus diligentiæ genus prætermittebatur, quin tanta eorum cura erat penes dominos, vt ne ab odorandis excrementis, valetudinem exploraturi abſtinerent, quod meminit Ga- *Lib. 7. Methodi.* lenus, de lactis bonitate & diæta aſinæ ſic ſcribens: *Curandum vt quàm optimè animal concoquat, contemptis videlicet ijs, qui ſi aſinorum quoque victus rationi conſulemus, ridebunt. Si enim qui Veneti vel Praſini (qua de re mox) ſtudio tenentur veterinary, equorum ſtercora, quò intelligant, quemadmodum alimenta concoxerint, odorant, tanquam ex eo omnem eorum bonitatem cognituri, multò profectò magis noſtrum fuerit pro hominis ſalute nihil tale non proſpicere. Quare veteres medici etiam ſudorem in balneis ſtrigili exceptum deguſtare non erubuerunt.* Quantum autem in emẽdis iſtiuſmo- *Equorum pretia.* di equis impenderent emptores, eleganter oſtendit Plutarchus in libro de cupiditate diuitiarum his verbis: *Nemo vnquam fœnore argentum ſumpſit homo, vt emeret caſeum, panem, oliuas: ſed alium ſumptuoſa domus debitorem fecit: alium oliuetum finitimum, alium granaria, vinea, alium mala Galatica: alios iugales equi pulſantes vanos currus (vt ait Homerus) præcipitauerunt in voraginem contractuum, fœnorum, pignorum.* F *Iliad. O.* Quamobrem Iſocrates hoſce equos, qui ad equeſtria certamina enutriuntur, ἀδηφάγους vocat, id eſt plurima deuorantes, & currum ipſorum ἀδηφάγον ἅρμα, quòd in eos magni erogentur ſumptus, vnde & vetus adagium, *Currus edax.* Non reclamauerim *Currus edax* itaque ei qui hanc ob cauſam prouidendorum Circenſium equorum curam Cenſoribus permiſſam fuiſſe exiſtimarit. Fuiſſe autem eis permiſſam diſcimus ex hoc Liuij loco: *Quum Cenſores M.* *Lib. 24.* *Attilius Regulus, P. Furius Philus ob inopiam ærarij ſe iam locationibus abſtinerent, aedium ſacrarum tuendarum, curuliumque equorum præbendorum, ac ſimilium his rerum: conuenere ad eos frequentes, qui haſta huius generis aſſueuerant.* Animaduerto etiam equos fuiſſe apud Romanos publicos. *Publicos fuiſſe equos curules.* nam Cod. lib. 11. tit. 40. l. 1. 2. legimus: *Qui equos Circenſes in vſus ſuos conuerterit, vnius libræ auri multam ferat.* Adhæc fuere quædam prouinciæ, quæ vectigales equos ac quadrigas pop. Rom. penderent, quod vectigal non redimebant modò equites, ſed & ſenatores. Hinc illud D. Hiero- *In Hilarione* nymi: *Circenſes equos nutrire functio publica, ad quam cogitur, qui nutrit.* Certè ſingulis factionibus ſui erant equi, licet de publico. De editoribus ludorum dubium non eſt, maximè cùm illi non equos modò, ſed interdum vrſos, camelos & alias feras darent. Dio: *In Circo cameli ſemel & vrſi trecenti, & leones ex Lybia.* G Imo hæ maximè partes editorum erant, vt equos conquirerent, *Li. 4. Epi. 6. Epi. 60. 61. Li. 7. Ep. 64 & 105.* quam in rem euectiones a principe petebãt, quibus poſſent tutò ac liberè ex Italia, Hiſpania; Cappadocia cæteriſque regionibus præſtantes equos conuehere. Symmachus: *Euectionem impetraui, amicos in Hiſpaniam miſi ob curalium equorum coemptionem.* Et rurſus: *Ab Hiſpania equos quadrigarios quæſtores & prætores acceſsiſſe comperies.* Sed & Lauditianos equos Conſtantinopoli fuiſ- *Lib. 1.* ſe publicos volunt ab Imperatore ad eam rem attributos. In Olympijs, vt tradit Pauſanias in Eliacis, antiquitùs in more fuit, vt aliena iumenta ad certamen mutuarentur: Hercules Amphitryonis filius, ait, Iolao coronam primùm detulit, qui equas ab Hercule mutuatus in curſu cæteros anteierat. Et ſanè antiquitùs traditum fuit alienas equas ad certamen mutuari: ſiquidem Home- *In Alcibiade.* rus in funebribus Patrocli ludis Menelaum facit Agamemnonis Aetha vſum, altero verò ſui ipſius. Permutabant item quandoq; vt oſtendit Plutarchus: *Aurigæ præſtantes ne bonitati equorum* *Cur permutarentur.* *victoria tribueretur, ſæpè cum aduerſa factione ſummutabant equos.* Legimus & in Epigrammatibus: *Lib. 5.* ἤμειψε μὲν ἵππους ἀντιπάλοις, id eſt mutauit equos cum ſuis aduerſarijs: & rurſus,

Ὃς καὶ ἑοὺς ἵππους καὶ ὁμόφρονας ἡνιοχῆας
Ἐξ ἑτέρων ἑτέρους αἰὲν ἀμειβόμενος. id eſt, H

Qui equos ſuos & auriga ſecum facientis
Ex alijs alios ſemper commutabat.

Acciditq; aliquando, vt quis vtriſq; vinceret, ſuis, inquam, quos dabat, & alienis quos accipiebat, vt diſcimus ex hoc diſticho, quod ibidem legitur:

Ἀμφοτέραις γὰρ ἀμειβόμενος ἵπποις πώλοις
Κυδιάει νίκαις οἷς πόρεν, οἷς ἔλαβεν. id eſt:

In ſuis & aduerſæ partis equis currens
Honoratus eſt victoria, equorum ope quos dedit & quos accepit. Idem docet & hoc:

Πολλάκι δὲ νικήσας ἑοὺς πόρεν ὠκέας ἵππους
Λάζετο δ' ἀντιπάλων καὶ πάλιν ἐστέφετο. id eſt.

Decurſionis forma. *Sæpe victor ſuos equos celeres dedit & accepit equos aduerſariorum, & rurſum coronabantur.* De forma modò decurſionis ſic diſſerit Dionyſius: In decurſione ſtadij varijs locis ac temporibus varia ratio ſeruata eſt: Certamen primum quadrigarum fuit (cui pompa viam ſemper præibat) & biga-

A & bigarum & singulatorum (bigas vocat συνωρίδας, singulatos equos ἀζεύκτους ἵππους, quasi iniuges aut aiuges, id est, sine iugo) quod & Olympiæ factitatum est. Duo Romæ ab antiquitate infima petita, diu multumque obtinuerunt: alterum de trigis heroici temporis, quod genus apud Græcos exoleuit. Duos enim equos iunctos, quomodo bigæ iunguntur, tertius funarius loro deuinctus consequitur, quem παρήορον veteres dixere, id est, suspensum, (ἀπὸ τοῦ παρηωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι, quia tunc tertius equus funalis ad duos alios recto temone adiungeretur, & quasi suspenderetur,) alterū in Græcia cùm dijs prisco more sacra faciunt, nostro sæculo tenet, vt aliqui se iniiciant & interserāt in currus, vt confecto equestri certamine, pedibus ipsi currant. Cùm enim curule certamen finitum est, desilientes è curribus ij qui vehuntur prope aurigas, stadium corripiunt, cursuq; pedibus contendunt. Cùm enim cursus equitum finem ceperit, in circum cursores pedites & athletæ inducuntur. Verùm præter biiuges, triiuges quadriiugesq; erant & seiuges etiam & decemiuges, qui itidem quandoque cursu certabant. Plinius scribit Neronem trigario solitum se approbare, qui si curru euersus tractusq; ab equis fuisset, recreabatur (inquit) e poto cinere caprini fimi ex aqua. Suetonius vero aurigasse eum ait pluritariam: Olympijs verò etiam decemiugem, quamuis id in rege Mithridate, carmine quodam suo reprehendisset, id est

Neronis aurigandi peritia.

B quòd currus decemiuges Mithridates agitasset: legimus tamen de seiugo curru tantùm. Vbi esset inquirendum, quomodo tot equi vni iungebantur currui. Biiuges, triiuges, quadriiuges, quin & seiuges a lateribus omnes iuncti simul erant, vt ex tot numismatibus, quæ suo loco enumeraui clarissimè constat: inter quæ vnum est Heliogabali, in quo sic seiuges iuncti sunt, quamuis sextus equus non appareat. Quid de decemiugibus dicam non habeo: puto tamen similiter fuisse iunctos: vnde nostri temporis aurigarum innotescit imperitia, qui soli seiuges regere ignorant, & in quadriiugo curru duo equi præcurrunt, duo subsequuntur iugo temoniue alligati: atque ita quoq; fit in seiugo, sed hic rectores equis insident, illic currui. In quadrigis duo equi dicebantur iugales, illi scilicet qui ad iugum currus iuncti erant, eos Græci vt supra etiam scripsimus, ζυγίους vocabant: qui vero istiusmodi equorum paria ad certamina alebant ζευγοτρόφους, duo funarij siue funales extra iugum, extremi, vnus sinisterior, alter dexterior, ἀκροτῆρες dicti eisdem: D. Chrysostomus in oratione de Circo: ζυγαῖοι μὲν φῶς καὶ ἀθανασία, ἀκροτῆρες, δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια id est. *Iugales quidem lumen & immortalitas: extremi iustitia & veritas.* Priores mox etiam ὑποζυγίους vocat, id est, subiuges. Funales etiam σειραῖοι & σειραφόροι dicuntur, quasi extra iugum ferentes catenam siue habenam: item παρήοροι. Funalem verò etiam equum illum vocari paulò

Vt curribus iuncti.

C ante ex Dionysio dicebam, qui tertius est in ipsa triga: id quod & Statius docet, dum ait in descriptione certaminis curulis: ——— *Voce*

Theb. 6.

Nominibusque ciet Pholoën Admetus & Irim
Funalemque Thoen. Et rursus: *Flauus Arion*
Stat, sociumq́ iugi comitesque vtrimque laboris
Secum altè suspendit equos.

Inuenio autem & habenalem nuncupari. In quadrigis verò vtrumq; exteriorem equum, funalem dictum fuisse manifestè indicat Suetonius his verbis: *Dehinc pubescens Actiaco triumpho, currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, cùm Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur.* Suidas itaque iugales & παρασείρους equos inuicem opponit. ζύγιοι (inquit) ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ, τουτέστιν ὁ μέσος ἀριστερὸς, καὶ μέσος δεξιὸς, καὶ ἁπλῶς ὁ μὴ παράσειρος ὢν ζύγιος λέγεται; id est: *Iugales sunt qui iugo subijciuntur, id est, medius dexterior & medius sinisterior, & omnino qui non sit funarius, dicitur iugalis*: ex quibus verbis facilè liquet, in seiuge curru duos tantum iugales, quatuor funales nuncupari debere. Inuentio ab Isidoro ascribitur Cyristheni Sicyo-

In Tyberio.

D nio: *Iugo* (inquit) *prius Cyristhenes Sicyonius equos iugauit: eisque singulos ex vtraq́ parte simplici vinculo applicauit, quos Græce seirophoros, Latini funales vocant a genere vinculi quo prius alligabantur.* Quare satis mirari non possum Philippum Beroaldum, qui in explicatione verborum Suetonij iam citatorum, ait videri sibi funalem equum in triumphi comitatu videri, qui proximus triumphalem currum antecedit. Quam opinionem sic probat. Nam sicut (inquit) in saltationibus restem ducere dicebantur manibus inter se consertis, ita equi funales dicti qui tunc hoc est reste facta, simul connexi præcedunt, vt ita fiat triumphus speciosior, & a dextra sinistraq; triumphantis erant ductores quasi equestris choreæ: Non enim præcedebant, sed à lateribus currebant equi funales. Neque etiam ex prædicto loco argui potest, aurigarum locum fuisse in equorum dorso, nam retrò equos in ipso curru stetisse eos ex plurimis antiquissimis numis certum est, & ex Homero præcipue innotescit, dum inquit: τοὶ δ' ἐλατῆρες ἔστασαν ἐν δίφροισι: id est, *Aurigæ verò stabant in sellis.* Est autem Eustathio δίφρος ὁ ἐπὶ τοῦ ἅρματος κορυφαῖος τόπος; & sæpè etiam pro toto curru accipitur. Marcellus autem & Tiberius non agitatores agunt, aut agitatorem agentis Augusti, sed triumphali currui insidentis equos honorandi causa equitant, idque & ab alijs quoque

Aurigarum locus.

factitatum conijcio conſanguineis Imperatorum, vel qui cæteros nobilitate, dignitate aut virtute ſuperarent, nam & in Antonini, Macrini, Maximini, Gordiani numis equi triumphantium funales inſtrati ſunt. Quare etiam non placet Alexandri ab Alex. coniectura, quòd in his inſiderent qui funalia præferebant & faces: nam quamuis peruulgatũ fere ſit, faces & lumina tam in apparatu triumphi, quàm iuxta triumphantem deferri ſolere, non propterea id factum fuiſſe dicendũ ab ijs qui funalibus equis inſiderent, cùm plurima fuiſſe lumina prælata, ratio ipſa ſuadeat, quod à paucis, ne dicam duobus fieri non poteſt. Cęſarem ad lumina quadringenta in Capitolium triumphantem aſcendiſſe ex hiſtoria notum, ſed elephanti lychnos dextra ſiniſtraque geſtabant. Scribit Bulingerus fuiſſe currus, in quibus ſub iugum equi duo venirent, ponè currum equi duo ſequerentur, quomodo hodieq; fit (inquit) in lectis ac baſternis fœmineis, quæ antè & retrò ab equis ſuſtentantur. Qui quidem mos non nuperus aut nouitius, ſed Homeri ætate frequens, ait.n. E

Πρόσθε μὲν ἡμίονοι ἕλκον τετράκυκλον ἀπήνην,
Iliad. Ω. Τὰς Ἰδαῖος ἔλαυνε δαΐφρων· αὐτὰρ ὄπισθεν
Ἵπποι, τοὺς ὁ γέρων ἐφέπων μάστιγι κέλευε
Καρπαλίμως κατ᾽ ἄστυ. id eſt.
Ante quidem muli trahebant quatuor rotarum currum, F
Quas Idæus agebat peritus: ſed ponè
Equi, quos ſenex regens flagello vrgebat
Statim per vrbem.

Vnde conijcit duos fuiſſe temones, quibus equi iugarentur, duas ſedes duobus agitatoribus, quatuorque in curru rotas. Idem Bulingerus omnium quadrigarum currus olim duplici temone fuiſſe aſſerit, perpetuoque &, qui omnibus equis inijcerentur iugo; poſtea funarios adhibitos, qui fune per foramina iugi tranſmiſſo in fronte cum duobus iugalibus vincirentur. Cæterùm duplicis temonis vſus fuerit aſſignandus: Mihi vnus fuiſſe videtur: duobus enim equis temoni alligatis, dexterior & ſiniſterior fune aſſociebantur, vt dictum eſt. Currus verò ille Homericus, in quo mulos à tergo ſequi videntur equi, à vulgaribus quadrigis, meo iudicio non parum differt, non quo ad ipſum currum, ſed quo ad locum ipſorum animantium. Mulos enim qui regebat Idæus ipſi, vt conijcio, inſiſtebat temoni, Priamus verò, vtpote ſenex & rex è curru impellebat equos poſt terga mulorum temoni alligatos: niſi dicamus vtrumque inſtitiſſe curtui, Priamumq; medios rexiſſe equos, Idæum funales mulos. Certè mox Priamum & equos & mulos regentem ſic alloquitur Mercurius: G

Temones quot in curru.

Currus quo Priamus ferebatur qualis.

Πῶ πάτερ ὧδ᾽ ἵππυς τε καὶ ἡμιόνυς ἰθύνας, id eſt,
Quo pater ſic equos & mulos dirigis?

Quæ poſterior expoſitio magis placet, quamuis certò ſciam aurigas aliquando in timone ſtetiſſe: nam & Claudianus non parui ponderis author ait:

Iungit amor, lætamq; vehens per nubila matrem
Gemmato temone ſedet.

Idem deniq; Bulingerus, in veteribus ſcriptoribus tria iuga vocari ait, tres equos tribus introiugis, id eſt (inquit) equis tribus ſubiugalibus, nullo funario. Citat autem hoc Auſonij de Proſphoro equo Auguſti:

Pegaſus hinc dexter currat tibi, læuus Arion:
Funis eat, quartum det tibi Caſtor equum.

id eſt ſi funali currere lubet, addat Caſtor tibi Cyllarum funalem, quia erant tres ſubiugales, & ita potius trigæ currunt, quàm quadrigæ. Sic enim apud Auſonium legendum putat, cùm in vulgatis hactenus codicibus legatur, H

Funis & ad quartum det tibi Caſtor equum.

Auſonij locus examinandus.

Quæ mihi lectio magis probatur: ſic enim Proſphorus à dextris habebit Pegaſum, funalis ſiſterior erit Arion, dexterior Cyllarus. Erat autem quadrigarum certamen præcipuum, vt ex Dionyſio dictum eſt; mox bigarum & ſingulatorum, quare trigarum rarum fuiſſe arbitror, & fortaſſis in Græcia, quam Romæ frequentius. Eo enim Michaëlem Imp. ſummoperè delectatum fuiſſe teſtatum reliquit Cedrenus, adeo vt quodã tempore cùm in curru conſediſſet, iamq; equi eſſent è carceribus emittendi, nuncius autem allatus fuiſſet, ab Ameno Saraceno præfecto, Melitenæ imminere magnum periculum, huncq; illi protonotarius mæſtus indicaſſet, toruo vultu reſponderit. Quomodo auſus es ſceleſte, me tam neceſſario certamine occupato, iſtis rebus interturbare? cùm in hoc vnum incumberem, vt eum (equum) qui medium tenet in læuam partem auertam, de quo mihi totum hoc certamen eſt. Romæ bigas quadrigis inferiores fuiſſe non obſcurè innuit Suetonius: *Natalem ſuum plebeijs incurrentem Circenſibus, vix vnius bigæ adiectione honorari eſt paſſus*, quaſi dicat, tantum abeſt, vt quadrigarum numerum augeri vellet. Adhæc

Trigarum certamen.

Quadrigæ bigis honoſtiores.

In Tiberio.

omne

A omne curule certamen institutum esse videtur, vt iuuenes periti essent aurigandi: Etenim priscis temporibus summi bellatores non in equis sed in curribus bellabant, vt de Hectore, Achille, alijsque fortibus viris in bello Troiano, ex Homero, alijque authoribus constat. Nobiliores quoque pueri apud Romanos similiter certantes exercebantur. Virgil. Aeneid. 7.

Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus, Exercentur equis, domitantque in puluere currus.

Atqui quadrigis maximè pugnasse ex eodem constat, quamuis triga vteretur Achilles. Cursus autem in certaminibus non erat rectus aut simplex, sed flexuosus: ideoque Circum ipsum Siculis *κάμπτον* dictum fuisse scribit Hesychius his verbis: *κάμπτες ἱπποδρόμες Σικελοῖς. κάμπτιοι δρόμοι ὐκ ἰυθεῖς καὶ ἁπλοῖ, ἄλλα κάμπτας ἔχοντες.* Idem, innuit illud Chrysostomi in oratione de Circo: *ὐκ ἰυρίπυς, καὶ κάμπτων κύκλυς τρέχων*, id est, *non Euripos & flexuum orbes decurrens*, videlicet vt in Circo fieri solet. Iam verò vel in ipso cursu, vel antequam è carceribus emittebantur equi, sponsiones fieri solebant à spectatoribus, cùm vnus agitatorem illum deposito pignore victorem fore diceret, alius eius aduersarium contenderet. Tertullianus: *Aspice populum ad spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, iam de sponsionibus concitatum.* Martialis:

Cursus flexuosus.

Sponsiones in ipsis certaminibus.

B *Iam cùm sponsio fabulæque lassæ De Scorpo fuerint & Incitato.*

Quo loco Calderini expositio placet, qui Scorpum & Incitatum aurigarum nomina putat: improbatur aliorum qui Scorpum quidem concedunt aurigam fuisse: contrà Incitatum inquiunt esse equum Caligulæ. Non fiebant autem solummodò sponsiones à spectante populo, sed erant & factiones, non tam ipsorum agitatorum qui propterea colore inuicem distinguebantur, sed & populi his aut illis fauentis & bene aut male precantis. Erant autem factiones quatuor, & totidem currus singulis missibus emittebantur. Factiones colore vestium distinctæ, Veneta siue cærulea; alba siue albata, rosea siue russata, siue rubra, vel rubens, & prasina, quæ & viridis & virens. Domitianus ad has quatuor, alias addidit teste Suetonio, aurati purpureique panni: alij verò non purpurei, sed argentei scripsere. De quatuor hisce coloribus Sidonius:

Scorpus. *Incitatus.*

Factiones & in eas studia

——— Micant colores, Albus & Venetus virens rubensque.
Vestra insignia continent, ministri Ora & lora manu, iubasque totas
Cogunt flexilibus latere nodis,
Hortaturque obiter iuuatque blandis, Vultus plausibus & voluptuosum
Dictant quadrupedantibus furorem,
C *Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,*
Ardescunt, saliunt, timent, timentur.

Ab harum factionum coloribus non aurigæ modò sed equi quoque, populus, proceres, ac ipsi denique Cæsares, prout quisque studio suo factioni alicui affectus erat, aut in Circensibus applaudebat, nomen quoque Veneti vel prasini vel aliorum obtinebat. Nam harum factionum studio Cæsares quidam Domitianus, Nero, Vitellius, Antoninus Verus atque ipse etiam Caligula ad amentiam vsque insanierunt. Caligula & Nero, vt ex Suetonio notum est, prasinæ factioni ita addicti fuere, vt ille continuò cœnaret in stabulo, maneretque, & vicies sestertiûm agitatori Cythico contulerit: hic inter discipulos adhuc puer cùm quereretur tractum Prasinum agitatorem & cùm à magistro obiurgaretur, de Hectore tracto se loqui ementitus sit, de quo Prasino ait Martialis:

Sæpius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Peruenit, & victor præmia plura refert.
I nunc liuor edax: dic tu cessisse Neroni:
Vicit nimirum non Nero, sed Prasinus.

D De huius eiusdem aurigæ præstantissimis equis idem alibi poëta:

Proficies nihil hoc, cædas licet vsque flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Vocabatur enim Purpurio. Venetæ verò factioni adeò fauit Vitellius, vt quosdam de plebe, quia palam ei maledixissent, interemerit. Sic & Caracalla, referente Herodiano cùm Circenses spectante eo populus in aurigam cui studebat, nescio quid cauillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repentè omnem exercitum facere impetum iussit in populum ac raptare & occidere, qui in aurigam quid dixissent. Verus autem, vt testatur Capitolinus, Circensium tantam curam habuit, vt frequenter prouincialibus literas causa eorum & miserit & acceperit: adhæc præsens & cum Marco sedens, multos à Venetianis passus est iniurias, quòd turpissimè contra eos fauerit. Nam & Volucri equo prasino aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat. Plinius Cæcilius in quadam ad Caluisium epistola tanto studio factionibus Romanos diuersis diuersos fauisse indicat iam recitandis verbis, vt non tam ipsos homines, quàm ipsos colores adamarent, adeo vt

Lib. 4.

Lib. 9. Epi. *Coloribus fauisse Romanos.*

deo vt ſi colorum mutatio eſſet facta in ipſis agitatoribus, & ab vna factione ad alteram tranſlata, itidem & fauorem ſpectatorum tranſijſſe, vt planè oſtendat non perſonis ſed coloribus fauiſſe. *Quò magis* (inquit) *miror tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, & ſi in curſu medioque certamine hic color illuc, hic huc transferatur, ſtudium fauorq́. tranſibit & repentè agitatores illos, equos illos quos procul noſcitant; quorum clamitant nomina, relinquet. Tanta authoritas, tanta gratia in vna viliſsima tunica.* Quæ populi Rom. inſania vnà cum imperio reliquis etiam communicata eſt gentibus. Eaſdem planè factiones fuiſſe etiam Conſtantinopoli diſcimus ex Iſmenio ſic ſcribente: ἡ ϛήλη πρὸς τῷ ζευξίππῳ Ιυϛινιανȣ͂ ἐϛὶν, ἡ καθίδρυται κράζοντος τȣ͂ πρασίνȣ μέρȣς, Ιυϛινιανὸς καὶ Κωνϛάντινος νέοι ἀπόϛολοι, id eſt: *Statua ad Zeuſippum eſt Iuſtiniani, quæ poſita eſt clamante factione Praſina, Iuſtinianus & Conſtantinus noui apoſtoli.* Apparet autem fautores eiſdem quoque coloribus indutos fuiſſe, quo agitatores, quibus fauebant. Sic enim interpretor hoc Martialis de lacernis coccineis.

Fautorum color.

Si Veneto, praſinoue faues, qui coccina ſumis,
Ne fias iſta transfuga ſorte, vide.

Dependebant enim factiones ab ipſis dominis: vt conſtat ex Sidonio, dum canit:

Curuis ingrederis frequens colores,
Pars aduerſa facit: micant colores,
Veſtra inſignia continent miniſtri,
Cogunt flexilibus latere nodis,
Vltro plauſibus, & volupt uoſum
Id collega tuus, ſimulq́. vobis
Albus vel Venetus, virens rubenſq́.,
Ora & lora manu iubaſq́. totas
Hortaturque obiter, iuuantq́. blandis,
Dictant quadrupedantibus furorem.

Conditores factionum.

Erant verò etiam conditores dicti factionum, qui tanquam benè meriti authores & patroni factionis habebantur, vt coniectura eſt ex hac inſcriptione: C. POMPEIO FVSSENO CONDITORI FACTIONIS RVSSATAE. Vetus liber eos interpretatur ἀλείπτας ἵππων. Fauor non ſolùm virorum, ſed & mulierum, vnde legimus apud Ouidium:

Quid facis infelix: perdis bona vota puellæ,
Tende precor valida lora ſiniſtra manu.
Fauimus ignauo, ſed eum reuocate Quirites,
Et date iactatis vndique ſigna togis,
En reuocant, at ne turbet toga mota capillos
In noſtras abdes te licet vſque ſinus.
Non ego nobilium venio ſpectator equorum,
Cui tamen ipſa faues, vincat vt ille, precor.
O cuicunque faues, felix agitator equorum,
Ergo illi cura contigit eſſe tua:
Hoc mihi contingat, ſacro de carcere miſſis
Inſiſtam forti mente vehendus equis.

Clamor factionum.

Prodiens in certamen aliqua factionum, clamore ſpectatorum excipiebatur. Hinc illud Iuuenalis:

Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit, euentum viridis quo colligo panni.

Victoriæ nobilitas.

In Olympicis ludis victoria huiuſce curulis certaminis erat omnium nobiliſſima, vt Herodoti locis plurimis, necnon ex Pindaro & primo Tuſculanarum M. Tullij intelligi poteſt. Quamobrem ex omni terrarum angulo ad eos celebrandos confluebant nobiliſſimi quique cùm genere, tùm virtute, vt notiſſimum eſt ex tot antiquiſſimis numiſmatibus, quæ ſuo antè loco retulimus; vnde etiam nobilem iſtiuſmodi victoriam vocat Horatius in operis ſui exordio, dum ait:

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat, &c. *Palmaq́. nobilis*
Terrarum dominos euehit ad deos.

Oleaſter Olympicus. Qui ad certamina admitterentur, & qui non.

Victoriæ autem præmium fuiſſe oleaſtrū ſuprà ex Pauſaniæ diximus Eliacis. Hunc Olympicum oleaſtrum tanti feciſſe Elæos ſiue Piſatas teſtatur Themiſtius grauiſſimus author, vt præter ingenuos, quique parentes legitimos docere poſſent, & τὴν ῥίζαν τῆς βλάϛης ἀκέραιον (vt ipſius verbis vtar,) ad munus exercendi curſus nullum admitterent, immo tales ſeu profanos & reijculos à ſacris illis veteribus quàm longiſſimè arcerent. Habebantur enim victores in ſumma apud omnes honore, adeò vt non modò in conuentu ſtantes cum palma & corona ferrent laudes, poëtarumque carminibus cantarentur, ſed etiam cùm in ſuas reuerterentur ciuitates, triumphantes quadrigis inueherentur, eque repub. perpetua vita inſtitutis vectigalibus fruerentur. Statuas mortuis quoque fuiſſe erectas, alias etiam oſtenſum eſt. Nero autem referente Suetonio, ne cuius

alterius

A alterius hieronicarum memoria aut vestigium extaret vsquam, subuerti & vnco trahi, abijcique in latrinas omnium statuas & imagines imperauit. Si contingeret ter aliquem victoria potiri, is duplici exornabatur corona, quod de Alcibiade tradit Plutarchus in eius vita his verbis: *Equorum nutritione magnam sibi famam parauit, multitudineque curruum: nemo enim præter ipsum neque rex neque priuatus in Olympicos ludos septem currus introduxit. Vicit etiam, vt testatur Thucidides, & secundus etiam, & quartus fuit. Euripides autem tertio loco vicisse dicens, omnem in hoc genere splendorem ac gloriam ab eo superatam ostendit.* Carmen Euripidis à Gul. Xylandro Augustano Latinè redditum ita habet: *Duplex corona.* *Alcibiadis victoria.*

Te tua dignum celebrabo laude *Cliniæ fili fidibusque gratis*
Curruum cursu rapido sequentes *Vincere pulchrum est.*
Tu rotis metam tetigisse primis, *Tu rotis gaudes iterum secundis*
Tertios gaudes tetigisse cursus, *Solus Achiuum.*
Hinc tibi plausus datus est ouanti, *Et Iouis festis Oleaster aptus,*
Duplici multum merito corona *Tempora cinxit.*

B Hunc splendorem auxerunt honores illi certatim à Græcis Asianis habiti. Tabernaculum enim ei pulcherrimè exornatum Ephesij statuerunt: pabulum equis & victimarum copiam suppeditauere Ghij: vinum & alium conuiuiorum apparatum Lesbij largiti sunt, quanquam magnificè multis epulum præbenti: Coronabantur similiter & alijs in locis. Ammianus de Corace auriga: *Ingressus Constantinopolim* (Constantius) *tanquam in rebus prosperis & secũdis, editis equestribus ludis, capiti Coracis aurigæ imposuit coronam vt victoris.* Quin & statuæ eisdem etiam Romæ erigebantur. Martialis de Scorpo: *Lib. 14.* *Statuæ victorum.* *Lib. 5.*

Quam non sensuro dare quadringenta caballo
Aureus vt Scorpi nasus vbique micet.

Inuenio aurigis etiam equos cursu præstantissimos post alia præmia donatos fuisse. Achilles verò apud Homerum in funebri certamine victori proponit: *Præmia ab Achille posita.*

Ἵππους δ' ἡμιόνους τε, βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα,
Equosque mulosque, boumque fortia capita.

Et rursus, illi qui primum victoriæ locum obtinuisset, egregiam mulierem, & ingentem tripodem auritum, secundo ---- ἵππον

C Ἑξετῆ' ἀδμήτην βρέφος ἡμίονον κυέουσαν, id est,
Equam sexennem, indomitam, fœtum mulum vtero gestantem.

A Scipione patri patruoque parentanti, victor, vt Silius canit:

Primus equum volucrem Massyli munera regis
Haud spernenda tulit.

Apud Romanos diuersi cùm essent equestres ludi, diuersa puto etiam erant præmia: nam ferijs Latinis victor bibebat absynthium pro victoriæ præmio, testis est Plinius: *De vsu absynthij Pontici conuenit dicere herba facillimæ atque inter paucas vtilissimæ, præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter: siquidem Latinarum ferijs quadrigæ certant in Capitolio, victorque absynthium bibit: credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus.* Liuius dum tradit Romanos translato è Græcia more, victoribus ludorum palmas dare solitos, palmarum nomine intelligit, puto quodlibet præmium; sicque interpretor & hoc Ouidij: *Præmia apud Romanos.* *Lib. 37.7.* *Palmæ.*

Primaque ventosis palma petetur equis.

Et aliorum qui hac voce vtuntur. Nam & Horatius suprà citato loco palmam in Olympicis nominat, vbi tamen oleastrum datum fuisse ex relatis notum est. Iam verò præfecti ludorum non D semel victores equos præmio defraudabant, idque alijs non rectè & iniustè iudicantes tradebant, quod inter alios quoque innuit facetissimus Comicus Latinus: *Siue qui ambissent palmam histrionibus, siue adeo & ædiles perfidiosè cui diunt.* Suetonius: *Ex Antonia maiore patrem Neronis procreauit, perfidiæ verò tantæ, vt non modò argentarios pretijs rerum coemptarum, sed & in prætura mercede palmarum aurigauerit*; vnde prædonem caballorum Iuuenalis prætorem ipsum vocauit, dum ait: *Victores præmio defraudati.* *In Amphyt.* *In Nerone.* *Prædo caballorum.*

------Similisq; triumpho *Prædo caballorum prætor sedet.*

Declarabatur autem victor ab eo, cum is qui metæ assistebat, victorem indicasset, id quod colligo ex Homero, qui præfectum certaminis ibi iudicem positum, tum declarasse victorem ait, vbi ab assistente metæ de veritate victoriæ esset edoctus. Canit autem: *Victor vt declaretur.*

------Σήμηνε δὲ τέρματ' Ἀχιλλεὺς
Τηλόθεν ἐν λείῳ πεδίῳ. παρὰ δὲ σκοπὸν εἷσεν
Ἀντίθεον φοίνικα ὀπάονα πατρὸς ἑοῖο,
Ὡς μεμνέῳτο δρόμους, καὶ ἀληθείην ἀποείποι. id est,

----*Signa-*

----Signauitque metas Achilles
Procul in plano campo, iuxtaq; speculatorem collocauit
Diuum Phœnicem, assectatorem patris sui,
Vt consideraret cursum & veritatem referret.

Præmia deposita. Præmia verò deponebãtur in ipso Circo, quod discimus ex eodem poëta, Sic enim idẽ ibi Achilles:
Τά δ' ἄεθλα δεδεγμένα κεῖτ' ἐν ἀγῶνι, id est,
Hæc præmia expectata iacent in Circo.

In nostris equirijs, in quibus celetes certant, præmia sunt pallia holoserica modò coccinei, modò violacei, modò candidi coloris, quæ victoribus non sine ceremonijs & pompa præeunte tubicine, tympanisque bellicis domum deferuntur. Eademque præmia in alijs quoque nobilioribus *Certaminũ diuersitas.* Italiæ vrbibus proponuntur. Nunc quibus anni temporibus equi certarent, & cur certamina eorum essent instituta, quibusque dijs essent sacra, & quibus hominibus; rationem reddere conabimur. Erant itaque alia solemnia, quæ nisi certis anni celebrabantur temporibus: contrà alia quouis fiebant tempore, quales ludos non semel ab imperatoribus Romanis, quando laborabat respub. votos fuisse ex Romana historia notum est: quales iidem in funeribus heroum Cęsarumque & natalitijs & in nouis imperijs celebratos fuisse legimus. Ludi solemnes ferè dijs consecrati, F *Ludi solemnes.* vt Olympici Ioui Olympico, nisi quinto anno, quod temporis spatium inde Olympias nuncupatum est: Tales apud Romanos ludi Apollinares, Martiales, Megalesij, Cereales, Consualia, omnes à dijs quibus sacri erant dicti. Erant tamen & alij solemnes, vt natalitij, seculares, alij. De Olympicis eorumq; origine suprà dictum est, nunc de Romanorum ludis aliquid dicendum, ne quid, quod ad equi historiam pertinet, intactum relinquatur. Hos inuenio *κατ' ἐξοχὴν* vocari Circenses, quamuis Circenses propriè dicti ijdem sint cum ludis magnis, qui Virgilio etiam magni Circenses:

Nec procul hinc Romam & captas sine more Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis.

Ouidio maxima spectacula:

Maxima iam vacuo prætor spectacula Circo
Quadriiuges æquo carcere misit equos.

Magni Ludi cur dicti. Alijs etiam ludi Iouis dicuntur. Cur autem magni dicantur docet Asconius, duplicem reddens rationem his verbis: *Ludi Romani sub regibus instituti sunt, magnique appellati quòd magnis impensis dati sunt: tunc enim primùm ludis impensa sunt ducenta millia nummum: alij verò ideo magnos ludos dictos putant, quòd Conso consiliorum secretorum Deo, id est Neptuno Larium regi & rerum* G *Magni à Consualibus vt differunt.* *conditarum, & dijs magnis, id est Laribus vrbis Romæ dati sunt, quibus ludis aiunt Sabinas raptas esse.* Cæterùm cùm Consualia, decimooctauo aut vigesimo Augusti, magni ludi nonis Septembris celebrarentur: vt ex calendario Romano discimus: multi differre inuicem volunt. Seruius dubius fortassis an ijdem essent, priorem nominis rationem tantùm assignat: *Circenses magni* (inquit) *dicuntur, quantum ad paupertatem pristinam; nam ob equorum inopiam diuersis tum vsi sunt animalibus.* Bulingerus distinguit, putatque sic dictos quòd magnis dijs, ijsquę & maiorum gentium, necnon & Laribus, qui & ipsi magni dij, ac potissimum Ioui Opt. Max. consecrati essent. Sed cùm Consus siue Neptunus, vt ex Asconio diximus, rex sit Larium siue magnorum deorum, ego distingui non putem, fierique potest, quod cùm decimooctauo Augusti celebrabantur, tunc potissimum Conso sacrarentur, cùm nonis Septemb. Ioui. Si autem differrent, magnos ludos Consualibus antiquiores fuisse etiam concedendum erit, cùm è contrario ex recitatis Virgilij versibus magnis Circensibus raptas Sabinas fuisse constet, quod in ipsis Consualibus factum certum est. Alexander ab Alexandro, Romulum (inquit) vrbis conditorem, pace cum finitimis parta, Ne- H *Lib.5.c.24.* ptuno equestri solemnes fecisse ludos, Consualiaque appellasse, in quibus Sabinas rapuit, authores memorant. Gonijcio itaque Consualia fuisse solemnia, magnos verò ludos modò solemnes, vt cùm nonis Septembris edebantur, modò votiuos, & tunc pro arbitratu factos, illaque *Ludi magni votiui.* semper Conso siue Neptuno sacra, hos magnis dijs, & potissimum Ioui. Author est Liuius à Camillo primùm omnium ludos tales esse votos in obsidione Veienti: Verba Liuij hæc sunt: *Latini Hernicią; operam suam pollicentes, ad id bellum venere: quibus cùm gratias in Senatu egisset dictator, satis iam omnibus ad id bellum paratis, ludos magnos ex Senatus consulto vouit, Veijs captis se facturum;* Et iterum: *Creati consules L. Valerius Potitus, M. Manlius, cui Capitolino postea cognomen fuit: hi consules magnos ludos fecerunt, quos M. Furius dictator vouerat Veienti bello.* Idem scribit, *in Punico bello, quemadmodum Ioui ludos magnos vouendos esse retulerint decemuiri ad Senatum, si bellatum esset prosperè aduersus Hannibalem, & respub. in quo erat antea statu permansisset.* Traditur & Sci- *In Augusto.* pio Carthaginensis victor precatus esse Deos, vt in eo statu rempub. conseruarent, in quo tunc esset: quo loco Deos intelligo magnos atq; lares, quibus ludi magni erant sacri, Suetonius cum magnitudinem

A gnitudinem Varianæ cladis exaggerat: *Vouit (inquit) & magnos ludos Ioui Opt. Max. si rempub. in meliorem statum vertisset: quod factum Cymbrico Marsicoque bello erat.* Incerta itaque horum tempora: certa Consualium, quæ omnium apud Romanos ludorum antiquissima, cùm sit confessum apud omnes ipsis vrbis initijs Romulum Conso certamen equorum instituisse, eorumque originem ab Euandri comitibus profectam. *Designarunt (inquit Dionysius) fanum Neptuno equestri & festum Hippocratea dictum Arcadibus* (quasi victoria equestris siue quæ equis acquiritur,) *Consualia Romanis instituerunt, in quo Romæ de more feriantur equi ab opere & iumenta, & coronantur capita floribus*: id quod testatur etiam Plutarchus, inquiens ipsis Consualibus equos & asinos fuisse coronatos & feriari eos fuisse Romanos. Scribit præcitato loco Alexander ab Alexandro Consualia ludum fuisse, quo equi & muli iuncti & soluti in Circo maximo magno certantium studio currerent. Aliter tamen nos docet Dionysius his verbis, *Celebritatem à Romulo id temporis consecratam vsque huc Romani peragunt & Consualia vocant, in qua subterranea ara in maximo Circo fossa humo sacrificijs & libamentis ad ignem adhibitis colitur, & cursus equis subiugis perficitur:* (Varro hunc equorum cursum, vocat simpliciter decursionem equestrem.) Quamobrem in numis illis in quibus Circi icon & quadrigarum & celetum equorum cursus conspicitur, præcipuè ad Consualia exprimenda pertinere conijcio; quanquam ipso Circo sint antiquiora: scituq; dignum est Virgilium in præcitatis versibus ad sua tempora respexisse, cùm eos ludos Circenses appellauit: nam ante Tarquinij Prisci regnum, à quo Circus ijs edendis extructus fuit, iam inde a Romuli tempore Consuales dicebantur. Hosce ludos, certamen nimirum equestre & curule Tarquinius Priscus opulentius instructiusque, vt refert Liuius, quàm priores reges fecit. A Romulo enim ruraliter (vt Cassiodori verbo vtar) & tenuiter primò institutum, incomptum & confusum ordinauit & distinxit, additisque aliquot ludicris speciosius reddidit. Currus enim in bigas, trigas & quadrigas ab equorum numero vocatas, primus distribuit: cursus equos in singulares & desultorios diuisit, addiditque Græcorum more certamen gymnicum. Idque innuit Liuius, inquiens: *Ludicrum fuit, equi pugilesq; ex Hetruria maximè acciti.* Inuenio & in vetustis monumentis inter cætera ludicra Consualibus pastores inuerso ac vibrato corpore cernuos salire solitos. Quamuis autem hisce Consualibus, alijsque insuper ludis, vt ostendetur, equorum esset cursus; qui tamen Marti erant dicati, peculiariter equiria nuncupabantur. Sic enim legendum putem potius quàm equitia, vt Alexander prænominatus habet. Præter ludos (inquit) Consuales Marti quoque in Martio campo idem Romulus ludos instituit, quos ab equorum cursu equitia nuncupauit. M. Varro, *equiria (inquit) vocant, ab equorum cursu. Eo enim die currunt equi in campo Martio.* De eisdem Festus ita scribit: *Equiria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum qui in campo Martio exercebantur.* Et aliàs rursus: *Martialis campus in Cælio monte dicitur, quòd in eo equiria soleant fieri, si quando aquæ Tyberis campum Martium occupassent.* Cuius loci permutationis meminit quoque Ouidius in Fastis, vt mox recitabimus: Hos ludos ter quotannis celebratos fuisse, idem testatur poëta, priores vigesimasexta Februarij, qui est III. Calend. Martij; alteros pridie Iduum Martij, qui est dies eiusdem mensis decimus quartus. Ait enim:

Consualium antiquitas. *Lib. 1.* *Lib. 2.* *Circensium origo.* *Lib. 1.* *Martiales ludi equiria dicti.* *Equiria vnde dicta.* *Lib. 5.* *Lib. 11.* *Lib. 3. Fast.* *Equiria quando celebrata*

B C

Iamq; duæ restant noctes de mense secundo,
Marsq; citos iunctis curribus vrget equos.
Ex vero positum permansit equiria nomen
Quæ deus in campo prospicit ipse suo.
Sex vbi sustulerit, totidem quoq; deferet ortus,
Purpureum rapido qui vehit axe diem;
Altera gramineo spectabis equiria campo
D *Quem Tyberis curuis in latus vrget aquis.*
Qui tamen eiecta si fortè tenebitur vnda
Cælius accipiet puluerulentus equos.

Et mox in quarto eorundem Fastorum ait XII. Cal Maias fuisse edita equiria.

Tertia post Hyadas cùm lux erit orta remotas,
Carcere partitos Circus habebit equos.

id est diuersos & ordine dispositos. A magnis etiam ludis differunt Megalenses siue Megaliaci, siue Megaliaca: nam quemadmodum magni à magnis dijs, ita hi ludi ἀπὸ τῆς μεγάλης μήτρος, id est à magna matre, nimirum deorum dicti sunt, quòd in eius honorem celebrarentur. Ex Phrygia enim quo tempore Hannibal Italiam vastabat, adducta est, libris Sibyllinis docentibus hostem alienigenam qui Italiæ bellum intulisset, pelli inde vincique posse, si matris Idææ Pessinunte numen Romam aduectum foret. Iunius Brutus dedicauit. Quidam pridie non. Septembris, alij Aprilis factos fuisse hos ludos aiunt. Tradit Scaliger, in ludis quos edebant ædiles, non licuisse vti vel tuba vel fistula vel cantu, sed tibia tantùm viderique sibi funebres ab ipsis solis edi solitos, sicut &

Megalenses vnde dicti. *Lib. 1. poët cap. 28.*

Circenses

Circenſes & Apollinares. Megalenſes verò edidiſſe quidem etiam, ſed non ſolos. Præerant enim (inquit) prætores prætextati: vnde purpura Megalenſis. Prætor candidam mappam mittebat in eum qui aurigaret. Huius mappæ meminit Iuuenalis Satyra vndecima:

Interea Megaliacæ ſpectacula mappæ
Idæum ſolemne canunt.

Duos autem magiſtratus, ædiles nempe & prætores ludos dediſſe certo certius quidem exiſtit. De ædilibus Cicero ſeptima in Verrem ita ſcribit. *Nunc ſum deſignatus ædilis: ſcio mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberaq; faciundos: mihi Floram matrem populo plebiq; Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate Ioui, Iunoni, Mineruæq; eſſe faciendos, &c.* De prætore ſuprà in mappæ mentione dictum eſt, quibus hoc ex Aelio Spartiano in hiſtoria Hadriani addite: *Prætor factus eſt ſub Surabis, Seruiano iterum Cos. cùm ſeſtertium vicies ad ludos edendos à Traiano accepit.* Addite & hoc Marcellini, inclinantis imperij ſcriptoris: *Hic cùm magnificos prætor ederet ludos & vberrimè largiretur, plebis inquiens tolerare tumultum, indigna multis donari &c.* Non puto tamen in ſolis Megaliacis à prætore mappam miſsã, ſed & in alijs vehicularijs certaminibus: diuerſaq; in editione ludorum ædilium, & prætorum fuiſſe munera, illos quæ ad ludos edendos eſſent neceſſaria procuraſſe; hos ipſis præfuiſſe, equos emiſiſſe, victoreſque denunciatos præmio affeciſſe: ſed ne futilis omnino videatur hæc noſtra coniectura, placet veterum eam authoritate breuiter roborare. Scribit itaque Plutarchus, Cæſarem in ædilitate ſua vſum fuiſſe munificentia ſumptuoſa circa ſpectacula atque conuiuia, atque ex eo factum fuiſſe apud plebem fauorabilem. Suetonius verò de ea liberalitate loquens ſcribit Cæſarem ædilem exornaſſe comitium, Capitolium & baſilicas: nam & hoc erat officij ædilium, vt in ludorum propoſitione forum & comitium ſignis ac tabulis pictis exornarent, vt Plinius & Aſconius Pedianus tradunt. Erat autem comitium locus in foro Romano, in quo etiam ludi edebantur. Cereris modò in honorem erecti ludi, ideoque Cereales dicti quamuis in Circo fierent, Circenſibus tamen iidem non erant, hi enim Neptuno erant dicati. Mentio fit horum à Tacito: *Tandem* (inquit) *ſtatuere Circenſium ludorum diem, qui Cereri celebrantur, quia Cæſar* (loquitur de Nerone) *rarus egreſſu domoq; aut hortis clauſus ad ludicra Circi ventitabat:* Et paulò pòſt: *Vtq; Circenſium Cerealium ludicrum pluribus equitum curſibus celebretur.* Celebrabantur vt eſt in veteri calendario pridiè idus Aprilis per dies octo, vt meminit Ouidius:

Qui ludos ederent.

Mappa in quibus ludis miſſa.

Aedilium & prætorum in ludis officiũ.

Comitium.

Cereales ludi.

Lib. 16.

Faſt. 4.

Circus erit pompa celeber numeroq; deorum
Primaque ventoſis palma petetur equis.
Hic Cereris ludi non eſt opus indice cauſæ
Sponte deæ munus promeritumq; patet.

Producebatur enim in his ludis pompa cum deorum ſignis & ouo & thenſa, quæ cum procedebat, ſi auriga equi lorum læua manu apprehendiſſet, pro pollutis cæremoniæ habebantur. Apollinares in honorem Apollinis celebrabantur ante diem prid. non. Iul. & ſeptem diebus ſequentibus, vt in Calendario Romano annotatum eſt, cui ſuffragatur Liuius, & is qui Apollinis caput & celetem equum in denarijs ſuis cuſit L. Piſo: Liuij verba ſunt hæc: *Alterum ſenatus conſultum factum eſt, vt Xuiri ſacra Græcorum ritu facerent iiſq; hoſtijs, Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis: Latonæ, boue fœmina aurata. Ludos prætor in Circo maximo cum facturus eſſet, edixit, vt populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantum commodum eſſet, conferret. Hæc eſt origo ludorum Apollinarium, victoriæ, non valetudinis ergò (vt pleriq; rentur) votorum.* Ex hiſce autem Liuij verbis, vti & ex his ſequentibus, (*Ludi Apollinares & priore anno fuerant, & eo anno vt fierent, referente Calpurnio prætore, Senatus decreuit, vt in perpetuum vouerentur,*) colligere poſſumus, Apollinares ludos cùm votiui primùm & incerti anno DXLI. inſtituti fuiſſent, annuos ſolemneſque & in perpetuum C. Calpurnio Piſone prætore vrbano, ſtatos eſſe: ad cuius rei illuſtrandum monumentum denarios, in quibus ab vna parte Apollinis effigies, ab altera equus celes cum inſcriptione L. PISO FRVGI, à L. & C. Piſonibus in familiæ honorem percuſſos fuiſſe credendum eſt. Græci hos ludos vocabant ἀπολλώνια, vt conſtat ex hoc Ariſtidis: προσαγγέλλει μοι τίς ἑορτὴν, ἐν ᾗ τὴν ἱπποδρομίαν Ῥωμαῖοι ποιοῦσι, id eſt, *aliquis mihi denuncias Apollonia eſſe, qua die Romani equorum curſum præbent.* In his, vti in veris Circenſibus aurigæ certantes ſuis coloribus erant diſtincti, quod docemur ex Corippi hiſce verſibus, quibus myſticum huius certaminis ſenſum, manifeſto declarat:

Apollinares & eorum origo.

Lib. 15.

Lib. 26.

Apollonia.

Lib. 1.

Certaminũ ſenſus myſticus.

Solis honore noui, grati ſpectacula Circi
Antiqui ſanxere patres, qui quattuor eſſe
Solis equos quadam rerum ratione putabant,
Tempora continui ſignantes quattor anni,
In quorum ſpecie, ſignis, numeriſq; modiſq;.

Aurigas

A *Aurigas totidem, totidem posuere colores.*

Annuum enim solis cursum, quadripartitamque temporum varietatem hoc spectaculo designari volunt, colore viridi ver, rubro æstatem, veneto autumnum, hyemem albo. Sed & Circus imaginem quandam & anni & cæli præ se ferebat, & Solem ducem & moderatorem cælestium orbium existimabant: super quà re carmen est veteris poëtæ à Bulingero restitutum:

Circus imago poli formam cui docta vetustas
Condidit & numeros limitis ætherij,
Namque duodenos ostendunt ostia menses
Quaque meat cursim aureus astra iubar.

Septem spatia quæ quadrigæ currebant, referebant (inquit Isidorus) ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, siue ad cursum septem dierum potentium, quibus peractis terminus consummatur, quorum finis est creta, id est iudicium. Vetus autem poëta, haud scio an idem cum iam citato, duobus hisce versiculis & colorum & equorum & ipsam aurigæ significationem expressit: Li.18.c.31.

B *Tempora cornipedes referant, elementa colores*
Auriga vt Phœbus quattuor aptat equos.

Diuersum verò omnino sensum mysticum hinc deprompsit D. Chrysostomus, mysticum nempe certantium quadrigarum spectaculum, in quo ciuium cælestium populus adest, iudex spiritualis sedet, rex spectat, victoriæ præmium cæleste positum est, & flagella tremendi iudicij prostant. *Vult* (inquit) *deus te per seipsum certare, ideo tibi dedit euangeliorum currum quatuor animalibus tractum, ad quem equi candidi adiugati sunt secundum Zachariam: Iugales quidem lumen & immortalitas, extremi duo, iustitia & veritas, qui eunt post currum per gentem in terram Aquilonis* Cap. 6. *de quo Sapientia dicit, Ventus horridus Boreas. Asper quippe & horribilis ventus est diabolus, in cuius curru atri equi, subiuges sunt Orcus & mors, extremi autem & funales caligo & pernities, quos oportet eum curru Christi componere, contraq; aurigare; quia sicut ille ait: Currus dei decem millibus multiplex, millia lætantium in ipso, & quidem nos oportet in huius vitæ procellis, vt in mari contra vim hostium rectis habenis tendere. Deduxerunt enim &c.* Porrò & equorum singularium cursus, necnon & desultorius sua habebant mysteria. Desultorius enim geminorum fratrum Castoris & Pollucis cursum designabat: equites verò singulares ideo currere dicebant, quia, vt ait Isidorus, singulariter vnusquisque cursum vitæ huius peragit atque transit, alio tempore sequens alium, per vnam tamen viam mortalitatis videlicet ad propriam metam mortis. Sed redeo ad ludos. Fuere & alij in quibus equi certabant, vt qui vocabantur Latini aut feriæ Latinæ, aut feriæ Latinarum, vt Plinius loquitur, à Latinis, è quibus scilicet ad Romanos peruenerunt: vbi Consul Ioui Latiali solemne sacrum facturus, tales in monte Capitolino & vouebat & faciebat ante quintum diem Cal. Maias, vt ostendit Liuius his verbis: *Romæ Consules prætoresque vsque ante quintum diem Cal. Maias Latinæ tenuerunt. Eo die perpetuato, Sacro in monte, in suas quisque prouincias proficiscuntur.* Ante enim horum ludorum celebrationem in prouinciam ire non licebat. Celebrantur autem vt irritæ fierent prodigiorum minæ. Testis est idem Liuius: *Precibusque ab dijs petitum, vt exitium ab vrbis tectis templisque ac Romanis mœnibus arcerent: Veiosque eum auerterent terrorem, si sacra renouata ritè, si procurata prodigia essent. Iam ludi Latinæque feriæ instauratæ erant.* Originem verò huius vel sacri vel spectaculi refert Maro, cùm oratores ab Aenæa ad regem Latinum describit: Psal. 66. Equorum singularium cursus mysterium. C Lib.37.c.7. Ludi Latini. Li. 5.dec.5. Lib. 5.dec.1 Aeneid.7.

Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, murosque subibant:
D *Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus*
Exercentur equis, domitantque in puluere currus,
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuque ictuque lacessunt.

Quadrigarum autem hisce ferijs certamen fuisse disertissimis verbis ostendit Plinius præcitato loco: *De vsu eius* (absynthij Pontici) *conuenit dicere herbæ facillimæ atque inter paucas vtilissimæ, præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem Latinarum ferijs quadrigæ certant in Capitolio, victorq; absynthium bibit, credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus.* Vuolfgangus Lazius in suis de Roman. repub. comentarijs, Belgis similes quosdam ludos eodem Maio mense extare scribit in singulis propè ciuitatibus: ad quamque (inquit) aliæ conueniunt pariter, & gigantes equis circumducunt: non quidem de tauro immolato carnem petunt, sed fistulis certatur inter ciuitates, adeò vt iudicibus constitutis, cuius ciuitatis tibicinibus palma tribuitur, ea anno illo prærogatiuam habeat, ac primas in conuentu sedes. Hæc ille, sed quid similitudinis habeant cum ferijs Latinis, non video. Scaliger Taurios ludos dijs inferis consecratos sub Lib.10.c.3. Lib. 1. poet ca.33.

Tarquinio

Tarquinio Superbo haud multò ante Megalenses fuisse tradit: cognominis causam referri ad taurinæ carnis esum; quo grauidas morbis affectas ac ludis factus liberatas (inquit) aiunt. In his nihilo secius atque in Circensibus obijsse cursu metas. Qui ludi ijdemnè cum Latinis, an diuersi essent, nihil certi statuo: Templum Ioui Latiali in Albano monte primus dicitur Tarquinius ille condidisse & primus etiam nundinas Latinas instituisse illic celebrari: ad quos populi Latini qui fuerunt numero septem & quadragintā, conueniebant, alij agnos, alij carnes, alij lac & similia esculenta rustica adferentes. Postremò immolato tauro, quælibet ciuitas portione carnis accepta, B

Ludi seculares. discedere solebat: Ludi verò seculares, si originem spectes, dijs inferis debebantur. Valesius enim Diti patri Proserpinæque eos ludos fecit, vt Valerius Maximus scribit, tribus continuis noctibus, quia totidem eius filij periculo liberati essent, cùm aquam calidam ex eorum ara acceptam potasset. Nomen eis à sæculo, hoc est centum annorum tempore, quo elapso magno ambitu in vrbe celebrabantur: quo euentu & quinquennalia & decennalia huic reip. appellati ludi fuere. Alij

Quinquennales. Decennales. Herculei. verò, vt & Scaliger pro incolumitate populi Romani à P. Valerio Publicola primùm constitutos fuisse volunt. Lazius etiam Herculeos ait fuisse vocatos ab Hercule, quoniam ei essent dicati. Vtcumque est, in hisce quoque ludis quadrigæ certabant: quod ex hisce Plinij verbis manifestum est. *Claudij Cæsaris secularium ludorum Circensibus, excusso in carceribus auriga, albati equi palmam occupauere, primatum obtinuere, opposita effundentes omnia, quæ contra æmulos debuissent peritissimo auriga insistente, facientes.* Tauricorum ludorum mentio est apud Varronem, vbi loquitur de F

Lib. 4 de ling. Lat. Circo Flaminio: *Circus Flaminius* (inquit) *dictus est quòd ædificatus est circum Flaminium campum, & quod ibi quoque ludis Tauricis equi circum metas currunt.* Falluntur quoque qui Romanos vocatos ludos cum plebeijs eosdem faciunt, & a Consualibus siue magnis ludis distinguunt. Romanos enim cum Consualibus eosdem esse, non obscurè docet Cicero, cùm ludos antiquissimos, (vt modò recitabamus) qui fuere Consualia, primos Romanos nuncupari solitos scribit. Fuisse verò diuersos à plebeis clarissimè Liuius docet, dum ait: *Ludi Romani ter; plebeij septies instaurati. Curules erant ædiles Cneus & Lucius Cornelij Lentuli: T. Claudius Asellus & M. Iunius Pennus, plebeij æ diles fuerunt.* Lazius arbitratur plebeios siue populares ludos fuisse, quos omnibus ciuibus erat licitum facere, institutos pro libertate plebis, post secessionem eius in montem Auentinum, atque ita plebem patribus reconciliatam esse. Cæterùm an omnibus eos edere liceret, dubito: ab ædilibus plebis editos fuisse certum est, cùm Romani à curulibus ederentur: Liuius: *Ludi Romani & plebei eo anno* (quo Tarentinorum legati pacem peterent) *in singulos dies instaurati sunt. Aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus & Seruius Sulpitius Galba: plebeij C. Seruilius & Q. Cæcilius Metellus.* Fuere autem hi ludi duorum generum, vel enim simpliciter dicebantur plebeij, vt iam ostendimus, vel plebeij cognomento toti. Meminit horum quoque idem Liuius: *Et ædilis plebis Q. Fuluius Flaccus duo signa aurata vno reo damnato (nam separatim accusauerant) posuit. Collega eius A. Cecilius, neminem condemnauit. Ludi Romani ter, plebeij quinquies toti instaurati sunt.* Romanos tamen similiter etiam totos dicebant. Author est idem Liuius: *Ludi Romani ter toti instaurati ab ædilibus curulibus, Cn. Seruilio Cæpione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeij instaurati semel toti ab ædilibus plebis, M. Pomponio Mathone, & Q. Manlio Thurino.* Cur verò toti dicerentur, apud neminem reperio. Si quis ita dici diceret, quod tunc in ijs non solùm equorum esset certamen, sed & alia etiam ludicra fierent, ego ei minimè reclamauerim, vt scilicet ijdem sint cum ludis miscellaneis dictis, quos Gellius & Suetonius miscellas, Apuleius miscellaneas nuncuparunt. Hos eosdem ludos plebeios, etiam curules dictos fuisse Lazius putat, propterea quòd ab ædilibus plebis ederentur: hucque pertinere illud Herodiani: *Fecit & in suburbano templum maximum ac magnificentissimum* (loquitur de Antonino Heliogabalo) *in quo anno vertente deum suũ adulta iã æstate deducebat: ludisq́; curulibus & scenicis, epulisq́; & peruigilijs populum à se oblectari arbitrabatur.* Mihi verò ludi plebei non ab ædilibus plebis dicti videntur, sed quòd in ijs currus siue quadrigæ certarent. Certasse autem testis est Plinius de mirabili equorum ingenio agens. *Maius augurium* (inquit) *apud priscos, plebeijs Circensibus excusso auriga, ita vt si staret in Capitolium cucurrisse equos, sedemq́; ter lustrasse.* Atque hinc etiam clarum est in Circo celebratos, id quod & Liuius docet: *Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Posthumius Albinus faciebant, malus in Circo instabilis, in signum Polentiæ procidit, atq́; id deiecit. Ea religione moti patres, & diem vnum adijciendum ludorum celebritati decreuerunt, & signa duo pro vno reponenda & nouum auratum faciendum, & plebeij ludi ab ædilibus C. Sempronio Blæso & M. Furio Lusco diem vnum.* Ex quibus etiam omnibus hosce plebeios ludos incertis anni temporibus editos fuisse constat. Qui verò ipsis Calendis Ianuarijs fiebant, solemnes fuisse puto; de quibus sic cecinit Sidonius Apollinaris;

Marginal notes: Ludi Romani. — Plebei qui & à quibus editi. — G — Plebei toti. — Li. 8. dec. 4. — Romani toti. — Ludi Curules. — Li 10 c. 4. — Lib. 5. Hist. Aug. — H — Lib. 9. — Solẽnes ludi.

Ianus fortè suas bifrons Kalendas
Sumendas referebat ad curules:

Anni tempora circinante Phœbo
Mos est Cæsaribus die bis vno

Priuatos

A *Priuatos vocitant, parare ludos* *Tunc cætus iuuenum sed aulicorum*
Elei simulacra torua campi *Exercent spatiantibus quadrigis.*

Celebrabantur præterea Circenses istiusmodi ludi cùm in natalitijs, tum in funeribus ipsorum Cæsarum. Suetonius de Tiberio: *Natalem suum plebeijs incurrentem Circensibus, vix vnius bigæ adiectione honorari est passus.* Scribit & Iulius Capitolinus de Pertinacis filio: *Patris flamen est factus: Martiani sodales, qui Diui Marci sacra curabant, Heluiani sunt dicti, propter Heluium Pertinacem: Circenses & imperij natalis additi, qui à Seuero postea editi sunt.* Reperio & in adoptione tales equestres ludos à Cæsaribus editos. Vnde Spartianus in Adriano: *Adoptauit ergo Ceionium Commodum Verum, inuitis omnibus, eumq; Aelium Verum Cæsarem appellauit. Ob cuius adoptationem ludos Circenses dedit, & donatiuum populo ac militibus expendit, quem prætura honorauit, &c.* Sunt etiam tales ludi aliquando dati in consulatu: vnde illud est Vopisci in Aureliano: *Cui consulatum* (inquit) *obtulimus ob paupertatem, qua ille magnus est, cæteris maior. Dabis ad editionem Circensium aureos Antonianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære H-S. quinquagies.* Sic quoque in publicis victorijs & triumphis Circenses celebrabantur, idque non solùm Syllæ temporibus, sed pòst etiam in declinante imperio. *Cùm Sylla* (inquit Asconius in Oratione Ciceronis in C. Antonium,) *post victoriam Circenses facere, ita vt honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius.* Et paulò post: *In Syllæ ludis, quos hic propter victoriam fecerat: quadrigas* C. *Antonium & alios quosdam nobiles homines agitasse. Præterea Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem: fuit autem notissimus in Circo agitator Boculus.* Vopiscus similiter Aureliani triumphum de Zenobia describens: *sequentibus* (inquit) *diebus data sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum* Circensium, *venationum, gladiatorum, naumachiæ.* Huc item pertinet, quod Trebellius Pollio scribit de Gallieno: *Sed Gallienus cognito, quod MaCrianus cum suis liberis esset occisus, quasi securus rerum, libidini & voluptati se dedidit. Ludos Circenses, ludosq; scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, & ludos gladiatorios dedit, populumq; quasi victorialibus diebus ad festiuitatem ac plausum vocauit.* Memorat verò etiam Iulius Capitolinus in Maximo & Balbino, hos equestres ludos siue Circenses fuisse editos ab imperatoribus & ducibus proficiscentibus ad bellum: ita enim scribit: *His gestis celebratisq; sacris, datis ludis scenicis, ludisq; Circensibus, gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis votis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum missus est, &c.* Inuenio olim etiam, vt nunc ferè fiunt, ob amorem factos & institutos in gratiam puellarum spectantium. Docet (inquam) hoc Romæ inuenta inscriptio hæc: *Quisquis lecturus accedis, caue si amas, at si non amas, pensicula. Miser qui sine amore viuit, dulce exit nihil. Ast ego tam dulce anhelans me incautè perdidi, & amor fuit, equo dum aspectui formosissimæ Durmioniæ puellæ virgunculæ summa puluoria placere cuperem, casu desiliens pes hæsit stapiæ, tractus interij.* Postremò in funerum atque exequiarum celebritate equestres ludi editi sunt non à Romanis tantùm, verùm etiam à Græcis. Fuereq; istiusmodi ludi duorum generum, vel enim equis iunctis siue vehiculis, vel celetibus, quæ decursio vocabatur funebris. Horum funebrium ludorum origo longè antiquissima, quippe Aeneas ad Pallantis, Achilles ante eum ad Patrocli rogum mactat inferias cum ludis. Describit & Q. Calaber Homeri simia aliud certamen in funere Achillis: Statius Papinianus in Archemori Euridices & Lycurgi filioli dilectissimi. Silius Italicus in funere Scipionum, qui in Hispania perierunt. Cæterùm funebres isti ludi ferè sunt vehicularij, quos quidem singulatim hic describere possim, sed ne plus nimio euadam prolixus, beneuolos lectores, ad poëtas eos relegabo, maximè ad Statium, qui nulli in descriptione horum ludorum cedit. Erat verò etiam vtrisq; populis celetum equorum in funeribus certamẽ. Apud Romanos funebris vocabatur decursio, vt suprà meminimus: apud Græcos quod huic nomini respondeat, nullum reperio: meminit tamen Homerus, pernicissimum Achillis insequentis, fugientisq; Hectoris cursum graphicè depingens his versibus: ---- φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων.

Natalitij ludi. — Lib. 44. — Lib. 6. Theb. — Lib. 16. — Decursio funebris. — Iliad. χ.

Καρπαλίμως. ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην Ἀρνύσθην, ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν,
Ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Ὡς δ' ὅτ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι
Ῥίμφα μάλα τρωχῶσι, τὸ δὲ μέγα κεῖται ἄεθλον, Ἢ τρίπος, ἠὲ γυνὴ, ἀνδρὸς κατατεθνηῶτος. id est.

---- *Alter fugiens, alterq; à tergo prosequens; Anteq; fortis fugiebat: prosequebatur verò ipsũ multò fortior*
Celeriter: quoniam non victimam, neque tergus bouis
Captabant; qualia præmia pedibus sunt virorum,
Sed pro anima currebant Hectoris equorum domitoris,
Velut autem quando certatores ad metas vnunguli equi
Leuiter valdè currunt, & magnum propositum est præmium
Vel tripos, vel mulier, viri in honorem defuncti.

In funebri verò Romanorum decursione, non ad metam, sed ad rogum equi adigebãtur, vt suprà etiam meminimus. Hanc decursionem funebrem eleganter describit Herodianus, de consecratione

Decursio funebris.

tione Seueri Imp. agens: *Vbi verò ingens aromatum aceruus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant, vniuerſis equeſtris ordinis certa quadam lege, ac recurſu motuque Pyrrhico, numeroque in orbem decurrentibus.* Huc pertinet illud Appiani, cùm Syllæ mortem deſcribit: *Lecticam ſubiere potentiores ex Senatu omni, ijdemque campo Martio intulere, quo in loco reges duntaxat humari conſueuerant: Equites vniuerſuſque exercitus circa pyram cucurrit.* Quomodo autem circa rogum concurrerent, oſtendit Maro, dum canit:

Aenei. 11.

Iam pater Aeneas, iam curuo in litore Tarchon
Conſtituere pyras: huc corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum, ſubiectiſque ignibus atris,
Conditur in tenebras altum caligine cælum.
Ter circum accenſos, cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos; ter mæſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis, vlulatuſque ore dedere.
Spargitur & tellus lachrymis, ſparguntur & arma:
It cælo clamorque virum, clangorque tubarum.

Inuenio verò nonnunquam iſtiuſmodi decurſiones ſtatas ſiue ſolemnes fuiſſe. Sic enim Suetonius vbi mortem Druſi deſcribit, qui in Germania obierat: *Corpus eius per municipiorum & coloniarum primores, ſuſcipientibus obuijs ſcribarum decurijs, ad vrbem deuectum, ſepultumq́ eſt in campo Martio. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotannis milites decurrerent.* Ne verò decurſio è manibus elabatur, erat, vt ſuprà indicauimus, etiam decurſio militaris, eademq; duplex, vna militiæ quandam imaginem exhibens, cùm equites hinc inde armati concurrerent, equitandiq; peritiam coram ducibus ſuis oſtentarent, altera ludicra, ideoque ferè in Circo Circenſibus immixta, quam à Troianis acceptam in Italiam prius intulit Aeneas, indeque Troia & Troianus ludus dicta. Celebrabatur in Circo à pueris maioribus & minoribus turmatim congredientibus: quibus qui præſidebat, princeps iuuentutis dicebatur, atque ex numero filiorum primi nominis Senatorum Auguſtorumve eligebantur, quemadmodum legitur apud Tacitum, Tiberium Cæſarem viuente Auguſto patre principem iuuentutis extitiſſe. Meminit huius ludicri Suetonius, & in Circo factum fuiſſe indicat, *Troiam luſit turma duplex maiorum minorumque puerorum, Venationes edidit per dies quinq́, ac nouiſſimè pugna diuiſi in duas acies, quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc inde commiſſis. Nam quò laxius dimicaretur, ſublatæ metæ, inque earum locum bina caſtra ex aduerſo conſtituta erant.* Idem de Auguſti ſpectaculis: *Sed & Troiæ ludum edidit frequentiſſimè maiorum minorumq́ puerorum delectu, priſci decoriq́ moris exiſtimans claræ ſtirpis indolem ſic innoteſcere.* Et rurſus de Tiberio: *Præſedit & Actiacis ludis & Troianis Circenſibus ductor turmæ puerorum maiorum.* Iterum de Claudio: *Ac ſupra quadrigarum certamen, Troiæ luſum exhibuit.* Hanc & Cor. Tacitus hiſtoriam repetit: *Sedente Claudio Circenſibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, interq́ eos Britannicus imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox imperium cognomentumq́ Neronis aſcitus, fauor plebis acrior in Domitium loco præſagij acceptus eſt.* Huc ſpectat & hoc Suetonij de eodem Nerone: *Tener adhuc, necdum matura pueritia, Circenſibus ludis Troiam conſtantiſſimè, fauorabiliterq́ luſit.* Dio de Agrippa. *Qua re cognita Pompeius, obſeruato eo tempore, quo Apollinaribus ludis exhibendis Agrippa occupatus erat (Præturam enim tum gerens, ac præcipuus amicus Cæſaris ſplendidè omnia agebat, & Troiam vocatum ludum per nobiles pueros magnificè exercebat,) in Italiam tranſmiſit.* Idem de Auguſto. *Poſthac theatrum Marcelli Auguſtus dedicauit, ludiſque eius rei gratia factis, Troiam inter alios patritios pueros nepos Auguſti Caius luſit, feræ Africanæ DC. occiſæ.* Et rurſus agens de Caio dedicante templum Auguſti: *Feræ (inquit) tum quoque CCCC. ac totidem aliæ feræ Africanæ ſunt interfectæ Patritij pueri Troiam luſerunt: ſex equis tractus eſt currus triumphalis, quo Caius vehebatur, nunquam ante viſitatum.* De origine & ceremonijs horum ludorum extat elegans Maronis carmen, quod minimè prætereundum eſt.

Decurſio ſolemnis.
In Claudio.
Decurſio militaris.
Troia ſiue Troianus ludus.
In Cæſare.
In Auguſto
Lib. 11.
Lib. 48.
Lib. 54.
Lib. 58.
Aeneid. 5.

At pater Aeneas nondum certamine miſſo
Cuſtodem ad ſeſe, comitemq́ impubis Iuli
Epitidem vocat, & fidam ſic fatur ad aurem:
Vade age, & Aſcanio, ſi iam puerile paratum
Agmen habet ſecum, curſuſq́ inſtruxit equorum,
Ducat auo turmas, & ſeſe oſtendat in armis.
Sic ait: ipſe omnem longo decedere Circo
Infuſum populum & campos iubet eſſe patentes,
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Frenatis lucent in equis; quos omnis euntes

A *Trinacriæ mirata fremit, Troiæq; iuuentus*
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt præfixo hastilia ferro.
Pars leues humero pharetras, & pectore summo
Flexilis obtorti per collum & circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, terniq; vagantur
Ductores: pueri bis seni quemq; secuti,
Agmine partito fulgent, paribusq; magistris
Vna acies iuuenum, ducit quam, paruus ouantem

Et subdit, cùm nomina authorum præstantium recenset.

Postquam omnem læti consessum, oculosq; suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epitides longè dedit, insonuitq; flagello.
Olli discurrere pares: atque agmine terni
Diductis soluere choris: rursusque vocati
B *Conuertere vias, infestaque tela tulere.*
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Aduersis spatijs, alternosque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient simulacra sub armis:
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt.

Et subijciens ad Romanos apostrophen:

Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos,
Quo puèr ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos: hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem,
Troiaque nunc pueri, Troianum dicitur agmen.

Apparet autem non sine magno ludentium sumptu fuisse celebratum hoc ludicrum. Agrippa enim vt munificum sese vrbi præberet, pueros pretio ad ludendũ conduxit, vt Dio testatur his verbis: *Agrippa anno sequenti vltrò ædilis factus est, omniaque ædificia publica, omnes vias priuatis impendijs refecit, cloacas expurgauit, & per eas in Tyberim subuectus est. In Circo cum videret errare homines propter multitudinem metarum, delphinos & ouata opera posuit, quibus cursuum circuitiones & conuersiones ostenderentur, &c. Ludos autem quos multos & omnis generis exhibuit, tanta vsus est munificentia, vt pueros etiam qui Troiam equestri certamine luderent, pretio conduxerit, ne quis sumptum haberet faciendum.* Ex hoc eodem Dione discimus fuisse hunc lusum vel saltem simillimum etiam in funeribus, non in Circo, sed iuxta rogum editum: Sic enim scribit: *Drusillæ maritus fuit M. Lepidus, cum quo mutui stupri consuetudo erat Caio: sed rem quoque frater cum ea habebat: tunc mortuam maritus laudauit: publicam sepulturam frater tribuit, ac prætoriani milites cum suo tribuno, ac seorsim equester ordo, seorsim patritij pueri Troiæ decursione circum tumulum eius obequitarunt.* Apparet etiam non caruisse periculo hoc ludicrum. Author enim est Suetonius C. Nonium Asprenatum in eo quod ab Augusto editum est, lapsu debilitatum, ideoq; aureo torque donatum, eiq; insuper & posteris Torquati cognomen ferre concessum, mox tamen finem fecisse talia edendi, Asinio Pollione oratore grauiter inuidioseq; in curia questo Esermini nepotis sui casum, qui & ipse crus effregerat. Alexander ab Alex. hunc ludum cum Iuuenalibus eundem facit, quo loco de ludis antiquis agit: In iuuenalibus (inquit) licet iuuenum causa instituti forent, in hisq; adolescentes per lusus & lasciuiam admitterentur, plerumq; tamen anus & grandæuas natu matres, senesque ingrauescente ætate ludis admissos comperimus. Lusus erat, quem ludebant turmæ puerorũ primo ætatis flore, & iuuenes generosi spiritus, vt equis instratis, hinc inde disposito agmine, in iustæ modum pugnæ cursitarent, speciemq; prælij, modò in occursum eundo, nunc à tergo & in gyrum occursando præberent; & campestrem incursionem facerent, speciemq; magnæ indolis & commendationem ineuntis adolescentiæ præ se ferrent. In his quoq; Pyrrhicam saltari accipimus, quæ integris vrbis moribus magno fauentium studio fiebat, quæ primùm inuenta fertur in Creta, nõnulli à Laconibus, ad res bellicas facilè obeundas, vt armati leui flexu & saltu, nunc si contrahẽdo, nunc in altũ exiliẽdo, nunc declinando, tela ac plagas vitarent, disciplinãq; ediscerent, quæ enoplia saltatio dicta est, quã Tranquillus Troiam nuncupauit, idq; à Romulo institutũ ferunt, vt cùm armis saltarẽt milites, saltatione, quam bellicrepam dixit. Hęc ille, quibus quidẽ Troianum ludum pulchrè delineat, sed aliquot diuersos speciẽ ludos inuicem implicat, decursionẽ funebrẽ videlicet,

Lib. 48. Agrippæ munificentia.

Lib. 58.

Lib. 6. Ludi iuuenales.

Saltatio enoplia. Bellicrepa.

C D

quæ fiebat ad rogũ motu pyrrhico, vt ex Herodiano dictum eſt, Ludum Troianum, qui quidem E
aliquando fiebat etiã ad rogũ, ſed ſine eo motu, vel ſi is quoq; motus aderat, differebãt tamen ludi, quòd in hoc pueri, in decurſione funebri milites luderent: & ludos iuuenales, in quibus equorũ vſũ fuiſſe non exiſtimo, idquod anus admiſſæ in primis mihi perſuadẽt. Scaliger votiuos hos facit,

Lib. 1. poë. cap. 29. & ſic quàm breuiſsimè de ijs ſcribit: *Neq́, ſolùm huiuſmodi vocis amiſſæ valetudinis habita ratio: verùm etiã præuentæ morborũ cauſæ. Quippe iuuenes castè pudiceq́, ſub moderatorum cuſtodia cùm haberentur; datùm eſt eis petentibus, vt per luſum ac iocum liceret animum recreare. Poſtea natu grandiores admiſsi, etiam vtriuſq́, ſexus. Manſit tamen nomen à priorum ætate, Iuuenales. Neque enim verum eſt, quod aiunt, eoſdem hoſce fuiſſe cum ijs, quos Troiam ſuperius appellabamus.* Hactenus ille. Fuiſſe autem hoſce Iuuenales ludos pyrrhicę ſaltationis ſpeciem conijcio: ſed ſaltatio pyrrhica du-

Saltatio pyrrhica. plex eſt: vna armatorum, enoplia dicta, (& hæc rurſus duplex, vna equitum, peditum altera:) inermium altera, quam conijcio eandem cum ludis Iuuenalibus, in illa enim virgines implicando

Lib. 10. Aſini. ſe & conuoluendo ſaltabant: quam ſaltationẽ Apuleius ita affabrè delineat his verbis: *Nam pueli puellæq́, florenti virentes ætatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi, Græcanicam ſaltantes Pyrrhicam, diſpoſitis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nunc in orbem rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi; & in quadratum patorem cuneati, & in cateruæ diſsidium ſeparati.* Supra quem locum Apuleij, extant hæc Beroaldi verba: Eleganter exprimitur forma Pyrrhicæ ſaltationis, quæ modò orbiculata rotunditate circumagitur, modò obliqua ſerie per manus connectitur, modo ad effigiem cunei figuratur. Delineat verò ſaltationem bellicam Plato: F

Saltatio bellica. *Motus Pyrrhicus* (inquit) *imitatur flexus corporum, quibus tela plagæq́, vitantur declinando, conce-*

Lib. 7. de legib. *dendo, exiliendo in altum, humiq, ſe contrahendo: contrarios item geſtus imitatur, quibus ſcilicet contra alios quicquam infertur, ſagittando, iaculando, feriendo.* Hanc pyrrhicam ſaltationem, Aelius

In Adriano Spartianus, pyrrhicam militarem vocat: *Militares Pyrrhicas* (inquit) *populo frequenter exhibuit.*

Lib. 16. Fiebat ſaltatio ad fiſtulæ ſonum, vt diſcimus ex hoc Ammiani: *Cùm exercere prælndia diſciplinæ caſtrenſis philoſophus cogeretur, vt princeps artemq́, modulatus incedendi per Pyrrhicam, concinentibus diſceret fiſtulis.* Solinus hanc equeſtrem ſiue militarem ſaltationem antiquiſſimam facit, indeque ex equis pugnare inuentum eſſe ait: Verba eius hæc ſunt: *Pyrrhico repertore equeſtres turmas, certa primùm docuit laſciuas vertigines implicare, ex qua diſciplinæ bellicæ rei vſus datus.* Lazius verò etiam conijcit à Troianis originem accepiſſe, & in Troianam ſobolem diffuſum ab equo illo fatali, qui publica lætitia, puellorumque & puellarum modulatione in vrbem acceptus eſt, vt canit G
diuinus poëta:

——Scandit fatalis machina muros
Fœta armis: circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent

Atque hoc fortaſſis Alexandro impoſuit, vt eundem hunc ludum cum Troiano faceret: eoq; magis, cùm & Seruius Pyrrhicam vulgo dictam eundem ludum cum Troia eſſe dicat. Idem Lazius, quemadmodum Maro ab Aſcanio & Albanis hunc Troianum ludum (vt ſuprà oſtenſum eſt) ad Romanos veniſſe teſtatur: ita vel à Romanis, vel antiquiori origine à Troianis ad Germanos defluxiſſe tradit: quos (inquit) Troianorum non minus ſobolem eſſe quàm Romanos, in Decadibus noſtris, gentium migrationum docuimus abundè. Sic & hodiè apud ſuos, eundemq; in mo-

Torneamenta vnde dicta. rem certari in haſtiludijs, quos (inquit) torniamenta corrupta voce, hoc eſt, Troiamenta dicimus. Quippe & hodie ductores ſuos in his agmina habent, vſurpanturq; communi lætitia, vt victoria, nuptijs, aduentuq; principum. In hoc tamen hæc ſuorum torniamenta, à veteri Troiano ludicro differre, quòd non ſolùm pueri, ſed viri in ludo certent, neque aperto capite coronatoq; ſed caſſide tecto pugnam ineãt. Franciſcus Modius in pandectis ſuis triumphalibus hos equeſtres ludos in Germania ab Henrico primo Imp. inſtitutos fuiſſe aſſerit, vt ea ratione generoſa iuuentus, ad bella præparetur, vt in chronico (inquit) Saxoniæ legitur. Alijs placet torneamenti no- H
menclaturam à torme vel tormos Græcis vocibus deducere, quibus & ego libentiſſime ſubſcriberem, ſi certum eſſet, quòd τόρμη, vt Varrinus & Heſychius exponunt, Græcis eſſet, εὐθὺς δρόμος id eſt, curſus rectus, qualis nimirum eſt torneamentum: cæterùm cùm ab eiſdem ὑπτικὸν τόρμον exponatur ὁ καμπτὴρ, & Suidæ quoq; τόρμη ſit νύσσα & καμπτὴρ, nihil cum illis auſim definire, eóq; magis cùm torma etiam ſit plemma rotæ; vnde potius conijcio ad vehicularium curſum hoc nomen pertinere, in quo ad nyſſam ſiue metam curritur: Pauſanias eruditè verbum inde concinnauit, ἐκτορμεῖν, quo ſignificatur (inquit Cælius) excurſus præter id quod deceat, quod Varinus dixit, τὸ ἐκ τῆς καθήκοντος δρόμου πόρρω ἐκβαίνειν, id eſt conſtitutum curſum egredi, extra metas excurrere. Haud vetat tamen, quo minus & nos qui noſtris haſtiludijs præſunt, campi magiſtros vulgò dictos etiam tormarches cum Cretenſibus dicamus. Eruditam quoque etymologiam torneamenti adducit Geſnerus, quæ profectò non diſplicet παρὰ τὸ ταραντινίζειν, quo vocabulo equitationem armatam & pugnæ ſimilem exercere ſignificatur, vt Euſtathius annotauit in Dionyſium, vbi de Tarentinis loquitur, quibus aliquando familiaris fuit equitatio in armis,

A armis, ἢ ἰσοπάλιος ἰσοπαλαισία. Sed quid si à nobis Italis profectum eam vocem dicamus? Tornare enim seu ritornare dicimus, quod Latini redire: pugna autem hæc iteratis fit vicibus, vbi enim decurrere, mox rursus decurrunt, vociferante populo, tornano, id est, iterant, redeunt ad pugnam: quæ tamen nobis giostra nuncupatur, quam vocem in Græcia corruperunt, & cintzustram nuncuparunt, vt docemur à Gregora historico, qui de Andronico Imp. sic scribit: *Andronicus Imp. nato filio Ioanne, duo certamina celebrauit, Olympicorum imitatione, quorum alterum duelli speciem præ se ferens Cintzustra dicitur. Diuiduntur secundum tribus, municipia, curias: deinde vtraque pars armatur, singuli contra singulos qui volunt, & ab omni parte armis teguntur. Mox vtrique hastis veruto præfixo acceptis, impetu concurrunt, & alij alios fortiter vrgent: qui equo alium deiecerit, corolla ornatur. Alterum certamen Torne appellatum sic se habet: Diuiduntur & hic secundum tribus, municipia & curias & simul omnes armantur: deinde duobus principibus fortè delectis, inter se concurrunt. Post certaminis huius finem vtraque pars ducem suum secuta, atque inter cæteros eorum imperator etiam subditis ordinem non deserens, cum honorifica pompa & ordine in suum diuersorium deducunt: vbi ille cuiq; vini craterem propinans & dexteram porrigens, domum redire iubet.* Hactenus ille. Nostrorum equestrium ludorum, siue hastiludiorum duplex est genus, vnum

B quod simpliciter giostram vocant, alterum cognomento à campo aperto: differentia quòd in hoc equites certantes nullo repagulo, vt fit in giostra simpliciter dicta, separentur. In hoc equi, nisi peritè regantur, inuicem possunt offendere, in illo minimè: quare & frequentior eius vsus est. Equites in vtroque ludo non capite tantùm, sed integro insuper aduerso corpore armantur, & equus quoque armatam habet frontem, vt & ipse tutus ab iniuria esse queat; nam licet lanceæ, quibus concurritur, obtusam habeant aciem, & ex fragili parentur materie, nihilominus nonnulli ita ludentes infeliciter cecidere, quod negligenter obturassent cassidem. Celebrantur quotannis, in ipsis potissimùm Bacchanalibus, sæpenumero animi gratia, inuitantibus se inuicem adolescentibus patritijs; semel autem proposito præmio, quod ferè pretiosus solet esse gladius, nunc aureus torquis, à generoso ac magnanimo viro D. Iulio Franchino, olim equitum prætorianorũ Gregorij XIII. præfecto, legato relictus. Hastæ à præfecto magistratus obsignantur, ne vel longitudo vel materies fraudi sit aduersario. Habemus & ludum alium, qui & ipse in Bacchanalibus luditur, in quo equites singulatim certant, in ligneam quandam statuam, tanquam in aduersarium equitem, similiter hastam impellentes. Victori in hoc ludo lances argentei duo cedunt. Victor autem in vtroque hoc hastiludio fit, qui plura vulneris signa intulit. Qui vulnerat frontem, ter *Hastiludia Bononiensiũ*

C vulnerasse dicitur, qui infra oculos, bis, qui paullò adhuc inferius, semel. Concurritur autem aliquando ter, aliquando quater. Frustrà vulnerat, cuius non rumpitur telum. Qui excidit equo, si iuditio præsidum certaminis, penes equitem culpa est, ceu imperitus, victoriæque incompos reijcitur; si verò equus fortuitò eum excusserit, mox rursus ad certamen admittitur. Qui equum aduersarij sui vulnerat, binas imperitiæ suæ notas luit, si vulnus fuerit leue, sin graue, tenetur ad solutionem. Quod modò apud nos certamen ab equitibus præbetur aperto campo, id procul omni dubio à iuuentute Romana, cùm in campo Martio sese ad bellum exercerent, defluxit. Inuenio autem Romanis nominari arma campestria. Etenim Plutarchus scribit Marium iam senem, vt adhuc bello Persico idoneus videretur, cum ipsis iuuenibus in armis campestribus se exercuisse præter decorem, & irrisum fuisse. Meminit & Horatius, dum canit: *Arma campestria.*

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Dicebantur autem arma cãpestria, propter campi Martij pulchritudinem & sitũ, quod in eo quàm in alijs locis commodiùs sese armati iuuenes exercere possint, vt ostendit his verbis Strabo: *Maximam partem ornamentorum vrbis habet campus Martius propter locorum natiuam amænitatem, artis & solertiæ exornationes admittens: campi enim admirabilis magnitudo & curules pariter cursus & a-*

D *lia equestria certamina expedita suppeditat, nec minus tam multis pilam, circulum, palæstram exercitatione tractantibus.* Non ergò in hoc Martio campo equi agebantur tantummodo in gyrum, vt ferè fit tùm ab equisonibus, tùm ab equitare discentibus, sed etiam bellandi ex equis ratio instituebatur. Præter omnia quæ recensuimus ludicra, aliud inuenit Caligula, ante sua tempora nunquam excogitatum, de quo sic Suetonius: *Nouum præterea atq; inauditum genus spectaculi excogitauit. Nam Baiarum medium interuallum & Puteolanæ molis triũ millium & sexcentorum ferè passuum ponte coniunxit, contractis vndiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, superinstructoq; aggere terreno ac directo in Appiæ viæ formam. Per hunc pontem vltro citroq; commeauit biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignisq; quercea corona & securi & cetra & gladio, aureaq; chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoq; biiugi famosorum equorum præse ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante prætorianorum agmine, & in essedis cohorte amicorum.* Omnium pulcherrima Gothorum equiria, quæ supra glaciem celebrari Olaus Magnus his verbis testatur: Olim apud veteres Gothos mos erat brumali tempore ad finem *Ludicrum à Caligula inuentum.* *Lib. 1. c. 11.* *Equiria supra glaciem.*

„ menſis Decembris (dum niuibus & frigore lacus, ſtagnã, atq; terræ omnes validiſſima glacie con- E
„ ſtringerentur) optimos quoſque equos, forma elegantiores, in ſingulis prouincijs ad edenda pu-
„ blica ſpectacula colligere: quantum verò ad voluptuoſa ſpectacula attinet: die vigeſima ſexta De-
„ cemb. ſupra ſtagna ac flumina congelata, inſtar ſpeculi micantia, infiniti terrarum incolæ in qua-
„ libet prouincia (diſtinctis licet communitatibus) pro brauio ac gloria in agilioribus equis certa-
„ turi congrediuntur. Terminus verò ſeu meta curſus huiuſmodi, longitudinem quatuor aut ſex
„ miliarium continet Italicorum. Brauium autem aliquot menſuræ ſeu modij annonæ ſeminandæ,
„ & noua veſtimenta apponuntur, & denique vt equus metam non attingeus, victori cedat. Ve-
„ rùm hæc ſpectacula nulli frequentiùs in toto Septentrione ſuper glaciem, quàm apud Oſtrogo-
„ thos & Veſtrogothos committuntur. Abundat enim terra eorum vberrimis paſcuis pro equitijs
„ ad multa millia in electiſſimis herbis naturaliter conuenientibus equis enutriendis licet valdè ſpa-
tioſis & diſperſis campis, & non in vno prato. Hactenus Olaus. Iam verò Romæ non ſemel equo-
rum certaminibus alia etiam ſpectacula immiſcebantur, & peregrina in primis animantia aliquan-
do populo ibi ſpectanda exhibebantur, vt rhinoceros, quem primus ſpectandum præbuit Pom-
peius, tigres, leones, leopardi, hyænæ, alces, camelopardales, hippopotami, onagri, equi fe-
ri. Fiebat etiam vt iſtiuſmodi inſolitorum animantium venationes in Circo ederent, & occidenda F
darent, ad quod genus ſpectaculorum referendum hoc Claudiani:

Animalia peregrina ſpectanda data Romæ.

Paneg. 4.

> *Nec ſolis his curſus equis aſſueta quadrigis,*
> *Cingunt arua tigres, ſubitaq́ aſpectus arenæ*
> *Diffundit Libycos aliena valle cruores.*

Scribit Suetonius in Auguſto capite de ſpectaculis: *In Circo aurigas curſoreſq́ & confectores fera-rum & nonnunquam ex nobiliſſima iuuentute produxit.* Appellabantur autem confectores à beſtijs, quas cogebantur conficere, beſtiarij. Sed obiter notandum, quod quemadmodum in Circenſibus dabantur feræ, ita etiam ſ[...]rſim ludi erant oſtentionales dicti, qui niſi matutino tempore edebantur, cùm Circenſes meridie darentur. Ad quod alluſit Suetonius de Claudio: *beſtiarijs, meridianiſq́ adeo delectabatur, vt à prima luce ad ſpectaculum deſcenderet*: & ſic intelligitur hoc Martialis:

Beſtiarij qui.

Ludi oſtenſionales.

> *Matutinarum non vltima præda ferarum.*

Huiuſmodi porrò productionum beſtiarum in ſpectaculum, ſubinde meminere procedentis imperij authores. Capitolinus de Gordiano: *Feras Libycas vno die centum exhibuit, vrſos vno die mille. Extat ſylua eius memorabilis, quæ picta eſt in domo roſtrata Cn. Pompeij, quæ ipſius & patris eius & proaui fuit, quam Philippi temporibus veſter fiſcus inuaſit. In qua pictura etiam nunc continentur cerui palmati: ducenti mixtis Britannis, equi feri triginta, oues feræ centum, alces decem, tauri Cypriaci centum, ſtruthiones Mauri miniati trecenti, onagri triginta, apri centum quinquaginta, ibices ducenti, damæ totidem. Hæc omnia populo rapienda conceſſit die muneris, quod ſextum edebat. Fuerunt* (inquit idem Capitolinus) *ſub Gordiano Romæ elephanti triginta & duo; quorum ipſe duodecim miſerat, Alexander decem, alces decem, tigres decem, Leones manſueti ſexaginta, leopardi manſueti triginta, belbi, id eſt, hyenæ decem, hippopotamus, & rhinoceros vnus, archoleontes decem, camelopardali decem, onagri viginti, equi feri quadraginta, & cætera huiuſmodi animalia innumera, quæ omnia Philippus ludis ſecularibus vel dedit vel occidit.* Huc pertinet & ille Fl. Vopiſci locus, qui in Probi hiſtoria legitur: *Venationem in Circo ampliſſimam dedit, ita vt populus cuncta diriperet. Genus autem ſpectaculi fuit tale: Arbores validæ per milites radicibus vulſæ connexis latè longeq́ trabibus affixæ ſunt, terra deinde ſuperiecta, totuſq́ Circus ad ſyluæ compoſitus ſpeciem, gratia noui viroris effronduit. Immiſſi deinde per omnes aditus ſtruthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues feræ, & cætera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt, vel inueniri. Immiſſi deinde populares, rapuit quiſq́ quod voluit. Addidit alia die in amphitheatro vna miſſione centum iubatos Leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant: qui omnes contiſiciis interempti ſunt, non magnum præbentes ſpectaculum cum occidebantur: neq́ enim beſtiarum impetus ille, qui eſſe ab eis egredientibus ſolet. Occiſi ſunt præterea multi, qui diripere volebant, ſagittis. Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum Leænæ, & vrſi ſimul ducenti, quarum omnium ferarum magnum magis conſtat fuiſſe ſpectaculum quàm gratum.* Atque hæc de ludis.

DE ASI-

DE ASINO. Cap. II.



NVISVM nobis vel ſolo nomine animal eſt aſinus, vtiliſſimum aliàs, & pe-
nè dixerim, non minus equo neceſſarium. Hic quidem pulchrior, robuſtior, *Aſinus cum*
velocior, ingenij acumine, magnanimitate, alijſque laudatiſſimis animi doti- *equo com-*
bus celeberrimus: hic contrà aſpectu turpis, viribus corporis multo inferior, a- *paratus.*
nimi infamis, tardus, piger, ſtupidus, ſtolidus, puſillanimis ab omnibus depin-
gitur, depingeturque à nobis, qui tamen de vtilitate eiuſdem dicemus plurima,
plurima de laboris, famis, verberumque patientia, de ingenio ac docilitate admirabilia, & à ne-
mine memoriæ prodita, vt non defuerint Hen. Cornelio Agrippæ argumenta encomium aſini *Aſini en*
conſcribendi, id quod præſtitit in poſtrema parte libri de vanitate ſcientiarum: minuſque mire- *comium.*
mur prælatos fuiſſe aliquando hominibus aſinos: conſtat enim aſinum aliquando venditum tanti
quanti quadringenti homines venditi fuere. Aſinum emptum quadringentis nummis à Q. Axio *Pretium.*
B ſenatore memorat M. Varro, cùm tamen in excidio Hieroſolymitano & ſub Mauritio Imperato-
re homines ſinguli ad ſingulos nummos ſubhaſtati perhibeantur, & certè ſub Redagaſio Goti ſin-
gulis aureis publicati ſunt: vt Oroſius memorat. Meminit huius emptionis etiam Plinius ex eo- *Lib. 7. c. 37.*
dem Varrone, & *haud ſcio* (inquit) *an omnium pretio animalium victo: opera ſine dubio geruli mi-* *Lib. 8. c. 43.*
rifica, arando quoque, ſed mularum maximè progeneratione. Iamque illud in primis miraculum au-
get, penè ſterile hoc animal cùm ſit, modicæque ſaltem fœcunditatis, incredibili tamen lucro *Lucrum ex*
dominis fuiſſe memoratur. Compertam enim tradunt eſſe aſinam quæ omnium prædiorum fer- *aſino.*
tilitatem ſuperarit: quandoquidem in Celtiberia viſum eſt ſingulas aſinas quadringentis millibus
nummorum fuiſſe enixas, vt apud eundem Plinium legimus: quamobrem vitio neutiquam ver-
temus Heliogabalo, perditiſſimo alioqui imperatori, quòd aſinos tanquam magnifica dona po-
pulo Romano diſtribueret.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

C
Etymologia.



VLCHERRIMAM, aſini etymologiam commentus eſt Bartholomæus
cognomento Anglicus, ab à quod eſt ſine, & ſinos quod (inquit) eſt ſenſus, *Lib. 18. c. 7.*
quaſi animal ſine ſenſu. Iſidorus verò aſinum & aſellum dictum profitetur à *Etymologia.*
ſedendo quaſi aſſedum, hocque nomen quod equis magis conueniebat, ideo *Lib. 12.*
hoc animal ſumpſiſſe, quia priuſquam equos caperent, huic præſidere cœpe-
rint. Græci ὄνον dicunt παρὰ τὴν ὄνησιν, quòd noſtra opera iuuet, quaſi iumen- Ὄνος.
tum, niſi dicamus à liuido colore ſic vocari, à quo ὄνους & ὀνίσκους ijdem quoque
vocant & aſellos Latini, multipedas illas, quas ſub vaſis & in aquoſis humidiſque locis ſtabulan-
tes, à totius corporis ſpecie porculos noſtra ætas & gens nuncupat. Sed & aſello piſci ab eodem
colore nomen eſſe arbitrantur. Cur verò Hippocrati inſtrumentum quoddam Chirurgicum, lu-
xatorum curationi accommodum, ὀνίσκος dicatur, & ὄνος, alia puto ratio eſt, Aelius Dionyſius *Inſtrumen-*
ὀνεύειν verbum apud Thucididem exponit mouere & circumagere, & apud eundem Hippocra- *tum chirur-*
D tem ὀνεύεσθαι eſt τὸ ἐξ ὄνων ἐπιστροφῆς τείνειν. Sunt enim ὄνοι funes ductarij ex cannabe, ſtuppa *gicum.*
aut lino, nimirum ad machinas vel ergatas idonei, vel alioqui ad trahendum aliquid. Galenus
ὄνους illic vocari ſcribit τοὺς ἄξονας & ὀνίσκους τοὺς μικροὺς ἄξονας forma diminutiua. Alicubi etiam
apud eundem Hippocratem ὄνου περιαγωγὴ, axis verſatio in firmiſſimo machinamento ponitur:
vbi etiam ὄνους & ὀνίσκους exponit Galenus, ſicuti & hîc, ἄστε ἀπὸ τροχιλίης τὰ χαλαίμενα εἶναι
ὅπλα, ἢ ἀπὸ ὄνου, ſi à trochlea vel ab axe funes laxentur. Eſt itaque ei ὄνος axis, ex quo funis de-
mittitur ad concuſſionem. Exponitur & ab Erotiano apud eundem ὄνος ὁ ἄξων, axis, ἴσως διὰ τὸ
κυκλικὸν τῆς κινήσεως, fortè ob commotionem in orbem. Ἐπίνητρον Græcis eſt id, ſupra quod
fila è colo deducta glomerantur, ſiue id ſit fuſus, ſiue girgillus, ſic voco fuſum illum, cui ceu axi *Epinetrum.*
fila in rotula (molinellam dicimus) colliguntur, Pollux quoque ὄνον vocari ſcribit: ſed & alia *Lib. 7.*
tractorij generis machina, quam Latini ſuculam dicunt, ſimiliter vocari poteſt: conſtat ex tereti *Sucula.*
ligno duobus aut pluribus vectibus traiecto, vtrimque æquè extantibus longitudine, quæ dum
verſantur, funis ductarius circa eas obuoluitur. Galli teſte Budæo turnum vocant. Iſtiuſmodi ma-
china victores, id eſt cuparij vina ex hypogæis ſubuehunt, vel in ea demittunt. Geſnerus inter-

pretatur

pretatur Germanicè ein haspel, quo nomine Belgæ intelligunt diuersissimum quidem muliebre instrumentum, sed quo tamen fila sua ex fuso recolligunt. A Germanica ea voce detorta est naspa nostris vsitatum mulierculis instrumentum suculæ non absimile. Est & ergata machina tractoria, sed hoc à sucula differens, quòd axis est rectus. Vectibus etiam vt sucula versatur, non id quidem brachiorum ductu, sed obnitentibus & ambientibus vectiarijs. Gulielmus Philander Italis arganum vocari scribit. Est præterea ὄνος eodem Polluce teste vnitas in cubis, vel tesseris (vt canis in talis) quæ etiam cubus dicebatur eodem nomine quo integra ipsa tessera: & eo sensu creditur accipi in prouerbio, ἢ τρεῖς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι, hoc est, *vel maxima, vel minima summa*. Miretur autem non immeritò aliquis per iocum in ijsdem Midam, cui auriculæ asininæ, felicissimum fuisse iactum, cùm ὄνος siue asinus ipse fuerit infelicissimus. Est & vasis genus ὄνος Aristotelicis inter exempla homonymiæ. Quærendum an sic à figura dictum, vt orcham volunt à bellua marina. Adhæc ὀνίσκος Varino, serra est fabrilis. Apud Pollucem inter alia significata ὄνου, etiam legimus inferiorem dici molam à tarditate cessationeve, quæ asino propria est, appellatam. In qua significatione vsurpauit quoque alicubi Xenophon, populos quosdam memorans, qui non alia victitant industria vel arte quàm fodiendis τοῖς ὄνοις, hoc est lapidibus ijs, qui ad ὄνους fabricandos idonei sunt. Et in sacris nostrorum literis, vbi vulgata interpretatio habet, opus esse, vt mola asinaria suspendatur à collo, ὄνῳ tantùm apud Græcos legi Pierius Valerianus ait. Apud Matthæum tamen, vbi dicitur: *Qui offenderit vnum de pusillis istis qui in me credunt, præstiterit ei suspendi molam asinariam à collo eius, ac demergi in profundum maris*: Græcè est μύλος ὀνικός, id est mola asinaria, sed idem est, & Latini asinum eundem lapidem dicunt, vt ex Catullo discimus, cùm super Aemilio quodam impurissimo dicit,

Arganus.

Midas.

Mola inferior.

Lib. 1. de exped. Cyri.

Cap. 22.

E F

Et non pistrino traditur, atque asino?

vbi quidam eruditiuli legunt atque asinus, qui & ipse molam pistrinumque circumagit. Reperitur verò etiam asella pro parte corporis, ala scilicet aut axilla, vnde illud in sacris: Abscondit piger manum sub asella: sic à qualo quasillum dicimus. Sunt denique asini (ὄνοι) dictæ duæ stellæ in signo cancri paruæ, vnde Plinius asellos vocat. Nubecula inter eas exiguum spatium obtinet, quod præsepe vocatur. De ijs plura in fabulosis. Nunc si quæ sunt alia synonyma, prosequemur. Vt ab asina asella, ab asino asellus diminitiua sunt apud Latinos, ita ab ὄνος, ὀνάριον, ὀνίδιον & ὀνίσκος apud Græcos. Cyrenenses asinum βρικὸν vocitant, vt Hesychius testatur, & aliàs barbarum etiam exponit: apparet autem ab improbitate sic vocari. Sunt enim eidem βρικοὶ quoque πονηροὶ, id est, mali aut improbi, vt hinc fortassis nos vulgò bricones dicamus summæ improbitatis homines, qui vsum vxorum suarum spontè, voluntarièq; alijs concedunt, quamuis capros, quorum illud proprium esse fertur, briccos siue bricones vulgò nuncupemus. Βύπαλον Suidas interpretatur ὄνον, in hoc loco Aristophanis: εἰ νὴ Δία τις τὰς γνάθους Τούτων δὶς ἢ τρὶς ἔκοψεν ὥσπερ βυπάλου, φωνὴν ἂν οὐκ εἶχον. Cui loco subiungit & hunc Hipponactis, λάβετέ μου τοιμάτιον, κόψω βυπάλου τὸν ὀφθαλμόν. Possis bouis modo stupidum etiam interpretari, vt βάρβαρον: alias βύπαλος significare videtur magnum luctatorem; quamuis Hesychius βύπαλον generaliùs exponat μέγα, id est, magnum. Βρωμήτας id est ruditor, pro asino quidem simpliciter vsurpatur à Nicandro, sed epitheton potius, quàm synonymum est: sicut & μεγάμυκος à nimia vocis absurditate, quasi grande rudens. Qui equas suxerint, hippothelas vocari in equi historia dictum est. Γραθώνη eidem Hesychio est σαπρὰ γραῦς, vetula emarcida; sed addit à quibusdam exponi παλαιὰν ὄνον, id est, vetulam asinam. Κανθὶς Hesychio est ὀνίσκη id est, asella, & ὄνος. Κάνθων verò Suidæ & Eustathio asinus: sic Anthologiæ epigram. Νῦν Λιβυκὰς κάνθωνας ἐχόμενος, εἶτ' ἀποπνίγετε; Et rursus: Ἦν ἄρα καὶ κάνθωσι τύχη χαλεπή τε καὶ ἐσθλή. vbi tamen per κάνθωνας videntur generaliter significari iumenta, vt dicat iumenta non minus obnoxia esse fortunæ secundæ & aduersæ quàm homines. Hinc cantharo scarabæo nomen, qui ex asini fimo sobolem sibi parat: Hermolaus Canthones vocari ait à clitellis, quas (inquit) canthelia vocant: sed & κανθήλιον ὄνον, & κανθήλιον sine adiectione asinum prægrandem exponunt, & simpliciter asinum. Suidas postquam dixisset κανθήλιον esse ὄνον μέγαν, id est, asinum magnum, adducit hunc locum Xenophontis, vbi de Phœnicibus loquitur, οἱ δὴ πιεζόμενοι ἀπὸ βάρους ἄνω χυρίσσωνται, ὥσπερ ὄνοι κανθήλιοι. Male autem & à Scholiaste Aristophanis affertur in Vespis, exponendo κανθηλίοις à nominatiuo κανθήλια, quæ sunt clitellæ, qui etiam error in vulgatis lexicis retinetur, in quibus tamen annotatur, κανθήλια etiam esse onera asinorum. Locus Aristophanis est: Μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ' ἀλλ' ἀποδόσθαι βούλομαι Τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις. Dici verò κανθήλιον sine additione asinum manifestò liquet ex hoc Luciani: οὐδὲ δεῖ τινος ἀποδύσαντος τὴν λεοντῆν, ὡς φανερὸς γένοιο κανθήλιος ὤν. Κίλλα asina est, & talus quoque; Κιλλὸς teste Hesychio ὄνος & τέττιξ πρώϊος à Cyprijs dicitur, id est cicada matura. Sed & κιλλὸς eidem est εἶδος τριχώματος φαιοῦ, & Pollux ait κίλλιον ἐσθῆτος χρῶμα esse: De ribusque κίλλον vocari τὸν ὄνον, indicans κίλλιον

Axilla asina dicta.

Prouerb. 19. & 26.

Lib. 18.

Stellæ asini

Βρικὸς.

Βύπαλος.

Canthos.

7. de exped.

Cilla.

G H

A λιον χρῶμα dici τὸ φαιὸν, fuſcum ab aſini colore, qui talis eſt. Κλητῆρες vocantur miniſtri publici, quorum munus eſt, homines vocare ad iudicia, item teſtes qui citantur. Ariſtophanes verò alicubi in Veſpis his verbis: Ὡς ἔμοιγ' ἰνδάλλεται Ὁμοιότατος κλητῆρος εἶναι πωλίῳ, κλητῆρος dixit παρ' ὑπόνοιαν ἀντὶ τοῦ ὄνου ἢ ἡμιόνου. Et alibi in eadem comœdia: Ἔοικας ὦ πρεσβῦτα νεοπλούτῳ τρυγὶ Κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι, κλητῆρι dixit pro aſino. Eſt autem ſcomma in ſenem φιλοδικαστήν. Κωθύλος Varinus, vt citat Geſnerus, aſinos interpretatur. ita & Heſychius: quæ vox ad κανθήλιος videtur accedere. Λέπαργος ab interprete Nicandri exponitur ὄνος παρὰ τὸ τὴν λαγόνα ἔχειν λευκήν. Euſtathio verò λέπαργος eſt bos λαπάρας habens λευκάς ſiue albas. Vterque puto ilia intelligit, ſiue lateris cauitatem laxiorem, quæ in hiſce animantibus albicant. Μέμνων ab Heſychio exponitur ὄνος, & μεμνόνεια τὰ ὄνεια κρέα, aſininæ carnes, qua ſignificatione etiam legimus μεμνόνια. Alioqui μέμνονες ſunt aues apud Aelianum & Oppianum, quæ Plinio ſunt Memnonides. Varinus haud ſcio quàm rectè ſcribit μέμνων. Μονιὸς ſiue μόνιος idem quod μοναστικὸς, & μονήρης, ſolitarius, ſoliuagus, ſolitudines captans: peculiariter accipitur pro porco agreſti qui ſolitarius paſcitur. Suidæ enim μονιὸς eſt ἄγριος ὗς μεμονωμένος, & Heſychio ὗς ἄγριος ὁ μὴ τοῖς ἄλλοις συναγελαζόμενος. Sic accipitur in fabulis Aeſopi, μόνιος ἄγριος ἐπί τινος ἵστατο δένδρου, τοὺς ἰόντας ἐθήγετο.
B Aliàs etiam Suidas Lupum ſolitarium interpretatur. Cyrillus in expoſitione Oſeæ prophetæ (vt annotat Heſychius) μόνιον dicit vocari ὄνον, id eſt aſinum, ὄναγρον fortaſſis intelligens. Μυχλὸν Heſychius exponit hominem ocioſum: item libidinoſum, ſalacem, incontinentem. Phocenſes ita quoq; vocant aſinum, non tamen quemlibet, ſed τὸν ἐπὶ ἵππους ἀναβιβαζόμενον, quem Latinè admiſſarium dicimus, qui item κήλων vocatur. Ὀκρίβας nonnullis eſt ἄγριος κριὸς, aries ſylueſtris, forſan inquit author theſauri linguæ Græcæ, παρὰ τὸ τοὺς ἄκριας βαίνειν: alijs κλίμαξ, id eſt, ſcala, qua videlicet vtimur ad conſcendenda loca prærupta & edita. Suidas & agreſtem interpretatur arietem, & aſinum. ſed propriè eſt pulpitum ſiue ſuggeſtum, è quo aliquid recitatur. Ὀγκηστὴς appellatur à ruditu in epigrammatibus quaſi ruditor. Πελίας ab Etymologo effertur pro aſino ſubnigro ſeu fuſco, qui color πέλιος ſiue πελλὸς appellatur, aliàs πελιὰς nomen eſt proprium. Heſychius quoſdam τέρυας ἵππους exponere ait τοὺς ἀσθενεῖς, imbecilles, vt qui laboribus aut morbis exhauſti ſunt: itidemque τερύνης eidem eſt ὁ τετριμμένος ὄνος, vel etiam ὁ τετριμμένος καὶ δυσανάληπτος γέρων. Rurſum τέρυας ἵππους vocari ſcribit, ὅσοι ἀδδηφάγοι εἰσὶν, qui voraces ſunt. τερὺ autem non ſolùm exponit ἀσθενὲς, inualidum, imbecille, verùm etiam λεπτὸν, tenue, ſubtile. Φορωνεὺς Varino aſinus exponitur regius. Hebræis aſinus Cha-
C mor vocatur, interpres Græcus ferè ὑποζύγιον reddidit: quæ Hebræorum dictio ſi inuertatur, fit, inquiunt periti, rechem mutatis punctis, vt mos eſt eorum, & tunc ſignificat pietatem & clementiam. Atonot verò in multitudinis numero poſitum ſignificat aſinas, quamuis Septuaginta ἡμιόνους, id eſt, mulos vertant, & Hieronymus aſinos maſculino genere. A poſterioribus Iudæis pro aſino ponuntur tria hæc vocabula, gaiedor, tartar & caar, quod nouiſſimum nomen accedit ad Perſarum care. Eſt & air Hebræis aſini pullus ſiue aſellus, Geneſios cap. 32. vbi traductio Chaldaica habet ili, Perſica borach ha, Arabica atan: ſeptuaginta ſimpliciter πώλους vertunt: & Iudicum 10. quidam etiam pullos equorum exponunt. Apud nos nomen Latinum retinuit, Hiſpani aſno, Galli aſne, Germani cùm ſuperiores, tum inferiores eſel dicunt, Illyrij oſel, Angli an aſſe.

Cleteres. Cothilus. Lepargus. Memnon. Monios. Mychlos. Celes. Ocribas. Oncistis. Pelias. Phoroneus. Chamor. Atonot. Care. Air.

GENVS. DIFFERENTIÆ. DEſcriptio. electio.

D ASINVS tenuioris fortunæ hominibus magis & agricolis quàm opulentioribus ſeruiens, ideoque nulli non notum animal ijs in locis quæ propter aëris clementiam, (nam frigoris admodum eſt impatiens, vt modò patebit) incolit, nulla deſcriptione indiget. Ab albo iliorum colore λέπαργον vocari dixi, ſed & albas ius vocant auriculas. Perſius: Auriculæ.

Nec minus auriculas imitata eſt mobilis albas.

Ita & Ouidius:

—— Nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram.
Sed trahit in ſpatium villiſque albentibus implet
Inſtabileſque illas facit, & dat poſſe moueri,
Cætera ſunt hominis, partem damnatur in vnam,
Induiturque aures lentè gradientis aſelli.

Sunt

Sunt autem aures pro totius portione longiſſimæ, & latæ, cuius rei mox rationem adſeremus. B
Labia. Labia etiam habet craſſa, teſte Ariſtotele in Phyſiognomonicis, vbi & caput ei tribuit paruum, quod tamen magnum rectiùs fortaſſis dicitur. Tum mas, tum fœmina trigeſimo menſe dentes
Caput. amittit priores, ſecundos autem ſexto menſe: quòd ſi non prius pepetere, quam decidant poſtre-
Plin.l. 11. cap. 37. mi, ſterilitas certa: Senectus intelligitur, dentium brochitate, ſuperciliorum canitie, & circa ea
Dentes. lacunis, cùm ferè ſexdecim annorum exiſtimantur. In collo & pedibus nigræ quædam ſunt lineæ,
Senectutis inditia. quas Heſychius μύκλας ſiue μύκλης vocari tradit, & Etymologus μύκλον ait eſſe rugas & plicas in aſinorum collis, quibus nimirum pellis rugatur & veluti duplicatur. In tergoris exordio crucis
Tergus. gerit effigiem, quo loco, vel etiam in tergore difficilius onera quàm iuxta renes ſuſtinet, propter-
Lib. 22. tra. 2. c. 1. ea quod illic quam hic oſſa minus robuſta ſint, vt Albertus aſſerit. Pilus corporis duriuſculus & lanificio ineptus, vnde adagium: *ab aſino lanam*: cauda minus quàm in equo ſetoſus, vnde item
Pili. vulgò *aſini caudam* dici ſolet, *non facere cribrum*. Membri genitalis magnitudine præ cæteris qua-
Penis. drupedibus quàm ſit famoſus, ſuo loco patebit; cur verò id ei natura conceſſerit, aliàs etiam ra-
Coryne. tio reddetur. Nicander id in Alexipharmacis à ſimilitudine κορύνην nuncupauit, quæ propriè eſt ῥαβδος κεφαλωτη, dicta παρὰ τὴν κάραν, vt inquit Euſtathius, id eſt, virga capitata ſiue claua. F
Cor. Cor ei pro portione maximum, vt omnibus timidis, aut propter metũ maleficis, vt ait Plinius: qui
Sanguis. & ſanguinem craſſiſſimum ei aſcribit, pinguiſſimum puto intelligens, nã & ei tribuit pinguiſſimũ, homini verò tenuiſſimum: alij aſino & tauro inter ea, quæ animal generant, craſſiſſimum & ni-
Cutis. gerrimum eſſe profitentur. Cutis ei duriſſima, vt vix etiam fuſtim ſentiat, ac inſuper ſolidiſſima,
Li. 18. c. 23. vt in vſu patebit. In Myſia aſinos perrarò reperiri tradit Cælius, quibus recta ſunt ilia, vnde nato adagio, vt ἰσφυν κάληγυς, ἤγυν καλταγὰς, id eſt *ile fractum habens*, dicatur ex Myſia aſellus. Sed
Cap. 19. & varij dantur. Aſſyriorum enim rex referente Pontano in libro de magnificentia, inter alia mu-
Aſini varij. nera, camelum, pardalim & aſinum ad Ferdinandum Neapolitan. regem miſit, quem ex vlti-mis Orientis partibus adduxerat: ad quem ſpectandum remotiſſimis è locis multi venere, quod
Vbi parui. eſſet miraculoſo pilo, virgatum corpus oſtendens, diuerſicoloribus ac paribus lineis. In Illyria, Thracia & Epiro aſini parui ſunt, cùm cæteras quadrupedes Epirotica terra magnas ferat. Et Cteſias tradit, aſinos & boues Pygmæorum ad arietum noſtrorum magnitudinem accedere; e-
Vbi magni. quos item & mulos cæteraque veterina arietes magnitudine non ſuperare: Antron contrà Theſſa-liæ vrbs magnos habebat aſinos, de quibus inter prouerbia. Apud Afros paſtorales reperiuntur
To. 1. in Iob. aſini qui nunquam bibunt, vt prodidit Herodotus in quarto. Origines author eſt quod nunc e-qui & muli perficiunt, hoc nihilominus aſinos adimpleuiſſe, tales præſertim, quales (inquit) G
Veloces vbi. ſunt in regione Arabiæ & Palæſtinorum, qui veloces ſunt, ſimiliter vt equi. Et apud Euphratem Xenophon de Cyri minoris expeditione inuentos ait aſinos, qui equos curſu facilè ſuperarent. Nam cùm ad eos equites proximè acceſſiſſent, curſum illi arripiebant, cumq; longius prouecti eſ-ſent, interim reſiſtabant, atque ita ſæpius iterata fuga equites fallebant, cæterùm hi feros intelli-
Exer. 217. 1 gunt. Mirùm verò quod tradit Scaliger, in Aegypto eam eſſe aſinorum tollutariorum patientiam
Li. 16. c. 9. tum velocitatem, vt quadraginta millia paſſuum diei vnius opera expediant, ſine vlla noxa. De feris, & cornutis dicam priuatim. Aelianus autem in India cùm dicit equorum ferorum & aſino-rum ſimiliter greges eſſe, cornutoſne an vulgares aſinos intelligat, dubitari ab aliquibus video. A-ſinus admiſſarius mulorum procreationi deſtinandus, qualis eſſe debeat, in muli hiſtoria dicemus, boni tamen & inter alios eligendi notas hic minimè prætermituri. Ab aſpectu non aliter (inquiunt Geoponici) probari debet, quam vt ſit ampliſſimi corporis, ceruice valida, robuſtis ac latis coſtis, pectore muſculoſo & vaſto, feminibus lacertoſis, cruribus compactis, coloris nigri, vel maculo-ſi, aut etiam rubei, ſecundum Palladium.

LOCVS. CIBVS. POTVS. H

Lib. 7. Geor.



STRABO Nomades ſcribit carere aſinis propter regionis frigus. Eſt enim (inquit) frigoris impatiens beſtia. Quamobrem eoſdem non alunt Britanni; Dani, Sueti, Poloni, Hollandi, finitimique Septentrionales populi alij. De Scy-this idem etiam referemus poſtea. Cùm itaque animal ſit natura frigidum, e-
Frigiditatis noxa. neruatur, & infœcundum fit, atque exile, præcipuè quod hominibus ſeruire cogitur. Cerebrum enim maximè his locis afficitur. Etſi verò aſinus natura fri-gidus frigida loca non tolerat, non propterea aſſerendum eſt, cæteris animantibus id commune eſſe: nam & in frigidis animalia quædam frigida propter ſimilitudinem atque cognationem col-locata ſunt à natura: ſicut & calida quædam in calidis: & contrà calida quædam in frigidis, frigi-da quædam dedit in calidis ob temperationem, id quod de aſino etiam verum eſt. Arcadici in

A Græcia nobilitati, in Italia Reatini, vt Varro scripsit, vsque eò vt sua memoria asinus venierit sestertijs millibus sexaginta. Et aliàs, *optimum (inquit) est Reatinum seminium, vbi tricenis ac quadragenis millibus HS. admissarij aliquot venierunt*: Strabo de Megalopoli Arcadiæ loquens, fertilia illic pecori pascua esse tradit, præsertim equis atque asinis equarum suppositoribus. Celebrat hos asinos Plautus in Asinaria: *Meministis asinos (inquit) Arcadicos mercatori Pellæo nostrum vendere Atriensem.* Isidorus asinos Arcadicos dictos ait, quòd ab Arcadia primùm vecti sint magni & alti, id quod & Varro & Plinius testantur. Indeque dicit Persius; *Arcadiæ pecuaria rudere credas.* An & Cappadocia pulchros, magnosque olim daret asinos, ex Apuleo quis affirmare posset, qui videlicet in octauo de asino aureo hæc verba scripta reliquit. *Is nimio præstinandi studio præconem rogat, cuiatis essem: at ille Cappadocium me & satis forticulum denuntiat*: cæterùm Io. Baptista Pius noster ciuis in suis pereruditis annotamentis eam sententiam referendam esse censet ad nobilitatem equorum, quibus Cappadoces abbundauerunt, vt in eorum historia abundè ostendimus, vt cynædus ille semicanus & cincinnatus auctionabundus asinum hyperbolicè dicat non solùm esse bonum asinum, sed & generositatis equos æquiparantis: refellitque eos, qui referrent ad vulgare prouerbium, quo cauillantes cùm aliquem dolosum & veteratorem, imo deterrimum

Vbi meliores *Lib. 9. Geog.* *Asini Arcadici.* *Lib. 12.* *Equi Cappadoces.*

B significare volumus, illum Cappadocium esse dicimus, quoniam prouerbium Græcum sit, τρία κάππα κάκιστα, id est, tria C. pessima, de Cilice, Cappadoce & Cretensi. Refutat inquam hanc interpretationem, quoniam si per Cappadocem nunciparet se vitiosum & deterrimum, absterreret potiùs emptorem quàm inuitaret: quamobrem iocus (inquit) in hanc sententiam trahi non potest. Temerarius enim non est, sed furiosus & prorsus extra mentem, qui venui subijciens iumentum, id emptori calcitrosum profert & vitiosum, cùm potiùs vendendi cupidus ludat eo ludo, iocetur eo ioco, qui futurus sit sibi non dispendio, sed vtilitati. Apud Antronios quoq; permagnos & ignauos asinos nasci suprà diximus. In octauo Persiæ regno Timochiam dicto asini sunt teste Paulo Veneto pulcherrimi & optimi, vt etiam vnus vendatur pro triginta auri ponderibus. Nunc de pabulo dicamus. Perexiguæ in alendo hoc iumento impensæ fiunt: nam & *eo rure quod pascuo caret, contineri potest*, inquit Columella, *exiguo & qualicumq; pabulo contentus. Quippe vel folijs spinisque, vel perticis salignis alitur, vel obiecto fasce sarmentorum. Paleis verò quibus ferè omnes regiones abundant, gliscit.* Varro quoque Q. Hortensium cùm dixisset, maiorem sibi curam habere ne eius esurirent mulli in piscinis, quàm ipse haberet, ne sui in Rosea esurirent asini, rationem

Antronij asini. *Cibus.*

C reddit, quòd ipse vno seruo, ordeo, non multa aqua domestica suos multummos aleret asinos: & aliàs commodè ali asinos scribit farre & furfuribus hordeaceis. Nostri quoque asinarij fessos, laboribusque exanthlatos lautissimè eos alturi, triticeos furfures exhibent, aliàs ferè nihil offerunt, sed per vias & macerias eos educunt, vt ipsi sibi pabulum sumant, ex obuijs & vilioribus plantis, vnde apud Germanos extare prouerbium Gesnerus asserit, carduos asino acetarij loco esse, cui conuenit, similes habent labra lactucas. Acutè itaque ac eleganter Tzetzes maximum vrbis excidium indicaturus, ait vereri se, ne asinus eam depascat, qui videlicet spinis ferè & sentibus, similibusque abiectis vescitur, quæ in ruderibus, domorumque ruinis copiosè nasci solent. Quid itaque dicemus de asinis Christiani Moguntini Archiepiscopi & Frederici Imp. primi contra Alexandrũ tertiũ pontificem ducis, in quos scribit Crantzius vulgò dici tantas fuisse factas impensas, quantæ in potentissimi imperatoris familiam alendã impendi possent? stolidum videlicet stolidissimi viri in stolidum & contemptissimum ridiculosissimũq; animal factum. Ferulæ eis gratissimæ sunt in pabulo, non sine insigni aliqua prærogatiua, cùm sint cæteris iumentis præsentaneo veneno. Ficus etiam inter cæteros fructus amare videtur: super quarum esu, & Philemonis poëtæ comici interitu admirando lepidam & scitu non indignam ex Luciano historiã & aliorum commen-

Lib. 6. Saxo. *Ferulis vescitur.*

D tarijs recitat Petrus Crinitus. Philemon cùm ætate iam edita prouectior esset, eique ficus in cibum paratæ in conspectu forent, asello eas comedente puerum vocauit, vt asinum abigeret. Sed is tardiùs cùm superuenisset, & comestas omnes videret, vrbanissimè inquit: Et nunc da merum asello, quò audito cœpit adeo poëta Philemon risu & cachinno diffluere, vt ex eo ibidem statim perierit. Laërtius verò id de Chrysippo tradi ait his verbis: *Sunt qui dicant Chrysippum risu effusum expirasse. Nam cùm asinus manducaret ficus, anicula dixisse, vinum asino sorbendum daret, nimioque risu occupatum exhalasse animam.* Illud quoque silentio nequaquam inuoluam, quod Plutarchus tacitum noluit: asinos & equos linqui animo qui ficus dorsuarij comportarint: sed maiore dignum miraculo remedium, quo & ipsis & hominibus quoque succurritur. Exanimata ferè iumenta, extinctosque penè deliquio virium homines obiectus panis reuocat, namque si pauxillum huius vorauerint, protinus cibo sese recolligentes roborantur & pristinum iter prosequuntur. Nec secus in hominibus euenisse idem prodidit Plutarchus. *Brutum (inquit) per altas niues in Apolloniam proficiscentem, cùm animus defecißet, panis ab hoste muros vrbis defendente proiectus, ex-*

Philemonis mors. *Ficus.*

tempore

tempore recreauit. Nonnulla etiam de paſtu aſinorum diximus in equo, necnon etiam de potu. E
Aiunt aquæ potu pingueſcere, & ex cibo eò magis proficere, quò plus biberint.

NATVRA. MORES. INGENIVM. Senſus. Libido.



ASINVM ab aqua ſibi cauere ex eo diſcimus, quòd cùm per ignes ad fœtus tendat, ſi riuus minimus interſit, horret, ita vt pedes omnino caueat tingere vt Plinius ſcribit, additque non niſi aſſuetos potare fontes, qui ſunt in pecuarijs, atque ita vt ſicco tramite ad potum eat: nec pontes tranſire per raritatem eorum tranſlucentibus fluuijs, (vbi pro eorum aliàs legitur plancarum, quam lectionem probat Geſnerus, alioſque improbat, qui placarum legunt, ac Hermolaum quoque, qui phalangarum legere maluit. Plancas vocant Belgæ aſſeres, ex quibus lignei pontes fieri ſolent: & non alios puto Varro intelligere potuit, cùm per lapideos pontes minimè tranſlucеant.) Mirumque dictu, ſitiunt; & ſi immutentur aquæ, vt bibant, cogendi exonerandiue ſunt. F Abſyrtus author eſt, equos cùm ſuſpicantur vel metuunt aliquid, manifeſtum eſſe; ſic vt inſidens cauere ſibi queat: aſininum verò pecus & bigenerum (vt ſunt muli) rerum conſpectu conſternabile, nouitatiſque verens in diſcrimen adferre. Rictu labeiſque late diductis, dentibuſque deformiter de nudatis irridere videntur, quare etiam irriſionis ſunt ſymbolum. Mingunt, vbi prius alius minxerit, aut ſuper fimum, quoniam odoris acrimonia eos natura ſegnes extimulare ſolet. Eſt autem vrina aſinabus quàm aſinis tenuior. Purgantur menſibus amplius quidem quàm oues, ſed multò ex proportione minus. Spinoſis ſeſe plantis affricant libentiſſimè, vnde ononidi nomen inditum. Cùm bibunt, parcè admodum mergunt os, vt in equo diximus, Cardanus cauſam in eundem ab aqua timorem reijcit, inquiens id contingere propter vmbram auriũ, quam prægrandem (inquit) in aqua videntes timent, ne aures madeſcant aqua, & ne vmbra aurium oculos feriat. Eſſe enim animal hoc natura ſiccum, & ob id aquæ non amicum. Largita autem illi eſt natura aurium prolixitatem, vt audiret à longè commodiùs. Auditus autem acrimonia tanta eſt, vt præter ſolos mures cæteris animantibus eo præſtare dicatur: ita enim interpres Ariſtophanis in Pluto, quiſquis is eſt, ſcribit: ἡ ἵππυ ὄνος μᾶλλον τῶν ἄλλων ζώων ἀκύει πλὴν μύος. Hinc Apuleianus aſinus de ſe ait: *Recreabar quod auribus grandiſsimis preditus cuncta longulè etiam diſsita ſentiebam*. Hinc & nos (inquit Cœlius Rhodoginus) auditione præcipuè intentum, aſini aures habere dictitamus. Cæterùm miretur meritò alioquis, cùm natura auriculas longiores illis dederit animantibus, quas auditu præcellere oportebat, & ſonos promptiſsimè apprehendere, cur non eaſdẽ ſonos argutiores diſcerneant: ceruus enim diſcernit & afficitur: aſinus non itẽ. An non tam ad cognitionẽ & voluptatem aurita ſunt animalia quædã, quàm ad corporis incolumitatem tuendã? præſertim cùm timida ea omnia ſint: proinde bardum quẽlibet, ſtupidumq; & qui ea quæ audit, non diſcernit, non intelligit, etſi intelligere videatur, aſino aſſimilabant, vt ex Suidæ docemur hac parœmia: πῶς γὰρ ἂν γένοιτο πάντα ἐγνωκέναι καὶ πρὸ τῦ καλῶς ἦναι αὐτῷ, καν ὦτα μεγάλα ἔχη καθάπερ ὄνος. Galenus in libro de optimo docendi genere, neminem ait permiſſurũ aſinos iudicare, quia omnino mente carent. Huius iudicij ſtultitiæ, non immemor Ouidius, Midam, quod ſententia ſua ruſticam Panos cantilenam diuinæ Apollinis modelationi præferendam iudicauerat, ea pœna multatum à Deo finxit, vt quæ iuditio peccauerant humanæ aures, in aſini auriculas demutarentur. Plutarchus quoque Scytharum quendam regem propter iniquum de ſono iudicium, aſino aſſimilauit in ſecunda oratione de fortitudine Alexandri. *Scytharum rex* (inquit) *captiuum adeptus Iſmeriam tibicinem, iuſsit inter pocula canere, cumque cantum eius reliqui plauſu atque admiratione proſequerentur, iurauit ſe ſuauiùs audire hinnitum equi, adeo proculis aures ſuas à Muſis abduxerat, animumque in præſepibus habebat, non equos ſed aſinos, qui audiret dignum*, hoc eſt, vt ego interpretor, animantes abſurdiſſimè vocis omniſque expertes iudicij, & à muſica alieniſſimas. H Dicebant enim Pythagoræi, ſolum aſinum de omnibus animalibus ad harmoniam non eſſe factum, proindeque abſurdam beſtiam nullo ſenſu ad Lyræ ſonum affici, vt Aelianus refert. Inde autem eſt quod Dion Chryſoſtomus metuere ſe ſcribit, ne etiam ſibi contingat, quod aiunt Aegyptiorum cuidam valdè antiquorum muſicorum accidiſſe, cui aliquando Genius in ſomnis prædixerat, fore aliquando vt in aſini aures caneret: at ille futurum tempus cùm non attenderet, ſomniam illi curæ non erat, donec tandem tyrannus Syriæ Memphim veniret, cumque cum alijs Aegyptijs admirantibus, accerſeret. Tunc enim omni alacritate ſpecimen artis & accuratius multò cum

Lib. 10. de Subtil. *Cur bibentes os parum mergant.* *Auditus.* *Lib. 18. 6.* *Iudicium.* *Midæ pœna* *Rex aſino aſſimilatus.* *Li. 10. c. 28.* *Orat. 32.* *In aſini aures canere quid.*

A tò cum exhiberet: ille verò (quia musices erat ignarus) iuberet eum desinere, ignominia afficiens;
somnij illius recordatus, hoc ergò est (inquit) in asini aures canere. Huc referendum illud Per- *Sat. 1.*
sij: *Auriculas asini quis non habet?* Quo loco Ioann. Baptist. Plautius hoc adiecit scholium: *Persius ex-*
Romæ qui iudicio recto & incorrupto sit præditus, inuenies neminem: in Romanos dictum, qui *plicatus.*
non inspecta sententiarum grauitate & non medullitùs verborum pondere, in poëmatibus con-
siderato, oratione lenocinanti & suauitate quadam fucata aures auditorum demulcenti capti
falsum iudicium & iniustum inter poëtas discrimen afferebant. Ad quod, vt sic audeam præter
aliorum sententiam hunc locum interpretari, faciunt verba Fulgentij ex tertio mythologiæ, quæ
sunt. Mida enim Græcè quasi μηδὲν ἠδων dicitur, quod nos latinè nihil sciens dicimus. Ideo
etiam asininis auribus dicetur, quia omnis discernendi ignarus nihil differt ab asino. Notus
item apologus de asino cuculi inconcinnum sonum, modulationi atque harmoniæ Lusciniæ præ-
ferente, quem apologum modò ex Achille Bocchio recitabimus. De hac asini stultitia & stu- *Stupiditas.*
piditate plena sunt omnium monumenta. Diuina in primis scriptura, vt tradit D. Chrysosto-
mus, Homilia duodecima in caput secundum Genesios, quæ ab irrationalibus & feris agnomina-
tiones his qui ratione insigniti sunt, imponit, interdum asinos vocat ob stupiditatem & tarditatem:
B Græci verò Anthronium asinum qui prægrandi quidem corporis mole sunt, (quales asinos An-
thron Thessaliæ dabat) cæterùm ingenio stupido tardoque. In eodem sensu Plautius à Iuuenale
hominem, qui ad asinos proximè accedit, volente indicare, dictum esse,

Nil salit Arcadico iuueni

scribit in commentis suis in Persium, sicq; se Nicolao & Camillo de Aldrouanda inter patritias Bo-
noniæ domos, vt ipse ait, nobilissima, iuuenibus moribus & doctrina præstantissimis, vt aliquid cu- *Arcadici*
riosius inuestigando non protritum, nec ab alijs traditum, ex literarum penetralibus erueret, *quales.*
interpretatum fuisse, Arcadico iuueni, id est pingui, obtuso & ignauo: quoniam Arcades illi pro-
seleni, hoc est, ante lunam procreati cum Phrygibus stulti habiti sunt & rudes: vnde Aristopha- *Lib. 3.*
nes in nebulis beccesselinum appellat antiquissimum & per hoc stultissimum καὶ πῶς ὦ μωρέ σὺ *Li. 1. Myt.*
καὶ κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε. Et quo pacto tu stolidè & saturnia olens & beccesseline. Apol-
lonius apud Philostratum: *Rudes sunt Arcades & suibus simillimi, cùm ob alia multa, tum quòd
arborum fructibus vt plurimum turgent.* Hoc nostrum interpretamentum fulcit & Fulgentius,
qui sensus Arcadicos dixit pro pinguibus, rudibus & subrusticanis. Hæc ille in hoc Persij: *Arca-* *Asini qui*
C *diæ pecuaria rudere credas.* Hominem porrò ineptum asinum vocari, vel vnius Terentij locus *dicantur.*
fidem fecerit in Eunucho: *Flabellum tenere te asinum tantum.* Scribit Quintilianus hominem *Lib. 6. cap.*
dicacissimum Iunium Bassum asinum album fuisse appellatum, cuius dicti gratia minus pel- *de risu.*
lucet: sed claram ei lucem addidit Turnebus his fere verbis: Ridiculum quidem, vt è Ci- *Lib. 28. Ad*
cerone & Aristotele notum est, fidem constat habere in quadam deformitate & ineptijs. *uers. c. 35.*
Contrà quod iucundum, faustum, prosperum, lepidum, album dici, de coloris illius iu- *Album de*
cunditate & pulchritudine, nemini paulò doctiori est ignotum. *Hinc albæ aues, & sint omnia* *quo dicatur.*
prorsinus alba. Qui igitur ridiculus erat, propter ineptiolas ridiculorum, asinus dicebatur; sed
idem propter iucunditatem albus: quod ea diceret, quæ iucunda & grata & probata homini-
bus essent & placerent. Haud absimiliter Diodorus Iaseus cognomine Cronus, apud Ptolo-
mæum Soterem cùm argumenta quædam à Stilpone proposita ex tempore nequiuisset soluere,
à rege per contumeliam Cronus, fatuus, vocatus & mox per apheresim ὄνος asinus, conuiuio ex-
cessit, deque ea propositione librum conscripsit, & vitam mœrore finiuit, vt Diogenes Laër-
tius scribit. Idem asini nomen in ludis literarijs illi imponi assolet, qui in studijs vel moribus de-
liquerit: is enim protensis indice & auriculari digitis asinum vendere iubetur; hoc est, tantisper
D hac ignominia notari, donec in alium propter simile peccatum eam transferat. Sunt qui è collo
stipitem, asini vel nomine tantùm, vel etiam figura onocephalum, eandem ob causam pueris ap-
pendant. Similiter & alij quandoque derisuri quempiam, digitis, vt dixi, protensis vel etiam ap-
plicatis expansarum manuum ad tempora pollicibus, crebro palmarum motu, auriculas asini imi-
tantur & sibilum addunt. Hinc illud Persij:

O Iane à tergo quem nulla Ciconia pinsit,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

Atque hoc etiam D. Hieronymi in libro de viuendi forma. *Ne credas laudatoribus tuis, immo ir-* *Supra asini*
risoribus aurem ne libenter accommodes, qui cùm te adulationibus fouerint & quodammodo impotem *aures iurare*
*mentis effecerint, si subito respexeris aut ciconiarum deprehendes colla curuari, aut manu auriculas
agitari asini, aut æstuantem canis protendi linguam.* Reperio item pueros, vbi quid commi-
sissent, id verò inficiarentur, supra asini aures iurasse, fictis vel ex veste vel ex sudario asini *Ludus asi-*
auriculis. Apud Græcos frequens erat ludus sphæræ, qua qui vicisset, rex dicebatur & imperabat, *nus dictus.*
victus verò ad ignominiam asinus & victoris mandata exequebatur, cui ludo sphæromachiæ no-

men., quo in gymnasio iuuentus exerceri consueuit, vt meminit Alexander ab Alexandro. E
Idem fortè ludus Polluci ἀπόρραξις dicitur, in quo pila ad pauimentum vel ad parietem vi illidebatur, & repercussa manu ludentis subinde reijciebatur, cui plures continui pilæ saltus successissent, rex appellabatur & imperabat: victus autem asinus, & imperata quæuis exequebatur. Alius apud eundem Pollucem ludus puerilis ostracinda describitur, in quo deprehensus in fuga similiter asinus dicebatur. Cæterùm isthæc leuia sunt & ridicula; sed non paucos legimus asinos appellatos per contumeliam. Sic Clisthenes cùm infestissimo Sicyonios odio prosequeretur, eorum tribus in ridicula cognomenta commutauit, eas tum ὑάτας, tum ὀνεάτας, tum χοιρεάτας appellando, suarios quippe, asininos & porcarios. At apud Aegyptios in primis asini nomen alicui obiectare, maximum erat in gente probrum, quamobrem cùm Persarum regem Ochum summi dedecoris loco illi asinum appellarent, in tantum exarsisse fertur, vt diceret, Faciam vt hic asinus vestrum bouem depascatur, qui haud multò pòst ingenti coacta manu occupata Aegypto, Apim immolauit. Asinum etiam Aegyptium in prouerbium abijsse perspicimus pro eo qui derisui sit omnibus, quemque omnes insectentur, conuellant, lacerent. Eius ratio ex historia est: proditur siquidem memoriæ, in Aegypto flaui coloris homines ludibrio esse, plurimumque vellicari: asinos verò plerumque in præceps dare sicut obuenit apud Copitas. Vtriusque facti redditur F
ea fermè ratio, quòd rufus foret Typhon hostis perpetuus Osiridis, necnon asini quoque colorem præferret: sed additur hebetudinis item ac ruditatis ratio, necnon iniuriarum illatio frequens. Legimus item Busiritas & Lycopolitas, tanto asini odio flagrasse, vt tubis omnino supersederent vti, tanquam sonum edant asinino planè similem, prorsumque non purum id animal arbitrabantur, sed dæmonicum, ex ea quam exposuimus assimilatione. Immò verò in sacris popana facientes τῦ τε παυνὶ καὶ τῦ φαωφὶ μηνός, id est, mensibus quos illi vocant payni & phaophi, asinum effingunt insignem, vinctum. Adhæc apud Aristophanem ὀνοσύπταξ scomma est in crassi & rudis ingenij hominem, sumpta metaphora à funibus qui sucula quam asinum vocari diximus, versantur, tracta. Scipio verò etiam hanc mentis tarditatem ita G. Metello apud Numantiam exprobrauit, vt diceret, si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Vetus etiam Attici Crani dictum vt refert Tzetzes:

Asini nomẽ cur Aegyptijs exosum

Scipionis de Metello dictum.

> Φεῦ συμφορᾶς. ἄνθρωπος ἥττων ὢν ὄνου, id est,
> *Heu calamitatem, homo deterior asino.*

Addit autem futurum, vt asinini indoctique & stupidi sapientibus & probis præferentur. Elegantissimè quoque Menander præstare ait, vt quis asinus potius fiat, id est vilissimus quispiam G
& ab omnibus propter insulsitatem contemptissimus, quàm deteriores videat seipso illustriorem vitam degere:

> Ὄνον γένεσθαι κρεῖττον, ἢ τοὺς χείρονας,
> Ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

Similiter & Antisthenes philosophus referente Laertio, ad hanc asini ruditatem alludens, Atheniensibus consulebat, asinos vt equos diligerent; quòd cùm illi à ratione alienum dicerent, at (inquit) apud vos duces erunt, qui nihil didicerunt, solumque designati sunt. Quod verò Iosephus cor asini & canis impudentiam obijcit Appioni, hac eadem sententia in vno stoliditatem & imperitiam, in altero maledicentiam incessit. Argutum etiam huc referendum dictum Diogenis: dicenti cuidam, quòd à multis irrideretur, & illos (inquit) fortè ridendent asini, cumque illi dicerent, non illi asinos curant, neque illos ego, respondit. Iam verò tam ineptæ ad omnia menti coniuncta est corporis pigritia, & in incessu tarditas, à qua νωθὴς vocatur poëtis, piger, ignauus, βραδύπης, lentè gradiens, iners, segnis, lentipes, & per antiphrasim πολύσκαρθμος, id est, multùm agilis in saltu. Vnde & in ore omnium est asini succussationem parum admodum procedere. Siquidem qui sunt in Mauritania asini, etsi citatissimo gradu cursum inchoent, paruo tamen H
confecto itinere quàm citissimè deficiunt, adeo vt necesse sit teste Aeliano, eos ad equos alligatos resti attrahere: quamobrem Trigæus Aristophanicus suum illum scarabæum asinum vocabat, monens scilicet, ne cursu nimium pernici viam auspicetur, sed paulatim aut sensim volet, vt labori sufficere queat. Cùm itaque notissima omnibus asinorum sit tarditas, Turnebus apud Martialem, vbi in euulgatis codicibus legitur: *Veterno resinaque pigriores*, legit, *Veientone asinoque* (vel asinaque) *pigriores*: quam lectionem probat Iustus Lipsius. Huic tarditati atque stupiditati, modò degenerem animum, timiditatemque addunt quæ cum ouibus communia habere tradit Aelianus: Quò respexit Aristoteles, dum ait recitante Plutarcho, rectè fecisse eum qui bonam equam viro diuiti ignauo prætulit, quandoquidem neque canem neque asinum me hercule (inquit) pretio æquat vir timidus & imbellis diuitijs & mollitie diffluens, addunt denique & impudentiam, aiuntque sua tantùm commoda destinatissimo quodam animo prosequi & dummodò suæ morem gerat voluntati, nihil pensi habere,

Diogenis dictum.

Asini pigritia.

Scarabæus cur asinus dictus.

Lib. 13. Aduers. cap. 19

Lib. 3. Epig. 35.

Li. 1. Quæst. epist.

Epist. 5.

Timiditas.

Impudentia.

Lib. 7. c. 19.

A habere, castigationes contemnere, verbera etiam nihili facere: Quod postremum in asino vitium ita notauit Xenophon, vt de se dicat V. de Græcorum reditu: *Eo tempore si quem iniuriæ vllo genere lacessiui, non possum non confiteri, vel asinis me, qui esse dicuntur inuerecundissimi, inuerecundiorem fuisse.* Socrates quoque hanc impudentiam in hoc animante notare mihi videtur, impudentem quendam asini typo taxans; Cùm enim aliquando à quodam fuisset calce percussus, iniuriamque non solùm non vindicaret, sed ne verbum quidem emittens, facilè tolerarect, admirantibus illius tolerantiam respondisse ait Laërtius: *Quid enim si me asinus impetisset, num illi diem dixissem?* Atque isthæc ferè sunt, quæ de huius bruti stupiditate, ignauia, impudentia vulgò circumferuntur, cæterùm vti omnes stupiditatem eam detestantur, idque iure omni merito, cùm & Gryllus Plutarcheus Vlyssi concedat, quòd cùm reliqua animalia ratione aliqua vti videantur, solus asinus & ouis ab omni rationis vsu semoti reperiantur: ita contrà in quo tam celebrem stupiditatem exerceat, diligenter quidem inuestigaui, sed nihil solidi reperi. An stupidum dicimus, quia, vt ait Albertus, hominibus cedere nescit? sed hoc & impudentiæ & inuerecundiæ tribuendum est. An quia onustum se non intelligit? nam mox nisi aduertas, sarcinas excutit, & præ nimia volutationis, qua maximè delectatur, lasciuia, omnia confundit, quod scilicet (*In quo stupiditas consistit.*)

B indicat Apuleianus quoque asinus, cùm horti areolas omnes volutationibus corporis à se turbatas ait. An quia plagas vitare ignorat, & acceptis, iam ad alias accipiendas se totum accommodat, ei tandem ita callum obducit, vt eas omnino temnat, vt Plautinus ille ait:

Exite, agite, ite ignaui & malè conciliati,
Quorum nunquam quicquam cuiquam venit in mentem, vt rectè faciant (*In Pseudolo.*)
Quibus nisi ad hoc exemplum experior, neque potest vsurpari vsura
Neque ego homines magis asinos vnquam vidi, ita plagis costæ callent,
Quos dum ferias, tibi plus noceas: eo enim ingenio sunt hi flagitribæ.

An potiùs quia sine plagis obedire nescit, etiamsi paratum quo vapulet, fustem videat in manu heri sui? Ideo me hercule Cicero dixisse mihi videtur in Pisonem: *Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis sed fustibus.* Est tamen & hoc asino natiuum, vt non solùm verbera præ cæteris ferè animantibus ob corij sui duritiem facilè ferat, sed temnat sæpe etiam, maximè vbi famelicus est, id quod eleganter Aiacis fugientis exemplo nobis indicauit Homerus his versibus: (*Aiax asino pascenti assimilatus.*)

C
Ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐβιήσατο παῖδας
Μωθὴς, ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγῃ, (*Iliad. λ.*)
Κείρει τ' εἰσελθὼν βαθὺ λήϊον· οἱ δέ τε παῖδες
Τύπτουσιν, ῥοπάλοισι, βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν.
Σπουδῇ τ' ἐξήλασσαν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς.
Sicut autem asinus in aruum profectus vim intulit pueris
Piger, circa quem iam multi fustes fracti sunt,
Depascitque ingressus altam segetem: pueri autem
Verberant baculis: vis autem infirma ipsorum est
Vixque expulerunt, postquam saturatus est pabulo.

Quam comparationem poëta assumpsit, ad maiorem præcedentis, qua Aiacem Leoni assimilauerat, quem à pabulo boum abigunt canes & viri rustici, illustrationem, id est, tardum in fugiendo Aiacis incessum significandum, in quo totus esse poëta videtur, vt nimirum illum graphicè depingat, ac lectori persuadeat, non solùm cunctanter sed etiam tardissimè Aiacem recedere: itaq; cum asino quo nullum est segnius animal, comparat, neque tamen asino simpliciter, sed fruges

D ac segetem in agro depascenti, à quo abigi non possit, donec planè sit exaturatus, vt hic etiam sit *ἀπόδοσις* in Aiace, quòd a Troianis propelli non potuerit, nisi prius cæde illorum satur. Iam verò non ipse tantùm asinus ob relata apud omnes ceu vilissimum animal ludibrio habetur, sed qui eum ducit etiam ac pascit asinarius & agaso, in quod genus hominum diuites iram suam plerique effundere solent, vt ostendit Plutarchus in volumine de cohibenda ira, vbi cùm dixisset nos canibus latrantibus aut asinis occurrentibus indignari, adducit exemplum de quodam qui cùm agasonem ferire vellet, is verò exclamasset Atheniensem se esse, ad asinum conuersus ac fatus; tu autem Atheniensis non es, multis verberibus bestiam obruit. Fuit tamen aliquando tam vilis agasonis conditio honestissimis viris salutifera. In magna enim illa Triumuirorum proscriptione Reginus etiam proscriptus atque hostis iudicatus fugam hac arte adornauit, vt asinum frondosis fascibus onustum ageret: atque ab omnibus contemptus, euasit, vt Romana historia testis est. Sed estne asinus tam rudis, tam stupidus, vt nullus disciplinæ capax esse queat? Ita quidem in vulgatissima hanc parœmia, asinum sub freno currere doces, interpretantur asinum indocilem ex Horatio, qui sic canit: (*Asinarij vulgò contempti.*) (*Reginus asinarius factus.*)

Infelix operam perdas, vt ſi quis aſellum E
In campum doceat parentem currere freno.

Idem & ille credidit, qui cùm a tyranno propoſita etiam pœna cogeretur, vt aſinum inſtitueret, prouinciam eam non recuſare auſus, decem verò annorum ſpatium ad id impetrabat, ſed cùm ab alijs negaretur & eo quoque ſpatio doceri poſſe aſinum, id quidem inquit, probè noui, ſed vel *Doceri poſſe aſinum.* aſinus ipſe, vel ego, vel tyrannus interea morietur. Non carere tamen prorſus ingenio, nec omnino indocile animal eſſe ex ijs quæ iam iam recitabo, palam fiet: nam vt prætereamus quòd conſuetam ſibi ac familiarem vocem nouit, quodque viam nouit quam aliquoties triuit, & quod homini ſæpè dux eſt qui aberrauit, quod denique ad foueam vbi ſemel cecidit, ægerrimè adducitur, *Li. 1. Meth.* caſus prioris memor: genus, ſpeciem & indiuiduum diſcernit, id quod Galenus author grauiſſimus teſtatur his verbis: *Adeoque eſt euidens* (inquit) *ac omnibus natura inſitum tum hominibus tum brutis, vt aliud quid ceu in ſubſtantia ſubiectum, aliud ceu ſpecie vnum intelligant, vt vel aſinorum* (*qui tamen omnium brutorum ſtupidiſſimi habentur*) *aliud eſſe ſpecie vnum, aliud numero, notitiam non fugiat. Conſpecto namque camelo, aſinus ſe retrahit & fugit ac timet, ſi nunquam ante camelum conſpexit, ſin autem videre iam aſſueuit, quamuis alium aliumque illi demonſtres, tamen propter conſuetudinem non amplius timet, ſed velut vnam ſpeciem intuetur, & illam cui inſueuit & hanc quæ nunc primum apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter conſuetudinem, ſed hos quoque velut vnam ſpeciem videt. Verùm ſi curatorem inſpexit, non ſolum vt hominem, ſed etiam vt hunc hominem agnoſcit, & micat auribus, & caudam quatit, & rudit & laſciuit, cùm eum aſpexit, vtique indicans ſe familiarem agnoſcere. Hunc itaque tum vt hominem, tum vt familiarem noſcit: eum autem quem primum iam videt, vt hominem ſimiliter, vt familiarem non ſimiliter.* Hæc ille, & paulò poſt rurſus: *Eodem modò viam nouunt, non tantum abſolutè vt viam, ſed etiam vt hanc aliquam viã. Nam in ingreſſu viæ quam non nouit, aſinum ſtatue, attendeque vt illam perperambulet ac totam peragat, in neutram partem declinans, niſi ſicubi in diuerſa ſcinditur, vtique declarans ſe ſpeciem ipſam viæ meminiſſe & clarè agnoſcere. Quippe inambulat eam quæ trita eſt: quatenus autem ignorat fallitur. Neque enim ex recordatione eius quæ inſectilis vnaque numero eſt, hanc quam non nouit peragere poteſt, &c.* Mira Lucianus de ſuo Lucio in aſinum immutato, de eius geſticulationibus, quas ab *Aſini geſticulatores.* hero ſuo edoctus erat, memorat, quod nimirum ei alluderet, pedibus anterioribus erectis pſalleret, ad vocem eius annueret & abnueret, vinum biberet, ſaltaret, vocibus humanis obtempe- *Lib. 10. de ſubtil.* raret, aliaque faceret, quæ in hominibus etiam admiramur. Scribit etiam Cardanus ex Ioann. Leone Africano aſinos ad tibiam ſaltare, & voce in aurem inſuſurrata ſponte ſupinos concidere: G clauſis oculis inflari quaſi venenum bibiſſent, nec minis interim, nec precibus, nec verberibus adduci poſſe, vt ſurgant; cæterùm blanditijs adulationibuſque ac ſpe potiſſimum vehendi formoſas mulieres propoſita, ſubitò exurgere alacres: vbi verò audierint vehendas eſſe anus, demiſſis auribus ſe claudos ſimulare: Interrogatu etiam an formoſæ iuuenculæ illis placeant, capite annuere: demum etiam formoſiſſimum in cœtu circumſtantium deligere. Ita parum videri hunc Aegyptium aſinum ab illo Lucianico differre: attamen veram eſſe hiſtoriam, quam nimirum Africanus ille narrat, vidiſſe nempe non ſemel in ſuburbio ciuitatis Cairi, nomine Bebelloch in quo circulatores fermè ſingulis diebus Veneris qui Mahumetanis feſtus eſt, hac arte magnam ſtipẽ (inquit) colligunt. Ne verò quis nugas nugari Africanum ſuſpicetur, addam ego nonnulla quæ ipſiſſimis meis oculis vidi. Circulator quidam Germanus nomine Ioannes à Grua ſuperioribus annis aſinam & capram (de qua ſuo loco) per omnia Italiæ loca ſecum trahebat, & non mediocre inde lucrum faciebat. Aſina hæc ter primùm pro ſoni diuerſitate tripudium immutabat; tripudiabat autem anterioribus pedibus erectis ſumma cum alacritate; mox velut gaudio in maximum conuerſo mœrorem in terram ſe proſternebat, ac velut apoplecticus immobilis iacebat, & H ſi pedibus calcaretur, vt ſe moueret, adduci non poterat: dein iuſſa vt ſpectatores omnes ſalutaret; oculos caputque humano quodammodò more erga omnes conuertebat, flexiſque anterioribus pedibus ſalutabat: & quod maximè mirum erat cum aſtantium omnium ſummo ſtupore ad nutum heri per ligneum circulum traiecto corpore ſaltabat, ad canis imitationem, poſtremùm more canis ſagacis proiectum in terram vel ſudarium vel chirotecam ore colligebat ac domino referebat. Inuenio item annotatum in Libro de aſini nobilitate Italicè exarato aſinum in Africa non edoctum ſed ſuapte Minerua mortuũ ſe ſimulaſſe, ne lapides quibus aliàs plus æquo onerari ſolebat, ferret. Vidi ego rus profectus vini procurandi cauſa, qui peſſulum oſtio obditum ore reſeraret, à nullo edoctus, vt agricola mihi affirmabat. Cæterùm tantilla iſthæc ſunt, ſi verum eſt quod Suidas refert, quòd Ammonianus Syriano cognatus, poëtarum interpretationi, & Græcæ linguæ elegantiæ deditus, aſinum ſapientiæ auditorem poſſideret. Nec adeò res mira videri debet, inquit Cardanus, erudire aſinum, nam pars ſenſibilis omnis vſus eſt capax. Eſt autem aſinus & ipſe anima ſenſitiua præditus. Vide ergo lector beneuole, quam ingenioſa ſit, auri illa ſacra fames

Quo

A Quomodo autem instituantur istiusmodi bruta primùm in camelo, deinde in cane ex Cardano recitabimus. Hisce modò addamus & alia quæ in hoc animante laude digna sunt. Tantus in primis erga fœtus suos amor est, vt per ignes etiam ad eos accedat, vt ex Plinio obiter diximus, tantus item erga genus suum, vt si viderint mori asinum, celerrimè deficiant: obseruatumque est asinam impendio cauere, ne vel in conspectu hominum, vel in luce pariat, ideoque deducendam esse inquiunt in tenebris, cùm excludendi tempus aduenerit, vt apud eundem legimus; qua in re mulieribus multis sunt verecundiores. Adhæc blandum animal est & nulli noxium, vnde prouerbialiter dicere solemus; *litem mouebit, si vel asinus canem momorderit*; patientissimus laboris, verberumque, quamobrem Cleanthes, cùm à discipulis dicterijs incesseretur, tolerabat, & cùm audiret asinus, non abnuebat, dicens solum se ferre posse Zenonis sarcinam, vt refert Laërtius: & simili ferè exemplo iniuriosas fuisse pœnas Messeniorum declarant Tyrtæi versus, citati à Pausania: *Patientia.*

Vt sub non æquo pondere pressi asini,
Crudeles domini quos tergo tollere cogant
Dimidium frugum quas sua terra parit.

B Ponderis magnitudini imparem esse ostendit aures demittendo, quod meminit Horatius:

Nil habeo quod agam, & non sum piger, vsque sequar te:
Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus
Cùm grauius dorso subijt onus.

Lib. 1. Ser. Sat. c. Num s... sti, quæ.

Cardanus ideo stupidos factos à natura existimat, vt laboris patientes essent: est tamen vel ipso etiam teste laboris patiens camelus, hunc tamen stupidum esse nemo dicit. Stupiditatis causam esse aiunt, quòd frigidissimo sit sanguine præditus. Grammatici asinum odoratus vi præstare existimantes ῥινολάτην ὄνον interpretantur τὸν καθικνούμενον τῇ ὀσμῇ, quod tamen epitheton cani sagaci aptius est.

LIBIDO. COITVS. PARTVS. Educatio.

C ASINVS (inquit Aristoteles) multus est in coitu, minus tamen quàm equus coit. Si equam tamen superueniat, citiùs implet quàm ille, etsi frigidius eius sit semen. Equidem immodica petulantium luxuria in sacris per asinum indicatur, dicente propheta: *Quorum carnes sunt, vt carnes asinorum.* Et Plato dum antiquorum figmenta sequitur, ne sacratioris illius doctrinæ (inquit Valerianus) quam apud Ægyptios perceperat, arcana propalaret, hæc non incuriosè tractauit, ac de alijs quidem animalibus passim multa, de asino verò hoc præcipuè dixit, disputante apud Phædonem Socrate: Homines qui fœdis concupiscentijs manus dedissent, ventrique dediti per inertiam atque lasciuiam ingloriam inutilemque egissent vitam, neque quicquam pensi pudorisve habuissent, in asinos post obitum deijci. D. Hieronymus de Hilarione abbate scribens in hanc sententiam ita ait: *Iratus sibi & pectus pugnis verberans quasi cogitationes percussione manus posset excutere: Ego te (ait) aselle faciam, vt non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis, fame te conficiam & siti, graui onerabo pondere; per æstus agitabo & frigora, vt cibum potius quàm lasciuiam cogites.* Iulius Scaliger asserturus conuenire mores, qui cum lacte simul hauriuntur, Iouem è salacissima quapiam bestia, non de gulosæ suis (quam pro nutrice habuisse in Idæ vallibus Cretenses crediderunt) mammam suxisse par esse ait. Igitur de buisse esse vel leporem, cuius fœcunditas versatur in opinione hominum, vel canem; nihil enim cane fertur amentius in Venerem, quo tamen ipse equum non minus calere arbitratur, semper enim furit mas; fœmina verò sola ex ijs quæ non superfœtant, prægnans admittit marem. Et quia in quodam Pyrenaico spectaculo ternum aliquando sibi oblatum esset asinorum spectaculum, itaque placere magis, Masticheum (vt ait poëta) numen illud interea dum cauetur, ne sit cibus patri, habuisse tum pro cibo asininum lac ætate prima: postea cum barbara simul non tam pilum asini quàm spurcissimos induisse mores: sed & Ambraciotarum æneus asinus quem Delphis dedicarunt victis nocturna pugna Molossis, eandem asini libidinem testatur. Nam cùm in illos noctu insidias disposuissent Molossi; asinus qui fortè ex agro in oppidum agebatur, asellam insectans cum multa lasciuia, vehementem ruditum sustulit: ipse etiam agaso per tenebras obscura & incondita voce inclamabat. Iniecit ea res Molossis tantam trepidationem, vt statim insidiarum locum deseruerint: Eos Ambraciotæ detecta fraude noctu inuadentes prælio superarunt, vt author est Pausanias. Quamuis modò libidine

Luxuria.

Qui in asinos mutari dicantur.

Lib. de plantis.

Asinus æneus Ambraciotarum victoria.

In Phocicis.

libidine maximè pruriat, ob verendi tamen enormitatem, qua supra modum præditus est, ad generandum admodum segnem esse compertum est, sicuti & homines qui simili genitalis productione conspicui sunt, quod in emissione per eam longitudinem semen transmeans habetetur & frigidius fiat. Testaturque Aelianus inter causas cur Aegyptij asinos odere, & hanc quoque accedere putari, quòd cùm populi prædicti omnes fœcundas animantes colant, asinus minimè fœcundus nullo in honore sit. Geminos quidem asinam ex sese peperisse non facilè (inquit) quenquam meminisse ferunt. Tam mas quàm fæmina trigesimo mense coit, vt ait Aristoteles: sed magna ex parte nequeunt generare; verùm in bimatu, aut trimatu & semisse. Sed iam vel anniculam ventrem gessisse asellam aiunt, (inquit) ita vt quod pepererat, educari ac perfici potuerit. Hæc ille, quæ Plinius sic reddidisse videtur: *Partus à trigesimo mense ocyssimus, sed à trimatu legitimus, totidem quot equæ & eisdem mensibus & simili modo.* De asinis ad coitum idoneis legendus est Constantinus. Nisi à prima dentium mutatione generare incipiat, nunquam pòst generaturum, sed sterilem omnino perduraturum Aristoteles asserit. Idem de generatione multa prodidit, quæ hic ordine recitabo. *Superstitiose (inquit) à quibusdam proditum est, asinas non concipere tot annis, quot grana hordei muliebris purgationis sanguine contacta ederint. Non æquinoctio verno, vt equæ & cætera pecora, admissarijs iunguntur asinæ; sed æstiuo solstitio, propter naturæ frigiditatem, vt tempore calido pulli nascantur, eodem enim tempore pariunt, quo coierit.* (Admittuntur ante solstitium, vt eodem tempore alternis annis pariant, duodecimo enim mense conceptum semen reddunt, Varro.) *Mares in remissione operis deteriores ad generationem sunt, quamobrem ab opere non disiungunt. Reijcit asina semen à coitu, nisi interpelletur, quamobrem statim à coitu verberant insectanturq́.* Eadem ferè habet Plinius: *Parit* (inquit) *duodecimo mense, singulatim magna ex parte procreat prolem: ea namq; natura est, vt vnum pariat, sed nonnunquam gemellos etiam edit, rarissimè tamen. A partu die septimo mari iungitur, eodemque die iuncta maximè recipit initum, sed postmodum etiam patitur. Solet hæc nisi priusquam gnomonem amittat, pepererit, nunquam postea initum recipere: sin antea pepererit, parere tota sua ætate potest. Gignit tota vita quæ ei est ad trigesimum annum. Prægnantes opere leuant: Venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem non disiungunt ab opere, quod remissione laboris fit deterior. Admittuntur ante solstitium, vt eodem tempore alternis annis pariant, duodecimo enim mense conceptum semen reddunt.* Anna socer Esau primus asinos equis copulauit, vt Iudæi asserunt teste Isidoro. Quamuis autem asinus equam superueniens citiùs impleat quàm equus, equus tamen si superueniat asinam, quam inierit asinus, non peruertet asini initum: sed si asinus superuenerit equam quam inierit equus, peruertet, teste Aristotele propter seminis sui frigiditatem. Cur autem equam facilè impleat, in causa esse inquiunt, membri productionem, quæ ad intima vteri equæ penetrat, vt tradit Cardanus in opere de varietate rerum. Idem Arist. author est: Cùm vel equus cum asina, vel asinus cum equa coierit, multò magis abortum consequi, quàm cùm vnigenæ inter se iunguntur, verbi gratia equa cum equo, aut asina cum asino. Euenire etiam tẽpus gerendi vteri, vt cùm equus cum asina coierit, maris norma, id est, vt quanto spatio temporis mas perficitur in suo genere, tanta etiam fœtus, quem ipse procreat, absoluatur. At magnitudine corporis, specie & viribus, magis fæminæ, quàm mari simile euadere, quod nascitur, si frequenter coeant, neque vllo interposito tempore cessent quæ ita iunguntur, breui fæminam sterilescere, eaque de causa non frequenter ita coniungere, qui curam huic adhibent rei, sed tempus aliquod interponere: non asinum ab equa; vt ab asina equum recipi, nisi asinus sit qui equam luxerit. Admittere de industria quos hippothelas vocant, ac si equimulgos voces, quæ in pascuis modo equorum viribus bouis superantes coeant. Obseruatione dignum quod tradit Plinius, ad mularum maximè partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos dici: quamuis enim vnicolor toto corpore, totidem tamen colores, quot ibi fuere, reddere. Pullum autem asininum à partu recentem subijciunt equæ (ait Varro,) quoniam eius lacte ampliores fiunt, quod id lac quàm asininum & alia omnia dicunt esse melius. Cæterùm quia equa respuit alienum fœtum, hæc optimè tenebris fallitur; nam obscuro loco partu eius amoto, asinus quasi ex ea natus alitur, cui deinde cùm decem diebus assueuit equa, semper postea destinanti præbet vbera; sicque amplior & ad omnia melior euadet. Dolent eis à fœtu mammæ, ideo sexto mense (inquit Plinius,) arcent partus, cùm equæ anno propè toto præbeant. Lac grauidæ habent mense decimo, vel vt idem ait, prægnantes continuo lactescunt. Pullis earum vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. Genus mali vocatur colostratio. Crassissimum asinæ lac est, vt quo coaguli vice vtantur, tenuius equæ, tenuissimum cameli.

Margin notes: Li.10.c.28. — Infœcundum esse. — Li.16.c.20. — Generatio. — Coeundi tempus. — Partus. — Equa quæ asinos recipiant. — Lac quale.

Margin letters: E — F — G — H

AETAS

A

ÆTAS. VOX. AFFECTVS.



ASINIS vita est ad trigesimum annum, teste Plinio, vbi aliàs legitur, amplior annis triginta, fæmina viuacior mare est. Cæterùm ob nimios quibus vrgetur, labores rarò proprium vitæ cursum adimplet, vt inquit Cardanus. Rudere propriè ad asinos pertinere Grammatici aiunt, cùm enim vocem emittunt, rudere dici: quibus reclamat Iosephus Scaliger in annotamentis suis in libros Varronis de lingua Latina. Rudere (inquit) Suum & Leonum & aliorum animalium. Ouidius & Persius asinis attribuunt. Tamen oncant asini, non rudunt. Et reuera author philomelæ ait: *Lib. 10. de subtil.*

Quirritat verres, tardus rudit, oncat asellus:

Cæterùm apud nullum probatum authorem id verbum, quod omnino Græcum est, inuenias, & ὀγκᾶν seu ὀγκάσθαι nisi interpreteris rudere, haud dubio non intelligeris: nam & ὀγκηθμὸν ruditum reddunt. Eleganter Ausonius in Epigrammatibus in hominem absonæ vocis.

B

Latratus catulorum, hinnitus fingis equorum
Caprigenumq́ pecus lanigerosq́ greges
Balatu assimilas: asinos quoq́ rudere dicas
Cùm vis Arcadicum fingere Marce pecus.

Dicitur & βρωμῶμαι propriè de asino, qui fame nimia compulsus rudit, quamuis in vulgari Lexico βρωμῶμαι dicatur esse fœteo, rudo: & propriè de Leonibus & hircis & similibus malè olentibus dici. Μυκάομαι, id est, mugio, quamuis propriè pertineat ad boues, tribuitur tamen etiam camelis & asinis, necnon alijs etiam tam inanimis quàm animatis, quæ mugitum boatumq; quendam reddunt. Inter epitheta asini etiam est μεγαλόμυκητης id est grande mugiens siue grande rudens. Hanc autem rudendi vocem (βρῶσιν) asinabus negatam esse aiunt, vt refert Aelianus. Impropriè itaque ab Ouidio dictum: *Li. 3. c. 7. Lib. 5. de arte.*

Et rudit à scabra turpis asella mola.


Soli inter animalia pilosa, non à pediculo tantum, sed etiam à rediuo immunes esse dicuntur. Si asinum morientem viderint, celerrimè deficiunt: rarò alioqui morbis afficiuntur. Vnò maximè morbo laborare dicuntur, quem malida vocant, quod vitium in capite oritur, facitque vt per nares pituita multa, ruffaque effluat, quæ si ad pulmonem descenderit, moriri feruntur, sed si in capite solum est, non inferre interitum. Grammatici Græci maliasmon esse dicunt catharrum per nares in asinis. Malie (μαλὶν) eisdem, affectus est iumentorum cùm tussiunt: & malis, aphtha id est, oris vlcus, inflammatio. Sed de malide sic scribit Absyrthus de morbis equorum agens: *Maxima* (inquit) *ægritudo est, à qua equi non facilè conualescunt, quam plerią malim, alij catarrhum. Romani sumperium vocant*: est autē reuera articularis morbus, deinde eius signa & curationē subijcit. Cæterùm præter hunc affectum alios quoque habet cum equo communes, proinde equi historia consulenda fuerit. Accidit & bulimus vtrisque, vt scribit Plutarchus in symposiacis, maximè si caricas aut mala gestant: Esse bulimum non famem sed exanimationem asserit, cùm odore eorum fructuum sic afficiantur, odor autem non indigentiam sed morsum quendam in ore ventriculi exagitationemque eius efficiat, quæ facilè sedatur, vel minimo scilicet panis frustulo. Ad vrinæ asini difficultatem, quidam superstitiosi, vt Suidas scribit, hæc verba inmurmurabant: *Gallus bibit & non meÿt, myxus non bibit & meÿt.* Sed myxonum puto, id est, bufonem dicere voluit. *Malie. Cap. 2. Li. 6. qu. 8. Bulimus.*

C

D

Aelianus author est Maurusios asinos primùm vt se in viam dederunt, incredibiliter incitata celeritate iter conficere, vt euolare, non excurrere videantur. Deinde eos citò fessos de via, & pedes & spiritus deficere, ac pedum tarditate ad currendum constrictos insistere, & acerrimas profundere lachrymas, non tantopere meo iudicio (inquit) ob futuram mortem, quàm ob pedum infirmitatem, quare vt captiuos ad equos alligatos trahi. Si claudicent asini, aqua calida totum pedem circum lauabis & scalpello expurgabis; quod postquam feceris, vrinam veterem calidam, in qua adeps, maximè caprinus elixatus sit, aut si is haberi nequeat, bubulus, circumfundes, atque hoc facies vsquequo sanitatem adipiscatur, vt monet Constantinus Cæsar ex Absyrto. *Vrinæ difficultas. Claudicatio.*

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.



VM Stygis aqua, cui ex petra profluenti insignis adeò inesse fertur frigiditas, vt vasa omnia dissiliant, asino in primis videtur esse occulta quædam amicitia, *Li. 25. c. 26.* cùm solius huius animantis, aut mulæ sicuti alij prodidere, nisi mendosa (inquit Cælius) sint Græcorum exemplaria, vngula nullam patiatur noxam. Certè Plutarchus in libro περὶ πρώτου ψυχροῦ de asini vngula intellexit, quod facit *30.* in historijs quoque Iohannes Monachus in Alexandri mentione. At Plinius mularum vngulis contineri modò Stygis aquam prodit. Facilis lapsus: nam Græcè ὄνος, asinus est, mulus autem vel mula ἡμίονος. Aut vtrumque est, aut forsan labitur Plinius. Nam in Alexandro Plutarchus, ὄνου χηλὴν dixit, quanquam interpres equi vngulam reddiderit. Hæc ferè *Li. 10. c. 40.* Cælius. Aelianus verò, in Scythia (inquit) asini cornibus prædití nascuntur, quorum cornua Arcadiæ fluminis aquam continent, quæ transmittit vasa omnia, etiamsi sint ex ferro. Similem planè cum ventis vel amicitiam vel inimicitiam habere videtur. Legimus enim Empedoclem, vt F notauit idem Cælius, quandoque colysaneman fuisse dictum, quòd venti flatum inhibuisset. Nam *Empedocles colysan. enes* cùm Agrigentini vento infestarentur vehementiore, illum auertisse Empedocles dicitur, circumpositis vrbi pellibus asinorum innumeris: quam rem sic narrat Diogenes Laërtius: Etesijs aliquãdo vehementer flantibus, adeò vt fruges corrumperet, excoriare asinos iussit, factisque vtribus, eos collibus & montium verticibus admoueri ad compellendos flatus, cessantibusque ventis, ab euentu rei κωλυσανέμας vocatum esse Timæus tradidit. Quis autem rationem quoque adferat, *Ne rudat. Lib. 9. c. 55.* quòd non amplius rudit asinus, si lapis è cauda suspensus teneatur? Id tamen vulgò dici Aelia-*Asini & Aegithi odium* nus tradit. Quod verò asinos dicunt, tot annis sterilescere, quot hordei grana comederint menstruo infecta, id paulò antè negabamus. Asinum & Aegithum inimicitias exercere ex Aristotele scribit Antigonus in mirabilium narrationum congerie. Prætereuntem enim solui in spinas. Eam ob rem, & quòd asino rudente Aegithi oua excidunt, perterritique pulli: huius damni memorem ægithum inuolantem, vlcera asini rostro ferire. Paulò tamen aliter nunc apud Aristotelem hæc *Li. 9. hi. c. 1.* legimus: *Salo* (sic vertit Gaza) *prælium cum asino est, propterea quòd asinus spinetis sua vlcera scabendi causa atterat; tum igitur ob eam rem, tum etiam quod si vocem rudentis audierit, oua abijgat per abortum, pulli etiam metu labantur in terram: itaq; ob eam iniuriam aduolans, vlcera eius rostro excauat.* Et sic quoque habet Plinius: *Aegithus auis minima cum asino*, (dissidet.) *Spinetis enim se* *Li. 10. c. 74.* *scabendi causa atterens, nidos eius dissipat: quod adeò pauet, vt voce omnino rudentis audita, oua eij-* *Spinus.* *ciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans, vlcera eius rostro excauat.* Similiter asinus & spinus (ἀκανθίς,) inimici inter se sunt, vt scribit eodem loco Aristoteles. Victus enim spino a vepribus quas asinus tenellas adhuc pascit. Quem locum Plinius ibidem sic reddidit. *Et acanthis in spinis viuit: idcirco asinos & ipsa odit, flores spinæ deuorantes.* Cur verò coruus asinos oderit, aduolansque fe-*Coruus.* riat & eorum oculos laceret, rationem nullam attullit Aristoteles. Sunt & lupi eis inimici, vt qui carne alantur, itaque ab illis circumueniuntur. Aiunt Plutarchus & Aelianus asinos nullo ne-*Lupus. Lib. 8. c. 6.* gocio comprehendi & è vita tolli. Ait Aristoteles, nisi me fallit, memoria, asinum cùm lupum *Lib. 8.* præsentem viderit, caput in latus vertere, ne aspiciat, & sic auerso visu inuadi. Haud bene etiam *Hist. tra. 1. cap. 2.* ei cum mure domestico est, vt his quibuscumque verbis testatur Albertus. *Pugnat* (inquit) *rattum quia dormit in eius præsepe, & mordendo nares eius, vetat ipsum comedere, & ipse cum alio comedit eius pabulum.* Cæterùm Aristoteles hoc de colote, idest Stellione tradit, pro quo ipse ineptè rattũ reddidit. Si oues vtantur stabulo, in quo asini, mulæ aut equi steterunt, facile in scabiem incidere Columella author est. Iam verò etsi asini & equi eiusdem penè sint speciei, & in ijsdem regio-*Equus.* nibus, quæ vtrosque producunt, ijsdem stabulis amicò degant, naturaliter tamen equi asinorum ruditus horrent, ferreq; nequeunt, quod constat ex Scytharum pugna cum Aegyptijs. Cùm enim Scytharum equitatus, quo præcipuè valebant, in Aegyptios irrueret, rugitu asinorum & mulorum insolito (quippe apud Scythas nulli sunt, Aegyptijs verò frequentes) adeo equos Scytharum legimus fuisse consternatos, vt protinus fugam fecerint, Aegyptijsque insignem victoriam dederint. Alij de Persarum Darijq; regis asinis id narrant. Testatur Philippus Beroaldus equum gradarium sibi à scholastico Bohemo dono datum, quoties asinos videbat audiebatq; rudentes, hinniuisse, resilisse, perturbatum fuisse: tandem assueuisse, minus ac minus indies fuisse perturbatum. Nam vt inquit ille; *nihil assuetudine maius.* Ipse qui apud Aristotelem, Plinium, Herodotum, cæteros, legerat in Scythia & regionibus frigidis, non gigni asinos, nihil demirabatur illam equi agitationem, qui nimirum noua bestia & forma & voce ab initio consternabatur, mox exuta omni per consuetudinem formidine simul mansitabat, simul interdum pabulabatur.

A labitur. Adeo multa quæ primum inspectione videbantur formidolosa, paulatim mox cognita contemnimus. Iam verò hoc omnem admirationem superat, si verum est quod scribit Gaudentius Merula: Si percussus a Scorpio super asino rectus desideat ad caudam, pro ipso dolorem sensiturum asinum: eiusque rei signum esse quod pedendo moritur: Vel si is quem scorpio pupugerit, in aurem dicat asino, Scorpius ne pupugit, non amplius doliturum, dolore in asinum transeunte. Sunt modò & plantæ quibuscum vel bene vel male eis conuenit. Abroso ab asino vitis palmite, vindemiam inde feraciorem prouenisse obseruatum est: idque cum summa secuti diligentia mortales lætiorem sibi prouentum quotannis compararunt. Cuius rei monumentum Naupliæ spectabatur, vbi lapideus asinus grata posteritatis memoria dedicatus fuerat. Huc illud addam quod is neque mortuus quidem officium facere desistit, siquidem Vadimonius compertum ait caluariam eius in hortorum medio depositam, ad loci fertilitatem facere: Sunt verò asinis ferulæ gratissimæ in pabulo teste Plinio cæteris iumentis cùm sint præsentaneo veneno, & in equi historia ex eodem diximus, circa Abderam & limitem qui Diomedis vocatur, equos nascentibus illic herbis pastos, inflammari rabie, circa Botnias verò asinos. Si in Hetruria depascantur cicutam, profundissimo somno & torpore corripiuntur, vt non tantùm stupidi, sed planè mortui videantur; Id quod aliquando rusticos (inquit And. Matthiolus) fefellit, nam cùm asinis quos mortuos credebant, pellem detraherent, accidit quod in medio ferè operis sint experrecti, non sine magno exoriantium terrore & ingenti astantium risu. Testatur & Scaliger, asellos se vidisse multum oscitantes ex cicutæ esu, deinde in amfractuosos gyros circumactos concidisse. B

Lib. 5. Mirab. 58.

Planta.

Ferula.

Cicuta.

Exerc. 152.

AVGVRIA. PRODIGIA. SOMNIA. Præsagia.



CAESARI Augusto cum Antonio ad Actium dimicaturo, cùm nondum sublatis planè tenebris tentorio digressus circum naues ambularet, quidam asinum agens occurrisse traditur: interrogatumque quis esset, respondisse sibi Eutycho, asino Niconi nomen esse. Est autem Eutychus Latinis fortunatus, Nico vincens. Eius ominis causa Cæsar, cùm locum illum nauibus onerarct, æreum asinum & hominem ibi posuit, vt Plutarchus alijque passim memoriæ prodiderunt. C. Marium in Minturnensium custodia delitescentem legimus, cùm asellum considerasset oblatum sibi pabulum spernere, & ad aquam properare, ex hoc salutis sibi pabulum spernere, & ad aquam properare, ex hoc salutis sibi viam ostensam coniecisse. Saulem dum asinas amissas quæreret, pro ijs regnum inuenisse Suidas annotauit. E contrario cum asinus Leonem interfecisset, omen magni terroris edidit, necemque Alexandro portendisse literis mandatum esse Alexander ab Alexandro annotauit. Certè Plutarchus in vita Alexandri inter prodigia quæ Alexandrum perturbarunt, hoc scribit: *Ex his enim quos educabat, leonem quendam eximiæ magnitudinis ac formæ mansuetus asellus calcibus exanimarat.* Idem accidit Florentiæ anno 1302. Leonem enim Florentinis à Bonifacio ob magnitudinem pulchritudinemque donatum, in aula præfecti asellus clitellatus calcibus ira defatigauit, vt tandem interimeret. Alij autem aliter hoc prodigium interpretabantur, inquit Ioannes Villanus. Erant qui ad Sibillæ referrent oraculum, quo denunciatum est olim, tunc ecclesiæ excidium fore, cùm animal mansuetum regem suum occidisset, sed in ipsum Pontificem portentum minabatur; mox enim à Sciarra Colonna Galliarum Regis iussu captus est. In eadem Hetruria res alia similiter ridicula nouam animis omnium religionem iniecit. Pistorij sub horam diei tertiam spectantibus multis, asinus excelsum tribunal ascendit, atque inde ruditum vsque adeo compositum edidit, vt populum accurrentem alloqui, & quædam dicere velle videretur. Creditum est significasse Terentium arte pistorem ex humili genere præfectum futurum vrbis, cùm accusasset præfectum furti. Asinus aut bos, vt alij referunt loquens inter cætera prodigia recensetur, quæ ciuile bellum præcesserunt: ad quod pertinet illud Lucani.

Tunc pecudum faciles humana ad murmura linguæ.

Sed & in sacris literis legimus asinam domino suo locutam fuisse. Balach enim filius Sephor cùm in terram suam Israël venisse comperisset, nuncios misit, vt Balaam hariolum inuitaret, (inquit D. Augustinus) vt populum Israël malediceret. Qui cùm sedens super asinam pergeret, & asina angelum in angustijs stantem euaginato gladio videns timuisset, ter cæsa demum domino sibi stitit. Vnde amplius flagellata, humano more & sermone quasi querulosa ancilla loquitur. Et illa loquente, statim Balaam oculi, vt angelum cemeret, aperiuntur. In hoc admirabili signo quamuis asina competentia sibi verba proferatur, non tamen sua mente, nec affectu suo loquitur, sed dominus, de

Augurium Augusto oblatum.

Nicon asinus.

In Antonio.

Lib. 5. c. 13.

Asinus leonem occidit.

Asinus tribunal ascendens.

Lib. 1.

Asinus loquitur.

Lib. 1 de mirab. sacræ Script.

C

D

minus, de quo dicitur, & aperuit os asinæ, sicut ad loquendum os aperuit, ita etiam linguam & palatum in verba gubernauit. Asina enim quid & quomodo diceret, & si aliquid diceret, ignorabat, quoniam & homines qui alieno inflati spiritu loquuntur, & adhuc cùm loquitur, nesciunt &c. Iam verò si quis asini se aures habere imaginatus fuerit per quietem, ingruere homini seruitutem & ærumnas, coniectores autumant. Ita etiam si quis asinium se caput habere somniauerit. Contrà si quis ægrotet, vidisse asinum qui à lapsu se sustulerit, indicat eum conualiturum in omnibus dicente quopiam Viden' vt asinus se erexerit? decumbentem indicat surrecturum. Si aselli aut muli, diu multumque & caput & auriculas absque præsente causa motitabunt, pluuiam adfuturam designabunt, vt author est Theophrastus: rationem reddit Antonius Mizaldus; Auditum hebetant austri (inquit Hippocrates) & caput grauant. Sunt asellus & mulus capite enormi, propterea pituitæ & gignendæ & excipiendæ peropportuno. Quæ quia componente sese in pluuias aëre, huiusmodi animalia exagitare solet: idcirco calore de motu conciliato, quicquid id est tenuare dissipareque, imo verò in ambientem aërem deponere in primis tentant.

Asini aures habere quid in somno portendat.

Cur auriculas motitantes pluuiam præsagiant.

COGNOMINATA.

Denominata.



ASINAE cognomentum teste Macrobio Cornelijs datum est, quoniam princeps Corneliæ gentis, empto fundo seu filia data marito, cùm sponsores solemniter ab eo poscerentur, asinam cum pecuniæ onere produxit in forum quasi pro sponsoribus præsens pignus. Liuius verò Cornelium asinam memorat interregem & P. Cornelium asinam siue illum siue alium. Asconius Pedianus in oratione Ciceronis contra L. Pisonem & Cn. Cornelium asinam consulem cum C. Duilio. Fuerunt autem & Asinij vetustæ familiæ, è quibus Asinius Pollio celeberrimus, & cuius perelegans extat oratio aduersus Catilinam. Asinius quoque Sabinus memoratur à Tacito & Asinius Capito apud A. Gellium. Fuere & Asellæ cognominati, Lucretius Asella apud Florum & scriptorem de viris illustribus. Fuere denique Aselliones, vt Sempronius Asellio scriptor Romanæ historiæ apud A. Gellium: Asinorum familia Florentiæ est antiquissima, ex quibus Asinus de Asinis reformauit statuta mercatorum, vt legimus in libro Italicè conscripto de nobilitate asini. Fuit & in hac mea patria gens Asinellorum olim florentissima opulentissimaque, à qua turris in minusculo foro constructa conspicitur, quam à conditoribus in hodiernum vsque diem cognominant turrim Asinellorum; quæ altitudine structuraque æquilibrio est Bononiæ spectatissima. Brocardus monachus in descriptione terræ sanctæ de eius agens incolis circa castrum Arachas post Tripolim habitare tradit Saracenos, qui Vanni dicuntur; his sociari Saracenos alios quos Asininos vocant, habitantes in montanis vsque ad castrum Antheradum, plurima habentes castra & oppida, atque fertilissimam occupantes terram. Cur verò Asinini vocati sint, subticet. An fortè quia sese Romanæ Ecclesiæ subijcere aliquando voluere? Nam & Christiani olim, per ignominiam Asinarij nominati sunt. Verba sunt Corn. Taciti (inquit Petrus Crinitus,) quo loco historiam de Iudæorum origine & moribus scribit. Assensere Iudæi Mosi duci atque omnium ignari, fortuitum iter incipiunt: sed nihil æquè quàm inopia aquæ fatigabat, Iamque haud procul exitio totis campis procubuerunt: quum grex asinorum agrestium è pastu in rupem nemore opacam cōscendit. In quibus vulgatissimi codices deprauati alicubi comperiuntur, & quidem ineptissimè, vti res ipsa, & Sept. Tertullianus docet, qui Taciti verba mutuatus, ad hunc modum in Apologetico id explicat; Refert (inquit) Tacitus Iudæos Aegypto expeditos, siue (vt putauit) extorres vastis Arabiæ aquarum locis egentissimos, cùm siti macerarentur, onagris qui fortè de pastu potum petituri existimabantur, indicibus fontium vsos: ob eamque gratiam consimilis bestiæ superficiem consecrasse. Notum est enim quòd ipsi quidem Iudæi ab Appione Alexandrino, Molone que & alijs notati sint, quod aureum asini caput in templi sacrario seruarent, atque adorarent: quoniam Mose duce (vt improbè asserunt) asinorum beneficio aquas Iudæi inuenerunt. Quod esse falsum & planè fictitium Iosephus Iudæorum vernaculus & templi sacerdos, alijque complures asseuerant. Vnde idem Tacitus, vt mendaciorum loquacissimus, à nostris meritò incessitur. Romani autem veteres pari causa & Christianos æquè ac Iudæos Asinarios vocarunt, obstinato videlicet in Christi nomen odio, quem per ignominiam etiam Chrestum per e. literam appellabant. Sed & figuris picturisque Christianis illudebant; quando infando etiam picturæ genere Deum nostrum sic depictum spectanti populo proposuerunt, vt is foret auribus asininis, pede altero

Lib. 1. Saturnal. c. 6. Cornelij Asinæ cur dicti. Dec. 3. li. 3. Asinij. Li. 5. c. 20. Asellæ. Asell iones. Lib. 1. c. 13. & li. 1. c. 18. Asini. Asinelli. Asinini. Asinarij dicti Christiani. Lib. 1. c. 9.

E F G H

A tero inungulatus, librum gestans, & togatus. Cui flagitio vt scelus adderent, tali titulo Christi
effigiem dedecorarunt: Deus Christianorum ὀνόχηλος: qua in re vel ipse quidem Tertullianus æ-
grè à risu abstinuit, quum nomen ipsum & formam conspiceret. Hæc omnia itaque ille. Porrò
sic quoq; legimus apud Alexandrum ab Alexandro Clisthenen tribus Doriensium, ne forent eæ-
dem Sicyonijs, quæ Argijs, diuersis nominibus ad ignominiam compositis notauisse. Nam præter *Lib. 1. c. 17.* *Nomina ad*
tribum suam cui Archæ nomen erat, reliquas ludibrio habitas, ex brutis appellasse: quippe hya- *ignominiam*
tas, id est suales, aliquibus oneatas, hoc est asinales, reliquis chœreatas, id est porcales nomina *imposita.*
indidisse, quibus mox aliud nomen dixisse, hyleas, Pamphilos, diamantes & Egyleas. Apuleius
libidinosam mulierem & quod in viro exoptabat, in asino adamantem, eleganter asinariam Pa-
siphaën nominauit his verbis: *Fuit in illo conuenticulo matrona quædam pollens & opulens, quæ more*
cæterorum visum meum mercata: ac dehinc multiformibus ludicris delectata per admirationem assi- *Pasiphaë a-*
duam: paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit; nec vllam vesanæ libidini medelam capiens *sinaria.*
adinstar asinariæ Pasiphaës, complexus meos ardenter expectabat; grandi denique præmio cum altore
meo depacta est noctis vnius cubitum &c. Oppidò quàm decenter (inquit Beroaldus in commento)
Pasiphaë asinaria mulier dicta, quæ ita expetebat asini concubitum, sicut illa Pasiphaë poëtica *Pasiphaë*
B tauro supp ostia ferinos coitus adamabat. Res est testimonio poëtarum notissima, & historicorum *poëtarum.*
monumentis celebrata, quemadmodum Pasiphaë Solis filia Minois vxor tauri amore flagrauit,
& opificio Dædali intra vaccam ligneam inclusa septam corio iuuencæ concubuit. Aristonem au-
tem nobilem iuuenem Ephesium, filium Demostrati, mulierum ita exosum fuisse tradunt Ari-
stides, Stobæus & Plutarchus, vt cum asina concumberet, exque ea puellam formosissimam su- *Lib 2. Para.* *Serm. 2.*
sciperet, Onoscelam ab euentu, quòd videlicet cruribus esset asininis, dictam: E contrario Ma- *In Parall.*
humetum illum Turcicæ sectæ authorem quidam scriptor Germanus, qui terræ sanctæ itinera- *c. 54.*
rium ritè conscripsit, & ex perlecto Alcorano multa retulit, Saracenæ cuiusdam dum per Ara- *Onoscelia.*
biam iter faceret, amore correptum fuisse tradit, a qua cum efflagitatum coitum impetrare non
posset, mox asellam qua inuectus erat, ex indomito libidinis ardore compressisse. Vtrumque
itaque non incongruè cum Apuleio asinarios cognominabimus: sed fuit ὄνος siue asinus etiam qui-
dam appellatus non ob tam nefarium coitum, sed propter penem vltra animalium modum pro
minentem, qua de causa Commodo Imperatori tam gratus fuisse fertur, vt & ditaret hominem
& Herculis sacerdotio præponeret. Sunt modo & loca ab asino denominata. Megarensis ager si-
cut & Atticus asper minimeque ferax partem ampliorem habet refertam montibus inquit Strabo,
C quos Oneos id est asinarios vocant. Et ad Antronem munitum castellum ait esse in transitu in
Eubœam quod Antronis asinum vocant, Interpres Aristophanis in Pluto inter alias rationes, cur *Li. 9. Geogr.*
Midas dicitur habuisse aures asininas, vnam etiam addit, quòd Phrygiæ pagum incoleret, cui *Montes a-*
nomen ὄνου ὦτα, id est auriculæ asininæ. Asinaria festum erat Syracusis, ab Asinaro fluuio appel- *sinarij.*
latione ducta, apud quem Atheniensium imperatores Nicias & Demosthenes capti. Malea pro- *Aures asin.*
montorium Peloponnesi vocatur a forma ὄνου γνάθος Ptolomæo, id est asini maxilla, γναφήλας,
vt scribit Isaacius in Lycophronem. Pausanias in Laconicis excurrere tradit in mare procul ab A-
sopo stadia CC. Onuphis Aegypti vrbs Stephano & Psello, quæ Herodoto onuphites vocata
est. Multa etiam Italiæ loca obscura alias ab asino nomen acceperunt, vt in agro nostro, qua itur
Florentiam, Scarica l'asino, id est asino sarcinam demito, propterea quod asinus, cùm eo perue-
nit, præ lassitudine quietem poscit. Mutinæ fontem quendam ab asino denominarunt, quod ali-
quando in eum asinus ferris indutus argenteis, à Bononiensibus excoriatus ludibrij causa in vr-
bem eiaculatus incidisset, vt Pompeius Vizanius noster amicus narrat, in sua de Bononia histo-
ria. Via asinaria vna est authore Ortelio ex illis quæ ad vrbem ducunt, Festus Pompeius vrbis Ro- *Lib. 3.*
mæ viam esse ait, item liber notitiarum, vt idem Ortelius citat. Asina bella nomen est villæ cu- *Via asinaria*
D iusdam in agro Romano qua itur Braccianum. Apud Foroiulienses via quædam vulgò vocatur,
Qui mi caddè l'asino, hoc est, hic meus cadebat asellus; quæ verba ad perpetuam rei memoriam
durissimo impressa lapidi reseruari aiunt. In regno ea est Sauorignanorum. Asinorum paradisus *Asinorum*
Perusij nomen est plateæ, qua iter est ad monasterium conuentualium D. Francisci. Asino longo *paradisus.*
castri nomen in agro Senensium. Vallis asinaria non longè abest a Tiguro Heluetiorum. Mons a-
sinellus in Abrutio celebris templo D. Eustachio quod habet in vertice, sacro. In Sicilia secundo
à Catania lapide ingentem aiunt esse fluuium, cuius pons ligneus quatuor capax curruũ, à trans-
euntibus asinis, pons asinorum nuncupatur. Est & eiusdem nominis pons inter Aquilegiæ vrbis *Pons asino-* *rum.*
ruinas ab Attila destructæ, ab asina marmorea binos lactente fœtus nomen habens, cuius hodie- *Pruna asi-*
que reliquiæ extant. Pruna quædam tradit Plinius asinina olim dicta esse à vilitate, feriora maio- *nina. li. 15.*
raque, eodem colore quo hordearia. Onocecidas Galenus à rusticis ait vocari eas gallas, quæ *ca. 13.*
grandescunt fungosæ, quasi asininas, quòd ignauæ sint & minus efficaces. Plinius inter diuersas *Li. 14. c. 3.*
vuarum species damnari ait visu cineream, & rabusculam (rauusculam colore ad rauum inclinan-

te, &

te) & aſiniſcam, id eſt colore aſini, vt doctiores exponunt, ideoque coniiciunt, quòd eadem fortè Varino ſit ὀνηγὸν nominata. Heſychio verò etiam ὀνίαν eſt genus vitis nigræ. Ὀνόγυρον, cuius mentio apud Nicandrum in Theriacis, Suidas exponit φυτὸν ἀλεξίκακον, ὅπερ τριβόμενον ὄζει, additque alijs ἀνάγυρον nuncupari, indeque translatum eſſe dicit, κινεῖς τὸν ἀνάγυρον, de ijs qui ipſi ſibi mala accerſunt. *Onogyrus.* Nicandri verò Scholiaſtes, chamæpitym eam ait eſſe herbam quæ & ὀνόγυρος & σιδηρῖτις dicitur, & ὄνια ἄγρια, quod iudicium multi vt ineptum reijciunt. Eſt etiam Onogyrus nomen viri, cuius his verbis meminit Varro. *A bubus Athenis Buzyges nobilitatus, Argis Onogyrus.* *Onopyxus.* *Li. 6. Hiſt. 6.* Ὀνόπυξος ſpinoſis ſtirpibus accenſetur a Theophraſto. Theodorus buxum aſininum Latinè reddidit. *Li. 21. c. 16.* Plinius Græcam nomenclaturam retinuit. *Onopyxus* (inquit) *folio & caule ſpinoſus eſt.* Apparet autem inde nomen habere, quod ſit carduus aſinis in cibo gratiſſimus & ſummoperè expetitus: quanquam non deſint, qui non per υ, ſed per η, ὀνόπηξον legendum eſſe exiſtimant, quòd ad eum deuorandum aſinus perpetuo deligatur & hæreat: qua ratione & diplacum ὀνοκάρδιον, nuncupant, quòd ad eum aſinus magna alacritate feratur cùm ſenſerit, *Onocardiū.* quaſi aſini corculum. Cum verò aſinos vbique obſeruauerimus ad quoſdam carduos crebrius accurrere, ijſque libentius & maiori cum voluptate veſci, & ab ijſdem magis allici, meritò ὀνόπυξος F nominauerimus. *Li. 27. c. 12.* *Onopordon.* Idem Plinius Onopordon memorat his verbis: *Onopordon ſi comederint aſini, crepitus reddere dicuntur.* Quamobrem Dalechampius onopordon id genus cardui eſſe iudicauit, quod herbarijs communiter corona fratrum appellatur, & carduus tomentoſus, cùm Pariſienſes ſeruata nominis Græci ſignificatione Pet d'aſne quaſi aſini crepitum vulgò vocant, aiuntque & affirmant aſinos eo guſtato ſubſultare, crebroque pedere. Anonin quidam eodem atteſtante ononida malunt vocare. *Ononis.* Grammatici ὀνώνιν exponunt τὴν τοὺς ὄνους ὠφελοῦσαν, quòd aſinos iuuet, videlicet ſeſe terentes ad illam ſcabentesque, vel quòd in ea ſe volutantes ſpinis eius dorſum libenter aſinicent & ſcabant. *Onoſis.* Apud Nicandrum legitur etiam ὄνωσις in Theriacis, Ἠ ὀνωσιος τε καὶ ἡ πολύγονος ὄνωσις: ſed metuo ne perperam pro ὄνωνις, præſertim cum addat πολύγονος: *Onoſma.* id enim pro πολυάκανθος accipere videtur. Onoſma teſte Dioſcoride etiam ὄνωνις vocatur, quare apud Paulum Aeginetam, vbi ſcribetur ὄνομα & ὄνομις legendum ὄνοσμα & ὄνωνις. *Onophyllū.* Onophyllon eadem eſt anchuſa ſpecies, quæ Arabicæ linguæ authoribus etiam aſini lactuca vocatur: ſed & ipſam anchuſam quoque Græci onocleam vocant: *Onoclea.* & alterum eius genus apud Dioſcoridem onochiles appellatur, *Onochiles.* pro quo aliqui onochilen, alij onochelim dicunt. Apud Theophraſtum *Li. 7. Hiſt. c. 10.* perperam ſcribitur ὀνοχίχλη, vbi Gaza vertit Turdaria abſque vllo ſenſu. Eſt autem onocichla G *Onocichla* Plinio, cui flos diuturnior per partes fieret. *Auricula aſini.* Auriculam aſini Galli quidam vocant ſymphytum alterum: Sabaudi lotum pratenſem, *Panis aſini* panem aſini: Inter ſtirpium nomenclaturas Dioſcoridi attributas, onomordon eſt helxine: aſini ſanguis Aegyptijs, Filix: aſinus ichrei Magis lampſuchum. *Onobletum.* Onobletum herba linguæ ſimilis Hippocrati contra fœminarum profluuia in vellere apponitur. Gorræus ſpeciem bliti linguæ ſimilem exponit. Plinius equidem teſtatur Hippocratem putare bliti cibo ventrem ſiſti, ipſe verò ventrem adeo turbare tradit, vt choleram faciat aliquibus. *Origanum.* Alterum origani genus Græcis ab aſino onitis cognominatur, ideoque Nicandro ὀνοπίταλον vocatur, quaſi folium aſini, quòd videlicet folium eius aſino in cibo ſit gratiſſimum. *Onobrychis.* Onobrychis ab aſini ruditu nomen accepit; cæterùm quod ea deuorata rudere cogatur aſinus, à nemine *Onothera.* quod ſciam, proditum eſt. Onothera verò, ſiue onagra, non ab aſino, ſed à vino, cuius odorem radix exiccata refert, dicta eſt, quamobrem potius ſcribendum eſt οἰνόθηρας, & ὀνάγρον. *Onoſcheli dæmones.* *Lib. 2. c. 6.* Ὀνόσκελοι dæmones ſunt, vt annotauit Cælius, in aquoſa & arida corporibus areſcentibus frequentantes, aſininis cruribus. Hi ſeſe mares plurimùm (inquit) exhibent, interdum quoque leonem & canem induere videntur. Præter vero omnem veritatem onochelon Chriſtianorum deum intelligi ſuprà dictum eſt, & infra etiam dicetur. Ὀνοκώλη verò ſimiliter ab aſinino pede dicebatur H *Empuſa.* Empuſa (Laruæ aut terriculamenti genus vno pede incedens, Hecatæ dicatum) de qua Ariſtophanes in Ranis: καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει Νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον. vbi Scholiaſtes exponens quid ſit βολίτινον σκέλος, ait ἔνιοι δ' ὄνου σκέλος λέγουσι. διὸ παρά τισι καλεῖσθαι ὀνόκωλον. Quapropter vbi apud Etymologum legimus Empuſam eſſe dictam παρὰ τὸ ἐμποδίζειν, ἢ ἀπὸ τοῦ τὸν ἕτερον πόδα χαλκοῦν ἔχειν, ἢ ὅτι ἀπὸ σκοτεινῶν τόπων ἐφαίνετο τοῖς μυουμένοις. ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη καὶ ὀνόπολη, pro ἐμποδίζειν ex Suida legendum ἑνὶ ποδίζειν, & pro ὀνόπολη, ὀνόκωλη, vt reſtituit Henricus Stephanus in lexico ſuo veteri, cui multa ait cum Etymologico eſſe communia; vbi ſic legitur, Ἔμπουσα, φάντασμα δαιμονιῶδες ὑπὸ τῆς Ἑκάτης πεμπόμενον, ὃ δοκεῖ πολλὰς μορφὰς ἀλλάσσειν. Et paulò poſt explicatum nominis etymum: οἱ δὲ φασιν ὅτι σκέλος ἔχει αὐτὴ ὄνου. ὅθεν ἐκεῖνοι ὀνοσκελίδα, ὀνοκώλην, ὀνόκωλον, καὶ ὀνοκωλέαν καλοῦσι. Eſt itaque Empuſa ſpectrum quoddam quod ab Hecate dicebatur immitti videndum miſeris & calamitoſis. Ariſtophanes aiebat in varias eam mutari formas, vt bouis, muli, canis & rurſus formoſæ mulieris. Quidam exiſtimāt meridianis horis apparere Empuſam ſolitam ijs qui parentant manibus. Fit autem

in ſacris

A in ſacris etiam pſalmis mentio meridiani dæmonij. Sunt qui hanc ipſam Hecaten affirmant eſſe, narrantque vno conſpici pede, ideoque Empuſam (Ἔμπουσαν) dici, οἱονεὶ ἑνίποδα. Sunt & ὀνοκένταυροι dæmonum genus tenebroſum καὶ καθόλου apud Aquilam. Meminit eorundem D. Hieronymus. Onocentaura verò Aeliano genus animalis ſiue veri ſiue fictitij: de quo ſic ſcribit: Onocentauram quiſquis vidit, non incredibile ducet, quod fama peruagatum eſt, Centauros fuiſſe, neq; fictores, neq; pictores in eorum deſcriptione mendaces fuiſſe, ſed eos quoque à tempore productos, & gemina diuerſæ naturæ corpora in vnum coaluiſſe non negabit. Verùm ſiue reuera fuerint, ſiue omni cera fluxabilior & ad fingendum habilior fama illos finxerit (tanquam dimidiato hominis & altero equi corporibus permixtis & vna conciliatis anima) prætereo. De Onocentaura quidem mihi nũc eſt animus explicare, quæ auditione & fama accepi. Eam ipſam ſcilicet homini ore ſimilem eſſe, & pilis prolixis faciem eius ambiri: ſimul & collum & pectus humanam ſpeciem ſimilitudinemque gerere: mammas quoque turgidas in pectore: humeros, brachia, cubitos manuſque humanam naturam habere: dorſum, latera, ventrem, poſteriores pedes, aſino perſimiles eſſe: & quemadmodum aſinum, ſic cinereo colore eſſe: imum ventrem (ad latera) leuiter exalbeſcere: duplicem vſum ei manus præſtare: nam celeritate vbi ſit opus, eæ præcurrunt ante poſteriores pedes: ex quo fit, vt cæterorum quadrupedum curſu non ſuperetur: ac rurſus vbi habet neceſſe vel cibum capere, vel quicquam tollere, ponere, apprehendere aut conſtringere, qui antea pedes eſſent, manus efficiuntur; tumque non graditur, ſed in ſeſſione quieſcit. Animal eſt graui animi acerbitate. Nam ſi capiatur non ferens ſeruitutem, libertatis deſiderio ab omni cibo abhorret, & fame ſibi mortem conſciſcit. Hæc de Onocentaura Pythagoram narrare teſtatur Crates ex Myſio Pergamo. Hactenus Aelianus. De Onocrotalo aue, cui nomen eſt ab aſinino clamore, conſulas lector tomum noſtræ ornithologiæ tertium. Suprà inter æquiuoca, tractorij generis machinam, Latinis ſuculam, Græcis ὄνον id eſt aſinum vocari oſtendi. Eadem & ὄνισκος dicitur, vt Budæus in Pandectis docet. Scholiaſtæ verò Thucididis ὄνισκος eſt μηχανὴ ἐπ' ἄκρου ἐκπαλίου πεπηγμένη, ἀφ' ἧς περιβάλλοντες βρόχους, τοὺς σταυροὺς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων. Ἔστι δὲ ἡ μηχανὴ ἐπὶ τοσοῦτον βιαιοτάτη, ὥστε τι καὶ σφόδρα βαρεῖαν ὑπὸ δύο ἀνδρῶν ἀπόνως ἑλκύσθαι. Sed & ipſi helciarij qui ſuculam verſant, ὄνοι appellantur, vt ex eodem Scholiaſte diſcimus: ὄνισκος (inquit) μηχανὴ ἐστὶ περιαγωγῆς, ἧ οἱ χρώμενοι, ὄνοι λέγονται. Hinc & ὀνεύω id eſt ſuculam verſo. Apud nos teſſarius quidam ludus vulgo ab aſino ſcarica l'aſino nuncupantur, quaſi aſinus ſarcina liberatus, propterea quòd is qui vincit, latrunculos ſimul in eodem loco collectos, pro teſſerarũ iactu prius per diuerſas abaci luſorij areas diſponit, & deinceps eximit. Ὀνοβατεῖν authore Polluce propriè dicitur de aſinis, cùm equas inſcendũt. Sic enim ſcribit: ὅταν δὲ ἴδιον τὸ ὀνοβατεῖν: ὅπόταν ἵπποις ἐπιβαίνωσι. Xenophonti verò eſt, facere vt aſinus equam ineat; αἱ γὰρ ἀγελαῖαι τῶν ἵππων οὐχ ὑπομένουσι τοὺς ὄνους ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ ἕως ἂν κομῶσιν. Οὗ ἕνεκα καὶ ἀποκείρουσι πρὸς τὴν ὀχείαν τὰς ἵππους ἅπαντες οἱ ὀνοβατοῦντες. Quæ modò mulier ὀνοβάτις apud Cumæos, & ὀνοβόσις dicta ſit, dicetur ſuo pòſt loco. Ὀνεῖον, ſtabulum aſinorum exponit Varinus. Ὀνηλάτης, ὀνηγήσιος, ὀναγρὸς (nam ὄναγρος eſt aſinus ferus,) ὀνοφορβός, ὀνοκίνδυνος, vt Varinus habet, vel Doricè ὀνοκίνδιος, vt Suidas & Pollux, eſt qui aſinos ducit, vel paſcit, pro quo & κιλλακτὴρ ſimiliter Doricè apud Varinum legitur rectè, nam κιλλὸν & κίλλαν ſuprà aſinum eſſe diximus: minus bene apud Pollucem κιναχτήρ. Sic enim venatorem potius vocamus. Latini aſinarium dicunt: & ſic inſcribitur Plauti comœdia, vt ipſe ait in prohœmio,

Hecate. *Onocentauri.* *Onocentaura. Lib. 17. c. 9.* *Onocrotalus.* *Onenus machina.* *Lib. 5. c. 15.* *Lib. de re equeſt.* *Onciones. Aſinarius.*

B / C (section letters in margin)

Nunc quid me dixi velle vobis dicere,
Dicam, huic nomen Græcè eſt onagos fabulæ.

Sic enim legendum, non autem onagros, quo modò in omnibus libris & ſcriptum eſt & impreſſum; quod vidit Turnebus & aſtruit Dionyſius Lambinus. Dicitur & qui aſinos agit, aſinecta aſinida & aſiniga: quamobrem idem Turnebus, in hoc Virg. in Copa:

Asiniga. Li. 13. c. 22.

D


Huc aſibida veni, feſſus iam ſudat aſellus,

vbi quidam legebant, *Huc ad liba veni*, legendum iudicat vel aſinida, vel multò potius aſiniga, ab aſino agendo, ſicuti & in prologo qui Plauti Bacchidibus prætexitur, non illo quidem a Plauto ſcripto, (apageſis illum a tam elegante Latinoque comico,) ſed à veteri tamen aliquo ſcriptore profectò, in quo Silenus, de quo loquitur Virgilius, pando aſino vehi ſolens, ita de ſe loquitur:

Aſibidam Ionij me vocitant greges
Quod vectario ſenex vehar aſinario.

Sed nec aſinecta legenti de futurum putat ſuffragatorem, quod tamen non ita vltima compendinatione decernit.

HIEROGLYPHICA.



N Hori (inquit Cælius) lectum monumentis eſt, Aegyptios hominem indi-
Li.30.c.20. Homo ſemper domi manens. cantes, qui peregrè nunquam ſit profectus, onocephalum expingere, quia nec
hiſtorias audiat, nec quæ ἐπὶ ξένης fiant, perſentiſcat. Cum primis autem re-
rum omnium ignarum per iſtiuſmodi aſellicipitem hominem à ſacerdotibus
Aegyptijs eo modo indicari idem Horus alijq; prodidere, eamq; imperitiam in
eo præcipue notari volebant, quæ plurimũ ex ſolitaria accidit educatione, quip-
pe cùm quis, vt ait Pierius, tanquam Aglaus alter, intra priuatos parietes ſemper altus & educa-
tus, pedem è domo, vel è patria nunquam tuliſſet foras, oporrere ſcilicet hunc parum experien-
Gen. 49. Iſacha res aſinus dictus. tem eſſe & officiorum hoſpitalium inſcium. Iſraël itaq; diu apud Aegyptios educatus & hierogly-
phicῶν optimè peritus, cùm Iſacharem filium ſuum aſinum appellaſſet, intra terminos eum mo-
riturum dixit. Non enim longius peregrinari ſolent aſini, vt equi & muli, ſed intra prouinciam, in
qua nati ſunt, plurimum contineri. Peregrinatione autem homines ſapientes effici, Vlyſſis diſci- F
mus exemplo, de quo Homerus ait:

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω:

Quique vt ait Horatius:

Quid virtus & quid ſapientia poſſet,

Ex longa & decennali peregrinatione didicit. Tot autem ac tanta ſunt quæ de aſinorum ſtolidita-
te referuntur, vt ſubinde ſit ad eam redeundum; quam ſi apertius (inquit idem Pierius,) deſcri-
Aſinus inter ſimias. bere Aegyptij voluiſſent, animal omnium maximè docile deligebant, Simiarum quippe gregem,
inter quas aſinum vel ſaltare vel tibijs canere, vel etiam diſceptare fingebant, rem quidem tam
dictu quam ſpectatu ridiculam, ſi quæ in ſeceſſu pondus habeat. Aliter frenatum aſinum in huiuſ-
modi ſignificatum proponebant, quippe quod animal ſit minus idoneum ad diſcendum. Vnde e-
Aſinus frenatus. tiam Mathematici eum qui ortu ſuo ſextum decimum Leonis gradum ſortitus ſit, indocilem fu-
turum præſagientes; frenatum aſinum, tunc oriri fingunt, irritam eo modo inſtitutionem futu-
ram indicantes. Nec abſurdum quoq; eſt ſignificatum illud, quod ex vulgi prouerbio diſumptum
eſt, cùm præclarè venuſteq; aliquid inchoatum citò deſeritur, currentem aſinum pingere. In ore
Aſinus currens. enim omnium eſt, aſini ſuccuſſationem parum admodum procedere. Iam verò longe diuerſum G
Sapientia typus. eſt, quod apud Hebræos, præcipue Cabaliſticos, aſinus eſt ſapientiæ ſymbolum, cuius quippe
ideam conſtituunt Saphiroth, eam afferentes rationem, quòd eum qui ſapientiæ ſit operam datu-
rus, victu admodum tenui, & eo plurimum plebeio contentum eſſe oporteat, cuiuſmodi parſi-
monia præditum eſſe aſinum ignorat nemo: adhæc penuriam, laborem, plagas & famem patien-
tiſſimè tolerare, neque ad vllam excandeſcere contumeliam, vndecumque illata fuerit: animo
eſſe paruum, inopem atque ſimplicem, vt qui nullum inter carduos & lactucam diſcrimen habeat:
corde ſit minime vafro, minime cupiditatibus contaminato, bile ita careat, vt cum omni animan-
tium genere pacem ſibi perpetuam conſtituerit, nec vllum ſit onus quod detrectet, quod non ob-
ſequiosè ſuſcipiat, & ſi ſit opus, pro boue terram proſcindat, plauſtrum trahat, præcipuè verò ma-
chinæ maxime omnium neceſſariæ piſtrino æternum ſeruiat, ligna, poma, onera, frugum genus
omne comportet, ſit denique totius humanæ commoditatis aſſiduus & infatigabilis miniſter, vt
etiam quod aiunt, myſteria portare compellatur. Merito igitur Ammonius Alexandrinus magno
Origine & Porphyrio diſcipulis clarus, aſinum his condiſcipulum fertur adhibuiſſe. Neque vere-
cundatus Cleanthes appellatione huiuſmodi, confidentiſſimè reſpondit, aſinus quidem ſum, ſed H
qui portare poſſum ſarcinam Zenonis. Valebit igitur Ariſtoteles, qui opere de Moribus non quē-
Ariſtoteles taxatus. cumque fortem eſſe exiſtimat, qui quamcumque toleret vel ignominiam vel calamitatem vel in-
commodum, virtutemq; vllam negat in patientia ſitam eſſe, homo mollis & delicatus, qui tamen
liquidò perſpiciebat, ſi fortitudo partem haberet in patientia, futurum dubio procul vt aſinus a-
nimalium fortiſſimus haberetur. Sed reuertor ad hieroglyphica. Receptum & illud eſt, ſeruilem
Labor ſeruilis. laborem per aſinum clitella inſtratum ſignificare, cuius rei cauſa magis vulgò nota eſt, quàm ver-
bis explicari neceſſe eſt, quippe quòd animal indefeſſi ſit laboris, vnique & perpetuæ onerum ve-
ctationi vexationibuſque alijs damnatum eſſe videatur. Sic legitur in Eccleſiaſtico: *Cibus, virga
& onus aſino, vt panis & diſciplina & opus ſeruo.* Erat & illud ad bonos mores excogitatum
hieroglyphicum, quod veluti maiores noſtri ſeruos ebrios, lingua pedibuſque titubantes in libe-
Aſinus inter flores & vnguenta. rorum conſpectum, ad vitij ludibrium, producebant, quo ipſi diligentiùs cauerent, ne in hu-
iuſmodi turpitudinem inciderent: ita ſacerdotes Aegyptij aſinum inter flores & vnguenta
ſtatuebant, quorum nihil ad ſenſum eius pertineret, ex hoc ſcilicet perniciem, quæ poten-

tioribus,

A tioribus, præcipuè assentatorum machinis insidiatur, indicantes, cum inde risui & ludibrijs omnium exponantur, qui enormes adulatorum assentationes aucupantur. Plerique enim magni alioqui viri à Musis & Gratijs alienissimi omnique turpitudinis genere spurcissimi, coram tamen & dignitatis & eruditionis & temperantiæ non solùm commendari patiuntur, verùm etiam nisi facias, indignantur: Vt verò reliqua prosequamur: Est & irrisionis signum asinus, propterea quod rictu labijsque latè diductis, dentibusque deformiter denudatis irridere videatur. *Irrisionis signum.* Mulierem prægnantiam occultantem notare cùm volunt, parientem asinam pingunt. *Mulier prægnantiam occultans.* Hæc enim impense cauet, ne vel in conspectu hominum, quin ne in luce pariat. Sunt item qui mulierem conceptum euitantem aut virum admittere nolentem per asinam & fustem inhærentem tergo, designent, propterea quòd semen a coitu nisi vapulet, reijciat. *Mulier conceptum euitans.* Minimè etiam prætereundum est illud quod insignium pictorum & sculptorum etiam opere nobilitatum est, vt cum virum in re cumulanda solicitum, neque assiduos quantumlibet labores declinantem, vxorem verò prodigam & ad omnia perdenda dissipandaq; intentam hieroglyphice significare vellent, hominem sparti funiculum torquentem, illam vero aselli effigie assidentem à tergo & opus quantumcumq; fieret abrodentem effingebant. *Vir frugi, vxor prodiga.* Hinc prouerbium apud Ionas celebratum est, Συνάγη ὄκνος τὴν
B θώμιγγα, *torquet piger funiculum*, vt scribit Pausanias, cuius hæc sunt verba: *Ocni funiculus.* *Ex Polygnoti picturis hæc etiam est. Vir quidam* (apud inferos) *sedet, quem titulus Ocnon esse indicat. Factus est autem ad hunc modum, vt ipse funiculum torqueat, astante asella, quæ quod tortum fuerit, assiduè abrodit. Hunc Ocnum aiunt hominem fuisse industrium operique intentum, sed vxorem habuisse sumptuosam & prodigam, quæ omnia illius labore corrasa mox absumpserit. Cognitum autem est mihi etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil adferret emolumenti: hic homo funiculum Ocni contorquet. Pictura hoc genus Delphis consecratum fuit.* Plinius inter Socratis pictoris argumenta, *Et piger* (inquit) *qui vocatur Ocnos, spartum torquens quod asellus arrodit.* Errat Varro, qui desidem & ignauum hac pictura significari putauit, cùm laboriosus potius & industrius, sed cui vxor prodiga, designetur, quamobrem asina, non asinus in pictura est, quod Pausanias de industria annotauit, authores reliqui neglexerunt. Idem argumentum marmore cælatum, Romæ duobus visitari locis, nempe in Capitolio & in hortis Vaticanis Hermolaus Barbarus testis est. Hoc interim admirandum, non solùm cur Plinius, vt author adagiorum putat, sed Pausanias etiam & alij, ipsum hominem Ocnon id est pigrum appellauerint potius quàm asinum, cui conuenit tum res ipsa nempe pigritia, tum nomen, cùm onos & ocnos vna tantùm litera differant: &
C Propertius non Ocnon torquere funem, sed illum ipsum torqueri his versibus confirmet:

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Aeternusque tuam pascat aselle famem.

Plutarchus in libro de animi tranquillitate: ἀλλ' ὥσπερ ἐν ᾅδου ζωγραφούμενος σχοινοπλόκος, ὄνῳ τινὶ παρίησιν ἐπιβοσκομένῳ καταναλίσκειν τὸ πλεκόμενον. Hoc est, quemadmodum apud inferos depictus is qui funem torquet, permittit asino, vt depascens absumat id quod tortum fuerit: ita plerique rudes obliuiosi & stupidi homines, nulla præteritorum ratione habita, futura semper expectant, & præsentia abolent. Sunt qui in hoc figmento referente Suida prouerbium ὄνου πόκαι de rebus nullo fine perficiendis interpretētur, vt πόκαι non ipsa asini vellera sint sed funiculi quos abrodere & quasi tondere fingitur. Quinetiam prouerbium τὰ ἐν ᾅδου, id est, *Quæ apud inferos.* Aristophanis interpres ad eandem fabulam refert; quasi non in genere ad omnia pertineat, quæ de inferis poëtæ nugantur, vt omnia inania somnijsque similia apte sic nominemus. Mihi sanè qui primi hæc confinxerunt, Cratinus & Aristophanes veterum poëtarum & Homeri maximè fabulas imitari videntur; qui alias quoque apud inferos pœnas similiter perpetuas & infinitas celebrarunt, vt cribra Danaidum, Sisyphi saxum, & Tithij iecur, & in Caucaso Promethei: vt hic ipse
D perpetuus in torquendis funibus labor, pœna illius fuerit, qui viuus vel in vxorem luxuriosam, vel in meretricem prodigus fuisset. Extat verò etiam Alciati emblema hoc titulo: *Ocni effigies*: de his qui meretricibus donant, quod in bonos vsus verti debeat.

Impiger haud cessat funem contexere sparto
Humidaque artifices iungere fila manu.
Sed quantum multis vix torquet strenuus horis,
Protinus ignaui ventris asella vorat.
Fœmina iners animal, facili congesta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inque suum.

Sed desino tandem Ocni funem torquere, si prius monuero, quod Iones in suo adagio θώμιγγα vocant, id est funiculum, (qua voce vsus est etiam Propertius) Plinio spartum vocari, (quem secutus est Alciatus,) Plutarcho σχοῖνον id est iuncum, qui quidem à sparto specie differt, eundem verò funiculorū vsum præbet, vt docet manifestè idem Plinius de Sparto agens: *Iunco* (inquit) *Græcos ad funes vsos tenemus credamus* (σχοῖνος & funem significat & iuncum: quomodo & spartū nunc *Lib. 19. c. 2.*

restem, nunc plantam, ex qua restes fiunt,) *quo herbam appellant, postea palmarum folijs philuraq; manifestum est, & inde translatum à Pænis Sparti vsum perquam simile veri est.* Sparteos funes Ibericos Horatius vocauit: *Ibericis peruste funibus latus.* Siquidem Spartum genuinum siue iuncus Ibericus siue Hispanicus, ad nexus tantùm vtilis est, vtpote plane sine folijs. Eiusdem ferè sententiæ erat & aliud Hieroglyphicum, quo paterfamilias parcus, prodiga autem familia denotabatur. Diodorus enim asinorum imaginem istiusmodi apud Aegyptios ostentari tradit, (inquit idem Pierius) asinum quippe vnum longioris funis nodos complicare, ac alios à tergo clanculum dissoluere, vno porro eodemque argumento cum superiori, quod nonnulli Ionicum etiam figmentum putant, cæterùm pictorum & sculptorum ingenio variatum. Alterum tamen hoc patrem familias frugi, familiam verò prodigam & perditam ostendit: nimirum enim nodum plicare, significat congerere, accumulare, rem facere: dissoluere verò, distruere, disperdere, atq; prodigere.

Pater frugi, famili is prodiga.

EMBLEMATA. SYMBOLA.



MBLEMA Alciati de Ocno funem torquente, & asino eundem derodente, iam recitauimus: & aliud eiusdem de asino mysteria portante recitabimus in prouerbijs: Est & aliud eiusdem emblema de asino in auaros, quod tale est:

Auaritia typus.

Septitius populos inter ditissimus omnes,
Arua senex nullus quo magis ampla tenet,
Defraudens geniumq; suum, mensasq; paratas
Nil præter betas duraque rapa vorat.
Cui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit?
Anne asino? sic est, instar hic eius habet.
Namq; asinus dorso pretiosa obsonia gestat
Seque rubo aut dura carice pauper alit.

Ex incerto quodam authore desumptum emblema videtur, cuius hi versus leguntur in epigrammatis Græcis, titulo εἰς φειδωλούς:

Πολλὰς μυριάδας χρυσίου Ἀρτεμίδωρος
Καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων,
Πολλάκις αἱ χρύσου τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι
Πολλὸν ὕπερ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον. id est,

Vt vertit Franciscus Sanctius Brocensis:

Viuens vt muli sumptus dum precauet omnes
Supputat innumeras Artemidorus opes.
Auri sæpe gerunt ingentia pondera dorso
Muli, sed siccum non nisi gramen edunt.

Elegantissimum siue symbolum siue emblema Achillis Bocchij nostri, in quo asinario asino suo sarcinis onusto hærente in luto, flexis genibus passisque manibus Herculis opem imploranti, Deus respondet è nubibus. Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει. hoc est: *Tute nunc aliquid agens, postea Deos inuoca.* Symboli itaque titulus est:

Di superi præsto facientibus omnibus adsunt.

Descriptio autem symboli hæc est:

Tenaci asellus quispiam infixus luto,
Hærebat, huic succurrere
Agaso cum deberet, Herculis fidem
Implorat otiosus, &
Asello inertior suo. Tirynthius
Respondit, ipse vt interim
Manum laboranti admoueret, atque ita
Deum adfuturum sedulo,
Fac ergò, quisquis es, aliquid tute interim,
Deinde inuocato numina.
At optimates Rhintonis exaudiant
Prouerbium id notissimum
Οἱ μὲν παρωδοὶ φασιν, οἷς οὐδὲν μέλει,
Et turpe vitent otium.

Alphonsi regis humanitas. *Cap. 6.*

Cæterùm cùm hic de asino inhærente luto fit sermo, obiter Alphonsi potētissimi Aragonum, Neapolitanorum & Siciliæ regis beneficum in agasonem facinus recitabo ex Pontani libro de beneficentia.

A centia. Is itaque Capuam proficiscens, cum videret quendam auxilium implorantem propterea quod asellus in lutum prolapsus esset farina onustus, ilico equo desilijt asinumque hærentem cœno subleuauit: asinarius verò qui regem prius non nouerat, pertrepidus veniam precabatur. Parui quidem momenti res, sed quæ nonnullos Campaniæ populos, regi reconciliauerit. Aliud eiusdem Bocchij emblema de cuculi & Lusciniæ contentione, desumptum ex apologis Aesopi, cum titulo: *Index ineptus.*

Index ineptus peste peior pessima,
Offensio aspera ex inepto iudice:

Author & Musa colloquuntur.

A. *Dic Musa quæso, cur diutius canit*
Coram homine, & accuratius Luscinia?
M. *Illa & cuculus anni eodem tempore*
Olim canendo, vt assoles in maximam
Contentionem fortè quandam venerant,
De suauitate cantionis, & quia
B *Lis de sono erat, asellus est aptissimus*
Tum creditus iudex: quod auriculis foret
Præter animantes cæteras maioribus.
Asellus autem repudiata protinus
Luscinia, negare enim harmoniam illius
Se intelligere, palmam cuculo adiudicat:
Illa ad hominem appellat, quem vbi videt, statim
Causam suam agit & diligenter cantat, vt
Et approbet se, ad vindicandam iniuriam
Acceptam ab asino. Hinc discat ergo quilibet
Vitare peius peste ineptos iudices,
Nec belluinis auribus tam credere,
Præpostera vt fiducia, atque offensio
Nascatur inde pœnitenda & aspera.

C Huc referri potest distichon non inuenustum de asino, qui Aeneidem dentibus discerpsit:

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus: *Qualibet*
Hoc fatum Troiæ est, aut equus aut asinus. *res gratiæ*

Asini maxilla aquas effundens cum verbis: Fons inuocantis, apud Cl. Paradinum significat simplicissimam quamque rem capacem esse gratiæ Dei, modò ea diuino eius verbo qui verus viuusque fons est, imploretur. Allusio est ad maxillam qua Samson inuocato Dei auxilio mille viros occidit. Vel de asini mandibula exijsse aquas, significat Christum dominum nostrum omnia in pietate fuisse facturum, vt ait Franciscus Georgius in suis problematis, nam Samson (inquit) ad cuius preces egressæ sunt aquæ, significat Christum D. nostrum Iesum, mandibula asini fortitudinem cum pietate, aquæ verò proueniunt à fonte & tribunali pietatis, sicut ignis prouenit à fonte & tribunali iustitiæ seueræ. Et asinus significat pietatem, si inuertatur dictio Hebræa Châmor in Recham vt sciunt periti: Vnde & dominus vsus est asina & pullo, dum iret ad fortiter pugnandum pro nobis in Hierusalem. *Dei capax.* *To. 1. probl. 413.*

MORALIA. MYSTICA.

D 

EXTAT (inquit Philippus Beroaldus noster) Luciani liber Lucij vel asini titulo, & L. Apuleij libri vndecim asini aurei: idem vtrisque argumentum, sed Apuleius omnia copiosiùs tractat & multa intermiscet. Institutum est naturam mortalium, & mores humanos obiter designare, vt admoneremur ex hominibus asinos fieri, quàdo voluptatibus belluinis immersi asinali stoliditate brutescunt, nec vlla rationis virtutisque scintilla in eis elucescit. Sic enim homo, vt docet Origines in libris periarchon fit equus & mulus: sic transmutatur humanum corpus in corpora pecuina. Rursus ex asino in hominem reformatio significat calcatis voluptatibus exutisque corporalibus delicijs rationem recipiscere & hominem interiorem qui verus est homo, ex ergastulo cœnoso ad lucidum habitaculum virtutibus & religione ducibus remigrasse, ita vt dicere possimus, iuuenes illicio voluptatum possessos in asinos transmutari: mox senescentes, oculo mentis vigente, cùm virtutes iam maturescunt, exuta bruti effigie humanam resumere. Proclus nobilis Platonicus monet multos esse in vita lupos, multos porcos, plurimos alia quadam bruti *Intentio librorum Luciani & Apulei de asino.*

ſpecie circumfuſos: Quod minimè mirari nos oportet, cùm terrenus locus Circes ipſius ſit diuerſorium, in quo animæ aut vnguentis delibutæ, aut pharmacis epotis inebriatæ transfigurentur in brutas animantes. Pharmaca autem ſunt obliuio, error, inſcitia. Quibus anima conſopita bruteſcit, donec guſtatis roſis, hoc eſt, ſcientia (quæ mentis illuſtratio eſt, cuiuſque odor ſuauiſſimus) auidè hauſta in humanam formam, hoc eſt, rationalem intelligentiam reuertatur. Hæc E
illc. Alij hunc aureum Apulei aſinum facetiſſimam pulcherrimamque figuram eſſe aiunt irriſionis gentilitiæ religionis, quæque etiam oſtendat nihil eſſe etſi nobis appareat extra omnem culpam in quo nulla non reprehendenda deliteſcant. Immoderatam autem petulantium luxuriam per aſinum indicari diſcimus in primis ab Ezechiele dicente, *quorum carnes ſunt ſicut aſinorum*. D. Gregorius cum dixiſſet Onocentaurorũ nomine lubricos figurari & elatos, aſini nomine ait deſignari luxuriam authoritate prophetæ quam recitaui: tauri verò vocabulo ceruicem ſuperbiæ demonſtrari, quoniam voce dominica de Iudæis ſuperbientibus per Pſalmiſtam dicitur: *Tauri pingues obſederunt me*. Onocentauros ergo eſſe qui ſubiecti luxuriæ vitijs, inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerant. Qui carnis ſuæ voluptatibus ſeruientes, expulſa longè verecundia, non ſolùm ſe amittere rectitudinem non dolent, ſed adhuc etiam de opere confuſionis gaudent. Aliàs quia aſinus amorem carnalem indicat, à Propheta ſcriptum ait: *Non arabis in boue & aſino*: F
Et mox in expoſitione horum verborum: *Aſinus Amelech interficiendus eſt*, docet honeſtatem thalami debere mundam eſſe ab omni obſcænitate turpitudinis: Quid ergo (inquit) aſinus, niſi aperta nequitia fornicationis accipitur? Quoſdam enim diabolus in apertum fornicationis inuehit, quibuſdam per fraudes illudit. Aſinus etiam aliena opera portare conſueuit. Doctor verò gentium dum virum ſui corporis poteſtatem non habere, ſed mulierem docuit: item nec mulierem ſui corporis habere poteſtatem, ſed virum: quid aliud quàm aliena opera eos portare iuſſit? Aſini ergo nomine, robur coniugalis copulæ deſignatur; quia electi coniuges inuicem onera ſua fortiter portant, ne per carnis infirmitatem in fornicationis barathrum corruant. Aſinus ergò interficiendus eſt, ſed Amelechita; quia copula coniugis in honeſtate thalami roboranda eſt, ſed à turpitudine interficienda. Debent quidem coniuges debitum ſibi inuicem reddere, ſed turpiter conuenire non debent. Aſinus ergò Amelech interficitur, cùm in nobis coniugibus charitas tenetur honeſtæ copulæ, ſed omnis obſcœnitas vitatur in turpi coniunctione. Omnia igitur Amelech demoliri iubentur quia qui caſtè proponunt viuere, de blandimento carnis in ſe aliquid retinere non debent. Eucherius exponens illud; *Perierant autem aſinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium ſuum: Tolle tecum vnum de pueris & ſurgens vade & quære aſinas &c.* Cis qui durus (inquit) G
dicitur, non ſolùm electos eius, ſed ipſum etiam redemptorem ſignificat. Nemo enim ſibi durior extitit. Huius namque duritiæ aſperitatem inſinuans, ait: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*. Mori enim mortalibus non eſt pati, paſſibiles damnatæ naturæ. Ille ergò ſibi durus vehementer extitit, qui in ſe vnde pati deberet non habuit, ſed vt nos patiendo liberaret, in quo ſibi durus eſſet, & pati poſſet, dignanter aſſumpſit. Aſinæ Cis ſunt animæ peccatrices: Quia etiam in fide redemptoris regeneratæ ſunt, duræ eſſe dicuntur: perditæ autem aſinæ quia per immunditiam ab eius ſunt ſeruitio ſeparatæ. Hinc eſt enim quod ad paſſionem tendens, abſolutæ aſinæ & pullo inſedit: vt patenter oſtenderet, quia ad hoc pati venerat, vt peccatoribus ſubueniret. Pereuntes namque aſinas ſe quærere fatebatur, cùm dicebat: *Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat*. Has aſinas & per ſemet ipſum quæſiuit & adhuc prædicatores ad quærendum mittit. Dicit ergo Cis filio ſuo, vt aſinas quærat, quandò electorum cordibus ſpiritali inſpiratione redemptor imperat, vt in prædicationis miniſterium pergant. In prædicationis autem officio pergentes quia ſolum ſpiritalem ſenſum ſecum debent ducere, vnum de pueris tollere iubetur. Vnum namque puerum tollit, qui dum ad præbendam alijs formam viuendi pergit, in omne quod agit, ſpiritualis eſt, &c. Quærens ergò aſinas vnum de pueris tollit, H
quando is qui nouiter animarum lucra quærere incipit, quæ agere putat omnia ſpiritualiter agere diſponit. Inuenire autem aſinas, eſt peccatores in luce ſanctitatis conuerſos aſpicere. Nam velut perditæ aſinæ non inueniuntur, quando in tenebris reproba corda ſe obruunt. Et quia per quinque ſenſus corporis ad eaſdem peccatorum tenebras decidunt, quinque regionibus non inueniendæ perquiruntur. Vnuſquiſque etenim vbi per peccatum proijcitur, ibi occultatur, & quaſi perditus vbi ſit neſcitur; quando iuſtitiæ lucem, in qua eum Deus poſuit, derelinquit, &c. Perditur ergo homo cùm peccat; inuenitur autem, cum peccatum aduerſum ſe iam pœnitendo pronunciat. Saul autem qui aſinas quærens non inuenit, eruditi quidem prædicatoris perſonam deſignat, ſed nouiter incipientis; quem profectò omnipotens Deus prædicationis fructum afferre non patitur, nè vilem conuerſionem æſtimet, dum leuiter conuertere eos ad dominum poteſt. D. Baſilius declarans illud Eſaiæ: *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus me non intellexit*. Boui (ait) & aſino comparatur dei contemptor.

Luxuria indicata. *Cap. 23.* *In ca. 6. Iob.* *In cap. 11. Reg. 1. li. 5.* *Lib. 6. in c. 15.* *Amor carnalis.* *Fornicatio.* *Coniugalis copula.* *Lib. 3. in 1. Reg. 19.* *Aſinæ peccatrices.* *Matth. 21.* *Luc. 19.* *Cap. 1.* *Dei contemptor.*

Neque

A Neque enim cum in honore esset, intellexit, quare comparatur iumentis insipientibus & similis factus est eis. Equidem tales sunt, qui non recta ratione sed pro affectionum impetu suam instituunt vitam, à vacuitate rationis transuersim abrepti ad pecuinam & brutalem vitam. Ad exprimendam verò similitudinem, ea assumpsit animalia quæ nobiscum educantur & vernacula consuetudine notiora sunt, vt vel suppudescamus istis deprehendi insipientiores, & ad ea collati minus obtinere beneuolentiæ, quam refundamus in possessorem nostrum. Bos siquidem nobis mancipatus est ad agricolationem vt cooperetur, qui & sui pastoris vocem intelligit, eumque agnoscit, qui pro consuetudine sibi porrigit pabulum. Asinus vel non iussus rectà contendit ad consueta stabuli sui loca. Quod si his vtique rationis expertibus tanta inest familiaritas erga suum prouisorem; quantam dilectionis mensuram erga Deum, par est reposci à rationali creatura? Obserua autem, quia testimonio istius scripturæ probatur bos præ asino pleniorem obtinere intelligentiam. Bos enim suum nouit possessorem: asinus autem præsepe, idque solum docente scriptura, quo animal sit suffarcinando ventri deditium, eoque locum agnoscit & solùm suæ voluptati destinatum. Bos verò nonnullam habet & eam vtilem intelligentiam propriæ honestatis ac boni. Hinc factum, vt cum animalia sint nullam habentia inter se familiarem consuetudinem, vetitum B sit in Deuteronomio arare in boue & asino, in vnum, hoc est, cum qui sit exprompto animo & laborum toleranti connectere, ei qui sit voluptatum amantior & captiuus tenetur affectibus. Non enim de bobus cura est Deo, sed id nostri causa scriptum est prorsus. Contra autem aliquo loco copulantur: Beatus enim qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant, hoc est qui sermone ad docendum apposito, exuscitat vim animæ generosam ac laborum patientem, nec eius obsequitur voluptatibus. Quemadmodum enim asinus animal gestandis oneribus natum: sic & concupiscibilis portio animæ onere peccatorum prægrauata pessum it ac præcipitatur. Equidem bos suum nouit possessorem: Israël autem me non nouit suum creatorem. Et asinus præsepe agnouit sui domini: Israel autem me non intellexit. Et præsepia quidem multa sunt, at certè asinus nusquam aberrat à præsepi se possidentis. Et paulò pòst. Peculiari quidem similitudine bouis expressus est Israël: asini autem simulacro simplex ac rudis popellus. Quantò enim differt bos ab asino, tantidem est discriminis, si Israël cum vulgo componatur, qui populus appellatur absolutè. Cur verò asinæ nomen carni nostræ conueniat, rationem quodammodo reddit Origenes his verbis: Quid est ascendisse super iumentum? Corpus hoc meum iumentum est: ad adiumentum enim & ad ministerium datum est: ego autem sum, id est interior homo qui ascendi super iumentum hoc, cui dicitur, vt benedicam dominum. Si ergò verè ascendisti supra corpus & superior effectus corporalibus desiderijs, & motus corporis tui freno mentis & interioris hominis moderamine gubernantur, de te dicitur, quia ascendisti super iumentum hoc, cui dicitur, vt benedicas dominum. Quid autem est quod sequitur? *super vehicula sedentes & super asinas refulgentes.* Quid sibi videntur asinæ refulgentes? Dicit enim scriptura, quia oporteat benedicere dominum eos qui sedent super vehicula & super asinas refulgentes. Mihi velut in locis ita difficilibus tale aliquid videtur, cùm iumentum hoc, hoc est, corpus meum, sub iugo venerit verbi Dei, tunc vehiculum corporis mei resplendere incipiet, & asina hæc id est caro mea tunc refulgere dicetur, cùm castitatis ac pudicitiæ fuerit splendore decorata. Et ita rectè dicitur asina sedens super asinam resplendentem dominum benedicere & in medio lætantium laudare Deum. Ad hanc lasciuiam petulantiamque respiciens D. Hieronymus, asellos bipedes vocabat eos, à quibus reprehendebatur, quòd dixisset virgines debere sæpius cum mulieribus esse quam cum masculis. Quod verò simplices perfectissimis adhærentes, eorum intellectu pascantur, docet D. Gregorius in explicatione horum verborum. *Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus, vt nunciarem tibi.* Quid in figura (inquit) D per boues, quàm benè operantes: quid aliud per asinas, quàm quosdam simpliciter viuentes accipimus? quæ bene iuxta boues pasci dicuntur, quia mentes simplicium etiam cum alta capere non possunt, eò magis vicinæ sunt, quo & fraterna bona sua per charitatem credunt, cumque inuidere alienis sensibus nesciunt, quasi in pastu se minimè diuidunt. Simul ergo se asinæ cum bobus reficiunt, quia prudentibus coniuncti tardiores eorum intelligentia pascuntur. Significant item asinæ eidem simplices cogitationes. Cum enim in declaratione horum verborum: *Quinquaginta quoque iuga boum & quingentæ asinæ*, dixisset nos quingentas asinas possidere, cùm lasciuientes motus restinguimus, & quicquid in nobis carnale exurgere appetit, spiritali cordis dominatu refrenamus: addit, vel certè asinas possidere, est cogitationes intra nos simplices regere. Quæ dũ in subtiliori intellectu currere non valent, quo quasi pigrius ambulant, & fraterna onera mansuetius portant. Sunt namque nonnulli, qui dum alta non intelligunt, per exteriora conuersationis opera se humilius premunt. Benè ergo per asinas (pigrum quidem animal, sed tamen portandis oneribus deditum) simplices cogitationes accipimus: quia dum nostram plerumque ignorantiam cognosci-

Asinæ nomẽ cur carni nostræ conueniat.

Homil. 6. in c. 5. Iudic.

Aselli bipedes.

Simpliciter viuentes designati.

Li. 2. ca. 18. in Iob c. 1.

Benè operãtes.

Simpliciter viuentes.

Li. 1. in c. 1. Iob. c. 14.

Cogitationes simplices.

cognoſcimus, leuius onera aliena toleramus. Cumque nos quaſi ſingularis ſapientiæ altitudo non eleuat, ad perferendam alieni cordis inertiam mens ſe noſtra æquanimiter inclinat. Rectè autem ſiue iuga boum ſiue quingentæ aſinæ referuntur, quia vel in hoc quod prudenter ſapimus, vel in hoc quod humiliter ignoramus, dum æternæ pacis requiem quærimus, quaſi intra iubulei numerum tenemur. Diuus Hieronymus etiam, aſinum pupillorum abigere, vt eſt apud eundem D. Iobum, ſignificare ait ſimplices in hæreſim trahere qui ſunt in eccleſia, velut portantes onera, cum ſuis laboribus fideles eccleſiæ ſuſtentent. Id faciunt hæretici, cùm gentilem venientem ad fidem, auertunt. Et Eucherius ait per aſellum quem inſedit dominus fidelium ſimplicitatem exprimi, plebem ſcilicet quæ dei notitiam non habebat, quam Chriſtus regendo & præſidendo ad Hieruſalem, hoc eſt, ad pacis conſpectum adducit. Iure verò in primis aſinis ſimiles cenſentur

Homines inertes. homines inertes, qui vt omnium ignauiſſimi nihil boni agunt, at ſomno tantùm deſidiaque detinentur oppreſſi. Piger aſinus (inquit D. Ambroſius) & expoſitus ad prædam, quid aliud docet, quàm nos viuaciores eſſe debere, nec deſidia corporis animique pigreſcere, confugere ad fidem quæ opera grauia alleuare conſueuit. Sic & Ioannes Arboreus in declaratione huius ſententiæ:

Prouer. 26. *Flagellum equo & chamus aſino, & virga in dorſo imprudentium*: non minus ait indigere imprudentes & peruicaces flagellis & ſtimulis, quàm equus indomitus & piger aſinus, & licet flagris cæſi non reſipiſcant, nec emendentur, eorum tamen ſupplicia alijs terrorem incutere, quibus à lapſu præcauebunt, & à multis vitijs reuocabuntur. Poſſe item equo & aſino ſignificari ſuperbos & lu- F

Superbi & luxurioſi. xurioſos, qui cùm acriter à domino caſtigantur, nonnunquam reſipiſcentiam agunt, & vitam in melius commutant. Vnde illud (inquit) Pſalmographi: *In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.* Superbiam autem per aſinum indicari, etiam Eucherius ſcribit, & in hoc ſenſu interpretatur hunc ſacrum locum: *Facta eſt autem fames magna in Samaria, & tam*

4. Reg. 22. *diu obſeſſa eſt ciuitas, donec venundaretur caput aſini lxxx. argenteis.* Famem nimirum Samariæ illatam inopiam indicari verbi Dei, ſiue egeſtatem fidei, per quam diabolus ante aduentum Saluatoris Dei populum concluſerat: caput aſini lxxx. argenteis venundatum ſignificare ſuperbiam, quæ initium eſt omnis peccati. Per aſinum enim quòd immundum animal eſt, omnia vitia diaboli præfiguraſſe non eſſe dubium aſſerit, quorum, vt dictum eſt, caput eſt ſuperbia. Hanc reprobos omnes neglecto decalogo legis in cibo maluiſſe ſumere quàm panem verbum Dei. Cùm itaque immundum animal ſit aſinus, ipſam etiam indicat immunditiam; vnde eſt quod in Exodo

Immunditia *primogenita aſini iubetur permutari oue*, hoc eſt, vt exponit venerabilis Beda, immunda vitæ primordia ad innocentiæ ſimplicitatem (quæ per ouem indicatur,) conuertere, vt poſtquam omnia illa peccator egit, quæ immunda dominus reſpuit, ea iam agendo proferat, quæ de ſacrificio mun- G

Lib. 2. de Cain & Abel. do imponat. Idem & apud Iſidorum legas. Eſtque hæc genuina ad literam declaratio, vti & Ambroſius ait: Cæterùm ſi quis (inquit hic) ſenſum ſpiritalis legis altius proſequatur, conſiderabit quòd aſina laboris ſum animal ſit, ouis fructuoſum. Fructu ergo dicit mutandum laborem, vt finis operis ſui ſit fructus. Sic & interpretatur Philo Iudæus in libro de ſacrificio in hæc verba: *Omne aperiens vuluam aſini, permutabis oue*: ac ſi dicat (inquit) omnem laborem permuta-

Labor. bis profectu. Laborem enim aſinus ſignificat animal patiens: profectum verò ouis, ſicut vox Græca προβάτον indicat. Submonemur autem his, ne ſegnes ſimus in ſtudijs artium cæterorumq; quæ meditatione diſcimus: ſed accuratiſſimè præparata mente ſubſiſtamus fortiter aduerſus omnem laſſitudinem, demuſque operam, ne labor coniunctus ſit cum negligentia & vt vſque proficiendo ad glorioſam finem perueniamus: Propter profectum enim labor ſuſtinendus eſt. D. Ambroſius etiam hoc modo exponi poſſe ait: Omnem laborem tuum, omnem induſtriam puro & ſimplici commendabis affectu. Errans verò aſinus aut ſub onere iacens, vt eſt Exod. 29. ſignificat laborantes ſub cura maiorum, & per obedientiam laborum onera portantium, vt exponit Clemens H

Immunditia. Alexandrinus. Reuertor modò vnde digreſſus eram, ad immunditiam. Eſt autem aſinus natura-

Cap. 7. liter immundus propter carnis malitiam, id quod docet inter alios D. Chryſoſtomus, explicans hoc Geneſios, *Ex puris autem ſeptena, ex impuris verò bina, &c.* Aſinum (inquit) immundum cenſemus, quamuis leguminibus tantùm paſcatur; alia autem quadrupedia cibo conuenientia putamus, etiam ſi immundo alimento paſcantur: ita ſcientia à Deo nobis ſuppeditata, horum eſt

Lib. 17. in c. 26. Iob. doctrix. D. Gregorius per hanc aſini immunditiam fidei interpretatur penuriam, namque citatis his ſacris verbis: *ſi quis aperuerit ciſternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos vel a-*

Fidei penuria. *ſinus in eam, dominus ciſternæ reddet pretium iumentorum*: nihil aliud ait eſſe, aperire ciſternam, niſi intellectu valido, ſcripturæ Sacræ arcana penetrare: per bouem verò & aſinum, mundum

Exod. 21. ſcilicet & immundum animal, niſi fidelem quemque & infidelem accipi. Qui ergò ciſternam fodit, cooperire debere, ne illuc bos vel aſinus ruat, id eſt, (inquit) qui in ſacro eloquio iam alta intelligit, ſublimes ſenſus coram non capientibus per ſilentium tegere, ne per ſcandalum mentis, aut fidelem paruulum aut infidelem qui credere potuiſſet, interimat. Iam verò aſinus cadens in

ciſternam

A cisternam non solùm vt dictum est, exprimit insidelem qui forsitan accessisset ad fidem, nisi imperitia concionatoris obstitisset, simplicem præterea, perductum in errorem. Cur modò hoc potius quàm alio iumento vehi voluerit Saluator noster, duplicem teste D. Chrysostomo prophetiam, alteram opere, alteram verbis adimplebat: opere quidem quod super asinam sederit; verbis verò quia scriptum est a Zacharia quòd in asina sicut rex sedebit. Cum igitur id veluti scriptum est, alterius ipse prophetiæ dabat initium, quæ futura erant ipsis factis significando. Immundarum enim vocationem gentium & quod in ipsis requiescet, & venient & adorabunt eum, res ista significabat: ita prophetia prophetiæ successit. Mihi verò (ait) non idcirco solùm in asina sedisse videtur, verumetiam, vt viuendi philosophia nos erudiret, ita simul & prophetias adimplebat, & dogmata veritatis plantabat, & viuendi præcepta exemplis præbebat & assumabat. Regulas enim nobis præbet, ne maiora quàm necessarius vsus exigat, requiramus. Itaque quando etiam nascebatur, non magnificas ædes, non locupletem matrem sed pauperrimam & fabro desponsatam elegit, & in tugurio nascitur, & in præsepio ponitur, &c. Quibus etiam nunc, quoniam iumentis opus esse imbecillioribus non ignorabat, modum exemplo dedit, ne aut equis aut mulis

Christus cur asina vehi voluerit. *Hom. 67. in Matth. c. 20.*

junctis sublimes feramur, sed asino quando res cogit, insidere; neque vlterius progredi, sed vbi-
B que necessitate vsum terminare. Sed videamus iam tam verborum quàm rerum prophetiam: quę igitur est illa? Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, ascendens super iugalem, & pullum nouum: non currus vt cæteri reges agens, non vectigalia exigens, non elatus tumore, nec satellitibus constipatus: sed magnam vndique monstrans humilitatem. Interrogetur ergò Iudæus, quis nam regum asina vectus Hierosolymam intrauit? neminem profectò præter Christum dicere possunt. Hæc faciebat, vt quemadmodum diximus, figuris ventura significaret. Hic enim ecclesia & nouus populus olim immundus per pullum significatur, qui postquam in eo Iesus quieuit, ab omni sorde liberatus, mundus effectus est. Perpende autem examussim imaginem esse conseruatam. Discipuli quippe iumenta soluunt, quoniam & nos & illi per Apostolos vocati & adducti ad Christum sumus, & nostra fides in zelum illos deduxit: idcirco asina pullum suum sequi perspicitur, quoniam postquam in gentibus Christus sedebit, tunc & Israelitæ Zelantes venient: quod Paulus significans dicebat: *Quia cæcitas ex parte Israëli accidit, quousq; plenitudo gentium intraret & sic vniuersus Israël saluabitur.* Quod enim figura hæc factum prophetiæ figurabat, à dictis manifestum est. Nisi enim ita esset, non tanta cura certè propheta pulli etiam ætatem prædixisset. Illud

Christi humilitas.

C etiam discimus, quemadmodum nemo tunc apostolos, ne abducerent iumenta, detinuit: sic nullus vetare potuit, ne gentes ab idolatria remouerentur. Non autem in pullo nudo, sed super Apostolorum iniectas vestes insedit. Posteaquam enim pullum adepti essent, vniuersa iam à se præbent, sicut & Paulus dicebat: Ego autem libentissimè impendam, & expendar ipse pro animabus vestris. Tu verò subitam pulli domationem admirare, quomodo dum esset indomitus, & fræni omnino expers, non resilit, nec reluctatus est, sed quietè quasi assuetus ferebatur. Gentium enim obedientia hinc significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio: quæ omnia illis verbis facta sunt: Soluentes adducite mihi: ita inordinata in ordinem, & immunda ad mundiciem redacta sunt. D. Hieronymus verò per asinam & pullum eius intelligi ait vtrumque populum, circumcisionis & præputij, quorum prior grauissimum legis portauerat iugum, sicut in actis Apostolorum scriptum est: *Nec nos & patres nostri potuerunt portare legis graue iugum:* vnde & Paulus scribit ad Galatas qui circumcidi volebant: *State & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* Pullus autem nouus, gentilium multitudo frena non habens legis, nec rectus ab aliquo, sed semper in præcipitijs & in voraginibus idolatriæ elisus atque contractus, domini sessione didicit ambulare & rectam viam ingredi. Et rursus: Alligata (inquit) erat asina multis vinculis peccatorum. Pul-

1. Corin. 12 *Gentium obedientia.* *In commen. Ezech. c. 9.* *Populus circuncisionis & præputij.*

D lus quoque lasciuus & frenorum impatiens cum matre (secundum euangelium Lucæ) multos habebat dominos, non vni errori & dogmati subditos: & tamen multi domini qui sibi potestatem illicitam vendicabant, videntes verum dominum & seruos eius venisse, qui ad soluendum missi fuerant, non audent resistere. Diuus verò Augustinus pullum asinæ, in quo nemo sederat, intelligi scribit populum gentium qui legem domini non acceperat: asinam verò, quia vtrumque iumentum adductum est domino, plebem eius quæ veniebat ex populo Israël, non indomitam planè, sed quæ præsepe domini agnouit. Alias rursus feria videlicet quinta post quartam dominicam in quadragesima agens de asina Balaam, asinam hanc interpretatur ecclesiam, quæ prius portabat Balaam: nunc autem Christum, ex quo soluta est à discipulis & à quibus innexa erat vinculis relaxata, vt filius Dei sederet super eam, & cum ipsa ingrederetur sanctam ciuitatē Hierusalem; sicut scriptum est, *Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mitis & sedet super subiugalem*, id est, asinam: Asinam, credentes sine dubio ex Iudæis dicit, & pullum nouellum eos profectò qui sunt ex gentibus credentes. Et rursus feria sexta post primam dominicam in quadragesima de immolatione Isaac exponens hæc verba Dei: *Dixit ergò dominus ad Abraam: Tolle filium*

In comment. in ca. 21. Matth. *Populus gentium.* *In Ioā. c. 12.*

tuum quem diligis Isaac, & offeres eum, mihi in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. At ille surgens strauit asinam & tulit secum duos pueros & Isaac filium &c. Abraham ait typum habuisse dei patris, Isaac verò Saluatoris, duos illos pueros populi Iudæorum, qui pro eo quod in Christo non erant credituri, ideo ad locum vbi immolandus erat, ascendere vel peruenire non poterat. Asinam verò illam significare synagogam. At verò D. Ambrosius ad ea verba: *Sedete hic cùm asina, ego autem, &c.* meritò ait populi typum esse in asina, quia & veritas (inquit) in pullo asinæ. In hoc enim animante figurari populum gentilium, antè oneri subiectum, nunc Christo subditum. Isaac ergo Christi passuri typum esse. Venire in asina, vt crediturum nationum populum significaret: ideoque dominum cùm ad subeundam pro nobis passionem veniret, pullum asinæ soluisse, quem ipse conscientia mitem ac mansuetum iam Christo sua terga credentem, ascenderat. Et in commentario super Lucam: Expedit (inquit) ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. In diuinis quidem scripturis, non verborum seriem, sed rerum pondus examinare debemus. Plus enim proficit ad reprimenda peccata, inauditi generis atque deformis beluina quædam pompa supplicij. Tamen ne cui hinc quoq; scandalum generetur infirmo, non ociosè simul positam putamus molam asinariam, collum hominis, profundum maris. Etenim cùm asini typum populus gentilis acceperit, nonne tibi videtur tanquam molam asinariam voluere, quamdiu imperitiæ suæ errore versatur? Naturæ quidem vinculis alligatur, vt verbum emolat, deum quærat, sed opertæ mentis cæcitate suffusus est, vt vultum animi erigere ad deum & oculos cordis aperire non nouerit. Et ideo sine vlla cursus alacritate vestigijs in se sæpe redeuntibus inuitus vsui laborat alieno. Tamen qui molam voluit, consumandi aliquando finem operis habet, & exuendæ spem gerit cæcitatis. Cui verò mola ad collum suspenditur, portat lapidem qui portare iugum domini recusauit. Asinus ergò ad molam, cæcus ad lapidem, gentilis ad saxum, qui adorat, quem non videt, nec agnoscit. Deus enim non in manu factis habitat, nec in saxo agnoscitur sed in spiritu. Vterque populus igitur & gentilis & Iudæus pompa quædam sermonis huius exponitur: sed vehementior in Iudæos pœna decernitur. Gentilium enim memoria seculi huius fluctibus obruitur, & cœno mundi huius abolebitur, qui interea quæ non sunt, esse voluerunt, & alienati à scientia dei tanquam in profundum maris mersi sunt, &c. Et rursus de asina & pullo adductis Saluatori: In castello erat, & ligatus erat pullus cum asina, non poterat solui nisi iussu domini. Soluit eum manus Apostolica. Talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis, vt tu possis ligatos soluere. Nunc consideremus qui fuerunt illi, qui errore, derecto de Paradiso eiecti, in castellum sunt relegati. Et vides quemadmodum quos mors expulerat, vita reuocauerit. Et ideo secundum Matthæum & asinam & pullum legimus, vt quia in duobus hominibus vterque fuerat sexus pulsus, in duobus animalibus vterque reuocetur. Ergo illic in asina, matrem quasi Euam figurauit erroris, hic autem in pullo, generalitatem populi gentilis expressit, & ideo pullo sedet asinæ. Bene in quo nemo sedit, quia nullus antequam Christus nationum populos vocauit ad ecclesiam. Denique secundum Marcum sic habes. *Quem nemo adhuc sedit hominum.* Alligatus autem perfidiæ vinculis tenebatur iniquo adductus domino, errore famulatus, sed dominatum vendicare sibi non poterat, quem reum sibi fecerat non natura sed culpa &c. Beda item exponens illud, *Non arabis in boue simul & asino*, duos hisce verbis populos indicari asserit. In bouis etenim nomine, populum sub iugo legis accipi, in asino autem populum gentilem vsque ad euangelium. In boue autem simul & asino arare, qui sic euangelium recipit, vt Iudaicarum superstitionum quæ in vmbra & imagine præcesserunt, ceremonias non relinquat. Adhæc in boue bene operantium vitam signari, in asino stultorum vecordiam. Ergo in simul & asino non arandum, esse fatuum sapienti in prædicatione non sociandum, quoniam nequeat æqualiter enunciare verbum dei. Sic & D. Cyrillus in declaratione huiusce sententiæ Isaiæ. *Beati serentes super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant:* Aquam ait à scriptura diuino spiritu proditam, diuinum & cælestem sermonem appellari & sanctorum mystarum prædicationem. Asinum & bouem qui in istiusmodi aqua calcant, Iudæorum populum esse & gentium. Iustificasse enim Deum circumcisionem ex fide & præputium per fidem. Boui autem assimilari Iudæorum gentium: mundum enim animal est secundum legem, Bos & oblatus est in odorem bonæ fragrátiæ Deo: asinus autem immundus: Et quidem cum primogenia animantium iussisset offerri Deo: *Sacrificabis enim mihi* (inquit) *omne primogenitum aperiens vuluam:* reiecit asinum sic dicens: *Omne aperiens matricem asini mutabis oue.* Verùm enimuero etiamsi impurus fuerit, propterea quòd errauerit fortè gentium populus, tamen sanctificatum esse per fidem. In Christo enim sanctificatum esse & vetera peccata sacrosancto baptismo abluisse, & promiscuè cum Iudæis iugo Seruatoris nostri subiectum esse. Similiter quoque Iustinus Martyr in libro de veritate Christiana interpretatur hoc: *Ligans ad vitem pullum suum & ad capreolos pullum asinæ suæ.* His enim verbis ait, cùm operum quæ in priore Seruatoris aduentu facta sunt tum gentium quæ in eum creditura erant, prænun-

Synagoga.
Lib. 1. de Abra.
Cur pullo sederit Christus.
Stultorum vecordia.

A prænuntiationem fuisse. Hæc siquidem (inquit) pullus fuere qui neque clitellas gestauerit, neq; iugum super ceruicibus suis habuerit, donec Christus iste cùm venisset, discipulos suos ablegauit, & per ipsos eas in disciplinam suam recepit: atque illæ iugum verbi eius ferentes, tergum ad sustinenda omnia obiecerunt, eorum bonorum quæ ab ipsis expectantur & ab eodem sunt promissa, consequendorum gratia. Porro quod asinam subiugalem cum pullo suo spiritus propheticus vna cum Patriarcha Iacob nominauit, atque ea ipse & discipuli eius sunt vsi, vtrumque enim iumentum adducere iussit, prædictio fuit eorum qui etiam ex synagoga, simul cum ijs, qui ex gentibus venere, in eum credituri essent. Diuo autem Chrysostomo asina & pullus eius etiam sunt Iudæi & gentes. Iudæa enim (inquit) est mater gentium. Sic enim dicit ad eam deus per Esaiam prophetam: *Et constituam principes tuos sicut antea & consiliarios tuos sicut ab initio: Et tunc vocaberis ciuitas iustitiæ & mater ciuitatum, id est ecclesiarum, fidelis Sion.* Propter quasdam tales similitudines, animalibus his assimilati sunt homines, Deum vel Dei filium non cognoscentes. Est enim animal hoc immundum, & præ cæteris penè iumentis magis irrationabile & stultum & infirmum & ignobile & oneriferum magis: sic fuerunt & homines ante Christi aduentum idolatræ, passionibus diuersis immundi & irrationabiles, verbi ratione carentes, quantum ad Deum stulti, &c. Et mox

Homil. 37. in ca. 21. Matth.

Asina & pullus quid significent.

B rursus: Dominus noster ascendens ad mortem Hierosolymam, magnam gratiam pacis & concordiam mundo vniuerso quasi in testamento reliquit. In mysterium enim gentium futurarum sedens super asinam & pullum eius intrauit in templum & sic gentes Iudæis coniunxit. D. Augustinus per iumentum, cui insedit Saluator noster mansuetudinem indicari ostendit. Iumenta mansueta (inquit) vult habere dominus. Esto iumentum domini, id est, esto mansuetus. Sedet ille super te, ipse regit te, noli timere ne offendas & eas in præceps. Infirmitas quidem tua est, sed attende quis tibi præsideat. Pullus asini es, sed Christum portans: nam & ille in pullo asini venit ad ciuitatem & fuit illud iumentum mansuetum. Nunquid laudabatur iumentum illud? nunquid iumento dicebatur, Osanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Asellus portabat, sed ille qui portabatur, à præcedentibus & consequentibus laudabatur. Et dicebat fortè iumentum, in domino laudabitur fortè anima mea, audiant mansueti & lætentur. Nunquam illud dixit ille asinus, sed dicat illud populus qui imitatur iumentum illud, si vult portare dominum suum. Irascitur populus quia comparatur asello, in quo sedit dominus. Et dicent mihi aliqui superbi & elati, Ecce asinos nos fecit. Sit asinus domini quisquis hoc dicit, ne sit equus & mulus,

C quibus non est intellectus. Equus enim & mulus erigunt ceruicem aliquando, & sua ferocitate excutiunt à se sessorem suum. Domantur frænis, chamo, verberibus, donec discant subijci & portare dominum suum. Tu autem antequam tondantur ora tua, esto mansuetus & porta dominum tuum &c. Sic & Origines exponens illud: *Et fecit Iesus eis, sicut præceperat dominus: Equos eorum subneruauit, & currus eorum exussit igni*: equos superbiæ, asinos verò gentium typum esse ostendit, non omnium sed quæ credunt. In numeris (inquit) legimus scriptum, quia cum ex præcepto Dei processissent pugnare aduersum Madianitas deuictis hostibus aliquot millia asinorum de præda hostium reseruarunt suis vsibus profuturos, nec omnino refertur ibi, quia interfecerint asinos hostibus superatis. Nos ergò scripturam sanctam sibimetipsi conferentes & spiritalibus spiritalia comparantes, requiramus quid est quod de asinis quidem non est scriptum quia subneruati sunt, nec Medianitarum spolia vel animalia interempta dicantur, sed profuisse Israeliticis vsibus: de istis autem qui non habebant asinos sed equos præcepit ipse dominus, & dixit, equos eorum subneruabitis, quòd & Iesus, sicut à domino mandatur, expleuit. Putamus hæc accidisse fortuitu, vt equi hostiles interimerentur, & asini seruarentur, & in præceptis Dei fortuita aliqua arbitramur incidere? An dignius videtur, vt putemus magis in ijs scripturam mysticum aliquid

Asinus quarum gentiũ typus.

D indicare? Denique & filij Israël nunquam equis vsi esse referuntur, & lex nihil de equis sed de asinis mandat, vtpote de animalibus quæ ad humanos labores iuuandos & ad onera eorum portanda videntur existere, equi verò magis ad hominum perditionem: hoc enim est quod per eos in prælijs geritur. Lasciui motus animal & superbæ ceruicis accipitur. Sunt ergò asini frequenter à scriptura in typo gentium positi, sicut & Saluator ostenditur super asinum sedens, nunquam autem equo sedens refertur. Sed & cum discipulos mittit ad soluendam asinam & pullum asinæ, dicit eis: Si quis vos interrogauerit, dicite quia dominus eis opus habet. Et sedens super eum ingreditur Hierusalem, & nunquam equo sedens ingressus esse dicitur. Sed & propheta de ipso ita pronunciauerat, quod sedens asino veniret ad Hierusalem dicens, *Ecce rex tuus mansuetus sedens super subiugalem & pullum asinæ nouellum.* Et exterminabit currus Effrem, & equum ex Hierusalem. Vides ergò quomodo secundum prophetæ sententiam, qui super asinum sedet exterminabit currus Effrem, & equum ex Hierusalem. Et ideo videntur mihi asini quidem (vt diximus) figuram seruare eorum, qui ex gentibus credunt, super quibus sedisse dicitur dominus: equi verò qui exterminantur & currus, figuram tenere illorum qui in cælestibus positi, per lasciuiam & superbiam

perbiam

perbiam deciderunt, quando vel ad filias hominum concupiſcendas ſemetipſos inceſtatores præbuerunt, vel ſecuti ſunt illum qui dixit: *Ponam ſuper nubes ſedem meam, & ero ſimilis altiſſimo.* Inde fortaſſis eſt quod Propheta dicit: *Falſus equus ad ſalutem.* Et iterum dicit de iis qui in dæmonibus confidebant: *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Dei magnificabimur.* Neq; enim currus & equos Deo contuliſſet quantum ad inuocandum ſpectat: ſed vtique hoc oſtendit, quia ſicut nos inuocamus Deum verum, ita illi inuocant currus & equos, id eſt, dæmones quos inuocabant gentes illæ, quæ aduerſus Iſrael bella gerebant. Sed & Aegyptiorum equos commemorat ſcriptura, & iſtos ipſos equos quos nunc interimi iubet. Vnde hoc intelligatur, quod in typo quidem aſinorum gentes quæ ad credulitatem veniunt, meritò referuntur: in typo verò equorum & curruum, dæmones qui humanæ ſaluti aduerſarij ſunt & inimici, meritò perimuntur. Hæc ille. E

Vis videre (inquit D. Chryſoſtomus) manſuetudinem venientis? Conſidera ſpeciem aduentus eius. Non ſedet in curru aureo, pretioſa purpura fulgens: nec aſcendit ſuper feruidum equum diſcordiæ amatorem & litis qui gloriæ iactantia pectus habet repletum, quo de longè odorat bellum & gaudet ad vocem tubæ & cum viderit ſanguineam pugnam, dicit in corde ſuo, bene eſt factum: Sed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis & pacis amicam, &c. Quomodo autem de aſina F

Lib. 2. de conſenſ. Euang.

Euangeliſtæ de pullo aſinæ conciliati.

& pullo Matthæus cæteris congruat, qui ſolum pullum commemorant, oſtendit D. Auguſtinus his ferè verbis. Sequitur Matthæus & dicit, & cùm appropinquaſſet Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: *Ite in caſtellum quod contra vos eſt & ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea, &c.* vſque ad eum locum, *Benedictus qui venit in nomine domini &c.* Hoc etiam Marcus narrat eodem ordine cuſtodito. Lucas autem in Hiericho immoratur, quædam commemorans quæ iſti prætermiſerunt, de Zaccheo principe publicanorum & quædam in parabolis dicta. Poſthæc & ipſe occurrit ei ad huius pulli commemorationem, in quo ſedit Ieſus. Nec moueat quod Matthæus aſinam dicit & pullum, cæteri autem de aſina tacent. Imo & recordanda eſt illa regula, quam de quinquagenis & centenis diſcumbentibus, cùm quinque panibus turbæ paſcerentur ſuprà inſinuauimus. Qua inſinuata, non deberet iam hoc permouere lectorem, nec ſi Matthæus ita de pullo tacuiſſet, quemadmodum illi de aſina tacuerunt, vt maximè contrarium putaretur, quòd vnus aſinam dixit, alij pullum aſinæ, quando minus moueri oportet, quia vnus ita commemorauit aſinam, de qua cæteri tacuerunt, vt tamen pullum non taceret, de quo illi dixerunt. Vbi ergò vtrumque factum poteſt intelligi, nulla repugnantia eſt, nec ſi alius aliud, & aliud alius commemoraret; quanto minus, G vbi alius vnum, alius vtrumque. Ioannes cùm taceat quemadmodum dominus diſcipulos ſuos adhæc animalia ſibi adducenda miſerit: interponit tamen breuiter hoc de pullo cum teſtimonio etiam Prophetæ quod Matthæus adhibet. In quo etiam teſtimonio prophetico aliquantum diuerſa Euangeliſtarum locutio ab ea quidem ſententia non recedit. Sed poteſt mouere quod hoc Matthæus ſic adhibet, vt aſinam dicat commemoraſſe prophetam: non autem ita ſe habet, vel quod Ioannes interponit vel codices Eccleſiaſtici interpretationis vſitatę. Cuius rei cauſa illa mihi videtur, quod Matthæus Hebræa lingua perhibetur euangelium conſcripſiſſe. Manifeſtum eſt autem interpretationem illam quæ dicitur Septuaginta, in nonnullis ſe aliter habere, quam inueniunt in Hebræo, qui eam linguam nouerunt, & qui interpretati ſunt, ſinguli eoſdem libros Hebræos. Huius item diſtantiæ cauſa ſi quæratur, cur tanta authoritas interpretationis Septuaginta multis in locis diſſet ab ea veritate, quæ in Hebræis codicibus inuenitur: nihil occurrere probabilius exiſtimo, quam illos ſeptuaginta eo ſpiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabantur, dicta fuerant, quod ex ipſa eorum mirabili quæ prædicatur conſenſione firmatum eſt. Ergo & ipſi nonnulla in eloquio narrando, & ab eadem voluntate Dei cuius illa dicta erant, & cui verba ſeruire debebant, non recedendo, nihil aliud demonſtrare voluerunt, quàm hoc ipſum quod H nunc in Euangeliſtarum quatuor concordi quadam diuerſitate miramur: qua nobis oſtenditur nõ eſſe mendacium, ſi quiſpiam ita diuerſo modo aliquid narret, vt ab eius voluntate cui conſonandum & conſentiendum eſt, non recedat. Quod noſſe & moribus vtile eſt propter cauenda & iudicanda mendacia, & ipſe fidei, vt putemus quaſi conſecratis ſonis, ita muniri veritatem tanquam Deus nobis quemadmodum rem ipſam, ſic verba quæ propter illam ſunt dicenda, commendet: cùm potiùs ita res quæ diſcenda eſt præferatur ſermonibus per quos diſcenda eſt, vt iſtos omnino quærere non deberemus, ſi eam ſine his noſſe poſſemus, ſicut illam nouit Deus, & in ipſo angeli eius. Cæterùm D. Hieronymo cùm ibi ſcribatur, ſedens ſuper aſinam & pullum eius, locus iſte tantùm videtur attuliſſe ſcrupuli, vt in hæc verba proripuerit. Sedere ſuper vtrumque animal non potuit. Aut enim ſedit aſinæ, & pullus abſque ſeſſore fuit, aut ſi pullo quod magis competit, aſina ducta eſt libera. Ergò cùm hiſtoria vel impoſſibilitatem habeat, vel turpitudinem, ad altiora tranſmittimur, vt aſina iſta quæ ſubiugalis & edomita iugum legis traxerat, Synagoga intelligatur, pullus aſinæ laſciuus & liber gentium populus, quibus ſederet Ieſus, miſſis ad

Synagoga per aſinam indicata, gentes per pullum.

A eos soluendos duobus discipulis, vno in circumcisionem, & altero in gentes, Diuus Chrysostomus tangens eandem impossibilitatem: Etsi corporaliter (inquit) fieri non poterat, vt super animal vtrunque sederet, spiritualiter poterat, cùm esset Deus, vt & in Iudæis sederet, & in gentibus simul. Sedere autem super iumenta; est in præcordijs eorum habitare, vt dicat illis Christus: *Tollite onus meum super vos, & videte quia mitis sum, & humilis corde.* Franciscus Georgius per asinam, & pullum eius, quibus sedit Seruator, significari ait hominem magna quædam aggredientem mysteria, debere non tantùm partem animalem, sed omnia insuper ab ea prouenientia subiugare. Quid modo per asinam Balaam maledicturi populum, quæ Angelum videbat, & humano sermone loquebatur, sit intelligendum, quidque per ipsum Balaam, ostendit Venerabilis Beda, per asinam exponens brutam gentilitatem, per ipsum verò Balaam vnumquemque idolatram, a quo asina tanquam brutum animal, & nulla ratione renitens, quò vult, seducitur. Quòd verò ea Angelum Dei videret, quem homo ille non videbat, inde moneri nos ait, vt agnosceremus in posterum sub aduentum Angeli magni consilij, gentilem illam plebem mutata duritie naturæ, & solutis linguis locuturam, vt quæ erat subiecta perfidiæ in vocem fidei, & confessionis erumperet. Et in

To. 4 Probl. 452.

Genes. 49.

Asinus Balaam.

Num. 22.

Gentilitas bruta.

B quæstionibus super eundem locum quærens quid sit, quod iste Balaam, dum perueniret ad propositum tenderet (vt malediceret) asina cui præsidebat, dum videret Angelum, loquitur. Quæ est (inquit) ista asina, nisi bruta gentilitas, quàm quondam Balaam, idest seductor idolatriæ quasi brutum animal, & nulla ratione renitens pœnitentiæ, quo voluit, errore substrauit, sed ista Angelum Dei vidit, quem homo videre non potuit. Et vidit, & detulit, & locuta est, vt agnosceremus posterioribus temporibus sub aduentu magni Angeli Dei gentilem eam plebem mutata duritie stoliditatis, solutis Deo linguis locuturam, ita vt quæ erat subiecta perfidiæ in vocem fidei, & confessionis erumperet, licet caro nostra per hoc possit intelligi. Plerumque enim caro per molestias tacta flagello suæ menti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat, ita vt anxietate spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat, donec & inuisibilem, qui sibi obuiat, innotescat. Sed in commentario, quod scripsit in secundam D. Petri epistolam ait tum iure dici Balaam ab asina admoneri, cùm Episcopi, ac reliqui sacerdotes indigere videntur hominum prophanorum monitis, vt qui haud secus, atque propheta Balaam cupiditate cæci non vident, quorsum sit eundem. Origenes verò per hanc asinam intelligi posse ait Ecclesiam allegoricè. Si videas (inquit) contrariam potestatem impugnantem po-

Caro nostra per asinam indicata.

Ecclesia.

Homil. 12. in cap. 22. Numer.

C pulum Dei, intelligis quis sit qui sedeat super asinam. Et si consideres homines quomodo a dæmonibus præcipitantur, intelligis quæ sit asina. Sic enim & in Euangelio intelliges Iesum mittentem discipulos suos ad asinam, quæ alligata erat, & ad pullum eius, vt discipuli eam soluant, & adducant, vt ipse sedeat super eam. Et forte hæc asina, id est, ecclesia, prius portabat Balaam, nunc autem Christum, ex quo soluta est à discipulis, & à quibus, innexa erat vinculis relaxata: vt filius Dei sederet super eam, & cùm ipsa ingrederetur sanctam ciuitatem Hierusalem, & compleretur scriptura, quæ dicit: *Latare filia Sion, prædica filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi mitis, & sedens super subiugale:* subiugale id est asinam, credentes sine dubio ex Iudæis dicit, & pullum nouellum, eos profectò, qui sunt ex gentibus credentes in Christo Iesu Domino nostro, &c. Mox verò hinc etiam Deum stolidis sapientes confundere docet: Ascensa asina sua (inquit) Balaam ibat per viam: occurrit ei Angelus, ille sine dubio, qui aderat filijs Israel. Aperit os asinæ, vt arguatur per eam Balaam, & muti pecudis vocibus confutetur is, qui diuinus videbatur, & sapiens. Balaam hic qui interpretatur populus vanus, videtur mihi personam habere Pharisæorum, & Scribarum Iudaici populi: Balach verò (qui euocauerat Balaam, vt malediceret Israel)

D qui exclusio, & deuoratio interpretatur, & ipse personam habere, intelligendus est vnius alicuius spirituum mundi huius contrariæ potestatis, quæ excludere, & deuorare cupiat Israel. Non eum, qui secundum carnem est, sed eum, qui secundum spiritum. Volens ergo potestas ista contraria deleri, & penitus extingui spirituale Israel, non alijs vtitur ministris, nisi Pontificibus, & Scribis, ac Pharisæis: ipsos inuitat, ipsis mercedem promittit & præmia. Illi ergò, sicut iste Balaam facit, similant se cuncta ad Deum referre, & zelo Dei agere. Dicunt enim: *Scrutare scripturas & vide quia Propheta à Galilæa non surgit.* Et iterum dicunt: *Nos legem habemus & secundum legem debet mori, quia filiũ Dei se fecit.* Per quæ singula videntur quidẽ Pharisæi, & Scribæ zelum Dei habere, sed simulatum: asina verò cui sedebat Balaam, quoniam scriptura dicit: *Homines, & iumenta saluos facies Domine:* ea pars credentium potest intelligi, quæ siue pro stultitia, siue pro innocentia, animalibus comparatur. Si enim & Apostolus dicit: *Videte autem vocationem vestram fratres, quia non multi inter vos sapientes, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi; elegit Deus, vt confundat sapientes.* Isti ergo tales, sicut Euangelica, quæ in parabolis agebantur gesta designant, ab istis pessimis dominis Scribis, & Pharisæis subiecti quodammodo tenebantur,

Credentes, qui per asinam indicentur.

1. Cor. 1.

& vincti, sed à domino soluuntur, non quidem per ipsum dominum, sed per discipulos eius. Dicit enim ipse ad discipulos. *Ite in vicum qui est contra vos, & inuenietis asinam alligatam & pullum eius, soluentes adducite.* Sicut ergo in euangelio non ipse dominus, sed discipuli soluunt asinam: ita & hic non ab eo ipso, sed ab angelo aperitur os asinæ: & sicut in euangelijs qui non vident, arguunt videntes, ita & hic qui muti erant, arguunt loquentes. Et hoc est quod dominus dicebat. *Pater gratias ago tibi, quoniam abscondisti hæc sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Scribæ autem & Pharisæi erant qui sedebant super asinam hanc, & tenebant eam vinctam. Ipsis ergò irascitur angelus, & nisi quodam futurorum prospectu, illos quidem peremisset, asinam autem seruasset, quæ vidit & reuerita est eum, qui venit ad vineam & stat inter vineas. Compressit tamen pedes sedentis super se in maceriam & ideò non potest fortè ambulare ille eius sessor antiquus, nec venire ad eum qui dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.* Asina tamen venit, adducta à discipulis; & cui tunc sedebat Balaam mercedis cupidus, nunc ei sedet Iesus &c. Asinus fortis Isachar, significat, vt Lyranus exponit, religiosos portantes onus religionis & eos qui laborant in sacris literis. Et D. Ambrosio piger asinus & ad onus expositus, sensuque tardior, nihil aliud docet, nisi nos viuaciores esse debere, nec desidia corporis animique pigrescere, confugere ad fidem quæ onera grauia alleuare consueuerit. Monet verò etiam nos asini patientia suam cuique prouinciam & quod præsens ac præ manu est, fideliter atque diligenter agamus, & vt sua quisque fortuna contentus viuat, neque labores, modo honesti sint, etsi digna præmia non sequantur, recuset: sicut & in asino suo laborioso monet Stigelius:

Gen. 49. Asinus Isachar. 6. Hexam. Asinus piger quid nos moneat.

Sis asinus quemcumque asinum sors aspera fecit,
Qui sortem placidè ferre scit, ille sapit.

Porro asinus etsi omnium iudicio vilis habeatur & miserrimus, homine tamen ipso est beatior, quia ipse sibi miseriam non parit, quod homo facit, vt antiquissimus Menander ait:

Asinus homine beatior.

Ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν οὐκ ἔνεστ' εὐσχημονεῖν
Ἅπαντα τὰ ζῶ' ἐστὶ μακαριώτατα.
Καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ.
Τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί.
Οὗτος κακοδαίμων ἐστὶν ὁμολογουμένως.
Τούτῳ κακὸν δι' αὐτὸν οὐδὲν γίγνεται.
Ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει.
Viuendi negligens honestè viuere nequit.
Omnia animantia beatissima sunt,
Et longè plus mentis quàm homo habent.
Asinum cernere licet primum hunc,
Qui miser est ex confesso:
Et nihil mali sua culpa nascitur
Sed quæ natura dedit, ea habet.

Quemadmodum vero apud Manes pingitur quidam funem torquens & in id quod contexuit asino vorandum permittens: ita (inquit idem Plutarchus in libro de animi tranquillitate) multorum stupida quædam & ingrata obliuio omnem actionem, omnes res præclarè gestas, omne iucundum ocium omnem conuiuiorum & voluptatum fruitionem abolens, non sinit vitam esse continuam, præsentibus ad præterita adiunctis, sed hesternam cum hodierna, hanc à crastina diuidens, quicquid euenit, obterens tanquam non factum redigit, &c.

Funem torquentis & asini eum deuorantis pictura.

PROBLEMATA.



CVR asinis & equis pili è cicatrice promere sese possunt, hominibus autem non possint? docet Aristoteles & nos ex eo in equo: item cur minus monstra patiant, necnon cur homo plus excrementi humidi egerat, quam sicci, equi verò & asini plus sicci quam humidi. Hieronymus Garimbertus, quærens, cur est quòd asinus præ cæteris animantibus minus sentit verbera? rationem petit ex melancholica animantis natura; quam (inquit) arguit aurium proceritas, quam cum alijs animalibus melancholicis communem habet, non aliunde proueniens quam ex materia frigida & sicca omnis duritiæ parente: inde cutis illa duritiam, & sensus pœnè destitutionem, esse verberumque tolerantiam. Prouenire verò etiam ab eodem temperamento quod bibituri aquam extremis tantum labris contingant, cùm equi totum penè caput mergant. Frigidum enim temperamentum timiditatis causam esse; vereri autem animal, ne auribus, quarum

Lib. 2. Probl. 44. Cur minus sentiat verbera. Cur bibentes caput non mergant.

A rum magnitudo in aqua repræsentatur, oculos sibi eruat. Cur verò exolfacto asinarum lotio, contractis sursum labris, dentes denudet, inde euenire disserit, quòd elatos ad olfactus organum vapores, qui molestiam sua pariunt ingratitudine, conetur excutere. *Cur olfacto asinorum lotio dentes denudet.*

PICTVRÆ. STATVÆ.



IN vrbe Achanta trans Nilum, Libyam versus procul à Memphi stadijs centum quinquaginta, asini picti fabula monstratur, vt testatur Diodorus Siculus. Nodos enim quos vnus in principio longioris funis complicat, alij post sequentes dissoluunt. Fabula pertinere videtur ad asellam Ocni, de qua in hieroglyphicis diximus. Nealces referente Plinio asellum depinxit in litore bibentem, & crocodilum ei insidentem. Inuenio ita pictum propterea quod Persæ ibi vicissent Aegyptios. Polygnotus verò inter alias picturas, quibus excidium Troianum expressit, depinxit puerum asello insidentem, cuius præterea dorso cistam & alia impedimenta serui imponunt, vt B legimus apud Pausaniam: qui ibidem etiam scribit Ambraciotas æneum dedicasse asinum, victis hoc modo nocturna pugna Molossis. Cùm enim in illos noctu insidias posuissent Molossi, asinus, qui fortè ex agro in oppidum agebatur, asellam insectans cum multa lasciuia vehementem clamorem sustulit: ipse etiam agaso per tenebras, obscura & in condita voce inclamabat. Iniecit ea res tantam Molossis trepidationem, vt statim insidiarum locum deseruerint: Eos Ambraciotæ detecta fraude noctu inuadentes prælio superant. Inuenio & Vercellis in cemiterio quodam asini esse statuam, exornatam epitaphio, cuius tamen literæ ita sint detritæ, vt planè legi nequeant. *Lib. 3. c. 6.* *Li. 35. c. 11.* *In Phocicis.*

HISTORICA.



ALEXANDRO Macedoni cùm reddita sors esset: eum qui primus occurrisset, interimeret; vbi quendam præ se agentem asellum vidit, arripi hominem confestim ex oraculo imperauisse tradunt. At eum iamiam iugulandum intellecta mortis ratione, proclamauisse: anteambulonem suum, non C se peti ex responso, quando is obuiam latus esset prior. Samson vir apud Iudæos omnium fortissimus, cùm in ipsum inermem Philistæi irruerent, maxilla asini recepta quamuis iam marcida, hostes mille prostrauit: indeque cùm nimia siti laboraret, proiecta maxilla preces ad Deum fudit, & aquæ ex dente molari profluentis scaturiginem impetrauit, vt tradit liber Iudicum. Sanctus Helenus oneribus fessus & labore itineris asinum per campos vagantem cùm ad se vocaret, venisse mox ad eum, præbuisseque humeros viro Dei, vt & insideret & sarcinas imponeret, ad reliquum viæ conficiendum tradit author vitarum SS. Patrum. Sanctus verò Germanus Altisiodorensis Antistes cùm Rauennam ad Valentinianum & Placidiam asino vectus accessisset, dum conuiuio assiderent, defunctus est asinus, cumque Placidiæ iussu pararetur egregius equus substituendus asini loco, eum respuit B. Germanus, accedensque ad eum locum, vbi asini cadauer erat expositum, sic illum alloquitur; surge, reuertamur ad hospitium: statim asellus rediuiuus surrexit, & S. Germanum reuexit, vt tradit Hieronymus Rubeus, recolit Surius in vita S. Petri Chrysologi. Legimus autem & aliam de asino apud Sophronium in prato spirituali historiam, in qua mira eius solertia ad mandata sanD ctorum expléda elucescit. Mons est circa mare mortuum, qui Martes vocatur, excelsus valdè: in eo monte Anachoretæ commorantur; est autem illis & hortus ad radicem montis sexto fermè lapide ab eis distans, circa maris labium. Proinde habent Anachoretæ & illic ministrum: quacumque ergò hora volunt ad hortum pro oleribus mittere, sternunt asinum, & dicunt ei, Vade in hortum ad ministrum & affer nobis olera, qui mox ad hortulanum solus vadit, stansque ante ianuam, capite pulsat, statim igitur egressus hortulanus, ipsum oleribus onerat, onustumque demittit: videreque est asinum quotidiè solum ascendentem & descendentem, & ministrantem senibus tantùm, alij verò nulli obsequentem. Hæc ille. Sunt præterea asini ministri Dei quandoque in rebus, vbi humana solertia deficit B. etenim Isaacius intima eremi penetrans latitabat, ne à fratribus reperiri posset, verùm asini indicio velut Dei ministri inuentus est, vt legimus in vitis SS. Patrum. Asina Balaam quid mysticè significet, antè ostendimus, nunc historiam recitabimus, quam præ cæteris clarissimè recitat Flau. Iosephus his verbis: Balacus Moabitarum Rex habens auitam amicitiam & societatem cum Madianitis, cùm res Israëlitarum in tantum crescere videret, cœpit etiam de suis rebus esse solicitus. Nesciebat enim Deum *Asinus occisus oraculi monitu.* *Sampsonis fortitudo.* *Asinus sancto ouedit.* *Asinus resuscitatus.* *Lib. 2. Hist. Rau.* *Asini ministri Dei.* *Lib. 4. antiq. iud. c. 6.*

vetare, ne Hebræi quicquam vlterius præter Chananæam vsurpare appeterent: atque ita celeriùs quàm prudentiùs rem aggredi putauit: & bello quidem aggredi elatos tot victoriarum successu non est ausus; obstare tamen volens, ne vlterius procederent, legatos de communibus commodis ad Madianitas mittit. Illi ad Balamum quendam, ab Euphrate vatem illius temporis præstantissimum & sibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam ex suis honoratissimum quemque, rogantes, vt veniret ad se, & diris imprecationibus Israëlitas deuoueret. Vates legatis comiter exceptis, & hospitali mensæ adhibitis, consulit Deum, quæ sit eius de Manianitarum postulatis sententia, qui cùm vetaret illis obsequi, reuersus ad eos ait sibi non deesse voluntatem illis gratificandi, sed obstare Deum, cuius beneficio debeat gloriam ex veris hactenus prædictionibus comparatam. Nam exercitum illum, quem ipsi execratum velint, esse Deo charum; deditque consilium, vt ob hanc causam ad Israëlitas profecti, pacem cum illis facerent. His dictis legationem dimisit. At Madianitæ Balaco maximis precibus vrgente eadem de re denuo legatos mittunt ad Balamum; qui cupiens hominibus obsequi, Deum consulit. Deus verò offensus iubet vt legatis nihil contradicat. Is ratus Deum hæc seriò iubere, cum legatis proficiscitur. Inter eundum autem cùm ventum esset in viam quandam angustam, inter duas macerias sitam, occurrit ei angelus; & asina qua Balamus vehebatur, occurrentem diuinum spiritum animaduertens declinans appressit eum ad alterum septum; nihilque mouebatur verberibus sessoris pressuram molestè ferentis, cumque nec angelus de via cederet, nec vates verberandi finem faceret, tandem succubuit asina, & Deo sic volente humana voce Balamum incusat, quòd nunquam antehac læsus sæuiret in se: non intelligens nunc Deum prohibere quo minus, quibus ille cuperet, ipsa obsequatur. Hoc humano asinæ sermone dum ille turbaretur, apparuit ei angelus quoque, obiurgans verberatorem, quòd iumentum non esset in culpa, sed obstaret iter contra Dei voluntatem facienti. Tum Balamus territus volebat retrò abire: sed Deus iussit eum pergere quò instituerat, modò ne quid aliter agat quàm diuinitus admoneretur, &c. Euagrius Scholasticus inter alia quæ S. Zosimas fecit miracula, hoc quoque narrat. Isti Zosimæ (inquit) iter quodam tempore Cæsaream facienti, secumque asinum, cui res quasdam sibi necessarias imposuerat, occurrit leo, & asino Zosimæ abrepto, discedit. Zosimas per syluam vsque eò insequitur, quoad leo voratis asini carnibus satur esset. In quem hilari vultu & subridenti intuitus, dixit: At verò, ô amice, iter iam mihi penitus interruptum est: quippe cum annis pluribus onustus sim & ætate admodũ prouectus, nec valeam ea quæ asino erant imposita, humeris portare; Quare tu hoc onus contra naturæ tuæ consuetudinem gestes necesse est, si modò Zosimam ex hoc loco discedere volueris: postea autem ad pristinam feritatem naturamque propriam redibis: Tum Leo furoris prorsus oblitus, subblandiri & placidus extemplo ad Zosimam accurrere, & ipso corporis habitu obsequij significationem dare cœpit. Cui Zosimas onus quod asinus gestauerat, imponit, eumque ad portas vsque Cæsareæ deduxit, quò declararet tum virtutem & potentiam Dei, tùm quòd omnia tam diù hominibus inseruiant obtemperentque, quamdiu secundum eius voluntatem vitam instituimus, & gratiam nobis donatam neutiquam deprauamus. D. Augustinus perhibet se in Italia existẽtem adiuisse mulieres quasdam malignis artibus adeo imbutas, vt dato caseo statim homines conuerterent in iumenta, vt in equo etiam dictum est, quæ necessaria portarent, & hæc finito opere in homines iterum reducerent. Quod comprobat Apuleius, qui longa serie recitat se veneficijs cuiusdam mulieris, dum per magicam auis fieri cuperet, in asinum conuersum fuisse. Quod & temporibus nostris multorum testimonio cõtigisse cuidam in Cherso Illyrici insula scribit Franciscus Georgius, cumque per multos annos visum esse asinum: tandem ad se reuersum & veneficia & malefacta, propter quæ id sibi contigerat, sacerdoti & publico concionatori enarrauisse. Quod tamen ita intelligendum est, quod non verè, per veram hominis, siue materialem siue formalem mutationem in vera iumenta & belluas factum sit, sed solum per quandam ipsorum hominum imaginationem qua se iumenta & belluas esse imaginabantur & per quædam aliorum hominum præstigia virtute dæmonum causata, per quæ alijs hominibus tamquam iumenta & belluæ exteriùs apparebant.

Asina loquitur.

Lib. 2. hist. Eccl. c. 7.

Leo sancto obedit.

APO-

A

APOPHTEGMA.



ORDANES patria Saxo ordinis prædicatorum princeps, qui in peregrinatione Hierosolymitana, anno M. CC. XXXVI. Acone obijt, vitæ sanctimonia & concionandi dono clarus, cùm à quibusdam Templarijs rogaretur, vt festo die sacram concionem haberet Gallica lingua, cuius ipse tamen non vsque adeo peritus erat, conscenso suggesto argumentum concionis Gallicè quantum potuit enarrauit, interpretationem verò sermoni subtexuit vernaculo. Indignantibus ijs, ergò (inquit) si prominentes asini auriculas post maceriam delitescentis videatis, totum insuper asinum, diruta maceria, in conspectum produci petetis? ex Leandro Alberto de viris illustribus ordinis prædicatorum. *Lib. 2.*

B

APOLOGI.



ASINVS syluestris conspecto asino domestico in loco quodam aprico, profectus ad ipsum, beatum dicebat corporis habitudine & cibi perceptione. Deinde verò cum vidisset eum ferentem onera & agasonem retrò sequentem & baculis ipsum percutientem, ait, ast ego non amplius beatum existimabo. Video enim non sine magnis malis habere te felicitatem. Fabula significat non esse æmulanda lucra, in quibus insunt pericula & miseriæ. *Lucra cum periculo coniuncta non imitanda.* Asini olim propterea quod assiduè onera ferrent & fatigarentur, legatos miserunt ad Iouem, solutionem laborum petentes. Hic autem ostendere ipsis volens, id non posse fieri; ait, tunc eos liberatum iri laboribus, cùm mingendo fluuium fecerint. At illi eum verum dicere existimantes, ex illo & nunc vsque vbi aliorum vrinam viderint asinorum, illic & ipsi circumstando mingunt. Fabula significat, vnicuique quod fatale est, incurabile esse. Homo quidam habebat equum & asinum, cùm autem iter facerent in via ait asinus equo; tolle à me oneris partem, si vis me esse saluum. Illo non persuaso asinus cecidit, atque è labore mortuus est. Ab hero autem omnibus in positis ei & ipsa asini pelle,
C conquerens equus clamabat: heu mihi miserrimo: partem oneris nolui accipere, ecce omnia gesto & pellem insuper. Fabula significat, si magni cum paruis iungantur, vtrisque seruari in vita. *Fatale incurabile.* Asinus equum beatum putabat, quod abundanter nutriretur & accuratè, cùm ipse neque palearum satis haberet, præsertimque defatigatus. Cùm autem tempus institit belli & miles armatum ascendit equum, huc illuc ipsum impellendo, cæterùm & in medios hostes insiluit, & equus vulneratus iacebat. His visis, asinus equum mutata sententia miserum existimabat. Fabula significat, non oportere principes & diuites imitari, sed in illos inuidia & periculo consideratis paupertatem amare. Asinus indutus pelle Leonis vagabatur reliqua bruta perterrendo. Cæterùm visa vulpe, tentauit & hanc perterrefacere. Hæc autem (casu enim vocem eius audierat) ad ipsum ait: sed bene scias, quòd & ego te timuissem, nisi rudentem audiuissem. Fabula significat nonnullos indoctos, qui ijs qui extra sunt, aliqui esse videntur, ex sua linguacitate redargui. *Indoctos voce prodi.* Similis legitur apologus apud Lucianum. *In piscatore.* Apud Cumanos (inquit) asinus quispiam pertæsus seruitutem, abrupto loro in syluam aufugerat: Illic fortè repertum Leonis exuuium corpori applicabat suo. *Asinus Leonis exuuium indutus.* Atque ita pro leone se gerebat, homines pariter ac feras voce caudaque territans.
D Nam Cumani Leonem ignorant. Ad hunc igitur modum regnabat aliquandiu personatus hic asinus, pro Leone immani habitus ac formidatus. Donec hospes quispiam Cumas profectus, qui sæpenumero viderat & Leonem & asinum: atque ob id non erat difficile dignoscere, aurium prominentium indicio, neque non alijs quibusdam coniecturis asinum esse deprehendit, ac probè fustigatum reduxit, dominoque agnoscenti reddidit. Interim autem risum concitabat omnibus Cumanis asinus iam agnitus, quos dudum creditus leo, metu propemodum exanimauerat. Cumanos autem hic appellat, non qui sunt in Italia, sed qui sunt in Aeolide supra Lesbum. *Cumani stolidi.* Nam & Lesbij & Cumani notati sunt stoliditatis, vt indicat Stephanus. Ab hoc apologo profectum est adagium, ἐνδυσεῖ μοι τὴν λεοντῆν, id est, *induitis me Leonis exuuium:* in eos dici solitum, qui suscipiunt negocium maius facultate, quique se magnificentiùs gerunt, quam pro sua conditione. Quidam ab Hercule sumptum putant, cuius hic ornatus erat, vt Leonis exuuio tegeretur, deinde altera manu clauam, altera gestaret arcum, atque hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberum extracturus. Huc alludens Aristophanes, Bacchum fingit, Herculis instar, Leonis exuuio clauaque instructum, ad inferos descendere parantem, vt Euripidem cum Aeschylo certantem *In Ranis.*

tantem audiret. Ridetur autem ab Hercule, quod id gestaminis neutiquam illum deceret, vtpote mollem & effæminatum. Vsurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo, negans oportere deterreri sese magnitudine disputationis institutæ, posteaquam semel Leonis pellem esset indutus. Lucianus, Non opus est quopiam qui tibi Leonis exuuium detrahat, quo palam fiat te canthelium, nisi quis sane ab ipsis Hyperboreis hospes modò ad nos peruenerit, aut vsque adeo Cumanus sit, vt qui videret, non protinus intelligat, te asinorum omnium asinum ferocissimum esse, aut expectet, vt te præterea rudentem audiat. Eusebius Cæsariensis aduersus Hieroclem: *Abibit nobis quidem philosophus, cæterum asinus Leonis intectus pelle.* Alias Lucianus demutauit nonnihil de prouerbio, cùm ait: *Tantum temporis non animaduerti eum sub Leonis exuuio ridiculam quandam simiam tectam habere.* Potest & ad eundem apologum referri:

In Pseudologista.

In Philopseude.

Introrsum turpem, speciosum pelle decora:

Cum asino gallus aliquando pascebatur: Leone autem asinum aggresso, gallus exclamauit, & Leo (aiunt enim hunc galli vocem timere) fugit. At asinus ratus propter se fugere, aggressus est statim Leonem. Vt vero procul hunc prosecutus est, quò non amplius galli perueniebat vox, conuersus leo deuorauit. Hic verò moriens clamabat, me miserum & dementem. Ex pugnacibus non natus parentibus, cuius gratia in aciem irrui? Fabula monet, plerosque homines, inimicos, qui se de industria humiliarunt, aggredi atque ita ab illis occidi. Asinus seruiens olitori, quoniam parum comedebat, plurimum laborabat, precabatur Iouem, vt ab olitore liberatus, alteri venderetur domino. Cum Iupiter exoratus, iussisset ipsum figulo vendi, iterum iniquiore animo perferebat quam priùs, onera & cœnum & tegulas ferre. Rursus igitur, vt mutaret dominum rogauit, & coriario venundatus est. Peiorem itaque prioribus herum nactus, videns quæ ab eo fierent, suspirando ait: hei mihi misero, melius mihi erat apud priores heros manere, hic enim, vt video & pellem meam operabitur. Fabula indicat tunc maximè priores dominos à famulis expeti, cùm de secundis periculum fecerint. Perquam elegantem & facetum apologum de asino & vario recenset Aeneas Syluius in primo epistolarum, inter rationes quas reddit, cur nostro tempore minus quàm olim homines amplectantur poësim. Viam solus asinus ibat, suasque secum miserias querebatur, qui vinum portans, aquam biberet, frumentumq; in horreis ponens, fœnum manderet: sed hæc leuia reputasset, nisi quod etiam post mortem ex eius corio cribri fierent atque tympana. Quem sic querulosum audiens varius paruum animal, Tace (inquit) asine, opus est post mortè labore. Nam isti qui dicuntur homines cùm aliquem volunt sapientem facere, corium meum adhuc pilosum recipiunt, frontemque illius adornant, quem volunt esse sapientem. Doctores enim creantes meis eos pellibus vestiunt, meque quod est rerum omnium difficillimum, ex magnis bestijs viros oportet sapientes efficere. Sic enim corium meum fata disposuerunt, quod est mihi grauissimum & molestissimum. Audiuerunt hæc rectores cancellariæ, videntesque in corijs cadauerum magnas esse virtutes, non censuerunt illa paruo pretio danda, sed ea atque camisias cum cera sicut æquum erat magno pretio cœperunt vendere &c.

Vires suas cuique metiendas.

FABVLOSA.



IN Cancri deformationis parte, vt Hyginus scribit, sunt quidam qui asini appellantur, à Libero in testa duabus stellis figurati. Liber enim à Iunone furore obiecto dicitur mente captus fugisse per Thesprotiam, cogitans ad Iouis Dodonæi templum peruenire, vnde peteret responsum, qui faciliùs ad pristinum statum mentis rediret, sed cùm venisset ad quandam paludem magnam quam transire non posset, de quibusdam duobus asellis obuiam factis dicitur vnum deprehendisse eorum, & ita esse translectum, vt omnino aquam non tetigerit. Itaque cùm venisset ad templum Iouis Dodonæi, statim dicitur a furore liberatus & asellis gratiam retulisse & inter astra eos collocasse. Nonnulli etiam dixerunt asino illi quo fuerat vectus, vocem humanam dedisse. Itaque postea cum cum Priapo de natura contendisse & victum ab eo interfectum. Pro quo Liberum eius misertum, in sideribus annumerasse. Et vt sciretur id pro deo, non pro homine timido (quia Iunonem fugerit) fecisse, supra cancrum constituit, qui deæ beneficio fuerat affixus astris. Dicitur etiam alia historia de asellis, vt ait Eratosthenes. Quo tempore Iupiter bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos conuocauit, venisse Liberum patrem, Vulcanum, satyros, Silenos, asellis vectos, qui cùm non longè ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse, & ita pro se quisque magnum clamorem & inauditum gigantibus fecisse, vt omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint & ita sint superati. Hæc Hyginus. Postremam fabulam Varinus etiam in Lexico suo in asini mentione affert, & hanc ob causam asinis hunc hono-

Asini stellæ & earum fabula.

A rem habitum inquit, vt in cancri sydere occasum versus collocarentur. Aratus verò has stellas ex altera parte præsepis consistere canit:

Σκέπτεο καὶ φάτνην· ἡ μέν τ' ὀλίγῃ ἰοικυῖα
Ἀχλύϊ βορρείῃ ὑπὸ καρκίνῳ ἡγηλάζει.
Ἀμφὶ δέ μιν δύο λεπτὰ φαεινόμενοι φορέονται
Ἀστέρες οὔτε τι πολλὸν ἀπήοροι, οὔτε μάλ' ἐγγύς.
Ἀλλ' ὅσσον τε μάλιστα πυγούσιον οἰήσασθαι
Εἷς μὲν βορρείαο, νότῳ δ' ἐπιέρχεται ἄλλος
Καὶ τοὶ μὲν καλέονται ὄνοι, μέσση δέ τε φάτνη,
Ἥ τε καὶ ἐξαπίνης πάντη Διὸς εὐδιόωντος
Γίνετ' ἄφαντος ὅλη τοίδ' ἀμφοτέρωθεν ἰόντες
Ἀστέρες ἀλλήλων αὐτοσχεδὸν ἰνδάλλονται
Οὐκ ὀλίγῳ χειμῶνι τότε κλύζονται ἄρουραι

Quæ carmina ita sunt à Rufo Auieno Latinè versa:

B *Conuenis hic etiam paruum præsepe notare,*
Id nubi nomen, quæ Cancro obuoluitur alto,
Græcia docta dedit, quapropter denique asellos
Suspice, quorum vnus septem vicina Trioni
Astra adolet: tepidum procul alter spectat in austrum,
In medio quod nube quasi concrescit adacta,
Id præsepe vocant: porrò hoc præsepe repente
Si sese ex oculis procul auferat, ardeat autem
Congruus aërijs latè rubor ignis asellis:
Ne quicquam tenues agitabunt stagna procellæ.

Alter enim eorum asellorum est asinus Sileni. At quoniam Auieni carmina parum Arati sententiam, vel certè summa cum difficultate explicare mihi (inquit Natalis de Comitibus) videntur, parumque cum Græca elegantia conuenire, ego an illa Latina facere & clarius exprimere possem, experiar. Est autem Arati sententia, quod nubecula quædam in Cancri ostraco inter scapulas existens, habet vtrimque stellas quæ aselli vocantur, quare illa iure dicitur præsepe. Vbi igitur illa *Lib. 5. Myth. c. 8.*
C nubes pura & aperta videtur, futurum cælum serenum significat, quod etiam inquit ita Theophrastus in libro de signis futuræ serenitatis: καὶ ἡ τοῦ ὄνου φάτνη, ὅτε ἂν καθαρὰ καὶ λαμπρὰ φαίνηται, εὐδιεινόν, id est, & asini præsepe cùm purum splendidumque apparuerit, signum est futuræ serenitatis. At versus Arati quos Latinos facio, ita se habent:

Hinc præsepe nota, nubes id parua videtur
In Boream surgens, vbi fulgent sydera Cancri:
Hoc propter geminæ voluuntur lumine stellæ
Pertenui, nec longinquæ nimis: haud tamen illæ
Coniunctæ; spatioque vlnæ distare videntur.
Altera fit Boreæ proprior, deuergit in Austrum
Altera: & hæ dicuntur aselli, separat illas
In medio præsepe polo, idque repente sereno
Ex oculis hominum vanescit: at hæ coeuntes
Fiunt vicinæ stellæ & simul esse videntur,
Imbribus immodicis vt Iupiter arua rigabit.

D Vbi igitur illa nubecula euanuerit, quam asini præsepe vocauit Theophrastus, quod quidem accidit ob condensatum humorem, cùm illa sit tenuis ac debilis, illæ duæ stellæ videntur fieri propinquæ, atque id futuram tempestatem significat. Illud autem fit vt videantur congredi, quia corpus diaphanes vaporum in aquam prope versorum radios oculorum infringit, neque patitur frequentes ad rem conspectam peruenire, quare non potest deprehendi vera distantia. Hactenus Natalis: qui ibidem etiam docet, cur senex ille Silenus asino veheretur. Hunc (inquit) Bacchi comitem, senem, ventricosum, titubantemque dixerunt, quia vinum & ebrietas cùm obesos faciat & ventricosos, tum caput plerumque grauat & titubantes facit, & ad senectutem citius perducit: hæc enim omnia incommoda & corporis turpitudines idcirco Bacchi comites finxerũt. *Silenus cur asino vehi diceretur.*
Seneca in Oedipo:

Te senior turpi sequitur Silenus asello,
Turgida pampineis redimitus tempora sertis
Condita lasciui deducunt orgya mystæ,

Quidam putarunt Silenum senem fuisse Bacchi alumnum, quia vinorum vetustas, omnes etiam

prædictas turpitudines augeat. Idcirco dicebatur ab asino vehi solitus, quia tardi sunt plerumque & inutiles negotijs, qui plus potare solent quàm conueniat: nam voluptates omnes parum conferunt humanæ vitæ: quippe cùm non animal solùm, sed & corpus rebus omnibus inutile reddant, si plus operæ illis detur, quàm natura ipsa postulauerit. Ad huius rei sempiternam memoriam & cohortationem antiqui eius asinum inter sydera collocatum fuisse tradiderunt. Hæc itaque de stellis quas asinos dicunt. Porrò quomodo dipsas serpens ab asino remedium aduersus senectam simul & sitim tulerit, hanc fabulam narrat Aelianus. Prometheum ignem à Vulcano furatum aiunt: quamobrem indignatum Iouem furti indicibus dedisse remedium senectuti prohibendæ efficax: hoc illos qui acceperant, asino imposuisse audio. Et cum ille sic oneratus æstiuo tempore incederet, siti laborantem ferunt ad fontem venisse bibendi gratia, sed à serpente fontis custode repulsum: itaque asinum sitis impatientem, id quod gestabat pharmacum, vt admitteretur, obtulisse. Bibit igitur asinus, & vna cum remedio aduersus senectam quam dipsas deinde exuit, sitim quoque suam in illam transfudit. Cæterùm huius fabulæ author non ego sum, sed ante me Sophocles, & Dinolochus aduersarius Epicharmi & Ibycus Rheginus, & Aristeas Apollophanes poëtæ comici. Hucusque Aelianus. Antonius Liberalis ex Bæo cur Cleinis & tota eius familia in aues transformatus sit ob sacrificatum Apollini asinum, hanc narrat fabellam. Apud Babylonem Mesopotamiæ vrbem habitauit Cleinis, vir dijs charus atque opulentus: boum, asinorum, ouiumque diues. Hunc mirum in modum dilexerunt Apollo & Diana: ac sæpe cum istis dijs venit ad templum Apollinis, quod est apud Hyperboreos, viditque ibi asinos immolari. Reuersus Babylonem, intendit ipse quoque Hyperborico ritu Apollini sacrificare, asinorumque magno numero victimas ad aram constituit. Superuenit Apollo, mortemque se ei illaturum minatus est, nisi hoc abstineret sacrificio, & pro more capras sibi, boues, & oues offerret: ita enim se asinorum gaudere immolatione, si ea fiat in Hyperboreis. His minis territus Cleinis asinos ab altari abduxit: liberisque suis auditum sermonem exposuit. Erant ei ex Harpa vxore filij tres, Lycius, Ortygius & Harpasus, ac filia Artemicha. Proinde Lycius & Harpasus perficere sacra ista iubebãt, ijsq; se oblectari dicebant; Ortygius & Arteniche, quorum sententiæ etiam Cleinis adstipulabatur, obediendum Deo pronunciabant. Sed Harpasus & Lycius vi solutis asinorum vinculis, eos ad aram compulerunt. Ibi Apollo in rabiem egit asinos, ita vt Cleinin & liberos famulosque mordicus perdere aggrederentur. Ij in extremo constituti periculo, deorum fidem implorant. Atq; Harpam quidem & Harpasum Neptunus miseratus, in aues non mutatis nominibus conuertit. Latona autem & Diana statuerunt seruare Cleinin, Artemicham & Ortygium, quod piaculi istius insontes essent. Suis Apollo hanc gratiam dedit, vt hos, antequam morerentur, in aues commutaret. Cleinis factus est Hypsiactos, quod aquilam altiuolantem significat, nomen auis post aquilam summæ, difficilis internosci cùm hæc interfectrix hinnulorum sit fusco corpore, magna ac valida; aquila autem nigrior ac minor. Lycius in coruum album abijt: deinde tamen Apollinis nutu factus est ceruleus, cum primus de Coronide Phlegyæ filia iudicium detulisset, eam Alcyoneo esse nuptam. Artemiche piphinx facta est, auis dijs hominibusque grata. Ortygius ægithallus, quòd patri persuasisset pro asinis capras immolare.

Dipsadis, & asini fabula. *Lib. 6. c. 51.* *Cleinis, & familia eius in aues.*

PHYSIOGNOMONICA.



RISTOTELES in Physiognomonicis ex aliqua hominis, & partium eius ad asinum similitudinem de ingenio pronunciat. Asinis (inquit) & suibus cõmunis est intemperantia circa Venerem: Asinis proprium cura est solicitudine carere. Qui asinos referunt, capite paruo, ferè sunt stupidi: Qui facie carnosa, timidi, eadem magna, tardi. Qui fronte rotunda, stupidi. Qui eminentibus oculis, simplices: magnis asinini. Qui labijs crassis, & superioribus magis eminentibus, stulti: denique voce magna, & graui, contumeliosi. Adamantius etiam illos, quorum oculi sicut asinis prominent, dementes, & contumeliosos esse conijcit. Sed & magnas aures testari, ait Aristoteles ad Alexandrum, vt refert Porta, magnam fatuitatem, sed bonæ retentionis, & memoriæ hominem. In suis verò Physiognomonicis asininum. Polemon, & Adamantius stolidæ naturæ, indicia esse. Albertus ex Loxo magnas, & prominentes aures stoliditatem, & imprudentiam signare dixit, sed perperam garrulitatem addit ex se. Cæterùm de hisce physiognomonicis signis consulendus ipse Porta, qui eleganter collatas hominis cum asini partibus icones expressit.

Asinis similes asino referre. *Lib. 2. Phisiog.*

PROVER-

A

PROVERBIA.



ΝΟΣ παρὰ Κυμαίοις, *Asinus apud Cumaeos.* Competit in eos, qui cùm sint inepti ridiculique, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in pretio: aut in eos, quibus honos aliquis praeter meritum additus à fortuna, tumorem, & insolentiam, ita vt fere fit, conciliat: id quod eleganter notat Demosthenes Olynthiacarum orationum prima: Felicitas enim & rerum successus, quod contigerit immerenti stultis vesaniae causam praebere solet: cui congruit illud ex Aeschylo citatum: Η βαρὺ φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων, id est: *Graue pondus amens rebus vtens prosperis.* Tractum est prouerbium ab asino, qui apud Cumanos cum pellem mortui leonis inuenisset, se pro leone gessit, mox cognitus risum protulit, vt suprà dictum est. *Antronius Asinus* teste Suida dicitur de magnis, & ignauis, quod apud Antronios permagni essent asini. Asinus Aegyptius verò etiam dicitur in contemptibiles, despicatissimosq; homines. Odisse enim id animal Aegyptios diximus, non propter imperitiam, & ineptias tantùm, & contumeliosam eius naturam, verùm propter colorem etiam ex albo nigroque confucatum, quem a deorum sacrificijs alienum abominabantur. Erat ergò apud eos mos, vt asinum ludibrijs omnibus incesserent, luto cespitibusque passim impetitum contis etiam stimularent, quaque si locus offerret opportunus, praecipitem agerent. Ὄνος λύρας subaudi ἀκροατής, id est *asinus lyrae auscultator*. Vulgò autem dici solet, *asinus ad lyram*, in eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque auribus. Hunc titulum prouerbialem M. Varro satyrae suae cuidam indidit. Eiusdem apud Gellium extant haec verba è satyra, cui titulus, Testamentum: *Si quis mihi filius vnus, pluresuè in decem mensibus gignuntur: si erunt ὄνοι λύρας, id est, asini ad lyram, ex haeredes sunto.* Ὄνους λύρας appellat indociles bonarum artium, atque intractabiles. D. Hieronymus ad Marcellam: *Quos ego cum possem meo iure contemnere, asino quippe lyra superfluè canit, tamen ne nos superbia, vt facere solent, arguant.* Et idem aduersus Vigilantium: *Quamquam stultè faciam, magistros cunctorum magistros quaerere, & ei modum imponere, qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est illud apud Graecos prouerbium,* Ὄνος λύρας. Lucianus de his, qui mercede seruiunt. τί γὰρ κοινὸν φασὶ λύρᾳ καὶ ὄνῳ, id est, *quid enim commercij, quod dici solet, asino cum lyra?* Idem aduersus indoctum, ὄνος λύρας ἀκούεις, κινῶν τὰ ὦτα, id est, *sed asinus lyram audis, auriculas mouens.* Vnde & hoc pacto effertur adagium: ὄνος τὰ ὦτα κινῶν, id est, *asinus auriculas mouens:* Rursum ad hunc modum; ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, id est, *asino quidem narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat,* in eos, qui cum nihil intelligant, tamen perinde quasi nihil non intelligant, ita nutibus alludunt, & arrident dicentibus. Galenus, lib. 2. de different. puls. *Ad haec senex quidem ille, velut asinus quatiebat auriculas: opinamur, quod non assentiretur.* Est autem asino naturale, vt diximus, subinde mouere auriculas, veluti significati se iam intelligere, cùm nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad asinum non auscultantem lyram, sed ipsum canere conantem. Lucianus: καὶ μάλιστα ὁπόταν ᾄδῃ καὶ ἁβρὸς εἶναι θέλῃ, ὄνος αὐτολυρίζων φασί, id est, *maximè si quando canit, cupitq. festiuus, & lepidus videri, asinus, vt aiunt, ipse lyra canens.* Idem in Pseudologista: τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὄνον κιθαρίζειν πειρώμενον ὁρῶν, id est, *Iuxta hoc ipsum, quod vulgo dici solet: asinum conspiciens, cithara canere tentantem.* Citatur & hic versiculus:

Ὄνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὗς, id est, *Asinus lyram auscultauit, & porcus tubam.*

Rectè torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium, cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. Festiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenaeum: Erat Cleon quispiam, cui nomen inditum boui: is cùm scitè caneret voce, caeterum lyra non perinde vteretur, Stratonicus vbi canentem audisset: Olim (inquit) asinus ad lyram dictus, nunc verò bos ad lyram. Germanum quoque huic adagio est, Ὄνος πρὸς αὐλὸν id est, *asinus ad tibiam*, dicendum, similiter, vbi quis ea quae scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quaedam quibus nonnullis musices sensus inesse videtur, vt equis, auibus, serpentibus. Asinum verò nihil mouet cantus. Vtrique adagio non admodum absimile est illud Horatij.

Scriptores autem narrare putaret asello

Fabellam surdo, id est stupido, quiq; nullũ ex ea re sensum perciperet. Galenus lib. 3. de facult. natur. *Reliquis verò tam inutile fuerit scriptũ, quam si quis asino narret fabulam.* Asinũ sub fraeno currere doces, hoc est doces indocilẽ: nã equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrẽ cursũ inutilis. Horatius.

Infelix operam perdas, vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno.

Acron admonet prouerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi, quod in equo retulimus.

B, C, D

Marginalia: Asinus apud Cumaeos. | Asinus Antronius. | Asinus Aegyptius. | Asinus ad lyram. | Asinus auriculas mouens. | Lib. 8. | Bos ad lyram. | Asinus ad tibiam. | Lib. 2. ad Epist.

τὸν ἵππον εἰς πεδίον, id est *equum in campum*. Prouerbialiter quoque dictum à Luciano in dialogo de Saltatione: Ὄνου ἐγκέφαλον, ὑὸς καρδίαν ἕξεις, *neque cor asini, neque porci cor habebis*. Ὄνος ἐν πιθήκοις, id est *asinus inter simias*. Vbi quis incidit in homines nasutos, & contumeliosos, ipse stolidus, a quibus impurè rideatur. Extat apud A. Gellium, apud quem Menander comicus in fabula, cui titulus, Plotium, maritum, de vxoris iniuria querentem inducit his verbis: Ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο τὸ λεγόμενον ἐστὶ δὴ τοῦτο, idest, *Asinus inter simias, vulgò quod aiunt, sanè istud*. Constat autem simiam animal esse petulantissimum, adeo vt non vereatur etiam leonem per lasciuiam agitare, natibus illius affixa. Quin & hodiè vulgò simile quiddam dicunt: *Noctua inter cornices*; vbi stupidior aliquis in homines petulantes, & dicaces incidit. Nihil autem vetat, quò minus generaliter vsurpetur, vbi quis in negocium incidit vehementer molestum, aut in infortunium aliquod, vnde se nonqueat extricare. Consimilem cum hoc adagio sensum habet, ὄνος ἐν μελίτταις, *asinus inter apes*, dici scilicet solitum, vbi quis infeliciter incidit in homines improbos, atque importunos. Metaphora per se liquet: quanquam adagium ab euentu quopiam natū videri potest. Meminit Suidas. Ὄνος ὄρνις, idest, *asinus auis*. Est apud Aristophanem in Auibus. Sumptum ab homine quodam. Quidam enim consultus de eo, qui aduersa laborabat valetudine, forte fortuna conspexit asinum surgentem à lapsu, simulq; alium, quendam audiuit dicentem: βλέπε πῶς ὄνος ὢν ἀνέστη, idest, *vide quo pacto asinus cum sit surrexit*: Id omnis arripiens ille, protinus respondit, fore vt valetudinarius ille reualesceret. Itaque iocatur Aristophanes, quasi & asinus auis esset, & augurij nonnihil haberet. Nec hoc prouerbium è comœdia natum est, sed à vulgò ad iocum detortum, & à comico vsurpatum. Dicetur non intempestiuè, cùm ex inditio quopiam ridiculo quippiam colligimus. *Asina Balaam admonet*. Aptè quadrabit (inquit Polydorus Virgilius) cum indoctus doctum, seruus dominum, mulier virum, puer senem coarguit. Ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους, id est, *ab equis ad asinos*: vbi quis à studijs honestioribus ad parum honesta deflectit, veluti si quis è philosopho cantor, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fieret histrio. Quadrabit item, vbi quis è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius Sophista in Epistola quapiam Τὸ δὴ λεγόμενον ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους μεταβεβήκαμεν: idest, iuxta prouerbium, ab equis ad asinos transiuimus. Contrariū, *E tardigradis asinis equus prodijt*, dici solitum, cùm clarus euadit quispiam obscuro genere prognatus, aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. Prouerbialiter etiam à Martiale prolatum: *Nulla est gloria præterire asellos*. Conueniet cùm quis altioris ingenij, stupidum & ad nulla aptum superat. Mulum de asino pingere: dici potest, quando exemplar, & res effecta nō multum inter se distant: vel cum ineptiæ ineptijs repræsentantur, vel mendacia mendacijs astruuntur: magna similitudo inter asinum, & mulum est; author est Tertullianus. Hoc quoq; Theognidis: Γνοίης δ᾽ ὅσσον ὄνων χρ. ἴσσονες ἡμίονοι, idest, *Noris vti quanto muli asinos superent*; ipsissimam prouerbij faciem habet. Dicendum vbi quis longo interuallo præcedit. Refertur apud Athenæum. Sumptum videtur ex Homero:

Lib.2.c.13. — *Asinus inter simias.* — *Asinus inter apes.* — *Asinus auis.* — *Ab equis ad asinos.* — *E tardigradis asinis equus prodijt.* — *Mulum de asino pingere.* — *Quam muli asinos superent.* — *Lib.7.* — *Iliad. x.*

Ἀλλ᾽ ὅτε δή ῥ᾽ ἀπέην ὅσσον τ᾽ ἐπὶ οὖρα πέλονται
Ἡμιόνων, αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν
Ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον, idest,
Verum vbi tantum aberat, quantum pars vltima sulci
Mularum: siquidem bubus longè potiores
Ducere per pinguem segetem compactile aratrum.

Rursum alio loco:

Odyss.θ.

Τῶν δὲ θέειν ὄχ᾽ ἄριστος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων·
Ὅσσον τ᾽ ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιιν,
Τόσσον ὑπεκπροθέων λαοὺς ἵκεθ᾽ οἱ δ᾽ ἐλίποντο, idest
Hos cursu ante ibat Clytoneus splendidus omnes
Quantum mularum sulcus præcedit in aruo
Tantum is præcurrens populos, metam attigit, illos
A tergo linquens.

Olim bubus, asinis, & mulis proscindebant arua. Aratrum igitur, quod à mulis trahebatur, multò celerius perueniebat ad sulci finem, cùm arator inuertit aratrum, quàm quod trahebatur a bubus. Hesiodus item mulos ταλαιέργους vocat. Βασιλεὺς ἢ ὄνος, idest, *Rex, aut asinus*, hoc est, aut victor, aut victus. Simile illi ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι, id est, aut ter sex, aut tres tali. Eustathius Odysseæ sextum enarrans librum, ostendit metaphoram ductam ab his, qui ludunt sphæra, quibus qui vicisset, rex appellabatur, qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Plato in Theæteto. *Qui aberrarit is desidebit, quēadmodū dicūt ij, qui sphæra ludūt, asinus, qui verò nihil aberrans vicerit, rex noster esto.* Iulius Pollux sphæra ludēdi, quatuor modos cōmemorat, quorū primus appellatur ἐπίσκυρος, alter φαινίνδα, seu φαινίνδα, tertius ἀπόρραξις, quartus οὐρανία: quorum postremum, nam is ad prouerbiū propriè

Rex, aut asinus. — *Lib. 9.* — *Vrania ludus.*

A propriè facit, describit his verbis: *Vrania verò lusus sic habet: Aliquis resupinans sese, sphæram in cælum mittit. Reliquis autem certamen erat, vt eam prius quam in terram decideret, raperent, id quod in Phæacibus significare videtur Homerus. Sanè verò cum aduersus parietem sphæram misissent, numerus subsultuum censebatur: & qui victus fuisset, asinus appellabatur, & quicquid imperatum esset, faciebat, rursum qui vicisset, is & rex erat, & imperabat.* Porro locus, quem ex Homero citat, est Odysseæ θ. ad hunc modum.

Τὸν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς
Βόμβησεν δὲ λίθος κατὰ δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαίῃ
Φαίηκες δολιχήρετμοι ναυσίκλυτοι ἄνδρες
Λαὸς ὑπαὶ ῥιπῆς, ὃδ' ὑπέρπτατο σήματα πάντων, id est,
Versatum hunc valida submisit in aëra dextra
Insonuit lapis: ast in humum formidine sidunt,
Phæaces, gens gnara maris, ratibusque superba
Ob saxi iactum, verum id procul omnia signa
Transuolat.

B Ab hac forma non videtur alienum quod est apud Plautum: *Rex sum, si ego illum hodiè hominem ad me illexero.* Licebit vti, cum significabimus, iaciendam aleam quæ vel summos reddat, vel infimos. Ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, id est, *asinus asino pulcherrimus*: simile simili placet. Alcimus apud Diogenem Laërtium inter multa quæ colligit ex Platonis philosophi & Epicharmi comici scriptis, quibus persuadere conatur philosophum à comicis multa fuisse suffuratum, & hos recitat senarios: *In Pænulo.* *Asinus asino pulcherrimus.*

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἐστὶ με ταῦθ' οὕτω λέγειν,
Καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς, καὶ δοκεῖν,
Κάλως πεφυκέναι, καὶ γὰρ ἡ κύων κυνὶ
Κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ.
Ὄνος τ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δὲ τῷ συΐ, id est,
Res mira non est, ista si sic proloquor
Ipsique nobis si placemus inuicem,
Pulchreq́; nati si videmur, nam & canis
C *Pulcherrimus cani videtur, bos boni:*
Asinus asello pulcher est, & sus sui.

Ὄνου θανάτους, id est, *asini mortes*, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda, ridiculaque dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa narratione persequatur asini pericula, quemadmodum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius sanè in metamorphosi sua ὄνου θανάτους commemorat. Adagium refertur à Suida. Ὄνος ὕεται, id est, *asinus compluitur*. Cephisodorus apud eundem in Amazonibus: *Asini mortes.* *Asinus compluitur.*

Σκώπτει μ'· ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι
Rides, ut asini more ego verbis compluor.

Vnde dictum apparet in eos qui maledictis nihil omnino commouentur: quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeo pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat. Ὄνος ἐν μύρῳ, *asinus in vnguento*: cùm deliciæ adhibentur ijs, quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Nam asinus culmos ac fœnum mauult, quàm aurum vel vnguentum, quo etiam offenditur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat authores, quos ob inscitiam vel negligat, vel etiam deprauet. Siue cum amuso cuipiam cum eruditis- *Asinus in vnguento.*
D simis viris viuere contigerit, quorum tamen consuetudine neq; frui nouerit, neque omnino gaudeat. Refertur à Diogeniano prouerbium. Ὄνος ἄγων μυστήρια, *Asinus portans mysteria*: In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Veluti si quis ignarus literarum, bibliothecæ præfectus esset. Aristophanes in Ranis: *Asinus portans mysteria.*

Νὴ τὸν Δί' ἐγὼ γοῦν ὄνος ἄγων μυστήρια,
Ἀτὰρ οὐ καθέξω ταῦτα τὸν πλείω χρόνον, id est,
Ita per Iouem sum asinus vehens mysteria
Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagium, quòd olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit in eos, quorum opera alijs duntaxat est vsui, cùm ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti si quis cibos alijs gestet, quibus ipsi non liceat vesci. Quo sensu nos quoque vulgò dicimus: Fà quel dell'asino, porta il vino, beue l'acqua. Huic allusisse videtur Apuleius, cùm se fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit dæmonem ad lapidem molarem referre, quem Græci ὄνον appellant, propterea quod in

sacris,

ſacris, molis frumentarijs coronas imponere conſueuerint. Itaque torquebitur eleganter in eos, E
quibus immerentibus honos habetur. Veluti cùm indoctis doctoris titulus, pileus & annulus, aliaque id genus inſignia tribuuntur. Huc pertinet apologus ille, quem Alciatus inter emblemata verſibus illuſtrauit, ſub titulo, *Non tibi, ſed religioni:*

Iſidis effigiem tardus geſtabat aſellus
Pando verenda dorſo habens myſteria,
Obuius ergo deam quiſquis reuerenter adorat,
Piaſque genibus concipit flexis preces,
Aſt aſinus tantum præſtari credit honorem
Sibi, & intumeſcit admodum ſuperbiens:
Donec eum flagris compeſcens dixit agaſo,
Non es Deus tu (aſelle) ſed Deum vehis.

Alia Lacon alia Laconis aſinus portat. Ἄλλα μὲν Λάκων λέγει, ἄλλα δὲ Λάκωνος ὄνος φέρει. id eſt: *Alia quidem Lacon dicit, alia verò Laconis aſinus portat.* Effertur apud quoſdam & ad hunc modum parœmia: ἄλλα μὲν Λεύκων, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄνος φέρει, id eſt, *alia Leucon, alia Leuconis aſinus portat.* In eos dicebatur, quorũ oratio diſſentiret à factis. Natum aiunt ab huiuſmodi quodam euentu. Agricola quiſpiã nomine Leucon, F
ſolitus eſt vtres melle plenos floreis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium, quid nam portaret, hordeum ſe portare dicebat, videlicet quò minus pecuniæ perſolueret. Sed cùm eueniſſet aliquando, vt lapſus in terra aſinus onus effudiſſet, accurrerunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verùm vbi interim cognouiſſent, mel in vtribus eſſe, non hordeum, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tanquam qui ſe debito vectigali fraudaſſet. Atque illud ridentes addiderunt, alia Leucon, alia portat aſinus. Nam in nonnullis codicibus, dicit, non additur: atque ita noſtra ſententia dictum feſtiuius redditur. Ea vox poſtea verſa eſt in adagium. Refertur à Zenodoto & à Diogeniano. Κάμηλος καὶ ψωριῶσα, πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία, id eſt: *Camelus etiam ſcabioſa, complurium aſinorum tollit onera:* de ijs qui vſque adeò præcellunt quoſdam, vt etiam ſenes, aut alioquin ægroti, præſtantiores tamen ſint illis integris: aut de his

Camelus etiam ſcabioſa, complurium aſinorum tollit onera.

qui rebus parum proſperis, tamen plus valent ob priſtinæ fortunæ reliquias, quàm alij rebus integris. Vſus eſt Syneſius. *Agas aſellum.* Hoc adagij quoniam mutilum refertur, non ſatis liquet, quid ſibi velit. Refertur autem à Cicerone ad hunc quidem modum: *In hoc genus conyciuntur prouerbia, vt illud Scipionis, cum aſellus omnes prouincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur, agas aſellum &c.* Neque verò libet referre, quæ in hunc locum adfert Omnibonus, interpres G
alioqui non omnino malus. Tamen viſum eſt ipſum adagium in medium proponere, quo doctis ſaltem veſtigandi miniſtraremus occaſionem. Fortaſſe legendum agaſo aſellum. Nam veteres elidebant vocales more Græcorum etiam in ſcriptura. Atque ita ſenſus erit, vnumquemq; tacere quæ ſe digna ſint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipſum agaſonis vocabulum, in contemptus abijt prouerbium, id quod apud Græcos feſtiuius eſt, ob ſermonis ἰδίωμα. Nam Dores aſinum vocant non ὄνον, vt cæteri, ſed κίλλον, & agaſonem non ὀνηλάτην, ſed κιλλακτῆρα, veluti teſtatur Iulius Pollux. Fortaſſe huc pertinet, quod ſcripſit Flaccus ad Lollium:

Agas aſellũ Lib. 2. de Orat.
Agaſo aſellum.
Lib. 7. Epiſt. 19.

------ Ad imum
Traxerit, aut aliitoris aget mercede caballum.

Ab aſino delapſus. Lib. 3. de legibus.

Ἀπ᾽ ὄνου καταπεσών, *ab aſino delapſus.* In eos dicitur, qui inconſultè quippiam agunt, & imperitè: aut in eos, qui a præſentibus commodis, quibus ob inſcitiam vti neſciunt, excidunt. Eſt autem in Græcis verbis tacita alluſio ad finitimam orationem, mutato accentu, ἀπὸ νοῦ id eſt, à mente delapſus, tanquam vecors & mentis impotens. Vtitur hoc adagio Plato: *Mihi ſanè videtur* (inquit) *ſermo velut eques vndiquaque reſtringendus, ne tanquam os habens effrane, impetu abreptus, iuxta prouerbium,* ἀπό τινος ὄνου πεσεῖν, hoc eſt, vt vertit author adagiorum, *ab aſino tanquam à mente excidat.* Vtitur item Plutarchus in Gryllo. Rurſum Ariſtophanes in Nubibus. H

Κακῶς γὰρ ὄντως εἶχες, ὥς γ᾽ ἐμοὶ δοκεῖς.
Ἵππους γ᾽ ἐλαύνων ἐξέπεσον νὴ τοὺς θεούς.
Τί δῆτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπ᾽ ὄνου ἐκπεσών, id eſt.
Mali, vt videtur, accidit tibi quippiam.
Ita per deos, equos agens, miſer excidi.
Quid hæc ita, vt delapſus aſino blateras?

Primus verſus dicitur à Strepſiade Daniſtam irridente, quod pecuniam filio ſuo mutuo datam repetat. Alter eſt Daniſtæ, iuuenem tacita illuſioue notantis, qui ſtudio alendorum equorum pecuniam eam abſumpſerat. Tertius rurſum Strepſiadis, dicentis illum delirare, perinde quaſi non ab equis, ſed ab aſino decidiſſet, hoc eſt, ἀπὸ νοῦ, id eſt, à mente. Quandoqhidem & Latinis

mente

A mente delapsi dicuntur, qui mente exciderunt. Suetonius in Augusto: *Rectorem quoque soli-tus apponere, ætate paruis, aut mente lapsis.* Quidem huic quoque prouerbio huiusmodi affingunt fabulam. Duo quidam, cum in desertis locis asinum quempiam fortè fortuna nacti essent, contendere inter sese cœperunt, vter eum vti suum domum abduceret: nam vtrique pariter à fortuna videbatur obiectus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Sed magis placet in adagio captatam fuisse allusionem, de qua diximus, maximè quòd videamus grammaticis id studio fuisse, vt omnibus adagijs fabulam aliquam aut historiam vel commentitiam adiungerent. Vt autem Suetonius dixit mente lapsos, ita Vlpianus titulo de magistratibus conueniendis, facultatibus lapsos dicit, qui redacti essent ad inopiam. Pierius Valerianus, *ab asino excuti* à Platone de ijs dici scribit, qui grauia & magna vel difficilia professi ab incœpto turpiter desistunt. Miratur autem cur Grammaticus quidam adductus sit, vt Platonis prouerbium ita sit interpretatus, vt de ijs dictum voluerit, qui relictis voluptatibus & inquinamentis quibuslibet voluptificis & belluinis (hæc enim eius, inquit, verba sunt) ad meliorem mentem regrediuntur. Sed cùm is & hic & alibi sæpè cadat ab asino, in luto hominem hæsitare permittamus, neque tollere rursum fra-

Mente delapsi qui dicantur.

Ab asino excuti.

B ctum crure planum procuremus. Id verò eò magis indignè ferendum, quod testimonium sibi accersit ex Euangelica lectione, vbi Seruator noster asinæ pullum obequitat: neque intelligit, longè aliud esse, inuectari asello in vrbem Hierosolymam, aliud ab asino excuti, vel mente alienari: nam & iocus ex locutionis enunciatæ ambiguo resultat, cùm ἀπ' ὄνε, etiam ἀπὸ νῦ sonare videatur. Hæc itaque Pierius. *Malo asino vehitur*; quibus res sunt parum secundæ, mala asella vehi dicuntur, ἐπ' ὄνε πονηρᾶς ὀχέμενοι. Suidas ceu prouerbiale refert, in dictione πονηρὸς. Felices enim eximijs equis insidere gaudent, quò celerius perueniant eò quò volunt; nec inscitè iacietur in hominem parum feliciter coniugatum. Prouerbium etiam olet quod scribit Horatius in epistolis;

Malo asino vehitur.

Qui malè parentem in rupes protrusit asellum.

Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cùm ipsi non sapiant, nolint tamen benè consulentium monitis obtemperare. Hi sunt etiam vltrò quò tendunt, impellendi, vt vel malo docti tandem agnoscant stultitiam suam. Natum est à rustico quopiam, qui cum asinum suum per alpes niuibus obtectas duceret, isque fræno non obediret, iratus in rupes protru-

Lis de asino canem mordente.

C sit:

Et meritò quis enim inuitum seruare laboret?

Celebratur Græcis hic senarius prouerbialis:

Δίκλω ὑφέξει κἂν ὄνος δάκῃ κύνα, id est,

Litem mouebit, si vel asinus mordeat canem.

Quadrabit in eos, qui de re quantumuis exigua litem suscitant. Natum videtur ab euentu quopiam. Extat autem apud iureconsultos actio ex lege, si quadrupes damnum dederit. Refertur à Zenodoto & Suida, quanquam apud vtrumque scriptum est μάχραις pro μίκραις: quorum hoc nobis videtur sensus exposcere. Τῶν δ' ὄνων οὔ μοι μέλει, id est, *Cæterùm asinos nil moror.* Congruit in eum qui domesticis contentus opibus non quærit aliena. Nam cui plaustrum est domi, huic non est opus asinis conductitijs. *Asini faciem circumferre* prouerbialiter dixit Plutarchus in libro aduersus Stoicos: *Cùmque Circe (inquit) duo vsurpet venena, quorum vnum stultos de prudentibus, alterum prudentes de stultis redigit, Vlyssem bibere stultitiæ potius venenum voluit, quàm transire in bestiæ formam, præditum sapientia & nimirum simul etiam felicitate. Atque hæc aiunt ipsam dictare & hortari sapientiam: Missum me fac, nec rationem habe per-*

Asini faciē circumferre

D *euntis & in asini faciem discedentis. Nimirum diceret non nemo, asini est quæ hoc suadet sapientia, quando sapere & felicitate frui bonum est, asini circumferre faciem indifferens.* Ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ, id est, *asinus esuriens fustem negligit.* In eos congruit, qui ventris compendij gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristoteles: *nam & isto pacto asini cùm esuriunt essent fortes, quòd licet verberentur, non discedunt tamen à pabulo.* Negans fortem esse censendum, qui quouis pacto toleret incommoda: Alioquin asinos longè fortissimos futuros, qui dum esuriunt, nullis verberibus à pabulo dimouere queunt. Apparet ex Homero sumptum, qui sanè quam eleganter describit asininam patientiam: cuius poëtæ versus Græcos suo antè loco recitauimus: nunc verò Latini facti non incongruè repetentur: canit itaque:

Asinus esuriens fustim negligit.

Lib. 3. Moral.

Iliad. λ.

Vt cum per segetes ignauus transit asellus
Inuitis pueris, cui multus tergore circum
Iam crepuit fustis, neque segnius ille profundam
Ingreditur segetem: pueri sed fustibus illum

Cadentes ſtudio, tandem ac puerilibus aruo
Viribus eijciunt, vbi paſtu expleuerit aluum.

Aſini mandibula. Ὄνου γνάθος, *Aſini mandibula.* Conuenit in edaces alioqui ſtolidos & ignauos; cuiuſmodi pingit Horatius:

Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.

Cani das paleas, aſino oſſa. Heſychius citat ex Eupolide, dictumque in homines edaces. Addit & loci nomen eſſe. Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ τὰ ὀςέα, id eſt, *cani das paleas, aſino oſſa*: Cùm res præpoſterè diſtribuuntur, veluti ſi quis indocto munus mittat literarium, erudito floſculos, aut gladium balteumue, militi librum. Siquidem munera hoc ipſo ſunt ingrata, quòd apta non ſunt. Interdum vertuntur in contumeliam. *Delumbatus inſtar aſini Myſij.* Ὀσφυω̃ κλήγως ὥςε Μύσιος ὄνος, id eſt, *delumbatus aſini inſtar Myſij.* Citatur prouerbij nomine ab Euſtathio in nauium catalogo, ſed non explicatur: contentus enim eſt addere, in Myſia rariſſimos eſſe aſinos, quibus rectum ſit dorſum circa lumbos aut ilia, ita enim ὀσφὺς vocatur tertia & inferior ſpinæ pars ad clunes deſcendens. Videtur quadrare in molles & effæminatos, quos elumbes vocamus, Græci κατεαγότας, id eſt fractos. Porrò in Euſtathio Romæ excuſo pro κλήγως legendum eſt, ex manuſcripto exemplari, quod Bononiæ videre contigit, inquit Manutius, καλῆγως. Ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης, τῶν δ' ὄνων κήδειν μέλει, id eſt, *Vtere plauſtris tuis, aſinoſque non curaueris.* Verſus eſt trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio monebant, vti ſuarum quiſque rerum curam ageret, hiſque frueretur, alienarum negligens atque incurius. Hinc ducta metaphora quod quibus plauſtrum eſt domi, nihil neceſſe habent deportandis oneribus aſinos aliundè conducere. *Si nequeas bouem, aſinum agito.* Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον, id eſt, *Si nequeas bouem, aſinum agito*, id eſt, ſi non potes, vt vis, vtcumque potes, facito. Si fortuna ſplendidor non contingit, eam ſortem quæ contingit, boni conſulas: ſi quod optas, non licet, id quod proximum eſt, amplectere. Author Suidas. *Ab aſino ad boues tràſcendere.* *Ab aſinis ad boues tranſcendere, periculoſem eſſe* prouerbialiter dixit Plautus: Verba ſunt Euclionis ad Megadorum ſenem diuitem, qui filiam eius petebat:

Venit mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem,
Factioſum: me item eſſe hominem pauperum pauperrimum
Nunc ſi filiam locaſſem meam tibi, in mentem venit
Te bouem eſſe, & me eſſe aſellum: vbi tecum coniunctus ſiem
Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam tibi aſinus in luto,
Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus quaſi nunquam ſiem,
Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat
Neutribi habeam ſtabile ſtabulum, ſi quid diuortij fuit,
Aſini me mordicus ſcindant, boues incurſent cornibus,
Hoc magnum eſt periculum, ab aſinis ad boues tranſcendere,

hoc eſt, periculoſum eſt à pauperum atque humilium ordine & familia ad ordinem & familiam diuitum ac potentium aſcendere. Periculoſum enim eſt, ne pauperes & humiliores à diuitibus petantur cornibus. Videtur allegoria ex apologo quopiam mutuo ſumpta. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, id eſt, *ſuper aſini vmbra*; pro eo quod eſt de re nihili. *Super aſini vmbra.* Sophocles in Cedalione apud Suidam, τὰ πάντα ὄνου σκιά, id eſt, cuncta aſini vmbra, id eſt, nugæ, nihilique res. Apud eundem Ariſtophanes in Dædalo, περὶ τοῦ γὰρ ὁ πόλεμος νῦν ὑμῖν ἐςί; περὶ ὄνου σκιᾶς, id eſt, *Qua de re nunc inter vos bellum eſt? nimirum de aſini vmbra.* Citatur ab eodem & Ariſtoteles, ἐν διδασκαλίαις, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo, ὄνου σκιᾶ, id eſt, *aſini vmbra*, Archippi comœdiam opinor ſentiens, de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Sectis: πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες, id eſt, *Omnes vt ita dixerim, de aſini vmbra depugnant philoſophi.* Ariſtophanes in Veſpis, περὶ τοῦ μάχη νῷν; περὶ ὄνου σκιᾶς, *de quo pugna eſt nobis? de aſini vmbra.* Demoſthenes in Philippica quadam, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι, id eſt, *eum omnibus in præſentia de Delphica vmbra digladiari.* Proinde ſunt qui credunt hoc adagij primum à Demoſthene natum fuiſſe, fabulam eam referentes, *De aſini vmbra fabula.* quam retulimus inter apopthegmata ex Demoſthene: quam tamen fabulam paullò aliter narrat Plutarchus in vita Demoſthenis, his quidem verbis: Cùm in concione dicenti obſtreperent Athenienſes, ait ſe breuiter velle illis narrare quiddam. At ſilentio facto, Adoleſcens (inquit) æſtatis tempore aſinum mercede conduxerat, vt eo ab vrbe Megaram proficiſcens vteretur. Porrò meridie cùm ſol acriter æſtuaret, vterque cupiebat ſub vmbram aſini ſuccedere: Verùm alter alterum arcebat, cùm hic diceret aſinum conductum eſſe, non vmbram. Rurſus alter, qui conduxerat, ſe plenum habere ius reſponderet: atque hæc locutus, diſcedere parabat. Retinentibus autem Athenienſibus vtque reliquam partem fabulæ adderet orantibus: Itane, inquit,

A inquit, de asini vmbra audire cupitis, de rebus serijs loquentem auscultare non vultis? Quidam aiunt asinum non Megaram sed Delphos fuisse conductum, quod item apparet ex verbis Demosthenis, qui Delphicam vmbram nominat in calce orationis de pace: *An non igitur stultum (inquit) ac vehementer miserum; singulos aduersus singulos ita commissos de rebus proprijs, ac maximè necessarijs, cum vniuersis de vmbra Delphica nunc depugnare?* Apuleius in asino, iocatur ex sese natum. Vsurpauit hoc adagium Menander in Enchiridio & Plato in Phædro, cùm ait, *Oratores imperitos imprudenter & periculosè facere, quoties apud plebem imperitam & ipsam, non vmbram asini, rem videlicet leuem ac nullius momenti, sed turpia pro honestis laudant:* Μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς, inquit, ὡς ἵππου τ ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακῶν, ὡς ἀγαθῶν. Procopius in epistola quapiam: *Ipse etiam, opinor, doctißimè de arte pugnantia cùm sentias, deridendi sicut videtur gratia, de asini quod aiunt, vmbra litem moues.* Vsus est eodem Origenes in præfatione libri tertij, quem scripsit aduersus Celsum. *Sed iam dudum tempus vt ab asini vmbra digrediamur, ne quis iure nos rideat περὶ ὄνου σκιᾶς plus satis curiosos.* Ὄνου παρακύψεως, id est, *de Asini prospectu.* Vetus adagium dici solitum in eos qui ridendo titulo aliquem calumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius vocant. Euentus qui fabulæ præbuit occasionem, variè narratur ab authoribus. Quidam

De asini prospectu.

B huiusmodi quædam memorant. Figulus quispiam varias auium formas finxerat, easque in officina collocatas habebat. At asinus quidam, inobseruantiùs sequente agasone, inserto per officinæ fenestellam capite, pariter & aues & reliqua vasa deiecit, comminuitque. Is cuius erat officina, agasonem in ius vocat. Cumque rogaretur ab omnibus, quanam de re litem moueret; de asini, inquit, prospectu. Alij aues non fictiles, sed veras fuisse volunt, quæ asino sicut dictum est, per fenestram immittente caput, disturbatæ perticam ruperunt, reliquaque vasa subuerterunt. Reliqua fabulæ vtcumque conueniunt. Lucianus in asino suo parœmiam hanc fingit ex se natam, quòd dum asinus conaretur obliquato capite per fenestram prospicere quid ageretur, tum sese, tum dominos suos prodidit. Eamque rem magno omnium risu exceptam, in adagionem abijsse, ἐξ ὄνου παρακύψεως, id est, *ex asini prospectu.* Porrò iuxta Luciani sententiam magis quadrabit in eos, qui stoliditate sua, dum ineptè student dissimulare, ridiculè produntur. Hunc Luciani locum æmulans Apuleius in nono metamorphoseos suæ libro, scribit ad hunc modum: *Qua contentione & clamoso strepitu cognito, curiosus alioqui & inquieta procacitate præditus asinus, dum obliquata ceruice per quandam fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus ille, prospicere gestio, vnus è*

C *commilitonibus, casu fortuito conlimatis oculis ad vmbram meam cunctos testatur in coram. Magnus denique continuo clamor exortus est. Et emersis protinus scalis, iniecta manu quidam me velut captiuum detrahunt, iamque omni sublata cunctatione scrupulosiùs contemplantes singula, cista etiam illa reuelata repertum, productumque & oblatum magistratibus miserum hortulanum, pœnas scilicet penfurum, in publicum deducunt carcerem, summoque risu de meo prospectu cauillari non desinunt. Vnde etiam de prospectu & vmbra asini natum est frequens prouerbium.* Hactenus Apuleius. In eodem puto sensu dictum à Tertulliano: *Asinus de Aesopi puteo,* modò venis, & iam exclamas? quanquam ego apud Aesopum Gabriamque, nihil inuenire potuerim, quod huius prouerbij speciem gerat. Quare conijcio eas fabulas Aesopi, quæ teruntur hodiè manibus omnium, non venisse ad nos integras. Coniecturam adiuuat, quòd apud D. Basilium, Lucianum & alios leguntur quædam, quæ similiter frustrà in excussis Aesopi fabellis exquiras. Posset & hoc pro Aesopi puteo, id est pro eo qui insperatus tanquam qui ex specula vel Hercules è proscenio, reponi de asini prospectu. Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον, *Scytha recusans asinum:* de ijs qui verbo quidem aliquid auersantur, reipsa verò concupiscunt. Quidam enim asini cadauer conspicatus, Scytha (inquit) ecce paratam tibi cœnam. Is verò in præsentia quidem aspernatus est, pòst verò epu-

Lib. 4. aduers. Marcionem.

Asinus de Aesopi puteo.

Scytha recusans asinum.

D latus. Ὄνου πόκας ζητεῖς, *Asini lanas quæris:* de ijs qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum, ὄνου πόκαι, id est, asini lanæ. Aristophanes: Τίς εἰς τὸ λήθης πεδίον, τίς εἰς ὄνου πόκας, id est: *Quis in lethes solum, quis in asini lanas?* Per asini lanam, res vanas significans, & quæ nusquam sunt. Eundem sensum habet, τὸν ὄνον κείρεις, id est, *asinum tondes:* de his qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur; propterea quod asinum neque pectere possis propter villos, neque tondere, cùm lanam nullam habeat. Huius meminit idem Aristophanes in Ranis. Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ, id est, *asini caput ne laues nitro.* Ne multum sumptus operæúe impendas in rem vilem ac sordidam. Finitimum est illi, τὴν χύτραν ποικίλλειν. id est, *ollam variegare.* Similiter & nos vulgò dicimus, Che laua il capo al l'asino, perde il sapone. Ὥσπερ ὄνος βαλανέως, id est, *vt asinus balneatoris.* Dictum etiam est in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus capiunt. Plutarchus in libello περὶ τῆς φιλοπλουτίας: *Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque temporis, neque munditiei.* Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitijs, non fruitur tamen. Ὄνου

Asini lanas quæris.

Asinum tondes.

Asini caput ne laues nitro.

Vt asinus balneatoris.

ὄνου πολίας οὐ ποιεῖ. id eſt, *aſini cauda non facit cribrum*: vbi quis ad hoc vel illud dicitur inutilis. Cribrum è pilis equinis fieri conſueuit, non è villis aſininæ caudæ. Suſpicatur author adagiorum hoc ex huius ætatis fæce ſumptum ab Apoſtolio. Prouerbialiter quoque in ſacris biblijs dici videtur de Ioachim filio Ioſiæ rege Iudam: *Sepultura aſini ſepelietur*: hoc eſt ſepultura carebit, & a feris auibuſque dilacerabitur. Talis enim eſt ſepultura aſini.

VSVS IN SACRIS.



Sacrificio ineptus. PORPHYRIVS libro ſecundo de abſtinentia à carne aſinos negat & elephantes ab antiquis ſacrificari ſolitos, quod etſi collaborando adiumento ſint ad fruendum tamen ſint inepti, & Aegyptij quoque hominem cum ſeceſpita poſitis in terram genibus effingebant cum enſe ad mactationem parato, ſed manibus poſt terga religatum, inde aſinum apponebant, vt eum ſacris admoueri minime debere oſtenderent, euentumque rei irritum fore indicarent. Equidem *Exod. 13.* & in ſacris habemus biblijs aſinum & pullum ſacrificio ineptum eſſe, quia immundus eſt. Sic enim ibi ſcriptum eſt. *Omne quòd aperit vuluam aſinæ, mutabis oue.* Immunda e- *Num. 12.* nim animalia lex a ſacrificio ſeparauit, & pro his ad vicem munda iuſſit offerre. Aſinæ ergò par- *Lib. 1. de Abel & Cain.* tum, inquit diuus Ambroſius, hoc eſt, immundum iubet mutari oue, quæ munda & apta ſacrificio eſt. Similiter Apollo apud Bæum, vt recitauimus ex Antonino Liberali Cleini mortem minatur, niſi ab aſinorum abſtineret ſacrificio, & pro more capras ſibi, boues & oues offerret: ita enim ſe aſinorum gaudere immolatione, ſi ea fiat in Hyperboreis. Scribit autem & Pindarus apud Hyperboreos inſtituas fuiſſe κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας. Et apud Callimachum le- *Aſini vbi immolati.* gere eſt.

Τέρπουσι λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι, id eſt,

Exhilarant pingues Phœbum epulæ ex aſino.

Cur Apollini immolatus. Citat Apollodorum etiam Clemens Alexandrinus in Stromatis de huiuſmodi ſacrificio. Sed & de Hyperboreis Pindarus inquit in Pythijs. Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς ἐδαίσατο λαγέτας δώματ' ἐσελθὼν κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας, id eſt: Quos penes dux Perſeus olim conuiuia in eorum ædibus præſens celebres hecatombas aſinorum facientes reperit. Gaudere verò Apollinem vitæ arbitrum eorum iugulatione dicunt propter aſſultus, quos inditio viuacitatis in cæde faciunt, difficulterque *Cur Marti.* occidi ſoleant, magnis licet ictibus percuſſi. Aſinos à Scythis Marti immolari, Apollodorus & *Lib. 15.* alij prodiderunt, teſte Arnobio. Phornutus ſcribit propter bellicum clamorem vociferationemque aſinos Marti immolatos. Legimus & apud Strabonem Carmaniæ incolas aſinum Marti im- *Lib. 1. de falsrel. c. 21.* molare, quem ſolum Perſæ ex omnibus dijs (inquit) colunt. Lactantius Firmianus, ait Lampſa- *Cur Priapo.* cenos Priapo aſinum in vltionem & ludibrium mactare conſueuiſſe, quòd cùm is Deus Veſtæ dormientis pudicitiæ inſidiaretur, illa intempeſtiuo aſelli clamore ſit excitata, & detecta inſidiatoris libido. Ouidius ſexto Faſtorum prolixius hanc fabulam proſequitur, & aſinum in deæ Vacunæ feſto feriari & e pane monilibus floribuſque coronari ſolitum teſtatur in Veſtæ gratiam. Canit itaque poeta:

Præterea referamne tuum rubicunde Priape
Dedecus? Eſt multi fabula plena ioci:
Turrigera frontem Cybele redimita corona
Conuocat æternos ad ſua feſta deos.
Conuocat & Satyros & ruſtica numina nymphas,
Silenus quamuis nemo vocarat, adeſt,
Nec licet (& longum eſt) epulas narrare deorum:
In multo nox eſt peruigilata mero.
Dij temere errabant in opaca vallibus Idæ
Pars iacet, & molli gramine membra leuant:
Hi ludunt: hos ſomnus habet, pars brachia nectunt,
Pars viridem celeri ter pede pulſat humum,
Veſta iacet, placidamque capit ſecura quietem
Sic vt erat poſitum ceſpite fulta caput:
At ruber hortorum cuſtos nymphaſque deaſque
Captat, & errantes ferque refertque pedes.
Aſpicit & Veſtam, dubium nymphamne putaris
An ſcierit Veſtam, ſciſſe ſed ipſe negas.

Spem

A Spem capit obscænam, furtimq; accedere tentat,
Et fert suspensos corde micante gradus.
Fortè senex quo vectus erat, Silenus asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ:
Ibat ut inciperet longi Deus Hellesponti,
Intempestiuo cum rudit ille sono,
Territa voce graui surgit dea, conuolat omnis
Turba, per infestas effugit ille manus.
Lampsacus huic soli solita est mactare Priapo,
Apta asini flammis indicis exta damus.
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas
Cessat opus; vacuæ conticuere molæ.

Idem poëta in eiusdem operis volumine primo simillimam de Sileno eiusque asello & Lotide nympha fabellam recitat his versibus:

B Cæditur & rigido custodi ruris asellus
Causa pudenda quidem est, sed tamen apta Deo.
Festa corymbiferi celebrabas Græcia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert:
Dij quoque cultores in idem venere Lyæi
Et quicumq; loci non alienus erat.
Panes & in Venerem Satyrorum prona iuuentus
Quæque colunt amnes solaque rura deæ.
Venerat & senior pando Silenus asello,
Quique rubro pauidas inguine terret aues.
Dulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti
Gramine vestitis accubuere thoris.
Vina dabat Liber: tulerat sibi quisq; coronam.
Miscendas largè riuus agebat aquas,
Naiades effusis aliæ sine pectinis vsu
C Pars aderant positis arte manuque comis.
Illa super suras tunicam collecta ministrat
Altera dissuto pectus aperta sinu,
Exerit hæc humerum, vestes trahit illa per herbas
Impediunt teneros vincula nulla pedes.
Hinc aliæ satyris incendia mitia præbent,
Pars tibi qui pinu tempora nexa geris.
Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt
Nequitia est quæ te non sinit esse Deum
At ruber hortorum Deus & tutela Priapus
Omnibus ex illis Lotide captus erat,
Hanc cupit, hanc optat, sola suspirat in illa
Signaque dat nutu, sollicitatque notis:
Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam
Irrisum vultu despicit illa suo.
D Nox erat, & vino somnum faciente iacebant
Corpora diuersis victa sopore locis,
Lotis in herbosa sub acernis vltima ramis,
Sicut erat lusu fessa quieuit humo,
Surgit amans, animamque tenens vestigia furti
Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niueæ secreta cubilia nymphæ,
Ipse sibi flatus ne sonet aura, cauet.
Et iam finitima corpus librabat in herba
Illa tamen multi plena soporis erat:
Gaudet, & à pedibus tracto velamine vota
Ad sua felici cœperat ire via:
Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.

tantem audiret. Ridetur autem ab Hercule, quod id geſtaminis neutiquam illum deceret, vtpote mollem & effæminatum. Vſurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo, negans oportere deterreri ſeſe magnitudine diſputationis inſtitutæ, poſteaquàm ſemel Leonis pellem eſſet indutus. Lucianus, Non opus eſt quopiam qui tibi Leonis exuuium detrahat, quo palam fiat te canthelium, niſi quis ſanè ab ipſis Hyperboreis hoſpes modò ad nos peruenerit, aut vſque adeo Cumanus ſit, vt qui videret, non protinus intelligat, te aſinorum omnium aſinum ferociſſimum eſſe, aut expectet, vt te prætereà rudentem audiat. Euſebius Cæſarienſis aduerſus Hieroclem: *Abibit nobis quidem philoſophus, cæterum aſinus Leonis intectus pelle.* Alias Lucianus demutauit nonnihil de prouerbio, cùm ait: *Tantum temporis non animaduerti eum ſub Leonis exuuio ridiculam quandam ſimiam tectam habere.* Poteſt & ad eundem apologum referri:

In Pſeudologiſta.

In Philopſeude.

Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.

Cum aſino gallus aliquando paſcebatur: Leone autem aſinum aggreſſo, gallus exclamauit, & Leo (aiunt enim hunc galli vocem timere) fugit. At aſinus ratus propter ſe fugere, aggreſſus eſt ſtatim Leonem. Vt verò procul hunc proſecutus eſt, quò non amplius galli perueniebat vox, conuerſus leo deuorauit. Hic verò moriens clamabat, me miſerum & dementem. Ex pugnacibus non natus parentibus, cuius gratia in aciem irrui? Fabula monet, pleroſque homines, inimicos, qui ſe de induſtria humiliarunt, aggredi atque ita ab illis occidi. Aſinus ſeruiens olitori, quoniam parum comedebat, plurimum laborabat, precabatur Iouem, vt ab olitore liberatus, alteri venderetur domino. Cum Iupiter exoratus, iuſſiſſet ipſum figulo vendi, iterum iniquiore animo perferebat quàm priùs, onera & cœnum & tegulas ferre. Rurſus igitur, vt mutaret dominum rogauit, & coriario venundatus eſt. Peiorem itaque prioribus herum nactus, videns quæ ab eo fierent, ſuſpirando ait: hei mihi miſero, melius mihi erat apud priores heros manere, hic enim, vt video & pellem meam operabitur. Fabula indicat tunc maximè priores dominos à famulis expeti, cùm de ſecundis periculum fecerint. Perquam elegantem & facetum apologum de aſino & vario recenſet Aeneas Syluius in primo epiſtolarum, inter rationes quas reddit, cur noſtro tempore minus quàm olim homines amplectantur poëſim. Viam ſolus aſinus ibat, ſuaſque ſecum miſerias querebatur, qui vinum portans, aquam biberet, frumentumq; in horreis ponens, fœnum manderet: ſed hæc leuia reputaſſet, niſi quod etiam poſt mortem ex eius corio cribri fierent atque tympana. Quem ſic querulosum audiens varius paruum animal, Tace (inquit) aſine, opus eſt poſt mortẽ labore. Nam iſti qui dicuntur homines cùm aliquem volunt ſapientem facere, corium meum adhuc piloſum recipiunt, frontemque illius adornant, quem volunt eſſe ſapientem. Doctores enim creantes meis eos pellibus veſtiunt, meque quod eſt rerum omnium difficillimum, ex magnis beſtijs viros oportet ſapientes efficere. Sic enim corium meum fata diſpoſuerunt, quod eſt mihi grauiſſimum & moleſtiſſimum. Audiuerunt hæc rectores cancellariæ, videnteſque in corijs cadauerum magnas eſſe virtutes, non cenſuerunt illa paruo pretio danda, ſed ea atque camiſias cum cera ſicut æquum erat magno pretio cœperunt vendere &c.

Vires ſuas cuique metiendas.

FABVLOSA.



IN Cancri deformationis parte, vt Hyginus ſcribit, ſunt quidam qui aſini appellantur, à Libero in teſta duabus ſtellis figurati. Liber enim à Iunone furore obiecto dicitur mente captus fugiſſe per Theſprotiam, cogitans ad Iouis Dodonæi templum peruenire, vnde peteret reſponſum, qui faciliùs ad priſtinum ſtatum mentis rediret, ſed cùm veniſſet ad quandam paludem magnam quam tranſire non poſſet, de quibuſdam duobus aſellis obuiam factis dicitur vnum deprehendiſſe eorum, & ita eſſe tranſuectum, vt omnino aquam non tetigerit. Itaque cùm veniſſet ad templum Iouis Dodonæi, ſtatim dicitur a furore liberatus & aſellis gratiam retuliſſe & inter aſtra eos collocaſſe. Nonnulli etiam dixerunt aſino illi quo fuerat vectus, vocem humanam dediſſe. Itaque poſtea eum cum Priapo de natura contendiſſe & victum ab eo interfectum. Pro quo Liberum eius miſertum, in ſideribus annumeraſſe. Et vt ſciretur id pro deo, non pro homine timido (quia Iunonem fugerit) feciſſe, ſupra cancrum conſtituit, qui deæ beneficio fuerat affixus aſtris. Dicitur etiam alia hiſtoria de aſellis, vt ait Eratoſthenes. Quo tempore Iupiter bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos conuocauit, veniſſe Liberum patrem, Vulcanum, ſatyros, Silenos, aſellis vectos, qui cùm non longè ab hoſtibus abeſſent, dicuntur aſelli pertimuiſſe, & ita pro ſe quiſque magnum clamorem & inauditum gigantibus feciſſe, vt omnes hoſtes eorum clamore in fugam ſe coniecerint & ita ſint ſuperati. Hæc Hyginus. Poſtremam fabulam Varinus etiam in Lexico ſuo in aſini mentione affert, & hanc ob cauſam aſinis hunc hono-

Aſini Stellæ & earum fabula.

A rem habitum inquit, vt in cancri sydere occasum versus collocarentur. Aratus verò has stellas ex altera parte præsepis consistere canit:

Σκέπτεο καὶ φάτνην ἡ μέν τ' ὀλίγῃ ἐοικυῖα
Ἀχλύι βορραίη ὑπὸ καρκίνῳ ἡγηλάζει.
Ἀμφὶ δέ μιν δύο λεπτὰ φαεινόμενοι φορέονται
Ἀστέρες οὔτε τι πολλὸν ἀπήοροι, οὔτε μαλ' ἐγγύς.
Ἀλλ' ὅσσον τε μάλιστα πυγούσιον οἰήσασθαι
Εἷς μὲν βορραῖος, νότῳ δ' ἐπιέρχεται ἄλλος
Καὶ τοι μὲν καλέονται ὄνοι, μέσση δέ τε φάτνη,
Ἥ τε καὶ ἐξαπίνης πάντη Διὸς εὐδιόωντος
Γίνετ' ἄφαντος ὅλη τοὶ δ' ἀμφοτέρωθεν ἰόντες
Ἀστέρες ἀλλήλων αὐτοσχεδὸν ἰνδάλλονται
Οὐκ ὀλίγῳ χειμῶνι τότε κλύζονται ἄρουραι.

Quæ carmina ita sunt a Rufo Auieno Latinè versa:

B *Conuenit hic etiam paruum præsepe notare,*
Id nubi nomen, quæ Cancro obuoluitur alto,
Græcia docta dedit, quapropter denique asellos
Suspice, quorum vnus septem vicina Trioni
Astra adolet: tepidum procul alter spectat in austrum,
In medio quod nube quasi concrescit adacta,
Id præsepe vocant: porrò hoc præsepe repente
Si sese ex oculis procul auferat, ardeat autem
Congruus aëriis latè rubor ignis asellis:
Ne quicquam tenues agitabunt stagna procellæ.

Alter enim eorum asellorum est asinus Sileni. At quoniam Auieni carmina parum Arati sententiam, vel certè summa cum difficultate explicare mihi (inquit Natalis de Comitibus) videntur, parumque cum Græca elegantia conuenire, ego an illa Latina facere & clarius exprimere possem, experiar. Est autem Arati sententia, quod nubecula quædam in Cancri ostraco inter scapulas existens, habet vtrimque stellas quæ aselli vocantur, quare illa iure dicitur præsepe. Vbi igitur illa *Lib. 5. Myth. c. 8.*
C nubes pura & aperta videtur, futurum cælum serenum significat, quod etiam inquit ita Theophrastus in libro de signis futuræ serenitatis: καὶ ἡ τοῦ ὄνου φάτνη, ὅτε αἱ καθαρὰ καὶ λαμπρὰ φαίνεται, εὔδιεινόν, id est, & asini præsepe cùm purum splendidumque apparuerit, signum est futuræ serenitatis. At versus Arati quos Latinos facio, ita se habent:

Hinc præsepe nota, nubes id parua videtur
In Boream surgens, vbi fulgent sydera Cancri:
Hoc propter geminæ voluuntur lumine stellæ
Pertenui, nec longinquæ nimis: haud tamen illæ
Coniunctæ; spatioque vlnæ distare videntur.
Altera fit Boreæ proprior, deuergit in Austrum
Altera: & hæ dicuntur aselli, separat illas
In medio præsepe polo, idque repente sereno
Ex oculis hominum vanescit: at hæ coeuntes
Fiunt vicinæ stellæ & simul esse videntur,
Imbribus immodicis vt Iupiter arua rigabit.

D Vbi igitur illa nubecula euanuerit, quam asini præsepe vocauit Theophrastus, quod quidem accidit ob condensatum humorem, cùm illa sit tenuis ac debilis, illæ duæ stellæ videntur fieri propinquæ, atque id futuram tempestatem significat. Illud autem fit vt videantur congredi, quia corpus diaphanes vaporum in aquam prope versorum radios oculorum infringit, neque patitur frequentes ad rem conspectam peruenire, quare non potest deprehendi vera distantia. Hactenus Natalis: qui ibidem etiam docet, cur senex ille Silenus asino veheretur. Hunc (inquit) Bacchi comitem, senem, ventricosum, titubantemque dixerunt, quia vinum & ebrietas cùm obesos faciat & ventricosos, tum caput plerumque grauat & titubantes facit, & ad senectutem citius perducit: hæc enim omnia incommoda & corporis turpitudines idcirco Bacchi comites finxerũt. Seneca in Oedipo: *Silenus cur asino vehi diceretur.*

Te senior turpi sequitur Silenus asello,
Turgida pampineis redimitus tempora sertis
Condita lasciui deducunt orgya mystæ,

Quidam putarunt Silenum senem fuisse Bacchi alumnum, quia vinorum vetustas, omnes etiam

prædi-

prædictas turpitudines augeat. Idcirco dicebatur ab asino vehi solitus, quia tardi sunt plerumque & inutiles negotijs, qui plus potare solent quam conueniat: nam voluptates omnes parum conferunt humanæ vitæ: quippe cùm non animal solùm, sed & corpus rebus omnibus inutile reddant, si plus operæ illis detur, quàm natura ipsa postulauerit. Ad huius rei sempiternam memoriam & cohortationem antiqui eius asinum inter sydera collocatum fuisse tradiderunt. Hæc itaque de stellis quas asinos dicunt. Porrò quomodo dipsas serpens ab asino remedium aduersus senectam simul & sitim tulerit, hanc fabulam narrat Aelianus. Prometheum ignem à Vulcano furatum aiunt: quamobrem indignatum Iouem furti indicibus dedisse remedium senectuti prohibendæ efficax: hoc illos qui acceperant, asino imposuisse audio. Et cum ille sic oneratus æstiuo tempore incederet, siti laborantem ferunt ad fontem venisse bibendi gratia, sed à serpente fontis custode repulsum: itaque asinum sitis impatientem, id quod gestabat pharmacum, vt admitteretur, obtulisse. Bibit igitur asinus, & vna cum remedio aduersus senectam quam dipsas deinde exuit, sitim quoque suam in illam transfudit. Cæterùm huius fabulæ author non ego sum, sed ante me Sophocles, & Dinolochus aduersarius Epicharmi & Ibycus Rheginus, & Aristeas Apollophanes poëtæ comici. Hucusque Aelianus. Antonius Liberalis ex Bæo cur Cleinis & tota eius familia in aues transformatus sit ob sacrificatum Apollini asinum, hanc narrat fabellam. Apud Babylonem Mesopotamiæ vrbem habitauit Cleinis, vir dijs charus atque opulentus: boum, asinorum, ouiumque diues. Hunc mirum in modum dilexerunt Apollo & Diana: ac sæpe cum istis dijs venit ad templum Apollinis, quod est apud Hyperboreos, viditque ibi asinos immolari. Reuersus Babylonem, intendit ipse quoque Hyperborico ritu Apollini sacrificare, asinorumque magno numero victimas ad aram constituit. Superuenit Apollo, mortemque se ei illaturum minatus est, nisi hoc abstineret sacrificio, & pro more capras sibi, boues, & oues offerret: ita enim se asinorum gaudere immolatione, si ea fiat in Hyperboreis. His minis territus Cleinis asinos ab altari abduxit: liberisque suis auditum sermonem exposuit. Erant ei ex Harpa vxore filij tres, Lycius, Ortygius & Harpasus, ac filia Artemicha. Proinde Lycius & Harpasus perficere sacra ista iubebāt, iisq; se oblectari dicebant; Ortygius & Arteniche, quorum sententiæ etiam Cleinis adstipulabatur, obediendum Deo pronunciabant. Sed Harpasus & Lycius vi solutis asinorum vinculis, eos ad aram compulerunt. Ibi Apollo in rabiem egit asinos, ita vt Cleinin & liberos famulosque mordicus perdere aggrederentur. Ij in extremo constituti periculo, deorum fidem implorant. Atq; Harpam quidem & Harpasum Neptunus miseratus, in aues non mutatis nominibus conuertit. Latona autem & Diana statuerunt seruare Cleinin, Artemicham & Ortygium, quod piaculi istius insontes essent. Suis Apollo hanc gratiam dedit, vt hos, antequam morerentur, in aues commutaret. Cleinis factus est Hypsiaëtos, quod aquilam altiuolantem significat, nomen auis post aquilam summæ, difficilis internosci cùm hæc interfectrix hinnulorum sit fusco corpore, magna ac valida; aquila autem nigrior ac minor. Lycius in coruum album abijt: deinde tamen Apollinis nutu factus est ceruleus, cum primus de Coronide Phlegyæ filia iudicium detulisset, eam Alcyoneo esse nuptam. Artemiche piphinx facta est, auis dijs hominibusque grata. Ortygius ægithallus, quòd patri persuasisset pro asinis capras immolare.

Dipsadis, & asini fabula. *Lib. 6. c. 51.*

Cleinis, & familia eius in aues.

PHYSIOGNOMONICA.



ARISTOTELES in Physiognomonicis ex aliqua hominis, & partium eius ad asinum similitudinem de ingenio pronunciat. Asinis (inquit) & suibus cōmunis est intemperantia circa Venerem: Asinis proprium cura est solicitudine carere. Qui asinos referunt, capite paruo, ferè sunt stupidi: Qui facie carnosa, timidi, eadem magna, tardi. Qui fronte rotunda, stupidi. Qui eminentibus oculis, simplices: magnis asinini. Qui labijs crassis, & superioribus magis eminentibus, stulti: denique voce magna, & graui, contumeliosi. Adamantius etiam illos, quorum oculi sicut asinis prominent, dementes, & contumeliosos esse conijcit. Sed & magnas aures testari, ait Aristoteles ad Alexandrum, vt refert Porta, magnam fatuitatem, sed bonæ retentionis, & memoriæ hominem. In suis verò Physiognomonicis asininum. Polemon, & Adamantius stolidæ naturæ, indicia esse. Albertus ex Loxo magnas, & prominentes aures stoliditatem, & imprudentiam signare dixit, sed perperam garrulitatem addit ex se. Cæterùm de hisce physiognomonicis signis consulendus ipse Porta, qui eleganter collatas hominis cum asini partibus icones expressit.

Asinis similes asino referre.

Lib. 2. Phisiog.

PROVER-

A

PROVERBIA.



ΝΟΣ παρὰ Κυμαίοις, *Asinus apud Cumaos*. Competit in eos, qui cùm sint inepti ridiculique, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in pretio: aut in eos, quibus honos aliquis præter meritum additus à fortuna, tumorem, & insolentiam, ita vt fere fit, conciliat; id quod eleganter notat Demosthenes Olynthiacarum orationum prima: Felicitas enim & rerum successus, quod contigerit immerenti stultis vesaniæ causam præbere solet: cui congruit illud ex Aeschylo citatum: Η βαρὺ φόρημ᾽ ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων, id est: *Graue pondus amens rebus vtens prosperis*. Tractum est prouerbium ab asino, qui apud Cumanos cum pellem mortui leonis inuenisset, se pro leone gessit, mox cognitus risum protulit, vt suprà dictum est. *Antronius Asinus* teste Suida dicitur de magnis, & ignauis, quod apud Antronios permagni essent asini. Asinus *Asinus Antronius.* Aegyptius verò etiam dicitur in contemptibiles, despicatissimosq; homines. Odisse enim id animal Aegyptios diximus, non propter imperitiam, & ineptias tantùm, & contumeliosam eius naturam, verùm propter colorem etiam ex albo nigroque confucatum, quem à deorum sacrificijs alienum abominabantur. Erat ergò apud eos mos, vt asinum ludibrijs omnibus incesserent, luto cespitibusque passim impetitum contis etiam stimularent, quaque si locus offerret opportunus, præcipitem agerent. Ὄνος λύρας subaudi ἀκροατής, id est *asinus lyræ auscultator*, Vulgò autem dici solet, *asinus ad lyram*, in eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque auribus. Hunc titulum prouerbialem M. Varro satyræ suæ cuidam indidit. Eiusdem apud Gellium extant hæc verba è satyra, cui titulus, Testamentum: *Si quis mihi filius vnus, pluresuè in decem mensibus gignuntur: si erunt* ὄνοι λύρας, id est, *asini ad lyram, exhæredes sunto*. Ὄνους λύρας appellat indociles bonarum artium, atque intractabiles. D. Hieronymus ad Marcellam: *Quos ego cum possem meo iure contemnere, asino quippe lyra superfluè canit, tamen ne nos superbiæ, vt facere solent, arguant*. Et idem aduersus Vigilantium: *Quamquam stultè faciam, magistros cunctorum magistros quærere, & ei modum imponere, qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est illud apud Græcos prouerbium*, Ὄνος λύρας. Lucianus de his, qui mercede seruiunt. τί γὰρ κοινὸν φασὶ λύρᾳ καὶ ὄνῳ, id est; *quid enim commercij, quod dici solet, asino cum lyra?* Idem aduersus indoctum, ὄνος λύρας ἀκούεις; κινῶν τὰ ὦτα, id est, *sed asinus lyram audis, auriculas mouens*. Vnde & hoc pacto effertur adagium: ὄνος τὰ ὦτα κινῶν, id est, *asinus auriculas mouens*: Rursum ad hunc modum; ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, id est, *asino quidem narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat*, in eos, qui cùm nihil intelligant, tamen perinde quasi nihil non intelligant, ita nutibus alludunt, & arrident dicentibus. Galenus, lib. 2. de different. puls. *Ad hæc senex quidem ille, velut asinus quatiebat auriculas; opinamur, quod non assentiretur*. Est autem asino naturale, vt diximus, subinde mouere auriculas, veluti significâti se iam intelligere, cùm nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad asinum non auscultantem lyram, sed ipsum canere conantem: Lucianus: καὶ μάλιστα ὁπόταν ᾄδῃ καὶ ἁβρὸς θέλῃ, ὄνος αὐτολυρίζων φασὶ, id est, *maximè si quando canit, cupitq́; festiuus, & lepidus videri, asinus, vt aiunt, ipse lyra canens*. Idem in Pseudologista: τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὄνον κιθαρίζειν πειρώμενον ὁρῶν, id est, *Iuxta hoc ipsum, quod vulgo dici solet; asinum conspiciens, cithara canere tentantem*. Citatur & hic versiculus:

> Ὄνος λύρας ἤκουσε καὶ σάλπιγγος ὗς, id est, *Asinus lyram auscultauit, & porcus tubam*.

Rectè torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium, cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. *Lib. 8.* Festiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenæum: Erat Cleon quispiam, cui nomen inditum boui: is cùm scitè caneret voce, cæterum lyra non perinde vteretur, Stratonicus vbi canentem audisset: Olim (inquit) asinus ad lyram dictus, nunc verò bos ad lyram. Germanum quoque huic adagio est, Ὄνος πρὸς αὐλὸν id est, *asinus ad tibiam*, dicendum, similiter, vbi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quædam quibus nonnullis musices sensus inesse videtur, vt equis, auibus, serpentibus. Asinum verò nihil mouet cantus. Vtrique adagio non admodum absimile est illud Horatij.

> *Scriptores autem narrare putaret asello*
> *Fabellam surdo*,

id est stupido, quiq; nullũ ex ea re sensum perciperet. Galenus lib. 3. de facult. natur. *Reliquis verò tam inutile fuerit scriptũ, quam si quis asino narret fabulam*. Asinũ sub fræno currere doces, hoc est doces indocilẽ: nã equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrẽ cursũ inutilis. Horatius.

> *Infelix operam perdas, vt si quis asellum*
> *In campum doceat parentem currere freno*. *Lib. 2. ad Epist.*

Acron admonet prouerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi, quod in equo retulimus,

Asinus apud Cumaos. *Asinus Aegyptius.* *Asinus ad lyram.* *Asinus auriculas mouens.* *Bos ad lyra.* *Asinus ad tibiam.*

B C D

τὸν ἵππον εἰς πεδίον, id eſt *equum in campum*. Prouerbialiter quoque dictum à Luciano in dialo- B
Lib. 2. c. 23. go de Saltatione: Ὄνου ἐν κεφαλῇ, οὔτε ὑὸς καρδίαν ἕξεις, *neque cor aſini, neque porci cor habebis.* Ὄνος ἐν πι-
Aſinus inter ſimias. θήκοις, id eſt *aſinus inter ſimias.* Vbi quis incidit in homines naſutos, & contumelioſos, ipſe ſtolidus, a quibus impunè rideatur. Extat apud A. Gellium, apud quem Menander comicus in fabula, cui titulus, Plotiúni, maritum, de vxoris iniuria querentem inducit his verbis: Ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο τὸ λεγόμενον ἐστὶ δὴ τοῦτο, id eſt, *Aſinus inter ſimias vulgò quod aiunt, ſanè iſtud.* Conſtat autem ſimiam animal eſſe petulantiſſimum, adeo vt non vereatur etiam leonem per laſciuiam agitare, natibus illius affixa. Quin & hodiè vulgò ſimile quiddam dicunt: *Noctua inter cornices*; vbi ſtupidior aliquis in homines petulantes, & dicaces incidit. Nihil autem vetat, quò minus generaliter vſurpetur, vbi quis in negocium incidit vehementer moleſtum, aut in infortunium aliquod, vnde ſe non queat extricare. Conſimilem cum hoc adagio ſenſum habet, ὄνος ἐν μελίτταις, *aſinus inter apes*, dici
Aſinus inter apes. ſcilicet ſolitum, vbi quis infeliciter incidit in homines improbos, atque importunos. Methaphora per ſe liquet: quanquam adagium ab euentu quopiam natũ videri poteſt. Meminit Suidas. Ὄνος ὄρνις, id eſt, *aſinus auis.* Eſt apud Ariſtophanem in Auibus. Sumptum ab homine quodam. Quidam enim conſultus de eo, qui aduerſa laborabat valetudine, forte fortuna conſpexit aſinum ſur- F
gentem à lapſu, ſimulq; alium, quendam audiuit dicentem: βλέπε πῶς ὄνος ὢν ἀνέστη, id eſt, *vide*
Aſinus auis. *quo pacto aſinus cum ſit ſurrexit*: Id omnis arripiens ille, protinus reſpondit, fore vt valetudinarius ille reualeſceret. Itaque iocatur Ariſtophanes, quaſi & aſinus auis eſſet, & augurij nonnihil haberet. Nec hoc prouerbium è comœdia natum eſt, ſed à vulgò ad iocum detortum, & à comico vſurpatum. Dicetur non intempeſtiuè, cùm ex inditio quopiam ridiculo quippiam colligimus. *Aſina Balaam admonet.* Aptè quadrabit (inquit Polydorus Virgilius) cum indoctus doctum, ſeruus dominum, mulier virum, puer ſenem coarguit. Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, id eſt, *ab equis ad aſinos*: vbi quis
Ab equis ad aſinos. à ſtudijs honeſtioribus ad parum honeſta deflectit, veluti ſi quis è philoſopho cantor, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fieret hiſtrio. Quadrabit item, vbi quis è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius Sophiſta in Epiſtola quapiam Τὸ δὴ λεγόμενον ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβήκαμεν: id eſt, iuxta prouerbium, ab equis ad aſinos tranſiuimus. Contrariũ,
Et tardigradis aſinis equus prodijt. *Et tardigradis aſinis equus prodijt*, dici ſolitum, cùm clarus euadit quiſpiam obſcuro genere prognatus, aut quoties ab indocto præceptore proficiſcitur diſcipulus eruditus. Prouerbialiter etiam à Martiale prolatum: *Nulla eſt gloria præterire aſellos.* Conueniet cùm quis altioris ingenij, ſtupidum & ad nulla aptum ſuperat. Mulum de aſino pingere: dici poteſt, quando exemplar, & res effecta nõ G
multum inter ſe diſtant: vel cum ineptiæ ineptijs repræſentantur, vel mendacia mendacijs aſtruuntur: magna ſimilitudo inter aſinum, & mulum eſt; author eſt Tertullianus. Hoc quoq; Theogni-
Mulum de aſino pingere. dis: Γνοίης δ' ὅσσον ὄνων κρείσσονες ἡμίονοι, id eſt, *Noris vti quanto muli aſinos ſuperent*; ipſiſſimam prouerbij faciem habet. Dicendum vbi quis longo interuallo præcedit. Refertur apud Athenæum.
Quam muli aſinos ſuperent. Sumptum videtur ex Homero:

Lib. 7. Iliad. κ.

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
Ἡμιόνων, αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν
Ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον, id eſt,
Verùm vbi tantum aberat, quantum pars vltima ſulci
Mularum: ſiquidem bubus longè potiores
Ducere perpinguem ſegetem compactile aratrum.

Rurſum alio loco:

Odyſſ. θ.

Τῶν δὲ θέειν ὄχ' ἄριστος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων·
Ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιιν,
Τόσσον ὑπεκπροθέων λαοὺς ἵκεθ', οἱ δ' ἐλίποντο, id eſt H
Hos curſu ante ibat Clytoneus ſplendidus omnes
Quantum mularum ſulcus præcedit in arua
Tantum is præcurrens populos, metam attigit; illos
A tergo linquens:

Olim bubus, aſinis, & mulis proſcindebant arua. Aratrum igitur, quod à mulis trahebatur, multò
Rex, aut aſinus. celerius perueniebat ad ſulci finem, cùm arator inuertit aratrum, quàm quod trahebatur à bubus. Heſiodus item mulos ταλαιεργοὺς vocat. Βασιλεὺς ἢ ὄνος, id eſt, Rex, aut aſinus, hoc eſt, aut victor, aut victus. Simile illi: ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι, id eſt, aut ter ſex, aut tres tali. Euſtathius Odyſſeæ ſextum enarrans librum, oſtendit metaphoram ductam ab his, qui ludunt ſphæra, quibus qui vi-
Lib. 9. ciſſet, rex appellabatur; qui victus fuiſſet, huic aſino nomen erat. Plato in Theæteto. *Qui aberrarit is deſidebit, quemadmodũ dicũt ij, qui ſphæra ludũt, aſinus, qui verò nihil aberrans vicerit, rex noſter eſto.*
Vrania ludus. Iulius Pollux ſphæra ludẽdi, quatuor modos cõmemorat, quorũ primus appellatur ἐπίσκυρος, alter φαινίνδα, ſeu ἐφετίνδα, tertius ἀπόρραξις, quartus οὐρανία: quorum poſtremum, nam is ad prouerbiũ

propriè

A propriè facit, describit his verbis: *Vrania verò lusus sic habet: Aliquis resupinans sese, sphaeram in caelum mittit. Reliquis autem certamen erat, vt eam prius quam in terram decideret, raperent, id quod in Phaacibus significare videtur Homerus. Sanè verò cum aduersus parietem sphaeram misissent, numerus subsultuum censebatur: & qui victus fuisset, asinus appellabatur, & quicquid imperatum esset, faciebat, rursum qui vicisset, is & rex erat, & imperabat.* Porro locus, quem ex Homero citat, est Odysseæ θ. ad hunc modum.

Τὸν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς
Βόμβησεν δὲ λίθος κατὰ δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαίῃ
Φαίηκες δολιχήρετμοι ναυσίκλυτοι ἄνδρες
Λαὸς ὑπαὶ ῥιπῆς, ὁ δ' ὑπέρπτατο σήματα πάντων, id est,
Versatum hunc valida submisit in aëra dextra
Intonuit lapis: ast in humum formidine sidunt,
Phaeces, gens guara maris, ratibusque superba
Ob saxi iactum, verum id procul omnia signa
Transuolat.

B Ab hac forma non videtur alienum quod est apud Plautum: *Rex sum, si ego illum hodiè hominem ad me illexero.* Licebit vti, cum significabimus, iaciendam aleam quæ vel summos reddat, vel infimos. Ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, id est, *asinus asino pulcherrimus*: simile simili placet. Alcimus apud Diogenem Laërtium inter multa quæ colligit ex Platonis philosophi & Epicharmi comici scriptis, quibus persuadere conatur philosophum à comicis multa fuisse suffuratum, & hos recitat senarios: *In Paenulo.* *Asinus asino pulcherrimus.*

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἐστὶ με ταῦθ' οὕτω λέγειν,
Καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς, καὶ δοκεῖν,
Κάλως πεφυκέναι, καὶ γὰρ ἡ κύων κυνὶ
Κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ.
Ὄνος τ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δὲ τῷ ὑΐ, id est,
Res mira non est, ista si sic proloquor
Ipsique nobis si placemus inuicem,
Pulchreq́; nati si videmur, nam & canis
C *Pulcherrimus cani videtur, bos boui:*
Asinus asello pulcher est, & sus sui.

Ὄνου θανάτους, id est, *asini mortes*, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda, ridiculaque dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa narratione persequatur asini pericula, quemadmodum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius sane in metamorphosi sua ὄνου θανάτους commemorat. Adagium refertur à Suida. Ὄνος ὕεται, id est, *asinus compluitur*. Cephisodorus apud eundem in Amazonibus: *Asini mortes.* *Asinus compluitur.*

Σκώπτεις μ' ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι
Rides, at asini more ego verbis compluor.

Vnde dictum apparet in eos qui maledictis nihil omnino commouentur: quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeo pluuia nihil offenditur, vt vix etiam tussem sentiat. Ὄνος ἐν μύρῳ, *asinus in vnguento*: cùm deliciæ adhibentur ijs, quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Nam asinus culmos ac fœnum mauult, quàm aurum vel vnguentum, quo etiam offenditur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat authores, quos ob inscitiam vel negligat, vel etiam deprauet. Siue cum amuso cuipiam cum eruditis- *Asinus in vnguento.*
D simis viris viuere contigerit, quorum tamen consuetudine neq; frui nouerit, neque omnino gaudeat. Refertur à Diogeniano prouerbium. Ὄνος ἄγων μυστήρια, *Asinus portans mysteria*: In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Veluti si quis ignarus literarum, bibliothecæ præfectus esset. Aristophanes in Ranis: *Asinus portans mysteria.*

Νὴ τὸν Δί' ἐγὼ γ' οὖν ὄνος ἄγων μυστήρια,
Ἀτὰρ οὐ καθέξω ταῦτα τὸν πλείω χρόνον, id est,
Ita per Iouem sum asinus vehens mysteria
Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagium, quòd olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit in eos, quorum opera alijs duntaxat est vsui, cùm ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti si quis cibos alijs gestet, quibus ipsi non liceat vesci. Quo sensu nos quoque vulgò dicimus: Fà quel dell'asino, porta il vino, beue l'acqua. Huic allusisse videtur Apuleius, cùm se fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit dæmonem ad lapidem molarem referre quem Græci ὄνον appellant, propterea quod in

sacris,

sacris, molis frumentarijs coronas imponere consueuerint. Itaque torquebitur eleganter in eos, quibus immerentibus honos habetur. Veluti cùm indoctis doctoris titulus, pileus & annulus, aliaque id genus insignia tribuuntur. Huc pertinet apologus ille, quem Alciatus inter emblemata versibus illustrauit, sub titulo, *Non tibi, sed religioni:*

Isidis effigiem tardus gestabat asellus
Pando verenda dorso habens mysteria,
Obuius ergo deam quisquis reuerenter adorat,
Piasque genibus concipit flexis preces,
Ast asinus tantum præstari credit honorem
Sibi, & intumescit admodum superbiens:
Donec eum flagris compescens dixit agaso,
Non es Deus tu (aselle) sed Deum vehis.

Alia Lacon alia Laconis asinus portat.

Ἄλλα μὲν Λάκων λέγει, ἄλλα δὲ Λάκωνος ὄνος φέρει. id est: *Alia quidem Lacon dicit, alia verò Laconis asinus portat.* Effertur apud quosdam & ad hunc modum parœmia: ἄλλα μὲν Λεύκων, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄνος φέρει, id est, *alia Leucon, alia Leuconis asinus portat.* In eos dicebatur, quorũ oratio dissentiret à factis. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Agricola quispiã nomine Leucon, solitus est vtres melle plenos floreis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium, quid nam portaret, hordeum se portare dicebat, videlicet quò minus pecuniæ persolueret. Sed cùm euenisset aliquando, vt lapsus in terra asinus onus effudisset, accurrerunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verùm vbi interim cognouissent, mel in vtribus esse, non hordeum, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tanquam qui se debito vectigali fraudasset. Atque illud ridentes addiderunt, alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nonnullis codicibus, dicit, non additur: atque ita nostra sententia dictum festiuius redditur. Ea vox postea versa est in adagium. Refertur à Zenodoto & à Diogeniano. Κάμηλος καὶ ψωριῶσα, πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία, id est: *Camelus etiam scabiosa, complurium asinorum tollit onera*: de ijs qui vsque adeò præcellunt quosdam, vt etiam senes, aut alioquin ægroti, præstantiores tamen sint illis integris: aut de his qui rebus parum prosperis, tamen plus valent ob pristinæ fortunæ reliquias, quàm alij rebus integris. Vsus est Synesius. *Agas asellum.* Hoc adagij quoniam mutilum refertur, non satis liquet, quid sibi velit. Refertur autem à Cicerone ad hunc quidem modum: *In hoc genus conijciuntur prouerbia, vt illud Scipionis, cum asellus omnes prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, agas asellum &c.* Neque verò libet referre, quæ in hunc locum adfert Omnibonus, interpres alioqui non omnino malus. Tamen visum est ipsum adagium in medium proponere, quo doctis saltem vestigandi ministraremus occasionem. Fortasse legendum agaso asellum. Nam veteres elidebant vocales more Græcorum etiam in scriptura. Atque ita sensus erit, vnumquemq; facere quæ se digna sint. Depotant nepotes, decoquit iurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum agasonis vocabulum, in contemptus abijt prouerbium, id quod apud Græcos festiuius est, ob sermonis ἰδίωμα. Nam Dores asinum vocant non ὄνον, vt cæteri, sed κίλλον, & agasonem non ὀνηλάτην, sed κιλλικτῆρα, veluti testatur Iulius Pollux. Fortasse huc pertinet, quod scripsit Flaccus ad Lollium:

Camelus etiam scabiosa, complurium asinorum tollit onera.
Agas asellũ.
Lib. 2. de Orat.
Agaso asellum.
Lib. 7. Epist. 19.

------ Ad imum
Traxerit, aut olitoris aget mercede caballum.

Ab asino delapsus.
Lib. 3. de legibus.

Ἀπ' ὄνου καταπεσών, *ab asino delapsus.* In eos dicitur, qui inconsultè quippiam agunt, & imperitè: aut in eos, qui a præsentibus commodis, quibus ob inscitiam vti nesciunt, excidunt. Est autem in Græcis verbis taceta allusio ad finitimam orationem, mutato accentu, ἀπὸ νοῦ id est, à mente delapsus, tanquam vecors & mentis impotens. Vtitur hoc adagio Plato: *Mihi sanè videtur* (inquit) *sermo veluti eques vndiquaque restringendus, ne tanquam os habens effrane, impetu abreptus, iuxta prouerbium,* ἀπό τινος ὄνου πέσοιεν, hoc est, vt vertit author adagiorum, *ab asino tanquam à mente excidat.* Vtitur item Plutarchus in Gryllo. Rursum Aristophanes in Nubibus.

Κακῶς γὰρ οὕτως εἶχες, ὥς γέ μοι δοκεῖς.
Ἵππους γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον νὴ τοὺς θεούς.
Τί δῆτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών, id est.
Mali, vt videtur, accidit tibi quippiam.
Ita per deos, equos agens, miser excidi.
Quid hæc ita, vt delapsus asino blateras?

Primus versus dicitur à Strepsiade Danistam irridente, quod pecuniam filio suo mutuo datam repetat. Alter est Danistæ, iuuenem tacita illusione notantis, qui studio alendorum equorum pecuniam eam absumpserat. Tertius rursum Strepsiadis, dicentis illum delirare, perinde quasi non ab equis, sed ab asino decidisset, hoc est, ἀπὸ νοῦ, id est, à mente. Quandoquidem & Latinis

mente

A mente delapsi dicuntur, qui mente exciderunt. Suetonius in Augusto: *Rectorem quoque soli-tus apponere, ætate paruis, aut mente lapsis.* Quidem huic quoque prouerbio huiusmodi affin-gunt fabulam. Duo quidam, cum in desertis locis asinum quempiam fortè fortuna nacti es-sent, contendere inter sese cœperunt, vter eum vti suum domum abduceret: nam vtrique pa-riter à fortuna videbatur obiectus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Sed magis placet in adagio captatam fuisse allusionem, de qua diximus, maximè quòd videamus grammaticis id studio fuisse, vt omnibus adagijs fabulam aliquam aut historiam vel commentitiam adiungerent. Vt autem Suetonius dixit mente lapsos, ita Vlpianus titulo de magistratibus conueniendis, facultatibus lapsos dicit, qui redacti essent ad inopiam. Pierius Valerianus, *ab asino excuti* à Platone de ijs dici scribit, qui grauia & magna vel difficilia professi ab incœpto turpiter desistunt. Miratur autem cur Grammaticus quidam adductus sit, vt Platonis prouerbium ita sit interpretatus, vt de ijs di-ctum voluerit, qui relictis voluptatibus & inquinamentis quibuslibet voluptificis & belluinis (hæc enim eius, inquit, verba sunt) ad meliorem mentem regrediuntur. Sed cùm is & hic & alibi sæpe cadat ab asino, in luto hominem hæsitare permittamus, neque tollere rursum fra-

Mente delapsi qui dicantur.

Ab asino excuti.

B ctum crure planum procuremus. Id verò eò magis indignè ferendum, quod testimonium sibi accersit ex Euangelica lectione, vbi Seruator noster asinæ pullum obequitat: neque intelli-git, longè aliud esse, inuectari asello in vrbem Hierosolymam, aliud ab asino excuti, vel men-te alienari: nam & iocus ex locutionis enunciatæ ambiguo resultat, cùm ἀπ' ὄνου, etiam ἀπὸ νοῦ sonare videatur. Hæc itaque Pierius. *Malo asino vehitur*; quibus res sunt parum secundæ, mala asella vehi dicuntur, ἐπ' ὄνου πονηρᾶς ὀχούμενοι. Suidas ceu prouerbiale refert, in dictione πονηρός. Felices enim eximijs equis insidere gaudent, quo celerius perueniant eò quò volunt; nec insciè iacietur in hominem parum feliciter coniugatum. Prouerbium etiam olet quod scri-bit Horatius in epistolis;

Malo asino vehitur.

Qui malè parentem in rupes protrusit asellum.

Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cùm ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulentium monitis obtemperare. Hi sunt etiam vltrò quò tendunt, impellendi, vt vel ma-lo docti tandem agnoscant stultitiam suam. Natum est a rustico quopiam, qui cum asinum suum per alpes niuibus obtectas duceret, isque fræno non obediret, iratus in rupes protru-

Lis de asino canem mordente.

C sit:

Et meritò quis enim inuitum seruare laboret?

Celebratur Græcis hic senarius prouerbialis:

Δίκην ὑφέξει κἂν ὄνος δάκῃ κύνα, id est,

Litem mouebit, si vel asinus mordeat canem.

Quadrabit in eos, qui de re quantumuis exigua litem suscitant. Natum videtur ab euentu quopiam. Extat autem apud iureconsultos actio ex lege, si quadrupes damnum dederit. Re-fertur à Zenodoto & Suida, quanquam apud vtrumque scriptum est μάκροις pro μικροῖς: quo-rum hoc nobis videtur sensus exposcere. Τῶν δ' ὄνων οὔ μοι μέλει, id est, *Cæterùm asinos nil moror.* Congruit in eum qui domesticis contentus opibus non quærit aliena. Nam cui plau-strum est domi, huic non est opus asinis conductitijs. *Asini faciem circumferre* prouerbiali-ter dixit Plutarchus in libro aduersus Stoicos: *Cumque Circe* (inquit) *duo vsurpet venena, quo-rum vnum stultos de prudentibus, alterum prudentes de stultis redigit, Vlyssem bibere stultitiæ potius venenum voluit, quam transire in bestiæ formam, præditum sapientia & nimirum simul etiam felici-tate. Atque hæc aiunt ipsam dictare & hortari sapientiam: Missum me fac, nec rationem habe per-*

Asini faciem circumferre.

D *euntis & in asini faciem discedentis. Nimirum diceret non nemo, asini est quæ hoc suadet sapientia, quando sapere & felicitate frui bonum est, asini circumferre faciem indifferens.* Ὄνος πεινῶν ῥο-πάλου ἀμελεῖ, id est, *asinus esuriens fustem negligit.* In eos congruit, qui ventris compendij gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristoteles: *nam & isto pacto asini cùm esuriunt essent fortes, quòd licet verberentur, non discedunt tamen à pabulo.* Negans fortem esse censen-dum, qui quouis pacto toleret incommoda: Alioquin asinos longè fortissimos futuros, qui dum esuriunt, nullis verberibus à pabulo dimouere queunt. Apparet ex Homero sumptum, qui sanè quam eleganter describit asininam patientiam: cuius poëtæ versus Græcos suo ante loco recitaui-mus: nunc verò Latini facti non incongruè repetentur: canit itaque:

Asinus esuriens fustim negligit.

Lib. 3. Moral.

Iliad. λ.

Vt cum per segetes ignauus transit asellus
Inuitis pueris, cui multus tergore circum
Iam crepuit fustis, neque segnius ille profundam
Ingreditur segetem: pueri sed fustibus illum

Cadentes studio, tandem ac puerilibus aruo E
Viribus eÿciunt, vbi pastu expleuerit aluum.

Asini mandibula. Ὄνου γνάθος, *Asini mandibula.* Conuenit in edaces alioqui stolidos & ignauos; cuiusmodi pingit Horatius:

Nos numerus sumus & fruges consumere nati.

Hesychius citat ex Eupolide, dictumque in homines edaces. Addit & loci nomen esse. Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ τὰ ὀστέα, id est, *cani das paleas, asino ossa*: Cùm res præposterè distribuuntur, veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos, aut gladium balteumue, militi librum. Si quidem munera hoc ipso sunt ingrata, quòd apta non sunt. Interdum vertuntur in contumeliam. *Cani das paleas, asino ossa.* Ὀσφυν κλῆγως ὥστε Μύσιος ὄνος, id est, *delumbatus asini instar Mysÿ*. Citatur prouerbij nomine ab Eustathio in nauium catalogo, sed non explicatur: contentus enim est addere, in Mysia rarissimos esse asinos, quibus rectum sit dorsum circa lumbos aut ilia, ita enim ὀσφὺς vocatur tertia & inferior spinæ pars ad clunes descendens. Videtur quadrare in molles & effæminatos, quos elumbes vocamus, Græci κατεαγότας, id est fractos. Porrò in Eustathio Romæ excuso pro καῖηγὼς legendum est, ex manuscripto exemplari, quod Bononiæ videre contigit, inquit Manutius, καῖηγώς. *Delumbatus instar asini Mysÿ.* Ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης, τῶν δ' ὄνων κῆδε μίλει, id est, *Vtere plaustris tuis, asinosque non curaueris*. Versus est trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio monebant, vti suarum quisque rerum curam ageret, hisque frueretur, alienarum negligens atque incurius. Hinc ducta metaphora quod quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent deportandis oneribus asinos aliundè conducere. Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον, id est, *Si nequeas bouem, asinum agito*, id est, si non potes, vt vis, vtcumque potes, facito. Si fortuna splendidor non contingit, eam sortem quæ contingit, boni consulas: si quod optas, non licet, id quod proximum est, amplectere. Author Suidas. *Ab asinis ad boues transcendere, periculosem esse* prouerbialiter dixit Plautus: Verba sunt Euclionis ad Megadorum senem diuitem, qui filiam eius petebat: F

Si nequeas bouem, asinum agito.

Ab asino ad boues trascendere.

Venit mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem,
Factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrimum
Nunc si filiam locassem meam tibi, in mentem venit
Te bouem esse, & me esse asellum: vbi tecum coniunctus siem
Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam tibi asinus in luto, G
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem,
Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat
Neutribi habeam stabile stabulum, si quid diuortij fuit,
Asini me mordicus scindant, boues incursent cornibus,
Hoc magnum est periculum, ab asinis ad boues transcendere,

hoc est, periculosum est à pauperum atque humilium ordine & familia ad ordinem & familiam diuitum ac potentium ascendere. Periculosum enim est, ne pauperes & humiliores à diuitibus petantur cornibus. Videtur allegoria ex apologo quopiam mutuo sumpta. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, id est, *super asini vmbra*; pro eo quod est de re nihili. Sophocles in Cedalione apud Suidam, τὰ πάντα ὄνου σκία, id est, cuncta asini vmbra, id est, nugæ, nihilique res. Apud eundem Aristophanes in Dædalo, περὶ τοῦ γὰρ ὁ πόλεμος νυῦ ὑμιν ἐστὶ; περὶ ὄνου σκιᾶς, id est, *Qua de re nunc inter vos bellum est? nimirum de asini vmbra*. Citatur ab eodem & Aristoteles, ἐν διδασκαλίαις, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo, ὄνου σκιὰ, id est, *asini vmbra*, Archippi comædiam opinor sentiens, de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Sectis: πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες, id est, *Omnes vt ita dixerim, de asini vmbra depugnant philosophi*. Aristophanes in Vespis, περὶ τοῦ μάχη νῷν; περὶ ὄνου σκιᾶς, *de quo pugna est nobis? de asini vmbra*. Demosthenes in Philippica quadam, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι, id est, *eum omnibus in præsentia de Delphica vmbra digladiari*. Proinde sunt qui credunt hoc adagij primum à Demosthene natum fuisse, fabulam eam referentes, quam retulimus inter apopthegmata ex Demosthene: quam tamen fabulam paullò aliter narrat Plutarchus in vita Demosthenis, his quidem verbis: Cùm in concione dicenti obstreperent Athenienses, ait se breuiter velle illis narrare quiddam. At silentio facto, Adolescens (inquit) æstatis tempore asinum mercede conduxerat, vt eo ab vrbe Megaram proficiscens vteretur. Porrò meridie cùm sol acriter æstuaret, vterque cupiebat sub vmbram asini succedere: Verùm alter alterum arcebat, cùm hic diceret asinum conductum esse, non vmbram. Rursus alter, qui conduxerat, se plenum habere ius responderet: atque hæc locutus, discedere parabat. Retinentibus autem Atheniensibus vtque reliquam partem fabulæ adderet orantibus: Itane, H

Super asini vmbra.

De asini vmbra fabula.

inquit,

A inquit, de asini vmbra audire cupitis, de rebus serijs loquentem auscultare non vultis? Quidam aiunt asinum non Megaram sed Delphos fuisse conductum, quod item apparet ex verbis Demosthenis, qui Delphicam vmbram nominat in calce orationis de pace: *An non igitur stultam (inquit) ac vehementer miserum; singulos aduersus singulos ita commissos de rebus proprijs, ac maximè necessarijs, cum vniuersis de vmbra Delphica nunc depugnare?* Apuleius in asino, iocatur ex sese natum. Vsurpauit hoc adagium Menander in Enchiridio & Plato in Phædro, cùm ait, *Oratores imperitos imprudenter & periculosè facere, quoties apud plebem imperitam & ipsam, non vmbram asini, rem videlicet leuem ac nullius momenti, sed turpia pro honestis laudant*: Μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς, inquit, ὡς ἵππου τὸ ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ, ὡς ἀγαθοῦ. Procopius in epistola quapiam: *Ipse etiam, opinor, doctißimè de arte pugnantia cùm sentias, deridendi sicut videtur gratia, de asini quod aiunt, vmbra litem moues.* Vsus est eodem Origenes in præfatione libri tertij, quem scripsit aduersus Celsum. *Sed iam dudum tempus vt ab asini vmbra digrediamur, ne quis iure nos rideat* περὶ ὄνου σκιᾶς *plus satis curiosos.* Ὄνου παρακύψεως, id est, *de Asini prospectu.* Vetus adagium dici solitum in eos qui ridendo titulo aliquem calumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius vocant. Euentus qui fabulæ præbuit occasionem, variè narratur ab authoribus. Quidam huiusmodi quædam memorant. Figulus quispiam varias auium formas finxerat, easque in officina collocatas habebat. At asinus quidam, inobseruantiùs sequente agasone, inserto per officinæ fenestellam capite, pariter & aues & reliqua vasa deiecit, comminuitque. Is cuius erat officina, agasonem in ius vocat. Cumque rogaretur ab omnibus, quanam de re litem moueret; de asini, inquit, prospectu. Alij aues non fictiles, sed veras fuisse volunt, quæ asino sicut dictum est, per fenestram immittente caput, disturbatæ perticam ruperunt, reliquaque vasa subuerterunt. Reliqua fabulæ vtcumque conueniunt. Lucianus in asino suo parœmiam hanc fingit ex se natam, quòd dum asinus conaretur obliquato capite per fenestram prospicere quid ageretur, tum sese, tum dominos suos prodidit. Eamque rem magno omnium risui exceptam, in adagionem abijsse, ἐξ ὄνου παρακύψεως, id est, *ex asini prospectu.* Porrò iuxta Luciani sententiam magis quadrabit in eos, qui stoliditate sua, dum ineptè student dissimulare, ridiculè produntur. Hunc Luciani locum æmulans Apuleius in nono metamorphoseos suæ libro, scribit ad hunc modum: *Qua contentione & clamoso strepitu cognito, curiosus alioqui & inquieta procacitate præditus asinus, dum obliquata ceruice per quandam fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus ille, prospicere gestio, vnus è*

C *commilitonibus, casu fortuito conlimatis oculis ad vmbram meam cunctos testatur in coram. Magnus denique continuo clamor exortus est. Et emersis protinus scalis, iniecta manu quidam me veluti captiuum detrahunt, iamque omni sublata cunctatione scrupulosiùs contemplantes singula, cista etiam illa reuelata repertum, productumque & oblatum magistratibus miserum hortulanum, pœnas scilicet pensurum, in publicum deducunt carcerem, summoque risu de meo prospectu cauillari non desinunt. Vnde etiam de prospectu & vmbra asini natum est frequens prouerbium.* Hactenus Apuleius. In eodem puto sensu dictum à Tertulliano: *Asinus de Aesopi puteo, modò venis, & iam exclamas:* quanquam ego apud Aesopum Gabriamque, nihil inuenire potuerim, quod huius prouerbij speciem gerat. Quare conijcio eas fabulas Aesopi, quæ teruntur hodiè manibus omnium, non venisse ad nos integras. Coniecturam adiuuat, quòd apud D. Basilium, Lucianum & alios leguntur quædam, quæ similiter frustrà in excussis Aesopi fabellis exquiras. Posset & hic pro Aesopi puteo, id est pro eo qui insperatus tanquam qui ex specula vel Hercules è proscenio, reponi de asini prospectu. Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον, *Scytha recusans asinum*: de ijs qui verbo quidem aliquid auersantur, reipsa verò concupiscunt. Quidam enim asini cadauer conspicatus, Scytha (inquit) ecce paratam tibi cœnam. Is verò in præsentia quidem aspernatus est, pòst verò epulatus. Ὄνου πόκας ζητεῖς, *Asini lanas quæris*: de ijs qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt.

D Effertur adagium etiam ad hunc modum, ὄνου πόκαι, id est, asini lanæ. Aristophanes: Τίς εἰς τὸ λήθης πεδίον, τίς εἰς ὄνου πόκας, id est: *Quis in lethes solum, quis in asini lanas?* Per asini lanam, res vanas significans, & quæ nusquam sunt. Eundem sensum habet, τὸν ὄνον κείρεις, id est, *asinum tondes*: de his qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur; proptereà quod asinum neque pectere possis propter villos, neque tondere, cùm lanam nullam habeat. Huius meminit idem Aristophanes in Ranis. Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ, id est, *asini caput ne laues nitro.* Ne multum sumptus operæue impendas in rem vilem ac sordidam. Finitimum est illi, τὴν χύτραν ποικίλλειν, id est, *ollam variegare.* Similiter & nos vulgò dicimus, Che laua il capo all'asino, perde il sapone. Ὥσπερ ὄνος βαλανέως, id est, *vt asinus balneatoris.* Dictum etiam est in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus capiunt. Plutarchus in libello περὶ τῆς φιλοπλουτίας: *Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque temporis, neque mundiciei.* Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitijs, non fruitur tamen. Ὄνου

De asini prospectu.

Lib. 4. aduers. Marcionem.

Asinus de Aesopi puteo.

Scytha recusans asinum.

Asini lanas quæris.

Asinum tondes.

Asini caput ne laues nitro.

Vt asinus balneatoris.

A
Spem capit obscænam, furtimq́ accedere tentat,
Et fert suspensos corde micante gradus.
Fortè senex quo vectus erat, Silenus asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ;
Ibat vt inciperet longi Deus Hellesponti,
Intempestiuo cum rudit ille sono,
Territa voce graui surgit dea, conuolat omnis
Turba, per infestas effugit ille manus.
Lampsacus huic soli solita est mactare Priapo,
Apta asini flammis indicis exta damus.
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas
Cessat opus; vacuæ conticuere molæ.

Idem poëta in eiusdem operis volumine primo simillimam de Sileno eiusque asello & Lotide nympha fabellam recitat his versibus:

B
Cæditur & rigido custodi ruris asellus
Causa pudenda quidem est, sed tamen apta Deo.
Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert:
Dij quoque cultores in idem venere Licæi
Et quicumq́ loci non alienus erat.
Panes & in Venerem Satyrorum prona iuuentus
Quæque colunt amnes solaque rura deæ.
Venerat & senior pando Silenus asello,
Quique rubro pauidas inguine terret aues.
Dulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti
Gramine vestitis accubuere thoris.
Vina dabat Liber: tulerat sibi quisq́ coronam.
Miscendas largè riuus agebat aquas,
Naiades effusas aliæ sine pectinis vsu
C
Pars aderant positis arte manuque comis.
Illa super suras tunicam collecta ministrat
Altera dissuto pectus aperta sinu,
Exerit hæc humerum, vestes vehit illa per herbas
Impediunt teneros vincula nulla pedes.
Hinc aliæ satyris incendia mitia præbent,
Pars tibi qui pinu tempora nexa geris.
Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt
Nequitia est quæ te non sinit esse Deum
At ruber hortorum Deus & tutela Priapus
Omnibus ex illis Lothide captus erat,
Hanc cupit, hanc optat, sola suspirat in illa
Signaque dat nutu, sollicitatque notis:
Fastus inest pulchris, sequiturq́ superbia formam
Irrisum vultu despicit illa suo.
D
Nox erat, & vino somnum faciente iacebant
Corpora diuersis victa sopore locis,
Lothis in herbosa sub acernis vltima ramis,
Sicut erat lusu fessa quieuit humo,
Surgit amans, animamque tenens vestigia furti
Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niueæ secreta cubilia nymphæ,
Ipse sibi flatus ne sonet aura, cauet.
Et iam finitima corpus librabat in herba
Illa tamen multi plena soporis erat:
Gaudet, & à pedibus tracto velamine vota
Ad sua felici cœperat ire via:
Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.

E

Territa consurgit nymphe, manibusq; Priapum
Deijcit, & fugiens concitat omne nemus,
At Deus obscœna nimium quoq; parte paratus,
Omnibus ad lunæ lumina risus erat.
Morte dedit pœnas author clamoris, & hæc est
Hellespontiaco victima sacra Deo.

Indignatus itaque Priapus asinum immolat, & posteri eiusdem numini asinos immolarunt. Assignatur tamen alia etiam causa immolandi illi asinos: nam alter ex duobus asinis, quos Liber in cælo collocauit, cùm humana voce cum Priapo de natura rerum certare ausus esset, victus & immolatus est, vt suprà quoque meminimus. Sunt qui asinum Priapo sacrum fuisse volunt, ob verendi scilicet enormitatem, qua suprà modum præditi sunt asini, quaque cum eo certantem Priapum superauit, vt antea etiam tetigimus, & meminit author Copæ:

Et Tiguri custos armatus falce saligna
Sed non & vasto est inguine terribilis:
Huc asiniga (sic correximus) veni, fessus iam sudat asellus
Parce illi, vestrum delicium est asinus.

F

Apud Romanos virgines, vt annotatum est, asinis insidentes ad templum eiusdem Dei vectæ ter id circumibant, & in quem sors cadebat, Deo mactabatur asinus, cuius sanguinem colligentes in faciem eius proijciebant. Asinus cur Baccho sit sacer, indicauit Plinius inquiens: *Ferulæ asinis gratissimæ sunt in pabulo, cæteris verò iumentis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferula.* Aliam rationem sed veriorem reddit Iustinus Martyr in oratione ad Antoninum Pium: quòd videlicet gentes dicta prophetarum audientes, sensum eorum non rectè intellexerint, sed hallucinantium more res Christi sint æmulati: Moses propheta scriptoribus omnibus fuit vetustior; Ab hoc ita prophetatum est: *Non deficies ex Iuda, & dux è lumbis eius, donec veniat, cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lauans stolam suam in sanguine vuæ.* His verbis auditis Dæmones Dionysium Iouis filium esse dixerunt inuentoremque vitis prodiderunt, & asinum in mysterijs & arcanis eius sacris duxerunt, & dilaniatum eum ascendisse (qua de re mox in fabulosis) in cælum docuerunt. Et quia in Mosæ prophetia expressis verbis designatum non erat, num aduenturus ille Dei filius esset futurus, & vtrum pullo vehens in terris mansurus, an in cælum ascensurus: atque pulli nomen, & asini & equi pullum denotare poterat: nescientes asinine an equi pullum ducens, symbolum & signum aduentus, & præsentiæ suæ habiturus, qui prænunciabatur: & vtrum Dei, an hominis futurus esset filius. Bellerophontem quoque ipsum hominem ex homine genitum, in equo Pegaso in cælum peruenisse pronunciarūt. Hæc Iustinus. Mariæ stirps vel prosapia (inquit F. Sixtus Senensis ordinis prędicatorū volumine secūdo bibliothecæ sanctæ,) vt refert Epiphanius, liber est apud Gnosticos celebris, horrendam & perniciosam doctrinā continens, in quo inter cætera portenta narratur, Zachariā sacerdotem in penetralibus templi ingressum, vt incensum coram Deo adoleret, vidisse formam quandam asinino capite præditam. Quam visionem cùm reuelare vellet & populum admonere, ne asinum adoraret, is qui visus est, vocis & linguæ vsum illi ademit; sed ademptum paucis post diebus restituit. Eo recepto, Zacharias visionem prodidit Iudæis: illi indignati illum obtrumcarunt. Hac de causa commotus Hebræorum legislator sacerdoti præcepit, vt ingrediens ad sacra peragenda, tintinnabula vestimento appensa gerat, quo sonitu admonitus asininus ille Deus se occultet, ne forma eius intempestiuè conspecta, interitum afferat spectatori. Serapion Thmuenus Episcopus, in libro aduersus Manichæos affirmat ex huius libri occasione Christianos olim accusatos ab Ethnicis, quòd Iudæis permisti, asinum, Iudæorum numen colerent. Tertullianus tamen in Apologetico autumat, Gentiles venisse in hanc suspicionem ex scriptis Cornelij Taciti, qui in quinto historiarum libro referens originem Hebraicæ religionis, ait, Iudæos ex Aegypto pulsos, cum in vasta Arabiæ solitudine siti macerarentur, ab asinis syluestribus, qui fortè de pastu ad potum petebant, aquarum fontes didicisse, & beneficij memores, bestiam diuinis honoribus coluisse, eiusque effigiem postea in templo consecrasse: atque inde præsumptum à gentibus, Christianos, vt Iudaicæ religioni propinquos, asinum pro Deo venerari: vnde & quidam iumentorum locator ausus est Tertulliani temporibus apud Carthaginem ante stabulum iumentorum, velut suæ artis insigne, appendere tabulam, in qua depictus esset homo togatus, dextra librum tenens, de cuius capite asininæ prominerent aures cum hac inscriptione, Deus Christianorum onony chitis, id est, asiniunguius. Hactenus ille. Vide etiam lectoi suprà inter deriuata, & cognominata, vbi verbis Petri Criniti idem mendacium refutauimus. Tradit verò etiam Suidas Zenonem Alexandrinum Iudæum, publicè genti suæ nuncium remisisse, albo asino per eorum synagogam sabbato, vt apud eos nos est, traducto. Ego

G

H

Alia ratio cur Priapo immolatus.
Lib. 24. c. 1.
Asinus cur Baccho sacer.
Gen. 49.
Liber falsissima continens de Christianorum Deo.

verò

A verò ex Diodoro annotatum reperio in templo Bacchi conseruari solere regnantibus in Sicilia tyrannis, ob hunc finem, vt si mulier accusata adulterij, supra illud iuraret, liberaretur. *Caput asini in templo Bacchi.*

VSVS IN CIBIS.



GALENVS tradit esse, qui asinorum domesticorum, etiam cùm senuerunt, carnes mandunt; sed pessimi esse succi, & concoctu difficillimas, stomachumque lædere, & præterea inter edendum esse insuaues; hominesque qui ijs vescuntur asininos euadere corpore, ac animo. Tale quid & in methodo de lactis vsu potuque ascriptum legitur, vt asininis lac detur asininum, idque non prorsus absq; medici theorematis alicuius intelligentia accipi debebit: reuera nunquam, nõ & qui appetunt, & qui vescuntur, aliquandiu operata virtute, facultateq; sua alimento, aliquid induent animalis, cuius carnibus vescuntur, temperamenti, proinde etiam naturæ, etenim temperamentum medicis nobis natura est. Si naturæ, & temperamenti ex eo conciliabitur aliquid, necessario, & morum, & animi nonnihil eiusdem sortis, propterea quod animi mores temperamentum corporis sequantur, vt iam antea edocti sumus ab authore eodem Galeno, dicato priuatim rei huic libro. Asinos autem multis in locis in cibum venisse obseruauimus. Interpres in primis Aristophanis in Vespis id scribit de Atheniensibus, super his verbis poetæ: ὅταν φάγῃς, ὑπογάστριον γέροντος ἡλιαστικοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐσθίειν ὑπογάστριον ὄνου ἢ βοός. Athenęus agens de Persarum epulis, scribi ait hæc ab Herodoto, vbi Græcorum Persarumque conuiuia inter se confert: eum præcipuè diem supra reliquos omnes venerari Persarum legibus sancitum esse, in quo quisque natus est; in quo etiam plura conuiuia parari dignum esse arbitrantur, in quo & qui sunt diuites, bouem asinum, equum, & camelum totos in fornacibus assatos apposuerunt: at pauperes oues exiguas apponere solent, paucisque cibis vtuntur, multisque, at ijs non bonis bellarijs. Traditque ibidem Athenæus, asinos regi eorundem solere mactari. Mecœnas verò referente Plinio primus instituit pullos asinarum epulari, multum (inquit) eo tempore prælatos onagris: post eum verò interijsse authoritatem saporis. Scythas autem præ cæteris istiusmodi carnibus inhiare in prouerbijs, est ostensum. Nostro verò tempore omnes ab ijs abstinent, & nisi coacti eis vescuntur, vt fit in vrbiũ diuturnis obsidionibus, quod Veronæ exemplo Sabellicus ostendit ex Iouio. Hac enim vrbe anno salutis 1516. obsessa ad id penuriæ ventum est, vt cùm vix lentem, & fabam paniceaque pultaria in quotidiano vsu haberent, equinas atque asellorum carnes magno in honore ducerent.

Lib. 3. de Alim. facul. — *Lib. 7.* — B — *Asini vbi comesti.* — *Lib. 4.* — C

VSVS IN MEDICINA.



QVOD nobis plura quàm asinus remedia subministrat, animal ferè nullum habemus aliud. Inter illa autem lac precipuum semper vsum habuit, habet etiamque. Equidem Græcia non alium illius vsum videtur agnouisse, quam in medicina. Nam Philarchus referẽte Plutarcho in vita Demosthenis narrat Pytheã qui Macedonum causam Athenis agebat, dixisse; quemadmodum crederetur domus, in quam lac asininum infertur, omnino aliquo malo laborare, ita vrbem necessario quoque vitiosam esse, in quam Athenienses legatio adueniret: id verò à Demosthene, qui agebat causam Græcorum, inuersum, vt & lac asininum sanitatis restituendę causa importari solere, & Athenienses propter salutem malè habentium venire consueuisse diceret. Optimum erit, si asina sana sit, bene nutrita, iuuenis & non longè a partu. Auferri ab ea debet pullus quem lactat, singulis diebus exerceri parum strigili, & asperis pannis, vel stramine perfricari. Nutriri debet optimo fœno, auena, hordeo, herbis, sed maximè his quæ affectui prosunt. Vbi mulgenda est asina, fiat in loco vicino cubiculo, ne lac ab aëre alteretur, & ne frigescat. Mulgeatur in vas duplex, hoc est, contineatur scyphus in alio vase pleno aquæ calidæ. Quæritur apud recentiores medicos, an sit omni alio lacte tenuius, quoniam Galenus secum etiam in hoc pugnare videtur in sexto de tuenda sanitate tenuissimum dicens inter omnia lactis genera: tertio autem de alimentorum facultatibus camelinum, & equinum ei in tenuitate præferens, Aristotelem tertio de animalium historia secutus. Quos locos Ioannes Manardus in epistolis ita conciliat. Sexto de sanitate tuenda (inquit) Galenus asininum lac leptomereſtaton, id est, maximè partium tenuium affirmat: in tertio verò de alimentis, camelinum asinino, non in tenuitate, sed in humiditate prefert, hydrotaton enim dicit. Quare nisi fateri voluerimus, Aristotelem aliud sensisse, quàm Galenum, dicere oportebit, quòd per tenuissimum non intellexerit tenuissimarum partium, sed maximè humidarum.

D — *Lac asini an cæteris tenuius.*

darum. Hæc ille. Geſnerus verò Galeni verba ſic accipit; aſininum lac tenuiſſimum rectè dici, ſi cõparetur animalium lacti, quæ apud nos, & pleraſque gentes mulgeri ſolent, vaccarum nempe, ouiũ & caprarum: ſimpliciter verò, & comparatione ad animalia quorum inuſitatum ferè ad cibum, & E

Plinius explicatus.

potum in Europa lac eſt, vt cameli, & equi, non tenuiſſimum, ſed craſſum. Sic etiam Plinius tenuiſſimum lac camelis eſſe ſcribit, mox equabus, craſſiſſimum aſinæ, vt coaguli vice vtantur: Craſſiſſimum dixiſſe pro craſſius, quam cameli, & equæ. Leptomeres, id eſt, tenuium partium vocatur (inquit) quomodo non craſſis, neque viſcoſis paribus conſtat, & citò ac facilè corporum meatus ſubit: id quod lacti eo magis conuenit, quo liquidius eſt, minuſque caſeoſæ ſubſtantiæ habet, vt Galenus ipſe exponit.

Lactium differentia.

Bubulum lac (ait) pinguiſſimum eſt, ouinum, & caprinum multò minus, aſinarum minimum pingue habet: quamobrem perrarò alicui in ventre coagulatur, ſi recens mulſum, & calidum adhuc bibatur: quòd ſi ſal, & mel adijciantur, fieri non poterit, vt amplius colatur in ventre. Eandem ob cauſam aluum magis ſubducit, quod ſerum ei copioſius inſit, minus autem de caſei natura, cuius ratione lac aluum ſiſtit. Ciere autem aluum præter Dioſcoridem, qui ventri quidem idoneũ eſſe, ſed ipſum turbare aſſerit; etiam teſtatur Varro his verbis. *Maximè perpurgat lac equinum, tum aſininum, deinde bubulum, tum caprinum*. Sine periculo autem ventrẽ ſoluet, vt F ait Marcellus, ſi cum melle potui detur. A temperato haud multum putarim recedere. Mulicbre enim temperatiſſimum eſſe aiũt, mox caprillum, hinc aſininum, ouillumque, poſtremò vaccinum. Plinius author eſt dulciſſimum ab hominis lacte camelinum, efficaciſſimum ex aſinis. Idem plurima ex hoc lacte remedia recenſet. Suſpirioſis (inquit) ante omnia efficax eſt potus equiferorum ſanguis: proximè lactis aſinini tepidi cum bulbis decocti, ita vt ſerum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho naſturtij albi, perfuſi aqua, deinde melle diluti. Noſtri verò medici tabidis ita lac exhibent aſininum, vt ipſimet id exugant, ne quid à natiuo tepore remittat. Galenus verò melle mixtum iuueni cuidam, qui ferè contabuerat, a balneo ſtatim exhibuit. Si dolent vbera, lactis eiuſdem potu mulcentur, vt idem Plinius tradit, ſi verò addito melle ſumatur, purgationes mulierum adiuuat. Stomachum exulceratum per ſe potum reficit. Commendatur etiam ad tuſſim, extenuationem, ſputum ſanguinis, hydropem, & duritiem ſplenis. Capiti tamen infirmo, & vertigine laboranti non conuenit. Priuatim prodeſt contra gypſum, & ceruſam, & ſulphur, & argentum viuum: item duræ aluo in febri. Gargarizatur quoque faucibus exulceratis vtiliſſimè; & bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocant. In febri etiam quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum lactis aſinini heminam dari, aut ſi in exitu cibi roſionem ſentirent, antiqui in arcanis habuerunt, ſi hoc non eſſet, habuerunt è caprino. Eiuſdem potus vtilis eſt cœliacis, & dyſentericis, addito melle. Teneſmus tollitur eodem epoto. Sint inter exempla, qui lac aſininum bibendo G liberati ſunt podagra, chiragraue. Alij vero ſeri aſinini potu eoſdem morbos prorſus euaſere. Hippocrates etiam libro de affect. carnis poſt pharmacum purgans, lac aſininum coctum in hoc affectu propinat, & mox etiam ſerum aſininum. Eodem lacte percuſſu vexatos dentes confirmari certum eſt. Non ſolum enim dentibus innoxium eſt, ſed ob tenuitatem etiam abſtergendo conducit. Dioſcorides ſimpliciter hoc lacte collutos dentes gingiuáq; ait ſtabiliri. Archigenes, & Philogrius omne lac incommodum eſſe calculoſis pronunciant præter aſininum, quod ſubſtantia tenuiſſimũ eſt; & facultatis faciliimè diſſoluentis. Igitur mirabiliter articulorum tumores, & nodos (quos ad calloſæ duritiei modum ex vitioſi lactis vſu pueri ſuſtinere coguntur) leuigat, & delet: vnde admonendi etiam ſunt ipſi calculoſi, vt aſſiduè heminæ menſura bibant, poſt matutinas deambulationes, atq; id præſeruandi a lapidis generatione gratia, præ omnibus alijs fiat. Mentionem horum facit Aetius in curatione lapidis veſicæ. Idem ſcriptor alibi de ſuppuratis renibus tractans, his verbis vtitur: lac itaq; cum melle poſt puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem aſininũ, aut equinum, ad vlcera enim repurganda conducit: Cum verò repurgatione amplius opus non H habent, & morſus fiunt obtuſiores, indigetq; æger nutrimento, tunc etiam bubulum lac eis exhibendum duarum, aut trium heminarum menſura. Hoc eodem lacte venena extingui, Plinius tradit, & multa alia remedia paſſim recitat, quæ ideo ex aſinino lacte propinantur. Peculiariter autem ſi hyoſcyamum potum ſit, aut viſcum (inquit, ixiam puto dicere volens) aut cicuta, aut lepus marinus, opocarpathum, aut pharicum, aut dorycnium: & ſi coagulum alicui nocuerit; nam id quoq; venenum eſt in prima lactis coagulatione. Sed meminiſſe oportet recenti vtendum, aut non multò

Lib. 15. 41.

poſtea tepefacto. Nullum enim celerius euaneſcit. Habet denique & coſmeticam vim, nam ſi ex eo fiant balnea, quo minus cutis obducatur rugis, ſed extenſa permaneat & candida, præſtat, id quod Poppeæ Neronis principis vxoris exemplo Plinius his verbis oſtendit. *Conferre aliquid & candori in mulierum cute exiſtimatur. Poppaea certè Domitij Neronis coniux quingentas ſecum per omnia trahens fœtas balnearum etiam ſolio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens.* Meminit huius etiam Iuuenalis:

Vis coſmetica.

Sat. 6.

------Atque illo lacte fouetur

Propter

A *Propter quod secum comites educit asellas*
Exul Hyperboreum si dimitteretur ad axim.

Sanguine modò asini fluxum sanguinis ex cerebri tunica promanantem sedari, sunt qui dicunt: eiusdemque tribus vel quatuor guttis cum vino haustis, febres quotidianas sanari. Sed Plinius id de sanguine aurium scribit: *Est* (inquit) *genus febrium, quod amphemerinum vocant, hoc liberari tradunt, si quis è vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aqua hauserit.* Idem tradit sanguinem asinini pulli ex vino, regio morbo mederi. Adipem tradunt teste Dioscoride cicatrices corpori concolores reddere, vel vt alij tradunt, vestigia cutis abolere, vel vt Plinius, cicatrices nigras reducere ad colorem. Rondoletius in capite de exanthematibus, fieri tradit vnguenta, vt minus appareant maculæ, sed id efficaciùs præstare inunctionem ex pinguedine asini. Plinius præterea ait hunc adipem inueteratum sanare vuluarum exulcerationes, & in vellere appositum duritem earundem emollire: per se verò recentem & inueteratum ex aqua illitum psilothri vim obtinere. Eodem authore scabiem hominis asininæ medullæ maximè abolent. Rasis verò hac medulla aut etiam seuo, eum qui comitialem patitur, loco calido inungi iubet, auxiliumque magnum pollicetur. Fel traditur per sese aqua intractum maculas in facie tollere, euitatis solibus ac ventis post detractam cutem. Tradit Aelianus Bathylin Cretensem tabe periclitantem, ab hoc grauissimo malo asininæ carnis imperato esu, restituisse, atque ita quemadmodum Deus colludentibus vocabulis Græcis ei prædixerat, ὄνεια κρέα ὀνησιφόρα, id est, asininæ carnes adiumento ei fuere. Legimus & apud Plinium carnes asini ex iure sumptas pthisicis mederi. Hocque genere maximè in Achaia curari id malum. Simile quid etiam legitur apud Auicennam. Inuenio item apud Plinium carnem asini per quadraginta dies bibendam dari contra morbum comitialem. Cerebrum asini ex aqua mulsa, infumatum prius in folijs, semuncia per dies potum, ad comitialem prodesse Plinius prodit. Numerus dierum in exemplaribus vulgatis, non est expressus: ex sequentibus tamen constat non pauciores esse quàm triginta. Sunt qui eodem memorante ex asino mare nigroque cor edendum cum pane sub dio prima aut secunda luna iubent contra morbum eundem. Iecur etiam inassatum esu comitialibus prodest, sed ieiunis edendum præcipitur. Alij admixta modicè panace, ori instillandum docent teste Plinio, idque diebus quadraginta; sic à comitialibus morbis & alijs infantes tueri. Idem asserit iecur istiusmodi aridum tritum cum petroselini partibus duabus & nucibus iuglandibus tribus purgatis ac melle illitis (aliàs ac melle tritum) in cibo datum hepatico ieiuno mirabile esse. Scribit & ad lienis vitium efficacissime dari inueteratum asini lienem, ita vt triduo sentiatur vtilitas. Et Marcellus promittit, si lienosus de splene asini arefacto quotidiè ieiunus pauxillum manducet, ita potenter iuuari, vt intra triduum vtilitas remedij appareat. Idem viscus contritum & ex aqua impositum, mamillis lac prouocare Sextus ait, at Plinius id de inueterato asini liene scribit, si ex aqua illinatur, adhæc vuluas suffitu corrigere. Reperio autem apud Rasim splenis asinini leuissimum puluerem, cum seuo vrsino & oleo ad mellis crassitiem redactum & illitum supercilijs, pilos restituere. Renes inueterati, vt annotauit Plinius, tritique & in vino mero dati, vesicæ medentur, & vrinæ incontinentiam cohibent. Eidem arefacti atque exusti tritique id est in tenuissimum puluerem redacti, & ex mensura conchulæ vnius cum vini meri cyathis duobus stranguriosο potui dati efficaciter medentur, vt Marcellus annotauit. Cinere genitalis asini spissari capillum putant, inquit Plinius, & à canitie vindicari si rasis illinatur, plumboque tritis cum oleo. De testibus verò ait: Coitus stimulat dexter asini testis, in vino potus pro potione, vel adalligatus brachiali; necnon eiusdem à coitus spuma collecta roseo panno, & inclusa argenteo, vt Osthanes tradit. Salpe genitale (asini) in oleum feruens mergi iubet septies, eoque perungi pertinentes partes: Bialcon bibi ex eodem cinerem. Testes sale asseruati & aspersi potioni, in asinarum maximè lacte, vel ex aqua, ad comitialem prosunt. Testes inuenio, penem, & si quæ sunt turpia & satyrica signa, contra fascina valere, quod & Turnebus obseruauit, notauitque in commento, quo Varronis libros de lingua Latina illustrauit. Pellis, vt tradit idem Plinius, iniecta impauidos infantes facit. Membrana partus asinarum, præcipuè si marem pepererint, olfacta, accedente morbo comitiali, resistit. Ossa confracta & decocta contra leporis marini venenum dantur. Vngulæ quoque multiplicem vsum habent. Marcellus ad leucomata oculorum efficaciter discutienda, eas ex viuente asino acceptas limari iubet, earumq; scobe quàm tenuissimo, qui leuitate sua oculos non offendat, cum lacte muliebri mixto, frequenter inungi. Sunt qui asserunt, annulum ex istiusmodi animantis vngula, in qua nihil sit nigri, ab epileptico gestatum, prohibere ne concidant: quam facultatem vbique terrarum de annulo pollicentur ex vngula alces. Legimus quidem apud Dioscoridem, Plinium, & Galenum vngularum asini cinerem per dies multos (toto mense Plinius) binis cochlearibus (pondere trium aureorum cum dimidio) potum dici comitiales adiuuare; easdemque oleo subactas strumas discutere: illitas verò, hoc est puluerem siccum illitum pernionibus mederi. Tarentinus his vngulis ad mul-

Sanguis. *Li. 28. c. 16* *Lien.* *Renes.* *Penis.* *Testes.* *Vngula.*

B C D

Lichen. tos pisces capiendos pro esca vtitur. Marcellus promittit, capillos & barbas nasci etiam glabro, si lichenem asini, hoc est collectionem duram, quæ est circa crura eius, comburas & teras, & puluerem illum ex oleo vetere imponas: hoc ita validum esse, vt si mulieri inde maxillam vnxeris, barbas ei nasci scias. Ait item grauedinem capitis ex quacumque causa exortam, quæ intempestiuum concitet somnum, sine dolore discutere, si quis impetigines in asini cruribus naturaliter natas detrahat, easque in scobem delimatas immixto aceto naribus penitus obstipet. Et hoc puto est quod ait Plinius, ex aceto illitus lethargicos excitat. Vrina. De vrina asini isthæc diuersis locis prodidit Plinius: Attritus calceamentorum cum luto suo illita sanat; item scabiem hominis & vngues scabros: Lepras ac furfures tollit addito nitro circa canis ortum. Eadem cum melanthio prodest contra omnes impetus & suppurationes siue panos & apostemata. Alij vlceribus exedentibus & humidis vtilem prædicant. Sideratis vrina pulli asinini nardo admixto perunctione prodesse dicitur. Eadem capillum densari putant, admiscentque nardum fastidij gratia. Hæc itaque ex Plinio. Marcellus quoque vrinam muli vel mulæ vel asini cum suo luto illitam, & clauos abolere, & callis mederi scribit. Michael Sauonarola vtilem esse ait in narium fœtore. Scribit verò Dioscorides vulgò tradi asini vrinam nephriticis siue renum vitijs mederi in potu. Lib. 4. c. 24. Vt inde etiam discamus, ab huius vrinæ potu minimè sibi temperasse antiquos, vt omnino dubitem, num verè Cornelij Celsi locum Lib. 3. c. 5. disc. cōcert. vbi de articulorum dolore in pedibus manibusque agit, restituerit Baldus Angelus Abbatius. *Quidam* (inquit Celsus) *etiam cùm asinino lotio epoto se eluissent, in perpetuum hoc malum euaserunt.* Restituit ille pro lotio lacte: motus duplici ratione, vna quòd cùm non tulerit olim Catullus ex lotione lotij candidos sibi reddi dentes, nullus non iudicauerit, tam abominandum ingenuis hominibus pharmacum intra corpus assumptum; altera quòd nemo alius veterum vrina asini in podagra sed lacte omnes sint vsi. Ego quidem qui vrinam asini aduersus morbos articulares bibendam præscribit, nullum habeo in promptu, sed qui tamen ea os collui iubet, testem habeo Galenum. *Apollonius* (inquit) *ad pendulam columellam inter alia hoc quoque recenset. Lotium asini* Lib. 6. de compos. med. sec. loc. *plurimum & calidissimum bibendum præbe. Idem etiam in angina.* Miratur ergò Galenus huiusmodi auxilia tradentes: *certè enim scio* (inquit) *omnes homines paucis omnibus exceptis citiùs mori velle quàm vrinam asini bibere.* Legimus verò etiam apud Dioscoridem armentarij equi vel asini qui herba pascitur, siccum fimum, liquatum in vino, mox potum contra scorpionum ictus magnoperè auxiliari. Dabant itaque præter lotium asini, bibendum etiam stercus eiusdem. Nam & Plinius Stercus. ait: *Fimum asinini pulli, quod primum edidit à partu, poleam vocant, Syri dant in aceto mulso contra lienis vitium: Idem cæliacis & dysentericis confert: in sapa decoctum, colo magnoperè prodest: datum fabæ magnitudine è vino medetur morbo regio intra diem tertium. Eadem & ex equino pullo similiterq́ vis est.* Aliàs etiam tradit asinini fimi cinerem ex vino cæliacis & dysentericis conferre, & alio loco stercus asinæ aridum naribus infrictum sanguinem siue intermissione fluentem, citò compescere: item alicubi, si stercus recens imponatur, profluuia sanguinis mirè sedare dici, necnon cinerem ex eo: huncque vuluæ etiam prodesse impositum: quare est quòd genericè dixerit Dioscorides, tam equorum quàm asinorum fimum siue crudum siue crematum addito aceto, sanguinis eruptiones cohibere. Ad sanguinem itaque vndicumque fluentem adhibetur: si è naribus profluat, succus expressus instillatur ac retinetur. Si obstruantur eo venarum vel arteriarum aperta oscula, sanguis continetur. Calidum præterea testante Rasi vino miscetur, cui intincta vt affatim succum combibant linamenta gossampina, ad fluxum sanguinis coërcendum locis affectis immittuntur. Emplastrum ex eodem fronti impositum fluxionem auertit. Ait Plinius fimi huius cinerem illitum cum butyro eruptionibus pituitæ conferre: Ait & alicubi; recentem fimum cum rosaceo in grauitate aurium instillari. Marcellus verò scribit, vlcera capitis subito nata sanari, si asini stercoris succo, & scillæ contritæ quantum satis videbitur, & bubulæ adipis tantundem miscueris, atque ad capitis vlcera veluti ceroto vsus fueris. Tarentinus asininum stercus in coriandri succo madefactum & cum similagine massas inde inescatrices factas ad trachuros, melanurosque capiendos summoperè commendat.

A

VSVS IN FERENDIS oneribus.



ASINVM inter iumenta præcipuè numerandum arbitror. Hic enim ad subuectanda onera labores nostros præ cæteris iuuat. Quamobrem rusticarum rerum auctores in emendis tuendisque iumentis præcipuam rationem volunt esse: quin & omne rus tanquam maximè necessarium instrumentum desiderat asellum, qui pleraque vtensilia & vehere in vrbem & reportare collo vel dorso commodè potest. Ad hanc onera ferendi aptitudinem respiciens Lucianus in Menippo, decretum recitat apud inferos ex Caluarij dicto, vt diuitum animæ quæ rursus in vitam remittendæ essent, in asinos demigrarent, donec in tali rerum statu, ad multa annorum millia asini ex huiusmodi asinis renati onera ferrent, atque insuper à pauperibus agitarentur. *Asinorum vtilitas.*

B Cæterùm tanta est huius iumenti in ferendis oneribus vtilitas, vt hinc olim numerosissimè à diuitibus enutritos legamus in sacris literis; Rubenitæ enim & Gaditæ debellatis Agarenis asinorum duo millia abigerunt, & à Phinee à Medianitis sexaginta vna millia abacta. Asinos & oues paternos pascebant Saulus & Dauid. Asinas pro munere misit fratri Iacobus. M. Varro eleganti vocabulo dossuaria iumenta vocat, quod onus dorso ferre possint. Idem asellis dossuarijs comportari refert oleum, vinum; itemque frumentum aut quid aliud. Sæpe etiam vt celeberrimus poëta ait: *Paralip. 1. Num. 3. Lib. 2. de re rust.*

——Tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque reuertens,
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.


Græci νωτιῖς & νωτοφόρης vocant, nec alios Varinus μονοφθόρυς, & μονοφέρυς. Inuenio & σκευοφόρυς dici, quanquam hi, vt etiam annotauit Cælius, præcipuè intelligantur, qui ad belli vsum sarcinas gestant. Xenophonti ὄνοι οἱ κανθήλιοι ijdem sunt qui clitellarij, Varinus verò canthelios magnos asinos interpretatur, & prouerbialiter canthelium pro stupido tardique ingenij homine. Palmæ (inquit Xenophon) in Babylone ad iugeri spatium extenduntur, & pondere depressæ *Lib. 7. c. 17.*

C superiùs curuantur, veluti asini canthelij. Sed & clitellæ ipsæ κανθήλιοι vocantur. Poëtis verò clitellarius siue dorsuarius asinus παλιντριβὴς nominatur. Clitellas autem diximus esse quibus sarcinæ colligatæ portantur, vulgò il basto: sagma etiam Latinis, quibus tamen nominibus instratum quoque intelligitur, quo mollior fit sessio, quamuis hoc potius bastinam dicamus. Vocamus item patrio sermone clitellatos asinos sommaros, à somma, id est onere. Et à clitellatis siue clitellarijs asinis, clitellarios homines dixit Plautus: *Nam muliones mulos clitellarios habent: ego homines habeo clitellarios: Magni sunt oneris, quicquid imponas vehunt.* Sed quas homines baiuli gerunt, clitellæ, muli Mariani potius dicuntur (inquit Gesnerus) furculæ scilicet, quibus religatas sarcinas viatores gestant: de quibus Frontinus: *C. Marius recidendorum impedimentorum gratia quibus maximè exercitus agmen, oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos apta furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset.* Græci hæc aut similia instrumenta, ἀναφόρα, ἀλλαντᾶς, & ἀμφίκυρτα nuncupant. Aliqui iumentorum clitellas etiam ἐπισάγματα, σαμάρια, & ἀστράβας. Varinus ἀστράβην σαγματέλλιον interpretatur, cùm dubitatione tamen, an totum potius iumentum, non solæ clitellæ, hoc nomine accipiendum sit, apud Demosthenem contra Midiam: cùm alioqui mulum semper significet. Atque isthæc de asino clitellato dicta suf- *In Mostell. Muli Mariani. Lib. 4. Stratag.*

D fecerint; si prius locum quendam in Apuleio de eodem ex Ioan. Baptista Pio ciue nostro illustrauero. Ille itaque author libro quinto multa ex ritu Aegyptiorum explicaturus, quæ ad tartara trāslata sunt; quoniam Aegyptios astrologi dicunt, si referantur ad computationem sphericæ globositatis, antipodas esse, sic infit: *Iamq; confectæ bona parte mortiferæ viæ continuaueris claudum asinum lignorum gerulum cum agasone simili; qui te rogabit decidenti sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei.* Corrigendus est codex inuulgatus, & legendum, funiculos ex Diodori verbis, hoc est breuem funem, quem ipse ad colliganda ligna nodare volebat. Diodorus huic nostræ interpretationi sic astipulatur. *Asini etiam ficti fabula monstratur in quodam celebritate. Nodos enim quos vnus in principio longioris funis complicat, alij post sequentes dissoluunt.* Quod si fusticulos legere malis, ligneola interpretare; quibus conuolutus funis astringitur, & pondus cohibilius aptatur asino clitellario: *Cap. 40. annot. Apuleius explicatus.*

E

VSVS AD MOLAM ET Aratrum.



Lib. 2. c. 59. HAVD rectè puto ſcriptum à Vegetio, mulorum, equorum, aſinorumque genus ſub ſellis aut ſagmis ſolo tergore præſtare officium: nam vt de equis taceam & mulis, aſinorum quoque vſum ad molam vertendam, & ad terram vomere proſcindendam & nunc eſſe, & olim fuiſſe notum eſt. Lib. 7. à princ. *Principium* (inquit Columella) *tenebit minor Arcadiæ, vilis hic vulgariſque aſellus, cuius plerique ruſticarum rerum authores, in emendis tuendiſque iumentis præcipuam rationem volunt eſſe; nec iniuria: nam abſque vllo ferè ſumptu alitur, & imprudentis cuſtodis negligentiam fortiſſimè ſuſtinet. Huius animalis tam exiguæ tutelæ plurima & neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent, cum & facilem terram, qualis in Bætica, totaque Libye ſit, leuibus aratris proſcindat.* Et Plinius ait in Byzatio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis cùm ſiccus eſt arabilem tauris, poſt imbres vili aſello & à parte altera iugi anu vomerem trahente, ſcindi, ſe vidiſſe. Lib. 17. c. 5. F Huc referendum quoque illud Catonis: Quot iuga boum, mulorum, aſinorum habebis, totidem ploſtra eſſe oportet. Alibi quoque aſinos ploſtrarios, & aſinum molarium & iugum aſinarium apud eum nominari reperimus. Aſini ploſtrarij. Molarius autem ſiue molendiuarius aſinus, ſiue qui molit, id eſt qui molam machina quadam incluſam voluit & torquet, etiam machinarius vocatur; Molares. Machinarij. nam & machinam illam qua mola includitur, machinam frumentariam vocat Iureconſultus, quo modo & machinalia pondera, piſtrinalia vocat poëta Auſonius:

Qui machinali ſaxa voluit pondere.

Aſini quando coronati. Molarij iſti aſini in ipſis Veſtalibus ab opere ceſſabant, coronatique floribus & è pane veluti monilia quædam gerentes ad focos ducebantur, atque inſuper molæ ipſæ ſertis & floribus exornabantur: cuius ceremoniæ meminit Ouidius in Faſtis, vbi canit: Lib. 6.

Nunc quoque cum fiunt antiqua ſacra Vacunæ
Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos.
Venit in hos annos aliquo de more vetuſtas,
Fert miſſos Veſtæ pura patella cibos. G
Ecce coronatis panis dependet aſellis
Et velant ſcabras florida ſerta molas.

Cur verò in Conſualibus feſtis equi & aſini coronarentur & ociari ſinerentur, alia eſt ratio, vt in equo oſtendimus.

VSVS IN EQVITATIONE.



INEPTVM falſumque videtur eſſe prouerbium, quo diximus nos conſueuiſſe vti ad aſini indocilitatem exprimendam; *Aſinum ſub freno currere doces:* nam in vrbe Memphi, vt Leonius refert parte octaua de rebus Africæ, aſini egregiè apti ſunt ad equitandum, perindeque commodo greſſu, atque ipſi gradarij equi: Aſini equitationis periti. nam & freno reguntur, ſtratique ephippijs, reliquiſque ornamentis in vſu ſunt, tantaque docilitate præditi, vt conductitij vbique exponantur: id quod in tota via qua Bononia Loretum itur, conſpicere etiam licet. H Petrus Bellonius in ſuis obſeruationibus eiuſdem vrbis fœminas tradit aſinis vectas, affines ſuos viſitare, non autem equis, quia commodior, facilior, tutiorque vectio eſt in illis: nunquam enim cæſpitat aſinus. Lib. 17. c. 5.

A

VSVS IN BELLO.



SARACORI (inquit Ælianus) asinis non ad ferenda onera vtuntur, neque ad molas, sed bellatores habent, & quemadmodum in equis Græci sedentes, sic asinis hi bellica pericula excipiunt: Quod si quis asinorum apud eos corpulentior esse videatur, illum Marti sacrificant. Idem planè de Carmanis tradit Strabo his verbis: *Carmani propter equorum inopiam asinis in bello plurimum vtuntur, & asinum Marti sacrificant, quem solum Persæ ex omnibus dijs colunt, & bellicosi sunt.* Inuenio & Darium Persarum regem asinis vsum contra Scythas, non tanquam militum vectoribus, sed vt hoc stratagemate fugam dissimularet. Asinos enim & canes fugiens in castris reliquit, quos cùm rudentes latrantesque audirent Scythæ, in castris adhuc Darium esse credidere: Quod strategema Herodotus narrat his verbis: *Darius timens sibi à Scythis, hoc modo aufugit; vbi nox adfuit, reliquit in castris viros languore præditos & eos quorum amissio minimi facienda est; necnon omnes asinos alligatos: asinos quidem, vt vocem ederent, infirmos autem homines hoc titulo, vt dum ipse cum flore copiarum adoriretur hostem, isti interea castra tutarentur. Hæc persuadens ijs qui relinquebantur, Darius accensis ignibus quam citissimè ad Istrum contendit: Asini quod multitudine destituti essent, eò magis rudere, quos audientes Scythæ credere omnino Persas in eisdem permanere castris. Verùm vbi illuxit, ij qui relicti erant, cognito se proditos esse à Dario, manus extendere ad Scythas, & quæ contigerant, referre.*

Li. 12. c. 34. Asini bellatores. Lib. 15.

B

Darij stratagema. In Melpomene.

VSVS IN INSIGNIBVS.



VNDE natum sit probrum illud quod vulgò dici solet, Patauinos suspensores ac responsores asini fuisse in Lucanicæ festo, rationem ac originem reddit Bernardinus Scardeonius Canonicus Patauinus his verbis: Legi nuper in quodam antiquo annali Patauino, quod cùm pacis tempore quo omnis ferè Italia sub Imperatoribus tum Gallis, tum Germanis soluto certo censu, vnaquæque respublica pro arbitrio sese regeret, suis finibus congregari solere ibique cursus, saltus, luctas & ludicra eiusmodi alia exercere & ordine & apparatu ficti certaminis inter se hilariter & amicè concurrere. Patauinis tum signum militare fuerat draco biceps, Vicentinis verò asinus. Accidit autem cùm ex vicinis pagis, quique in suis finibus congregati eiusmodi ludos inuicem agerent, vt Vicentini Patauinorum virtute ac numero grauius premerentur, quam vt vltra ferre eam vim possent: quocirca indignantes cœperunt immaniter furere, & quod prius certamen ludicrum videbatur, in verum prælium conuertere. Sed cùm in ea pugna Patauini superiores euasissent, abstulerunt eis asini vexillum, & eos fugauerunt à finibus. Signum autem Patauium in triumphum portarunt. Subinde tam in gloriam victoriæ quàm in probrum Vicentinorum in foro medio viuum asinum suspenderunt. Quod factum Vicentini grauiter ac permolestè tulerunt. Verùm communium amicorum suasu vtrique fœdus inter se feriunt, his conditionibus pacis additis; vt Vicentini pro redimendo asini suspendio epulum Patauinis darent, quod factum est; equos namque lucanicis onustos miserunt Patauium, quas in frusta sectas læti Patauini inter se dispartiuntur: & ita vtrimque pacatis rebus mansit hoc vtrimque probrum. Vicentinis scilicet quòd eorum vexillum asinus in furca pependerat, Patauinis quòd tam vili lucanicæ frusto, quod singuli acceperant, è furca asinum deposuerint. Cessarunt autem posthæc ludicra fieri, sed Patauinis hoc probrum de suspensione & depositione asini, in hodiernam diem in ore omnium perseuerat. Quòd autem quidam de Petro Apono hæc fingunt, quoniam est prorsus falsum, nolui hic inter vera aut saltem verisimilia commiscere. Hucusque Scardeonius. Thomas Garzonius in foro suo vniuersali scribit Neapolitanos pro insignibus suis elexisse clitellatum asinum cum alligatis hinc inde cistis.

Patauini cur asinorum suspensores.

C

D

Neapolitan insigne.

VS AD OPPROBRIVM.



In probl. Adulterij pœna.

PVD Cumanos, vt author eſt Plutarchus, mulier in adulterio deprehenſa ducebatur in forum, vt illic lapidi inſiſtens, omnibus eſſet conſpicua: deinde impoſitam aſino, atque ita per totam ciuitatem circumductam, reducebant ad lapidem, vt ibi rurſus eſſet omnibus ſpectaculo. His actis habebatur infamis per omnem vitam, & ignominiæ gratia ὀνοβάτις dicebatur, quòd aſinum equitaſſet, Lapis autem nefaſtus ac deteſtabilis habebatur, in quo ſteterat mulier. Atque hinc fortaſſis fluxit, quod hodieque in multis Europæ locis grauioris alicuius peccati rei aſinis inſidentes per fora plateaſque vecti virgis cædantur lictore poſt terga hærente. Vidi etiam qui ad maiorem ignominiam inuerſo inſiderent corpore, caudamque aſini manibus tenere cogebantur, vt in alijs quoque locis fieri ſolet. Andronicum Comuenum Manuelis Imp. conſanguineum legimus, cùm Alexium cuius tactus erat tutor, ſuſtuliſſet, imperioque potitus omnem crudelitatem in Alexij conſanguineos exercuiſſet, a Gulielmo Siciliæ rege victum, captumque ac per vrbem aſinæ præpoſtere impoſitum, altero oculo effoſſo, manuque altera detruncata, circumuectum, vulgi turbæque tumultu vncis & harpagonibus fruſtulatim dilaneatum perijſſe. F

Andronicus Comuenus aſino impoſitus.

Beatrix Reynaldi Burgundionici principis filia Cæſaris Federici Oenobarbi filia, vt tradit Gulielmus Paradinus in libro de antiquo ſtatu Burgundiæ, cum miro videndi Mediolani flagraret deſiderio, quod paſſim audiret eſſe pulcherrimam, florentiſſimamque Chriſtiani orbis ciuitatem, Mediolanum exiguo comitatu venit. Ciues verò facinus poſt homines natos exitioſiſſimum flagitioſiſſimumque aggreſſi ſunt. Nam Auguſtam ſtrigoſo aſello præpoſterè impoſitam, ac pro loro cauda vti coactam, deinde per compita diu inuectam, probris, cachinnis, ludibrioque nefando perfuſam vrbe tandem turpiſſimo iumento inſidentem mouent, puerorum gregibus cœno abeuntem inceſſantibus. Plurimum quidem voluptatis tulerunt Mediolanenſes, ſed nimio emptum: nam certior tam pudendi ſpectaculi Oenobarbus magnis viribus Mediolanum adortus, vrbemque ſub ſignis acie multiplici ingreſſus, clauſiſque e veſtigio portis, ſic cum ciuibus ſceleſtiſſimis egit, vt qui ſuæ ſaluti conſultum vellent, cogerentur ex veteris ferociſque mulæ ano ficos vel nymphion extrahere: qui nouum ſupplicium detrectarent, capitis ſupplicio luerent: at qui G os impuriſſimum, virus illud fugientes admouebant quadrupedis pudendo, cum maximum cerebricoſo animali cruciatum inferrent, calcibus ſubinde iactatis enecabantur. Inuenti tamen ſunt, qui ſecuri caput ſubijcere, quam mulæ ficos, vt vocant, mordicus euellere maluerint. Eius ludibrij, ſupplicijque nota perpetua ciuium Mediolanenſium nomini inuſta in hanc vſque ætatem noſtram perdurat vſque eo, vt qui velit Mediolanenſi conuitium facere, ficos grauis inſtar probri obijciat. Hactenus Paradinus. Tamyrem ſiue Tamerlanum Tartarorum imperat: cum Baiazates Imp. Turcorum ab eo captus, non deſiſteret ei ignobilitatem obijcere, ferunt offenſum, Baiazatem impoſitum mulo aut aſino per caſtra ignominioſè agi iuſſiſſe, vt militibus eſſet ludibrio. Hypatius nepos Cæſaris Anaſtaſij cum numeroſo exercitu contra Vitalianum Scytham, ab Hunnis auxiliaribus captus, Vitelliano ignominioſè ſimili iumento inſidens venditus fuit, (vt refert Cuſpinianus) antequam aperto Marte ſe hoſtem oſtenderet. Simili opprobrio Hiſpanos & Germanos Brixiæ arctiſſima obſidione preſſos, cum nullam ſpem in Maximiliano Cæſare haberent, ſcribit Sabellicus, morionem aſello impoſitum imperatorijs inſignibus atque aquilis exornatum, lagenas collo ſuſpenſas deferentem per vrbem deduxiſſe, & pro Cæſare, veluti ipſis auxilio ſuperueniſſet; temulentius quam quiſquam crederet, fœdis acclamationibus ſalutaſſe. H

Beatrix Augusta aſino impoſita.

VSVS IN AGRIS.



Stercus agris aptiſſimum.

VAM vtilis agricolis ſit hoc iumentum, nulli non notum eſt: nam præterquam quòd arat, quòd lætamen in agros, quòd venalia omnia ad vrbium fora onuſtus defert, ſuo quoque lætamine agros in primis lætificat: de quo ſic ferè ſcribit Petrus Victorius: Qui de ratione agrorum colendorum ſcripſere, multa de hoc præceperunt, quod optimum ſtercus eſſet. M. Varro tradit etiam, quod primum & anteponendum cæteris Caſſius di diligens ſcriptor rerum ruſticarum, putauit, & quod ſecundum & tertium: cuius inditium magna ex parte mihi conuenire videtur ſententiæ noſtrorum colonorum:

A rum; nisi quod cùm vno loco ponat & hoc ipso ordine caprinum, ouillum, asininum, existimant apud nos huius rei periti homines, discrimina etiam horum esse aliqua, ac præstare caprino ouillum, cuius rei ratio aperta est, quia capræ frondes & virgulta carpunt, quæ sunt aridiora; oues verò herbis pinguioribus pascuntur. Nam asininum etiam laudatur: causam autem hanc afferunt bonitatis ipsius, quòd asellus mandit cibum subtiliter, egregieque conficit, quòd ore sumit. *Plin l 17.9.* Theophrastus qui & ipse in secundo de historia eorum quæ oriuntur è terra de hac re sedulò nonnulla narrauit, caprinum sine causa videtur anteponere ouillo, sed magis tamen, vt videtur peccat, quod secundum gradum bonitatis assignat suillo, quod tamen vilissimum habetur, & maiorem vim nocendi, quàm iuuandi possidere existimatur: quare non possum hoc non magnoperè mirari. *Columella. Palladius.* De humano verò stercore sentit Theophrastus cum Cassio & putat omnium optimum esse. Postremum autem & ipse locum dat asinino, nam quod anteponit ipsi bouinum quod & ipsum à nostris non magni æstimatur, non videtur posse probari. Inuenio apud Plinium asininum brassicæ maximè conuenire. *Lib. 19.8.* Ioan. Bapt. Porta verò ait in suo pomario vrinam asini stercori admixtam vermibus malorum Punicorum obuiare. In agro Brixiensi à rusticis aiunt capita asinorum palis imponere aduersus maleficas, quarum ibi aiunt esse copiam, more ab antiquis *Asinorum capita palis imposita.* B recepto, qui asininum caput foribus hortorum præfigebant contra fascinationes. Equæ caluaria, sed non virginis, inquit Palladius, aliam causam referens, intra hortum ponenda est, vel etiam asinæ. Creduntur enim sua præsentia fœcundare quæ spectant. Sed & Columella inter rusticorum remedia aduersus tempestates sic scribit: *Lib. 10.*

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli,
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

VSVS ADMIRANDI

TIBIAE ludicræ (inquit Plinius,) nunc è loto, ossibusque asini & argento C fiunt. Et aliàs: Asinorum ossa ad tibias canora sunt. Tibiarum artifices ceruinis ossibus, quorum olim vsus erat, asinina præponunt, tanquam argutiora: *Ossium vsus ad tibias.* & Aesopus apud Plutarchum in sapientum conuiuio miratur tam crassum & à Musis alienum animal ossa maximè tenuia & musica habere. Niloxenus etiam eodem in libro: Busiritæ (inquit) Naucratitas nos accusant, quod ex asinis ossa tibijs adhibere cœpimus, cùm ipsis vel tubam audire nefas sit, quod asini vocem assimilet, qui propter Typhonem eis exosus est. *Ex corio quæ fiant.* De corio notissimum, post obitum, ne quid asini vnquam conquiescat, foraminibus dilacerari, indeque factis cribris, assiduæ inseruire agitationi: vnde dicebat Apuleius: cedentes hinc inde miserum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. *Lib. 3.* Sed & Albertus pollicetur asinorum corium non solùm vtile esse ad soleas calceorum faciendas, *Lib. 22. de anim. tract. 2. ca. 1.* sed etiam quæ ex illa parte fiunt, in qua onera ferunt, non consumi, etsi ille qui vtitur, eis continuò peregrinando in lapidibus portauerit, & tandem ita indurari, vt pedes sustinere nequeant. Ex corio item asinino cretato gypsatoque fiunt palimpsesti, siue tabellæ deletiles, seu tabellæ deletitiæ, quæ literis inductis eradi possunt; cuiusmodi in vsu sunt calculatoribus & musicis: illis in annotandis iugulandisque numeris: his in modulorum compositione. Ex pilis modò asinorum D pannos apud Arabes fieri, discimus ex Andrea Bellunensi, qui sic scribit: Mesha Arabicè nominatur pannus contextus ex pilis asinorum & caprarum, vel caprinis tantùm: vnde Arabes solitudinum incolæ tentoria & saccos sibi conficiunt.

DE ONAGRO Cap. III.

Synonyma. Æquiuoca.



ASINVS Syluestris, Græcis ὄναγρος, Latinis onager nuncupatur, Varroni tamen etiam imitatione Græca onagrus. Ὀναγρὸς verò accipitur pro asinario. Hebræi Fered dicunt; quo nomine tamen eisdem mulum vocari periti tradunt. Apud Ozeam pro pere bored lo, Latini transferunt, Onager solitarius apud se, contra naturam animantis, quod gregarium est. Varinus tradit Cyrillum in huius prophetæ interpretatione μονιὸν asinum interpretari; alios verò magnam belluam, quæ propter ferocitatem sola pascatur. Sunt item qui μονιὸν aprum transferunt. Onagri pullus Lalisio dicitur Martiali:

Cap. 8. — Monius. — Lalisio.

Cum tener est onager, solaq. Lalisio matre F
Pascitur: hoc infans, sed breue nomen habet.

Verbũ est Punicum, vt ex Plinio discimus. Notandũ autem falsò quibusdã onagrũ Ellend vocari cũ sit Ellend inter bisulca, sicuti & bisontes, quos cum onagris quidã etiã confundunt, id quod constat ex verbis Iacobi Ziegleri in Scondia: *Augermanniæ ducatus tenet septentrionalia ad confinia Laponiæ: eius tractus est totus syluosus, & ibi in præcipuis feris venantur vros & bisontes, quos patria lingua dicunt Elg, id est, asinos syluestres.* Notandum etiam onagros instrumenta esse, quæ & harpages vocantur, vt Suidas annotauit, quibus iniectis accedentes quosuis arripere & attrahere licebat. Harpagen vocant aliqui (inquit Gesnerus Suidam explicaturus) & λύκον & κρεάγραν, instrumentum coquinarium, quod quidam fuscinam interpretantur. Ἅρπαξ vel ἁρπάγη, Latinè harpago instrumentum est quo situlas & alia è puteis extrahimus: item quod nauibus in bello nauali inijcitur, sicut cornus & manus ferrea. Licebit & vncum à figura nominare. Vegetius lupum instrumentum quoddam describit in modum forficis dentatum, quo contra arietes in oppugnationibus oppidani funibus alligato vtantur. Onagri nomen, sicut & creagræ & podagræ pedicæ, ἀπὸ τοῦ ἀγρεύειν inditum apparet, quod verbum comprehendere significat. Quamuis ὄνος etiam vectem sonat, non quemuis tamen, sed quo machinæ versantur; & fieri potest, vt impropriè pertica etiam cui vncus inseritur, ὄναγρος nuncupetur, quasi ὄνος ἀγρεύων, id est, vectis ad comprehendendum aptus: sed nostra hæc coniectura sit. Hæc ille, addens apud suos huiusmodi onagros certis locis per ciuitatem publicè dispositos haberi, vt cùm incendiorum calamitas postulauerit, omnibus ad manum sint. Cæterùm est & aliud instrumenti genus eiusdem nominis, de quo idem Vegetius post descriptionem balistæ, quæ funibus, neruis, chordisque tenditur, & quanto maior fuerit, tanto spicula longius mittit, sic ferè scribit: *Onager autem* (inquit) *dirigit lapides: sed pro neruorum crassitudine & magnitudine, saxorum pondera iaculatur. Nam quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more contorquet. His duobus generibus nulla tormentorum species vehementior inuenitur. Saxis enim grauioribus per onagrum destinatis, non solùm equi eliduntur & homines sed etiam hostium machinamenta franguntur. Cæterùm scorpiones dicebantur, quas nunc manubalistas vocant, ideo sic nuncupati, quòd paruis subtilibusq. spiculis inferant mortem.* Ammianus Marcellinus verò hæc & alia bellica instrumenta describit: onagrum tamen à Scorpione non distinguit. *Idem enim instrumentum, tormentum* (inquit) *appellatur, quod ex eo omnis explicatio torquetur: Scorpio autem quoniam aculeum desuper habet erectum, cui etiam onagri vocabulum indidit ætas nouella, ea re, quòd asini feri cum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ipsa displodant.* Hæc Marcellinus: ex quo qui formam quærit, petere poterit: hoc tamen minimè taceri potest, summitati eius vncos ferreos copulari, è quibus pendet stupea vel ferrea funda: quamobrem cùm vncos, vt ex Suida diximus, aliqui etiam onagros vocent, Gesnero magis placet, inde potiùs quàm à lapidum reiectione nomen instrumento factum esse. Hac bellica machina plurimi aliquando lapides in sublime proiecti, intra vrbes maxima ruina domorum recidunt. Fuisse item onagrum fabulæ nomen à Demophilo conscriptæ, eamque Plauto Asinariæ nomine translatam volunt; quod nos ex Turnebo refutauimus in asino.

Onagri quæ instrumenta. — Harpax. — Harpago. — Lib.4.c.23. — Lupus. — G — Li.4.c.22. — Lib.23. — H

GENVS

A

GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.



ONAGRVM siue asinum syluestrem, etsi moribus à domestico plurimùm differat, ex eodem tamen genere esse totius corporis figura indicat. Nicephorus Callistus agens de India, nisi me fallit memoria, breuiter eum describit. Hæc (inquit) eadem regio & asinos feros magnitudine ingentes fert, pelle mirificè præter morem versicolores, albo scilicet & nigro colore admodum inter se variatis, & zonæ quædam à summa dorsi spina ad latera & ventrem demissæ, atque ibi diuisæ & conuersionibus quibusdam inter se implicatæ, mirificam & nouam efficiunt plicaturam & varietatem. Apparet autem descriptionem hanc ex Oppiano desumptam esse, qui de onagro sic canit: *Lib. 9. Hist. Eccl.*

Ἑξείης ἐνέπωμεν εὔσφυρον, ἠερόεντα, *Lib. 3.*
Κραιπνὸν, ἀελλοπόδην, κρατερώνυχον, αἰπὺν ὄναγρον
B Ὅς τε πέλει φαιδρὸς, δέμας ἄρκιος, εὖρος ἰδέσθαι,
Ἀργύρεος χροιὴν, δολιχούατος, ἐξυλάτος θεῖν. id est,
Deinceps alipedem, variumque canamus onagrum
Splendida forma, colorque argenteus emicat, amplum
Corpus & auriculæ grandes, cursusq. volucris
Et teretes artus distento robore firmat.

Per argenteum colorem Gesnerus intelligendum putat cinereum splendidum, eodemque pertinere ἠερόεντα: nisi quis (inquit) ita accipiat, vt Virgilij æripedem ceruam: quod minus probat, quoniam hoc sensu neminem meminerit vsurpasse. Admonet verò etiam Grammaticos apud Græcos poëtas aëreum exponere obscurum, nigrum, nebulosum: nebulæ autem colorem, vtpote cinereum asino conuenire: viderique eundem asini & onagri colorem esse, idque conijcere se ex Polluce; cuius hæc herba sunt, Κίλλιον color est vestium, quem nunc onagrium vocant. Dores enim asinum cillum (inquit) vocant. Quod autem onager non totus sit albus, quamuis ἀργύρεος χροιὴν à poëta dictus, apparere ex sequentibus: *Onagri color.* *Onagrius color.*

Ταινίη δὲ μέλαινα μέσην ῥάχιν ἀμφιβέβηκε
C Χιονέης ἑκάτερθε περισχομένη στεφάνῃσι, id est,
Nigraq. per mediam decurrit linea spinam
Hinc atq. hinc niueis pulchrè distincta corollis.

Nam si totum corpus album esset dorso excepto, frustrà candidæ illæ lineæ memorarentur. Pelles horum asinorum ὄζαι vocantur teste Suida. Iulius Scaliger videtur duo nobis memorare onagrorum genera, dum ait: In monte qui Narsingæ regnum diuidit à Malabaris multæ feræ habitant. Alit idem onagros equi facie, colore cinereo, agiles adeo, vt capi haud facilè queant. Africanis quoque ea est celeritas, vt cursu illi vni cedant feræ, quam Lant vocant. *Onagri duo genera.*

LOCVS. NATVRA. MORES.



DEGVNT Onagri in solitudine. Sunt tamen gregarij. Varro tradit greges eorum in Phrygia & Lycaonia esse. Et Plinius author est in Phrygia & Lycaonia præcipuos esse, sed pullis tanquam sapore præstantibus Africanos gloriari. Ait etiam Asiam eos ferre & Africam. Negant transire eos in Lycia montem qui Cappadociam ab ea diuidit. Scribit Strabo in Cappadocia haberi colles istiusmodi asinis pascendis aptos. Zeugis (inquit Isidorus) *vbi Carthago magna: Ipsa est & vera Africa inter Bizantium & Numidiam sita è Septentrione mari Siculo, & à meridiè vsq. ad Getulorum regionem porrecta, cuius proxima quæque frugifera sunt: vlteriora autem bestijs & serpentibus plena atque onagris magnis in diserto vagantibus.* Inuenio & apud Lucianum Garamantes eos maximè venari: & ex Scaligero dixi in monte qui Narsingæ regnum diuidit, onagros ali. Idem ait onagrorum speciem habere Psaram Aegæi maris insulam, nec alio translatos viuere. Suprà diximus asinos loca amare calida, ideoque apud Scythas non haberi, contrà apud Scythicas Sarmaticasque gentes Mæotidis paludis accolas onagrorum haberi venationes Strabo asserit. Amare aiunt rupes, aliosque locos excelsos: vt legimus in sacris literis, vbi scriptum est: *Onagri (peraim) steterunt in locis excelsis, & attraxerunt auram sicut dracones, defecerunt oculi eorum, quod non esset herba:* Septuaginta vertunt ὄναγροι ἔστησαν ἐπὶ νάπας. Hinc nonnulli obscuri authores sumpta occasione onagrum beneficio ventorum *D* *Lib. 1. Geog.* *Lib. 14. c. 5.* *Lib. 7.* *Hier. 14.* *Quæ loca ament.*

aquis viuere scribunt, tanquam propheta per naturam id ipsum facere dicat, non potiùs necessitate & inopia aquæ: hoc enim multis animantibus per sitim commune est, vt ore hiante frigidum captent aërem. Isidorus & Iorath quidam, referente Gesnero, necnon & Bartholomæus Anglicus ex quodam physiologo scribunt onagrum æquinoctio verno, vel vigesima quinta die Martij, per singulas noctis & diei horas semel rugire, & inde æquinoctium cognosci: item terram pedibus terere & fodere, atque inde ad sitim & fugam prouocari. Cæterùm timendum est, ne hæc partim ad Cynocephalum, partim ad orygem, quocum onager non semel implicatur, sint referenda. Errant & alij recentiores, qui scribunt domari non posse hoc animal, & hominum consuetudinem ei intolerabilem esse. Nam vt M. Varro scribit, *onagrus ad seminationem idoneus est, quòd è fero fit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam.* Illi autem Indicum & vnicornem onagrum, cum hoc vulgari, quo de agimus, implicant. Mirum quod scribit Scaliger, onagros homine conspecto in ijsdem stare vestigijs: mox rudentes, immotis anterioribus pedibus, posterioribus calcitrare. Vbi tam propè venator accessit, vt manu queat contingere, fuga se subtrahere. Timida certe sunt animalia. Virgilius:

An æquinoctij signum.

Exerc. 105.

Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros.

Metuunt & fugiunt feras omnes carniuoras, ideoque vt pleraque timida velocitate valent, vt ostendemus, de timiditate mentio est apud Sirach cap. 15. *Venatio leonis onager in solitudine & pascua diuitum pauperes.* Et Oppianus ait fortibus feris sæpe prædam fieri. Falluntur autem qui segnes vocant, cùm sint agiles & in cursu velocissimi, adeo vt nec a pernicissimis equis vinci posse, Xenophon dicat. Cum enim Græci qui secuti fuerunt Cyrum minorem, cum reliquis ipsius copijs venissent in ea loca, in quibus magna vis foret horum asinorum (erat autem illa Arabia) conatique essent impositi equis ipsos captare, facilè cognouerunt se frustra illo modo laborare, quia celeriores illi in cursu forent. Quare artem adhibuerunt, & plures distantibus locis positi ipsos iam defatigatos excipiebant. Atque hinc est quod Oppianus eos vocet aëllopodes, qui inter veteres fusiùs de onagris & priuatim de Zelotypia scripsit, quæ ita fere a Petro Gyllio Latinè sunt reddita. Onagri magna fœminarum multitudine gaudent, quoquo maritus ducit, fœminæ sequuntur, siue is ad pastiones, siue ad fontes proficiscitur, atque ad vesperam vnà cum ipso ad domesticam sedem redeunt. Ex æmulatione & riualitate, tantoperè laborat, vt sui pulli de matre sint ei suspecti. Itaque fœminæ parienti proximus assidens, partum expectat, ac si fœmina editur, amat partum, & lambens ipsum lingua conformat: Sin autem editum marem videt, tum sanè animo incitatur, & ex ægritudine laborare incipit, quod alter mas natus sit, qui matre aliquando potiri possit: quamobrem furenti animo & prompto pullorum testiculos aggreditur abscindere: mater etsi pariendi doloribus debilitata, suo tamen infelici filio contra patrem auxilia molitur: & quemadmodum in bello cum hostes filio interfecto matrem retrahunt, quæ gnatum adhuc cæde palpitantem amplexa magno gemitu plorat, genasque lacerans infra mamillas sanguinem effundit: Sic illa videns pullum vicinum ad moriendum, miserabiliter lamentatur, & lugenti persimilis est. Diceres miseram suum partum circumuentum suaui & supplici locutione dicere: Marite cur tuus aspectus tam truculentus? cur oculi tui qui ante lucidi essent, sanguinei apparent? An ne Medusæ faciem vides, quæ homines in saxa conuertit? an immanis draconis virulentum fœtum? an leænæ catulum montiuagæ? Itane filium communi susceptum voto castrabis? O me miseram qua partum edidi infelicem ob scelus paternum. O filium hoc miseriorem, quòd non vnguibus leonum, sed plus quàm hostilibus patris dentibus ob riualem inuidiam castraris. Meminere eiusdem Zelotypiæ Plinius & Solinus. *In hoc* (inquiunt) *genere singuli imperitant gregibus fœminarum. Aemulos libidinis suæ metuunt. Inde est quod grauidas suas seruant, vt in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi spem morsu detruncent, quod cauentes fœminæ, in secessibus partus occulunt, & parere furto cupiunt.* Recentiores tradunt fœminam nimis libidinosam esse, eoque nomine mari sæpe molestam: mares libidine accensos, si fœminæ desint, montes scandere, ventum naribus haurire, & voce terribili rugire. Quorum tamen quod equidem sciam, authorem idoneum non habent: Plinius quidem fœminas libinis copia gaudere scribit. Nonnulli pro mulorum procreatione onagros eligunt mansuefactos prius. Mitescit enim maximè hoc animal, admodumq; obsequitur secundum omnia non aliter quàm mansueti asini, nec vnquam sicut animalia cætera, vbi semel cicuratum est, cicuratur, vt Absyrtus alijque testantur. Sitis impatiẽtes esse onagros discimus ex psalmo centesimo tertio. *Dominus* (inquit Psaltes) *fontes immittit fluuijs, vt inter montes prætermeant: bibunt inde animalia cuncta, & sitim suam extinguunt ferarum*, id est, onagri, vel vt habet editio vulgata, qui emittit fontes in conuallibus inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri & expectabunt onagri in siti. Persuadet id quoque ratio ipsa: Nam cùm in regionibus calidis siccisque tantum reperiatur, & ob timiditatem subinde locum mutet magna cùm celeritate, præsertim cum natura corpore sicco sit, asinini

Matris erga fœtũ amor.

Sitis impatientia.

A asinini nempe temperamenti (sunt enim syluestria non eadem qua vrbana tēperie, sed ficciora fere ac calidiora) necesse est, sæpe sitim pati. Quare minimè audiendi videntr illi, qui sitis valde patientes esse dicunt, potumque non attingere, nisi perquam idoneum offenderint. Haud sunt asinino præditi ingenio, dummodo verum est quod quidam tradunt, cùm vrgentur à canibus, excrementum alui odoratum reddere, vt illus circa id detentis effugiant.

CIBVS. POTVS.



ΌΝΑΓΡΟΒΟΤΑ vocant Græci loca, vbi onagri pascuntur, vt hippobota, vbi equi. Aluntur (inquit Oppianus) pastu herbarum, quas abunde fundit terra. Recentiores virentes maximè diligere, diligenterque inuestigare aiunt, & cùm inuenerit, præ gaudio rudere, nec ab ijs auelli posse, etiam si vel ab homine, vel a fera peti se conspiciat: vt inde fortassis segnem dixerit Strozius pater hoc
B pentametro:

Erras in herboso segnis onagrus humo.

Apparet autem inter alias herbas, oleribus potissimum delectari. Legimus enim apud D. Hieronymum in vita S. Hilarionis istiusmodi miraculum: Postquam autem ad hortulum venerant: Videtis (inquit Isaac) hoc pomarium arbusculis consitum & oleribus virens? Ante hoc fermè triennium, cùm onagrorum grex vastaret, vnum è ductoribus eorum stare iussit, baculoque tundens latera: quare (inquit) comeditis quod non seminastis? & exinde acceptis aquis, ad quas potandas ventitabant, nunquam ij nec arbusculam nec olera contigerunt. Aiunt recentiores purissimam tantùm aquam ab onagro bibi, nec facile aliam. *Quibus maximè herbis delectetur.*

CAPIENDI RATIO.



CYRVS minor milites onagros captantes equis etsi celeritate præstantibus assequi non potuisse dixit, sed distantibus locis exceptos cepisse: quamobrem
C nunquid Aeliano fides sit præstanda, dubito, qui citante Volaterrano scribit onagros in Mauritania cursu pernices esse, citoque desistentes & anhelos à venatoribus capi. Quomodo autem capiantur, his verbis docet Pollux: *Asini feri gregatim pascuntur, qui venantur eos, equites persequuntur, ac defessos tandem anhelosque & plurimo puluere excitato impeditos partim iaculis conficiunt, partim viuos capiunt, & catenis vinciunt: partim nimia persecutione perculsos attonitosque equis alligant, quos illi præcurrentes sequuntur.* Facilem eorum esse venationem ait Martialis:

Pulcher adest onager: mitti venatio debet Lib. 13. 101.
Dentis Erythræi: iam remouete sinus.

Hoc enim distichon est tanquam è media venatione offerente se onagro venationi, dum venator indagaret elephantes. A laboriosa igitur venatione elephantorum reuocat venatorem ad onagrum qui se obtulit, vt ostendat maiorem eiusmodi venationi voluptatem inesse, cùm sine vllo periculo peragatur.


D VSVS IN CIBIS, ET IN Medicina.



ONAGRORVM carnem amaram esse scripsit Aelianus, quod tamen alijs aduersatur, qui similem esse aiunt ceruinæ: Galenus, *ceruina* (inquit) *caro non minus quàm bubula & ouilla, succum vitiosum generat ac concoctu difficilem: his syluestrium asinorum, bono habitu præditorum ac iuuenum caro est propinqua.* Scribit verò etiam Plinius Mæcenatem pullos asinorum epulari instituisse, multumque eo tempore fuisse onagris prælatos, post eum tamen interijsse authoritatem saporis. Ait item Africam gloriari lalisionum, id est pullorum istiusmodi sapore. Annotatu in primis dignum est, quod meminit Scaliger: carnem eorum coctam dum calet, fœtere; refrigeratam, neque male olere, neque bene sapere. Plinius cùm ex lacte asinino & ossibus remedia contra venena recensuisset; eadem omnia onagris efficaciora esse asserit. Idem author, ad panos & apo- *Caro qualis.* *Lib. 3. de Aliment. facult.* *Ossa.*

Calculus. & apostemata in quacumque parte præcipuum remedium tradidit in calculo onagri, quem (inquit) dicitur, cùm interficitur reddere, vrinam liquidiorem initio, sed in terra spissantem se. Hunc alligatum femini, omnes impetigines discutere, omniq; suppuratione liberare. Esse autem rarum inuentu, nec ex omni onagro, sed celebri remedio. *Fel.* Fel authore Auicenna extirpat morum, & super abscessuum vestigia vtiliter illinitur: admiscetur que emplastris contra ignes sacros, quos (inquit) curare dicitur: priuatim ad elephantiasim & varices adhibetur: *Adeps.* adeps cum oleo costino commendatur ad renum & dorsi dolorem, quem crassi flatus produxerint: illinitur ad panos quoque vtiliter: *Caro dorsi.* Caro dorsi eodem authore cum oleo cataplasmatis instar, articulis dolentibus applicatur. Rasis verò simpliciter carnem contra dolorem spinæ dorsi & coxendicum iuuare scribit. *Vrina.* Vrina teste Galeno, si verè citat Auicenna, lapidem in vesica frangit. *Vngulæ.* Vngulæ crematæ cinis, vt annotauit Vincentius Bellunensis, comitialibus prodest: idem oleo admixtus strumas dissoluit & alopeciam emendat, si cataplasmatis instar adhibeatur. *Medulla.* Postremò medulla, vt testatur Rasis, inuncta podagras curat & dolorem extinguit. *Fimum.* Fimum autem vitello oui permixtum fronti illinitur, vt sanguis erumpens sistatur: idem crispat capillos cùm felle bouillo inunctum: aridum cum vino haustum contra scorpionis ictum maximè commendatur. E F

MYSTICA. MORALIA.



DIVVS Chrysostomus in explicatione horum verborum Psalmistæ, de aquarum vtilitate: *Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua*, cùm dixisset hoc quoque maximum diuinæ prouidentiæ argumentum esse, quod non modò ea quæ hominibus sed etiam quæ brutis necessaria sunt, præstet: cumque obiter annotasset, Symmachum hæc verba: *Expectabunt onagri in siti sua*, ad hunc modum reddidisse: *Recuperauit onager in siti sua*: bestiæ syluæ (inquit) dæmones appellantur: per bestias autem agri, hoc est mundi, peccatores intelligit, propterea quod quemadmodum agrestes bestiæ feritatem suam deponere nequeunt, eodem modo nec peccatores immutari. Eademque de causa propheticis & apostolicis aquis irrigantur. Onagros autem eos qui non iam peccati sarcinam gestant, sed ea liberati sunt, appellauit, ob idque etiam eos spiritualium aquarũ siti laborantes induxit. Hos porrò Deus apud Iob designauit, his verbis vtens: *Quis dimisit onagrum liberum; & vincula eius quis soluit?* D. Gregorius etiam exponens illud Iob: *Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum*: Onagris (inquit) comparantur hæretici, quia in suis voluptatibus dimissi à vinculis sunt fidei: Vnde scriptum est: *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ, attraxit ventum amoris sui.* Onager quippe in solitudine assuetus est, quia dum terram cordis sui attrahit, quia ea quæ ex desiderio scientiæ in mente concepit, inflare præualent, non ædificare. Idem author sanctus ostendens quid in sacris literis herba indicet inter cæteras significationes, habet item hanc: Herbam aliquando scientiam, atque doctrinam æternæ viriditatis accipimus, sicut per Hieremiam dicitur. *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi dracones defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.* Quo dicto superba ac nequissima Iudæorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt: Qui steterunt in rupibus, quia non in Deo, sed in summis potestatibus huiusmodi confisi sunt, dicentes non habemus regem, nisi Cæsarem. Traxerunt ventos quasi dracones, quia spiritu elationis inflati, superbia malitiosa tumuerunt. Defecerunt oculi eorum, quia scilicet spes eorum ab eo, quod intendebant, corruit. Et ad eiusdem sancti doctoris puto imitationem Incognitus in psalmos per onagrum, Iudaicum populum intelligi scribit, quoniam vt dicit (inquit) magister de proprietate, Onagri nascentibus maribus inuident, & ne generare possint, dentibus testiculos eis abscindunt, quòd naturaliter cognoscentes mares nati à patribus recedunt, & ad alia loca se recipiunt. Sic & Iudæi videntes apostolos ex se natos esse mares, omni virtutum genere insignes, habiles ad alios per prædicationem Christi generandos in fide, ipsi inuiderunt, vimque alios generandi fideles, loquelam scilicet quàm multipliciter eis auferre conati sunt. Vnde Act. 4. vocantes apostolos eis præceperunt, ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Iesu. Quod videntes apostoli, dimissis patribus ad gentes processerunt, & per consequens ipsos Iudæos hodiè venatur diabolus, qui dicitur leo quærens quem deuoret: Vnde populo Iudaico sub nomine onagri dicitur: *Venatio leonum onager in eremo.* Idem D. Gregorius exponens illud Iob: *Quis dimisit onagrum liberum in solitudinem?* Onager (inquit) qui in solitudine commoratur, non incongruè vitam eorum significat, qui remoti à turbis sæcularibus conuersantur. Qui aptè etiam liber dicitur, quia magna est seruitus sæcularium negociorum, quibus mens vehementer atteritur, quamuis in eis sponte desudet. Cuius seruitutis conditione carere, est in G H

Marginalia: *Homil. in Psal. 103.* — *Diuina prouidentia.* — *Dæmonum typus, & peccatorũ.* — *Hæretici cur onagris similes.* — *Mentis elatio.* — *Populus Iudaicus.* — *Solitarij typus.*

A est in mundo iam nil concupiscere &c. Exponens verò alium etiam locum Iob, nempe hunc: *Nunquid rugiet onager, &c.* Qui alij onagri appellatione (inquit) signati sunt, nisi hi qui in campo fidei constituti, nullis officij loris ligantur? Alij namque more bouis intra ecclesiam suscepti officij loris tenentur, alij more onagri, sacri ordinis stabula nesciunt, & in campo propriæ volūtatis degunt. Sed quum quis ex vita seculari internæ visionis desiderio æstuat, quum refectionis intimæ pabulum concupiscit, quum ieiunium se in peregrinationis huius cæcitate considerans quibus valet, fletibus reficit, quasi herbam, id est, internam refectionem non inueniens onager, rugit. Altera autem superiorum verborum Iob: *Quis dimisit onagrum liberum* &c. Habetur apud eundem alio loco his verbis: Nec indignum quis iudicet per tale animal incarnatum dominum posse figurari, dum constat omnibus, quia per significationem quandam in scriptura sacra & vermis, & scarabeus ponitur &c. Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus dominus gentilitati magis quàm Iudeæ profuit, animal corpus assumens, quasi non in domum, sed potius in agrū venit, de quo agro gentilitatis per Psalmistam dicitur: *Species agri mecum est.* Incarnatus itaque dominus, qui in forma dei æqualis est patri in forma serui minor est patre, qua minor est etiā seipso. Dicatur ergo à patre de filio secundum formam serui: *Quis dimisit onagrum liberum?* Omnis Li.30.c.29. Incarnatio domini.

B quippe qui peccat seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus particeps factus est nostræ naturæ, non culpæ, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur: de quo alias scriptū: *Inter mortuos liber*: Dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis iugo nullatenus tenetur. Quem quamuis macula culpæ nostræ non attigit, passio tamē nostræ mortalitatis astrinxit. Vnde rectè adiungitur: *Et vincula eius quis soluit?* Vincula quippe eius tunc soluta sunt, cùm infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam commutatæ &c. D. Hieronymus quoque exponens illud Iob. *Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat*: dicit eum (inquit) pullo onagri similem, efferæno scilicet animali & vago, eò quòd ita existimet de se Iob, qui ad nullum debeat pertinere. Et exponens illud eiusdem: *Quis dimisit Onagrum liberum* &c. Onagri nomine nunc arbitramur populum Iudæorum posse intelligi, quem deus ob incredulitatem eius dimiserit, sicut ait: *Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Quod in multis alijs locis scripturarum deus hoc futurum esse testatur. Cuiusque vincula præcepta esse legalia non absurde sensimus. Nam eundem contumacem populum & rebellem propheta ita obiurgat & increpat, dicens: *Vacca lasciuiens Israel confregisti iugum, rupisti vincula.* Hunc igitur quasi onagrum, immundum videlicet animal ac effræne reliquit dominus, vt ab eo iugo imperij sui, quia semper restitit obedire, à vinculis præceptorum diaboli solueretur, & secundum Apostolorum seruus peccati, liber est iustitiæ Sic enim ipse dominus de Iudæis ait in psalmo: *Dirumpamus vincula eorum, & proyciamus à nobis iugum ipsorum*: vbi ipsa trinitas dei hoc dixisse videtur &c. Potest & populus gentilis per onagrum intelligi: nam & Angelomus monachus ita accipit. Sicut enim eum populum natura extra stabula disciplinæ edidit, ita vagus voluptatum suarum campo permansit. Ita namque beato Iob attestante, cognoscimus expectasse redemptoris aduentum multos etiam ex gentilibus. Herba ergò onagri est hæc ipsa mediatoris incarnatio, per quam gentilitas iam satiatur. Quia enim per prophetam dicitur: *Omnis caro fœnum*; vniuersitatis conditor ex nostra substantia carnem sumens fœnum fieri voluit, ne nostra in perpetuum caro fœnum remaneret. Tunc ergò herbam onager inuenit, cùm gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit. Elegans & moralis metaphora apud Ciceronem in sexto epistolarum ad Atticum legitur, de P. Vedio. *Erat* (inquit) *præterea Cynocephalus in edra, nec deerant onagri.* Pius noster Cynocephalum exponit ipsum Vedium canino capite, onagros seruos rudes & agrestes, qui Vedio seruiebant. Populus Iudaorum. Gentiles. In lib.1. reg.1. Cicero explicatus.

D

PROVERBIA.



CVM placuerit (inquit Polydorus Virgilius) quempiam tectè & ioculariter appellare sordidum, rusticum, ac hominum societatis fugientem, accommodabimus Hieremiæ verbum è capite II. *Onager assuetus solitudini*: quòd onager ferus asinus locis syluestribus gaudeat, & homini nihil eo alienius esse debeat, cuius natura, vti Cicero in Amicitia ait, solitarium non amat quicquam. At propheta ita Hierosolymorum ciuitatem idolis deditam, ac malis moribus corruptam castigat, quòd ritu onagri quærat solitudinem, vbi remotis arbitris, turpius peccet, quemadmodum meretrix factitat. Hoc quoque Paulinus in epistola ad Ausonium prouerbialiter de rebus dissonis dicebat: *Si vitulum tauro, vel equum committis onagro.* Onager assuetus solitudini.

DE MV-

DE MVLO. CAP. IIII.

Synonyma. Etymum.

Lib. 12. Mulus vnde dictus. Cap. 26.



VLI nomen à Græco tractum ſcribit Iſidorus, ex eo ſcilicet, quod iugo piſtorum ſubactus tardas molendo ducat in gyrum molas. Ego hoc nomen apud vnum tantùm reperio Pelagonium in hippiatricis. Ita communiter vocatur animal quod equa ex aſini coitu peperit. Columellæ verò muli nomen communius eſt, ad tria animalia: *Mula* (inquit) *non ſolùm ex equa & aſino, ſed ex aſina & equo, itemq́ onagro & equa generatur.* Sed & Plinius alibi mulam appellat, quæ ex equo & aſina gignitur; ſed effrænis & tarditatis indomitæ. Alias tamen Columella equi ex aſina fœtum hinnum cum alijs nuncupat. *Ex equo & aſina* (inquit) *geniti, quamuis à patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt.* Differunt tum alias tum corporis magnitudine; F *Hinnus & mulus vt differant.* Varro: *Hinnus ex equo & aſina procreatus, minor eſt quàm mulus corpore, pleramq́ rubicundior, auribus vt equi, iubam & caudem ſimilem aſini habet: hos etiam vt equulos educant, & alunt.* Hunc, ſi benè memini, dixi Alberto Burdonem vocari. *Burdo.* Ait enim: *Vt mulus ſic & Burdo ſterilis eſt.* Sed quod equo quam aſinæ ſimiliorem eſſe dicit, hoc recitatis de hinno Columellæ verbis aduerſatur. *Hinnulus.* Plinius hinulos vocat: *Equo & aſina* (iuquit) *genitos mares hinulos antiqui vocabant: contraq́ mulos quos aſini & equæ generent*: Alicubi tamen ex equa & mulo genitum ita vocari aſſerit his verbis: *In plurimum Græcorum eſt monumentis, cum equa muli coitu natum quem vocauerint hinum* (ſic ſcribit) *id eſt paruum mulum:* Similiter Nonius: *Hinnos vel hinnas ſub quo ſenſu accipere debeamus, Varro* (inquit) *deſignat: ait enim ex equis & mulis qui naſcantur, hinos vocari.* *Mulus pumilus.* Hos puto Martialis pomilios ſiue pumilos mulos vocat, inquiens:

His tibi de mulis non eſt metuenda ruina — Altius in terra penè ſedere ſoles.

Iumar. Teſtatur Geſnerus, ſe & quartum muli genus inueniſſe, ex aſina & tauro, idque Gratianopoli reperiri & Gallica voce iumar nominari. Quomodo autem ab hinno ginnus differat, in equo dictum eſt, vbi plura quoque de hinno. Quod modò ad mulæ mulique vocabulum attinet, video G authores quoſdam mulam pro vtroque ſexu mulari & ſimiliter mulum vſurpare: Plinius in remedijs aliquoties diſtinguit, vt cùm ſcribit, *vngularum muli vel mulæ cinerem ex oleo myrteno alopecias replere.* *Hemionos.* Græci quod ex aſino & equa originem ducat ἡμίονον vocant, quaſi ſemiaſinum pro quo ἀμίονον Aeoles dicunt, vt Etymologus annotauit. Alio nomine ἀστράβην dicunt: quo item *Aſtrabes.* nomine lignum appellatur in ephippijs quod manu continent ſedentes. Cælius annotauit ex Suida & Heſychio, tametſi illorum nomina more ſuo diſſimulet, eſſe qui aſtraben non ſimpliciter mulum ſed mulum dorſuarium nominant, aut ipſum notophorum, id eſt dorſo ferens ac gerulum iumentum. Pertinet idem hoc nomen etiam ad aſinum: nam Suidas tradit Demoſtheni in oratione contra Midiam ἀστράβην appellare aſinum aut mulum, & apud Pollucem lego: ὄνος, ἡμίονος, ἀστράβη. Apparet autem ita vocari hæc iumenta à robore corporis: ἀστραβὴς enim exponunt robuſtum, firmum, immobile. Accipitur verò etiam pro ipſis clitellis, vt conſtat ex his Suidæ verbis quę ex innominato quodam authore recitat: Ὁ δὲ τῆς ἡμιόνου ἀποζυγείσης τόν τι φόρτον καὶ τὴν ἀστράβην διάρας ἐπὶ τῶν ὤμων, εἰς τὴν μονὴν τοῦ θείου Σάββα ἐρχέται. Budæus in commentarijs linguæ Græcæ aſtraben ſimiliter vertit clitellas; citatque Euſtathium, qui aſtraben σέλλαν & σαγμάριον interpretatur, hoc eſt clitellas & ſellam equeſtrem: vnde (inquit) ἀστραβηλάτης, agaſo & mulio. H Alciphon in epiſt. Σὺ δὲ ἀπιοῦσα πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἀστράβης φέρου. vbi ἀστράβη ἀντὶ τοῦ νωτοφόρου ἡμιόνου dictum eſt, ſicque ſæpè accipitur. Demoſthenes quodam loco, ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἐκ τῆς Εὐβοίας; Interpres καθέδρας εἶδος eſſe dicit, παρὰ τὸ μὴ στροβεῖσθαι λεγόμενον, μηδὲ στρέφεσθαι. Eſt autem ſella præalta, ita vt lumbos tegat. Hæc ille. Eſt & vehiculi genus aſtrabe (quo vehebantur in certaminibus) inquit Geſnerus, ab Oxylo Aetolo inuentum, vt harma, id eſt quadriga ab Erichthonio Athenienſi, ſynoris à Caſtore, celes à Bellerophonte, vt Scholiaſtes in Pythia Pindari ſcribit, vnde colligit per aſtraben eum apenen accipere, hoc eſt, bigas mulis iunctas, quoniam Pauſanias & alij in horum certaminum enumeratione cùm cætera iiſdem nominibus appellent, pro aſtrabe tantùm apenen habet. Ab aſtrabe fit μονοστραβὴς, id eſt, vt Varinus exponit ὀχὸς (ὄχος fortè vt Heſychius habet,) ἡμίονος. *Agonomochthos.* Heſychij verba ſunt: Ὄχος Ἀχέστας ἐπεὶ αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι. Ἀγονομόχθος Heſychio mulus eſt vel mula, fortè à ſterilitate, cui hoc animal obnoxium eſt, cùm ſit ἄγονος non natus, ſterilis, infœcundus. A phyſicis verò etiam dicitur ἑτερόγονον ζῶον, quod ſit ex diuerſo ſemine prognatum animal, equino

videlicet

A videlicet & aſinino. Idem de Lupo ceruario dici poteſt, qui Græcis Θώς eſt. Θεῖα Heſychio eſt iugum ſeu par mulorum ζεῦγος ἡμιόνων; θὼς verò ipſe mulus, ſicuti & θρὴς. Ὄλκας Gloſſographo eſt mula: ὀρεὺς Heſychio mulus mas: Suidæ mulus ſimpliciter, & Varino ὀρεὺς ὁ ἀδαρος (quod nomen nuſquam reperitur) ἢ ὁ ἡμίονος: aitque mulum ſic dici, quòd ἐν ὄρεσιν id eſt in mõtibus laborare magis poſſit, quàm cætera iumenta. Poëtæ propter carmen ypſilon adijciunt, οὐρεύς. Heſychius mulum ſic dictum putat, παρὰ τὸ ὀρμᾶν, ὁρμητικόν τινα ὄντα, ἢ ἐπεὶ οὔριον τὸ ζῶον, οἷον ἄγονον: nam & oua vria Græci dicunt, quæ latini ſubuentanea: ἢ παρὰ τὸ ὑρώδη γονὴν ἔχειν, id eſt, vel ab eo quòd genituram aqueam & ſeri inſtar dilutam habeat, vt Etymologus ait: Oua (inquit Cælius) generationi inepta οὔρια dici legimus, quaſi flatuoſa: nam vron dicunt ventum: quo argumento etiamnum ab Homero, mulos dici οὐρῆας coniectant periti, & recenſet Euſtathius, διὰ τὸ ἄγονον, id eſt ob inſitam non gignendi proprietatem, quòd eorum ſemen ſit ἀνεμιαῖον, id eſt, ſpiritoſum & proinde fœcunditatis neſcium. Eſt & ὄτρεα Varino & Heſychio ἡμίονος ſiue mulus, nec non σῖνος & σῖρος: ſed σῖνον etiam βλάβον interpretantur, σῖρον verò etiam πίθον. Σωματηγοῦντα idem Heſychius exponit ὑποζύγια, & σωματηγὰ ſunt iumenta dorſualia: apud alios Græcos voces ſunt raræ: ſic autem vocantur non ſolum muli & aſini,
B ſed & equi & cameli, quòd corpore ſuo vehant impoſita onera, non vehiculo. Apud Hebræos pro rexeſch alij equos præſtantes reddunt necdum annoſos, alij mulos, vt in equo monuimus. Iemin Geneſeos 36. D. Hieronymus interpretatur aquas calidas, alij onagros, plerique peradim, id eſt, mulos. Pered pro mulo nomen eſt viſitatiſſimum, vnde fœmininum pirdach, aiuntque ita vocari à ſeparatione, quòd non pariat. Pro hac voce Hebraica Pſal. 32. Chaldæus habet cudana, Arabs beal: at Geneſeos 36. pro iemim (qua voce mulos quoque ſignificari diximus,) Arabs legit Kegal, Septuaginta hemionos. Achaſtranim Eſther 8. quidam interpretãtur mulos, quidam camelos, D. Hieronymus veredarios, Septuaginta omittunt. In lexico trilingui pro mula ſcribitur pirdach & perutyah. Cæterùm diuerſa apud Hebræos muli nomina eſſe minus mirum, inquit Geſnerus, cùm præter cõmmune genus muli aliud quoddam peculiare in Syria habeatur. vt ſuo loco patebit. Muli nomine vtitur tota Europa, Illyrijs exceptis qui Mezeck dicunt.

Thoia. Thos. Thres. Olcas. Oreus. Oua vria. Otrea. Sinos. Siros. Rexeſch. Iemin. Pered. Cudana. Beal. Kegal. Achaſtranin.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

C Forma. Deſcriptio.

BINA Ariſtoteli, alijſque quibuſdam antiquis mulorum generà fuere nota, vnum ſterile quod ex equa & aſino procreatur, de quo hic agimus, alterum fœcundum, de quo ſic Ariſtoteles: *Sunt in Syria quos mulos appellãt, genus diuerſum ab eo, quod coitu equæ & aſini procreatur, ſed ſimile facie: quomodo aſini ſylueſtres, ſimilitudine quadam nomen vrbanorum acceperunt. Et quidem vt aſini ipſi feri, ſic muli præſtãt celeritate. Procreant eiuſmodi mulæ ſuo in genere; cuius rei argumento illæ ſunt, quæ tempore Pharnacæ patris Pharnabazis in terram Phrygiam venerunt, quę adhuc extant. tres tamen ex nouem quot numero olim fuiſſe aiunt, ſeruantur hoc tempore.* Hæc ille, & alicubi rurſus: *In terra Syriæ ſupra Phœnicem mulæ & coëunt & pariunt omnes: ſed id genus diuerſum eſt, quanquam ſimile.* Nec aliud quoque mulorum genus intelligere poteſt Plinius, etſi Theophraſtum, non Ariſtotelem citet. *Theophraſtus* (inquit) *vulgò parere in Cappadocia tradit* (quod in Ariſtotelis mirabilibus quoq; legitur,) *ſed eſſe id animal ibi ſui generis*. Noſter modò mulus vrbanus, cum equam habeat matrem, aſinum patrem, pàrtim etiã matri partim patri ſimilis eſt, magis tamen patri, quàm matri,
D cuius item vocem refert. In hinno omnia contrà ſe habent. Rectè itaq; biformem mulum Codrus vocauit, & elegans etiam extat de mulo ænigma Camerarij:

Diſsimilis patri, matri diuerſa figura,
Confuſi generis, generi non apta propago
Ex alijs naſcor, nec quiſquam naſcitur ex me.

Muli genus fœcundum.


Auriculas aſini inſtar habet longas, crucem in humeris, pedes exiguos, & corpus macilentum: reliqua ſunt equi. Habet & hoc cum aſino cõmune, quod procomij loco, vt ait Xenophon ad oculos defendendos aures acceperit, quàm equus prominentiores: item hoc quod etſi ceruix vtrique ſit longa, non eſt tamen vt in equis erecta. Conuenit deniq; dentium numerus. Habet enim vterq; teſte Abſyrto triginta ſex, καὶ τὰς προσφυεῖς, id eſt, itemq; agnatos, vel annexos, vt Ruellius vertit. Mutari autem eos notum eſt ex Ariſtotele. In quorundam corde os inuentum eſſe tradidit Hierocles. Felle caret, vt ſolipeda omnia. De vulua mularum dicam inter cauſas ſterilitatis. Apud Indos Pſyllos (nam ſunt etiam alteri Africi) equi ſunt teſte Aeliano, arietibus non minores, item aſini & muli.

Aures. Pedes. Procomium. Dentes. Os cordis.

ELECTIO.

E

ELECTIO.



Vngulæ quales eſſe debeant.

IN grege mulorum parando (inquit M. Varro) ſpectanda ætas & forma. Alterum vt vecturis ſufferre labores poſſint, alterum vt oculos aſpectu delectare queant. Hiſce enim binis coniunctis omnia vehicula in ijs ducuntur. Quanti autem vngularum in equo examen fiat, quia niſi ſolidæ ſint ac duræ, plerumque & ex facili negocio claudicare ſolent, in equo fuſiùs oſtendimus, idem omnino in mulis fieri debet, atque ideo ſcire conuenit, quo loco nati ſint; paluſtri ne & vliginoſo, an montano: nam qui in paluſtribus locis atque vliginoſis naſcuntur, vngulas teſte eodem Varrone molles habent. Quibus duræ & validæ ſunt, eos Homerus κραταίποδας nuncupat, & aliquoties celebrat. Non parum quoque refert ad bonitatem ſcire, qua patria, quibuſue ſit ortus parentibus.

Ortus.

Etenim aſinum minorem ſi admiſeris, (inquit Varro) *& ipſe citiùs ſeneſcit, & quæ ex eo concipiuntur, ſiunt deteriora. Qui non habent eum aſinum quem ſuppoſuerunt equæ, & aſinum admiſſarium habere volunt, de aſinis quemque ampliſſimum & formoſiſſimum quem* F *habere poſſunt, eligunt, quiq; ſeminio natus ſit bono Arcadico, vt antiqui dicebant: vt nos experti ſumus, Reatino, vbi tricenis ac quadragenis millibus H-S. admiſſarij aliquot venierunt.*

Aſini admiſſarij optimi.

Abſyrtus verò aſinos admiſſarios eos eligi iubet, qui cum equis educati ſunt. Nonnullos verò pulchrè facientes ait agreſtes aſinos manſuefacere: quoniam ex his mulorum prognatio ſit optima, quòd liberè paſti illi & non incluſi fuerint. Procreari autem optimos & generoſos mulos ex equa & onagro ſiue aſino ſylueſtri, alij etiam teſtantur; Plinius: *Onagro & aſina genitus mulus omnes antecellit:* Et alibi: *Generantur ex equa & onagris manſuefactis mulæ veloces in curſu, duritia eximia pedum: verum ſtrigoſo corpore, indomito animo, ſed generoſo.* Palladius: *Creantur ex equa & aſino, vel onagro & equa. Sed generoſius nullum eſt huiuſmodi animal, quàm quòd aſino creante naſcetur. Vtiles tamen admiſſarij naſcentur ex onagro & aſino: qui poſt in ſobole ſecuturæ agilitatem, fortitudinemq; reſtituant.* Hæc ille, ex Columella videlicet, qui ſimiliter ſcribit: *Mula non ſolum ex equa & aſino, ſed ex aſina & equo* (hinnum iſtiuſmodi partum alij, vt diximus, vocant,) *itemq; onagro & equa generatur. Neq; tamen vllum eſt in hoc pecore, aut animo aut forma præſtantius, quàm quòd ſeminabit aſinus: quanquam poſſit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager, niſi & indomitum* G *& ſeruitio contumax ſylueſtri more, ſtrigoſum, patris præferat habitum. Itaq; huiuſmodi admiſſarius nepotibus magis quàm filijs vtilior eſt: nam vbi aſina & onagro natus admittitur equæ, per gradus infracta feritate quicquid ex eo prouenit, paternam formam & modeſtiam fortitudinem, celeritatemq; auitam refert. Qui ex equo & aſina concepti generantur, quamuis à patre nomen traxerint, quòd hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt. Itaq; commodiſſimum eſt aſinum deſtinare mularum generi ſeminandi, cuius (vt dixi) ſpecies experimento eſt ſpecioſior. Veruntamen ab aſpectu non aliter probari debet, quàm vt ſit ampliſſimi corporis, ceruice valida, robuſtis ac latis coſtis, pectore muſculoſo & vaſto, feminibus lacertoſis, cruribus compactis, coloris nigri vel muſculoſi: nam murinus cum ſit in aſino vulgaris, tum etiam non optimè reſpondet in mula: neque nos vniuerſa quadrupedis ſpecies decipiat, ſi qualem probamus, conſpicimus. Nam quemadmodum arietum quæ ſunt in linguis & palatis maculæ, plerumq; in velleribus agnorum deprehenduntur; ita ſi diſcolores pilos aſinus in palpebris aut auribus gerit, ſobolem quoque frequenter facit diuerſi coloris: qui & ipſe etiam ſi diligentiſſimè in admiſſario exploratus eſt, ſæpè tamen dominum decepit: nam interdum etiam citra prædicta ſigna diſſimiles ſui mulas fingit: quod accidere non aliter reor, quàm vt auitus color primordijs ſeminis miſtu reddatur nepotibus.* Hucuſque ille. Qualis autem aſinus eſſe debeat, qui mulos ſeminaturus H ſit, docet etiam Abſyrtus his verbis: *Qui mularum generi ſeminando deſtinabitur aſinus, hac corporis forma ſit, oportet: habitu magno, quadratis membris, vaſto capite, non equino: auribus non paruis, nec flaccidis, nec arrectis, ceruice lata, nec breui: lato & muſculorum toris denſo pectore, & ad ſuſtinendos equarum infeſtarum calcitratus robuſto; grandibus ſcapulis, ac partibus, quæ humeris ſubiacent, aut ſupra genua ſitæ ſunt, craſſis, valentibus, corpulentis & quàm maximè diſtantibus: ſiquidem opus eſt, cum superuenit, vt fœminam facilè complecti poſſit: grandi dorſo, ſpina lata, neq; gibberi neque caua, anguſtam lineam in rectum ferente; humeris non ſubſidentibus ſed eminulis: excelſa armorum compagine & æquabili, ita vt prominentiam litura diſtinctam habeat, eandemq; latam, plenam, oblongam, nec in arctum ſtrangulatam. Sit etiam pectore latè coſtato, coxendicibus magnis & æqualibus, non ſubſtrictis clunibus, nec in acutum porrectis. Magis placent qui cauda ſunt breuiore. Feminibus inſuper eſto compactis, breuibus, lacertoſis, neq; extrorſus auerſis; cæterùm diuaricatis: ſic enim firmior erit: tales etiam robuſtiores ſunt, quàm σύμμηροι, hoc eſt, illi quibus femora penè committuntur. Eſto præterea teſtibus magnis, paribus: genibus magnis & rotundis; tibijs &*

cruribus

A *cruribus vescis* (id est, non magnis) *osseis ferè & excarnibus, magisque neruosis minimè varis, neque discolore taniarum cinctu verticillatis, calcibus* (mesocynijs de quibus in equo dixi) *neque præter modum altis, neque nimium depressis, sed vt nixus talis ingrediatur; pedibus varijs, non introrsum contortis, nec humilibus, vngula crassa, subter concaua, interiore sinu paruo, quem chelidona vocant. Porro voce non retusa, sed clarà rudat: hoc enim quoque confert, vt sic deterreatur equa, & faciliùs morigeram admissario se præbeat. Speciosiores sunt asini, quorum color splendidus est, & in purpuram spectans: item qui in facie albi, non fusci sunt. Longè omnium pulcherrimi nigri habentur, qui non incanum ventrem, sed concolorem habent. Cui pulla in ore macula subest, & lingua nigricans, is consimilis* (nigri) *coloris sobolem haud dubiè generabit. Qui ex candido colore in cinereum canescunt, quos vocant morones* (μάρωνας) *ij ad admissuram non accersentur. Siquidem colores nullo in precio habiti magna ex parte reddentur soboli.* Hæc itaque omnia Absyrtus: cui consentit Palladius, sed breuiter qualis requiratur admissarius, indicauit: *Admissarius asinus* (inquit) *sit huiusmodi, corpore amplo, solido, musculoso, strictis & fortibus membris, nigri vel murini maximè coloris, aut rubei: qui tamen si discolores pilos in palpebris aut auribus gerit, colorem sobolis plerumque variabit.*

Asini pulcherrimi.

Asini qui improbentur.

B Qualis modò debeat esse equa admissarium admissura, vt tam electus procreetur mulus, non obscurè docet Columella, trifariam equarum genera diuidens: *Est* (inquit) *generosa materies quæ Circo sacrisque certaminibus equos præbet: est mularis quæ precio fœtus sui comparatur generoso: est & vulgaris, quæ mediocres fœminas maresque progenerat.* Materiem mularum vocat, ipsam equam matrem siue matricem, ex qua muli generantur, cui alterum dignitatis locum tribuit. *Si quem mulorum genus creare delectat, equam magni corporis* (inquit Palladius) *solidis ossibus & forma egregia debet eligere: in qua non velocitatem sed robur exquirat. Aetas à quadrima vsque ad decennem huic admissuræ iusta conuenit.* Sed & idem Columella in educando genere mularum antiquissimum esse tradit, diligenter exquirere atque explorare parentem futuræ prolis fœminam & marem: quorum si alter non est idoneus, labare etiam quod ex duobus fingitur. Equam conuenire in annos decem, quousque amplissimæ atque pulcherrimæ formæ sit, membris fortibus, patientissimam laboris eligere, vt discordantem vtero suo generis alieni stirpem insitam facilè recipiat ac perferat, & ad fœtum non solùm corporis bona, sed & ingenij conferat: nam cùm difficulter iniecta genitalibus locis animentur semina, tum etiam concepta diutius in partum adolescunt, vt quæ peracto anno mense tertiodecimo vix (inquit) eduntur, natisque inhæret plus socordiæ paternæ, quàm vigoris materni.

Equa electio.

Mularis materies.

C Veruntamen vt equæ dictos in vsus minore cura reperiuntur, ita maiorem esse laborem eligendi maris, quoniam sæpe iudicium probantis frustretur experimentum. Multi admissarij (inquit idem Columella) specie tenus mirabilissimam sobolem forma vel sexu progenerant. Nam siue parui corporis fœminas fingant, siue etiam speciosi plures mares quàm fœminas, reditum patris familiæ minuunt. At quidam contempti ab aspectu pretiosissimorum seminum feraces sunt: nonnunquam aliqui generositatem suam natis exhibent sed hebetes voluptate, rarissimè solicitantur ad Venerem: huiusmodi mari sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminam, quoniam similia similibus familiariora fecit natura. Ita enim efficitur, vt eius obiectu, cum mas etiam superiectu eblanditus est, velut incensus & obcæcatus cupidine, subtracta quam petierat, fastiditæ imponatur equæ. Est & alterum genus admissarij furentis in libidinem, quod nisi astu inhibeatur, adfert gregi perniciem. Nam & sæpè vinculis abruptis grauidas inquietat, & cùm admittitur ceruicibus dorsisque fœminarum imprimit morsus; quod ne faciat, paulisper ad molam vinctus amoris sæuitiam labore temperat, & sic veneri modestior admittitur. Nec tamen aliter admittendus est etiam clementioris libidinis, quoniam multum refert naturaliter sopitum pecudis ingenium modica exercitatione concuti, atque excitari, vegetioremque factum marem fœminæ iniungi, vt tacita quadam vi semina ipsa principijs agilioribus figurentur.

Asinus equæ initurus vt fallatur.

Asinus furens vt castigetur.

D Scribit item asinum non oportere minorem quàm trimum admitti: Atque ipsum si concedatur, vere fieri conuenire, cùm & desecto viridi pabulo & largo hordeo firmandus, nonnunquam etiam saliuandus erit: Nec tamen teneræ (temere, fortassis) fœminæ committendum; nam nisi priùs ea, inquit, marem cognouit, adsilientem admissarium calcibus proturbat, & iniuria depulsum etiam cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener & vulgaris asellus admouetur, qui solicitet obsequia fœminæ: neque is tamen inire finitur: sed si iam est equa veneris patiens, confestim abacto viliore, pretioso mari iungitur. Locus est ad hos vsus extructus (machinam vocant rustici,) qui duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet, & angusto interuallo sic inter se distantes, ne fœmina colluctari, aut admissario ascendenti auertere se possit. Aditus est ex vtraque parte, sed ab inferiore clatris munitus, ad quæ capistrata imo cliuo constituitur equa, vt & prona melius ineuntis semina recipiat, & facilem sui tergoris ascensum ab editiori parte quadrupedi præbeat. Hactenus ille. Debere autem admissionem fieri paucis diebus ante solstitium, omnes præcipiunt. Absyrtus præsta-

Asini coitui apta atas.

Equa ne asinū repellat.

Machina quid.

Tempus coitus.

te ait equam ab asino conscendi, quàm asinam ab equo. Aiunt verò referente Plinio asinum ab equa, & equum ab asina arceri, nisi in infantia eius generis quod ineant lacte hausto, ideoque subreptos pullos in tenebris equarum vberi, asinarumque equuleos admouere. Idem ferè legimus apud Columellam, Igitur qualem (inquit) descripsi asellum, cùm est à partu statim genitus, oportet matri statim subtrahi & ignoranti equæ subijci: ea optimè tenebris fallitur. Nam obscuro loco partu eius amoto, prædictus quasi ex ea natus alitur. Cui deinde cùm decem diebus insueuit equa, semper postea destinanti præbet vbera. Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, quamuis materno lacte sit educatus, potest a tenero conuersatus equis familiariter earum consuetudinem appetere. Equas autem asinorum coitum aspernari, ni detonsa sit earum coma, in equi historia dictum est. Ferunt tamen Medum asinum cùm equæ vim intulisset, eaque inde grauida facta esset, mortales id seminij parare docuisse. Scholia verò in Iliadis secundum apud Venetos Paphlagoniæ vrbem mulorum genus primum excogitatum & inuentum esse aiunt. Alij verò Anæ id tribuunt socero Esau, quem legimus in Genesi, dum pasceret asinos patris sui in deserto inuenisse iemim id est mulos, vt plerique interpretantur. E F

Asinum vt equas diligere condiscat.

Lib. 5.

Muli vbi primò excogitati.

AN OMNINO STERILIS.



Mulam peperisse.

Satyr. 13.

MVLAM omnino sterilem esse, vulgatissimum in primis prouerbium indicat, *cum mula pepererit*. Indicat & Aegyptiorum hieroglyphicum; mulierem enim sterilem vt significarent, mulam teste Oro pingebant. Peperisse tamen certum est, sed partus ostenti loco habitus. *Est in annalibus nostris* (inquit Plinius) *peperisse sæpe, verum prodigij loco habitum.* Iuuenalis prodigiosum esse ostenturus, si vir probus inueniretur, canit:

Egregium sanctumq́ virum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & fœta comparo mula.

G

Mulum fecundum esse

Lib. 2. de gener. ca. vlt.

Ginnus quid

Lib. 6. Hist. 24.

Sterilitatis causa.

E contrario mulus teste Aristotele infœcundus non est. *Mulus mas* (inquit) *septennis duntaxat generat, vt aiunt: fæmina improlis omnino est, quia perducere ad finem, quod conceperit, nequeat: sed mas generare interdum potest, quoniam & calidioris natura quàm fæmina, mas est, & nihil corporis per coitum confert ad generationem, quod autem facit, ginnus est, quod mulus oblæsus & pumilus est, vt in porcis metachœrum.* Et alibi: *Mulus superuenire coireq́ incipit missis dentibus primis: sed septennis implere potest, etiam cum equa coniunctus innum* (γῖννον) *procreauit: post deinde superuenire non solet.* Quæ modò causa sit sterilitatis mularum, haud satis æquè conuenit inter veteres. Sunt qui id seminum diuersitati attribuant, vt author de natura rerum, frigidum enim esse asini semen, equi calidum. Quam seminis frigiditatem Alcmæon apud Plutarchum sterilitatis causam esse scribit ipsius muli, mulas verò steriles esse ait propter malam vteri constitutionem. Sed Plutarchi verba adscribam ex libro de placitis philosophorum. *Alcmæon* (inquit) *mulos mares steriles esse scribit, propter tenuitatem, hoc est, seminis frigiditatem: fœminas verò quòd vteri earum occlusi sint, neq́ dehiscant* (acetabulis scilicet vnde sanguis menstruus funditur in alijs animalibus non apertus.) Empedocles verò vt ibidem refert Plutarchus, in vterum quidem causam quoque reijcit, sed vterum nimis exiguum esse ait, eundemque humilem & angustum, & obliquo situ ventri adnatum, ita vt semen non recta inijci possit, & si posset non tamen contineatur. Huic eodem teste assentitur Diocles, sæpe in dissectionibus talem sibi visum scribens mulorum vterum, ac verisimile esse, eandem sterilitatis causam in mulieres quoque cadere. Non dissentit Orus, qui Aegyptios, vt mulierem sterilem significent, mulam pingere ait: hanc enim esse sterilem quia matricem habet obliquam. Eademque ferè causa visa est Democrito, qui vt Aelianus tradit, interprete Gyllio, mulas parere negabat, quoniam similes alijs animalibus vuluas non habeant, nisi dicamus hoc non rectè ex Aristotele ab Aeliano translatum, qui cùm mulos tantum inter ea quæ ex diuersæ speciei parentibus gignuntur animalia, (vt sunt lupi, vulpes, canes: perdices & gallinæ &c. de quibus proxime præcedenti capite dixerat: *coëunt animalia etiam quorum genus diuersum quidem, sed natura non multum distat, si modò par magnitudo sit, & tempora æquent grauiditatis*, &c.) steriles omnino esse dixisset; eius rei causam non bene ab Empedocle (recenset autem aliam ab ea quam ex Plutarcho recitauimus.) & Democrito redditam ait, obscureque ab Empedocle, planius à Democrito, sed à neutro bene. H

Alcmæonis opinio.

Empedoclis

Vterus causa sterilitatis.

Ori.

Democriti.

Li. 2. de gen. cap. vlt.

A Afferunt enim (inquit) demonstrationem æquè de omnibus, quæ præter suam cognationem coeant. Democritus meatus mulorum corruptos in vteris dicit, quoniam non ex cognatis principium eorum consistit. Sed id cum alijs etiam animalibus accidat, tamen nihilominus possunt generare. Atqui si id causa esset sterilitatis, cætera quoque sterilia esse deberent, quæ ita coëunt. Empedocles misturam seminum causatur, quæ densa ex molli vtraque genitura consistat: caua enim & densa coaptari vicissim, fierique ex ijs durum ex mollibus, vt si æs stanno misceatur. Sed hæc & inepta & supra hominis captum. Nam quemadmodum caua vini & aquæ debeant accipi, præter sensum omnino est. Item cum ita sit, vt equi ex equis gignantur & asini ex asinis & mulus ex equo & asino, alterutro mare aut fœmina, cur ex his tam densum consistat, vt sterile sit, quod prodierit? Ex equo autem fœmina & mare, aut asino fœmina & mare sterile non proueniat? Atqui molle & maris & fœminæ equi semen est. Coit autem equus cum asino tum mare tum fœmina pro differentia sui sexus: ideoque gigni ex ijs sterile ait, quia vnum ex ambobus seminibus mollibus conficiatur. Ergò & quod ex equo mare & fœmina gignitur, sterile esse debebit. Nam si alterum misceretur solum, liceret dicere alterum causam esse sterilitatis, vt dissimile genituræ asini. Adhæc demonstratio æquè de ambobus, tam mare quàm fœmi-
B na rectè adfertur. Sed interest quòd mas septennis duntaxat generat, vt aiunt, fœmina improlis omnino est: idque propterea quia perducere ad finem, quod conceperit, nequeat. Nam concepisse quidem iam mulam constat. Sed fortasse verisimilior ijs demonstratio logica illa videbitur. Logicam appello, quia quo vniuersalior, eo remotior à proprijs principijs est. Si ex mare, ac fœmina speciei eiusdem gigni solet, aut mas aut fœmina, vt ex cane mare & fœmina canis aut mas, aut fœmina, ex diuersis etiam speciebus, diuersum specie proueniat necesse est. Verbi gratia, si canis diuersum est à leone, ex cane mare & leone fœmina diuersum proueniet, ex leone mare & cane fœmina diuersum. Cùm itaque mulus mas & fœmina sine speciei differentia gignantur, ex equo & asino, quæ diuersa specie sunt, impossibile est, vt aliquid ex mulis gignatur. Nec enim diuersum specie prouenire potest, quando ex mare & fœmina speciei eiusdem, idem specie gignatur, neque idem hoc est mulus. Gignitur enim mulus ex equa & asino quæ diuersa specie sunt. Ex diuersis autem specie diuersum animal gigni positum est. Rationes enim quæ non ex proprijs ducuntur principijs, inanes sunt, & rerum esse videntur, cùm longè aberrent. Sunt profectò geometricæ rationes, quæ ex principijs geometricis afferuntur. Idemque in cæteris est intelligendum. Vi-
C dentur tamen eiusmodi rationes quamuis inanes, aliquid esse. Nam & inane siue vacuum illud aliquid esse videtur, cùm tamen nihil omnino sit. Nec verum est quod concluditur. Multa enim ex ijs quæ non eadem specie progenerantur, fœtifera prodeunt, vt antè exposui. Hoc igitur modo nec de cæteris rebus, neque de naturalibus indagandum est. Sed ex ijs quæ in genere tum equorum tum asinorum insunt, considerando potius acceperis causam. Primum enim vtrumque eorum singularem parit inter cognata animalia plura numero, tum fœminæ non semper concipere possunt. Et quidem equi interposito tempore admittuntur, quoniam ferre continuo nequeant. Sed equa menstruosa non est: imo minimum emittere inter quadrupedes solet. Asinæ conceptus incontinens est: genituram vtique iniectam emingit. Quamobrem verberibus eam sectantes cogunt, ne id faciat. Ad hæc frigidum animal asinus est: quamobrem locis frigidis gigni non potest, vtpote sua natura impatiens frigoris, velut apud Scythas & eorum finitimos. Nec verò apud Gallos qui supra Hispaniam colunt, genus id animalis est: nam ea quoque prouincia frigida est. Hinc admissarios etiam non vt equæ sic asinæ, æquinoctio admouent: sed æstiuo solstitio, vt tempore calido pulli nascantur; eodem enim tempore parit, quo coierit. Annum vterum fert & asina & equa. Cùm igitur natura sit frigidum animal, vt dictum est, semen quoque genitale
D eius frigidum esse, necesse est. Cuius rei indicium, quòd si equus superuenit asinam, quem inierit asinus, non peruertet asini initium: sed si asinus superuenit equam, quam equus inierit, peruertet; propter seminis sui frigiditatem. Cùm igitur inter se ipsa iunguntur, seruatur semen propter alterius calorem: calidius est enim quod ab equo secernitur. Nam asini & materia & genitura frigida est, equi calidor est. Cùm autem mistum vel calidum cum frigido, vel frigidum cum calido est, euenit vt conceptus ex ijs seruetur, eaque vicissim ex seipsa fœcunda sint. At verò quod ex ijs prodijt, non insuper fœcundum, sed infœcundum ad perfectam fœtificationem est. Omnino cùm vtrumque aptum propensumque sit ad sterilitatem, (sunt enim in asino tum ea quæ diximus, tum etiam, vt nisi à prima dentium mutatione generare incipiat, nusquam pòst generet, sed sterilis omnino perduret,) ita in exiguo continetur generandi vis corporis asinini, facillimeque labitur ad sterilitatem. Equus etiam simili modo idoneus est ad sterilitatem, tantoque deest, vt sterilis sit, quanto, vt quod ex ipsis prodierit semen frigidius reddatur. Quod tunc efficitur, cùm asini excremento miscetur. Asinus quoque parum deest, quin sui generis initu sterile generet. Itaque cùm accesserit, quod præter naturam est, si

Rationes inanes quæ.

Asini semen frigidum esse.

Asinus propensus ad sterilitatem item equus.

ſi antè vix vnum partu naturæ legitimum poterat generare, iam quod peregrinum ex ijs prodijt ſterilius, nihil deerit, vt ſterile ſit, ſed neceſſario ſterile erit. Euenit etiam vt corpora mulorum magna efficiantur, quoniam menſtruorum deceſſus ad corporis incrementum vertatur. Cumque partus eorum annuus ſit, non modò concipiat, ſed etiam enutriat mula opus eſt, quod fieri non poteſt ſine menſtruis. Mulis autem menſtrua deſunt: ſed quantum inutile eſt, cum excremento veſicæ abigitur. Vnde fit, ne muli genitale fæminarum, ſed ipſum excrementum olfaciant. Reliquum in corporis incrementum & magnitudinem vertitur. Itaque concipere quidem aliquando mula poteſt, (quod iam dictum eſt) ſed enutrire, atque in finem perducere non poteſt. Mas generare interdum poteſt, quoniam & calidioris naturæ quàm fæmina mas eſt, & nihil corporis per coitum confert ad generationem vt ſuprà dictum eſt ex eodem Ariſtotele. Hæc itaque omnia de cauſa ſterilitatis mulorum ille: cuius ſententiam Alexander Aphrodiſienſis vel non animaduertit, vel tacitè exploſit. Hic enim eandem, quam Ariſtoteles refellit, opinionem adducit, problematum ſuorum libro primo, his ferè verbis: *Mulæ ſteriles videntur, quoniam ex animalibus conſtant ſpecie diuerſis: miſtio enim ſeminum, quæ tam habitu, quàm natura inter ſe diſcrepant, aliud quippiam præter vires ſuorum ſimplicium conficit; & naturam eorum penitus abolet: quemadmodum albi & nigri miſtio, abolitis extremis coloribus alium parit colorem fuſcum nominatum, qui neuter extremorum eſt: igitur habitus genitalis abolctur, & ſpecierum habilitas omnis deſtruitur, quæ creatrix certi indiuidui eſt.* Sic Alexander, cuius ſententia contra Ariſtotelem defendi poſſe viris doctis videtur: nam cætera animalia quæ ex diuerſis ſpecie parentibus naſcuntur, vt canes è cane & lupo aut vulpe: & accipitres ex accipitribus ſpecie diuerſis, & gallinæ & perdices, ideo non ſterilia fortè fuerint, quòd parentes eorum quamuis ſpecie diuerſi, natura tamen non admodum differant, quantum equus & aſinus, eorumque ſemina; de quibus etiam Ariſtoteles ipſe teſtatur, hoc frigidum, illud calidum eſſe: Adde quod ipſe etiam Ariſtoteles mulum generare poſſe ait, mulam contrà omnino ſterilem, quoniam calidioris ille, frigidioris illa naturæ eſt. Quæ quoque ratio Albertum induxit, vt ſcriberet, parere aliquando mulas in terris valdè calidis, in quibus exterior (inquit) calor frigiditatem aſini temperat interiorem. Parere autem quibuſdam in locis teſtatur Columellæ fide digniſſimorum authorum teſtimonio. *Quidam non diſſimulandi authores* (inquit) *vt M. Varro, & ante eum Dionyſius & Mago prodiderunt, mularum fœtus regionibus Africæ adeò non prodigioſos haberi, vt tam familiares ſint incolis partus earum, quàm ſint nobis equarum.* Varronis verba ſunt hæc. *Romæ aliquoties dicitur peperiſſe mulam. Mago ſanè & Dionyſius ſcribunt, mulam & equam cum conceperint, duodecimo menſe parere. Quare non ſi hic in Italia cum pepererit mula, ſit portentum, adſentiri omnes terras. Neq; enim hirundines & ciconiæ quæ in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Non ſcitis palmas, cariotas in Syria parere, inuectos in Italiam non poſſe?* Sic Varro. Cæterùm iſtiuſmodi Africanæ mulæ fortaſſis fuerint ſui generis, quales & in Syria etiam parere dixi ex Ariſtotele. Quamobrem mihi neutræ rationes placent, tum quæ à ſeminum diuerſitate; tum quæ à praua vteri conſtitutione deſumuntur: nam licet non inficier frigidius aſini ſemen eſſe ſemine equæ, anne propterea quod ex hac ſeminum contrarietate gignitur, erit ſterile? Accipitres, aquilæque ex ſpurio coitu nati ſteriles ſunt, non propterea ſeminis eorum temperamentum tantum qualitate differre putem, vt ſterilitatis cauſam eſſe exiſtimem: quin omnino mihi perſuadeo mulam ex contrarijs temperento ſeminibus enatam, nec frigidam nec calidam, ſed temperatam debere eſſe, ideoque vel equi vel aſini ſemen faciliùs edomare poſſe, multoq; faciliùs muli vtpotè ex eiſdem ſeminibus procreati, quem non infœcundum eſſe dictum eſt. Neque etiam mala vteri conſtitutio ſterilitatis cauſa erit: nam ſi nulla mula conciperet, mulam tamen grauidam factam eſſe teſtatur ipſe Ariſtoteles, ſed non quoad perficeret, atque ederet prolem: cuius rei fortè ratio fuerit, quia mulæ eodem teſte carent menſtruis, ſed earum vrina craſſior eſt quàm marium. Secretum itaq; naturæ eſſe putem, cur non pariat mula, quod & Plinium ſenſiſſe apparet; Inquit enim: *Obſeruatum è duobus diuerſis generibus, tertij generis fieri, & neutri parentum eſſe ſimilia: eaq; ipſa quæ ita nata ſunt, in omni animalium genere non gignere, idcirco mulas non parere.* Non videtur tamen contemnenda opinio Cardani in decimo ſe ſubtilitate rerum, quod ideo videlicet ſteriles ſint mulæ, quia ſemen aſini & muli multum diſſideant, adeo vt ſint in terminis extremis (inquit) eorum quæ ſimul ad generandum conuenire poſſunt.

Mulus cur non olfaciat genitale.

Opinio Alexandri.

Mulæ aliquando vbi pariant.

L O C V S.



VLOS aiunt locis lædi calidis & obſcuris & quodammodo amentes fieri: gaudere verò ſtabulari ſub dio, tectique vel tantillum eis ſufficere, ſi caput ſolummodo operiatur: cætera ab aëre non offendi. Quibuſdam regionibus numeroſi ſunt, quibuſdam pauci, quibuſdam nulli. Abundat eis Themiſira teſte Strabone: qui etiam Cappadoces tradit duo millia mulorum Perſis quotannis ſoluiſſe, ſed & Perſiam ipſam, necnon Meſopotamiam & Babylonem mulis abundaſſe, inde licet colligere, quia Alexander Magnus captis Suſis mulos & camelos ad tria millia abduci curauit, qui & doſſuales & iugales eſſent: quorum opera pecuniam quam deuicto Dario ceperat, quo vellet, deportaret. Ioannes Goropius vt Henetos ſiue Venetos equorum ſtudioſos fuiſſe oſtendat, optimoſq; habuiſſe, inter alia Homeri vtitur teſtimonio, qui de his

Quæ loca ament. *Lib. 12.* *Lib. 11.* *Lib. 9. Orig. Antuerp.*

B loquens populis, quamuis equarum apertè non meminerit, doctiſſimè tamen eas (inquit) indicauit, dum Henetas mulas celebrauit: Quis eſt enim qui neſciat, generoſiſſimum mularum genus ex equabus generoſiſſimis procreari? His locis cùm Paphlagonia vicina ſit, Venetique in Cappadociæ quoque parte habitarint, non mirum eſt, præcipuam ibi mularum laudem fuiſſe, cùm & equas excellentiſſimas & non ſolùm permagnos aſinos, ſed eximios etiam onagros admiſſarios haberent. Quamobrem ſi Homerus ex Henetia Leucoſyriæ & Paphlagoniæ optimas mulas proficiſci dixerit, neceſſario conſequitur optimas etiam equas ibidem procreari ſolere. Cum autem ἀγροτεράων dixit, haud dubiè ad onagros Leucoſyriæ reſpexit, è quibus quæ mulæ generantur, non tantùm velociores ſunt, ſed agreſtiores etiam & magis indomitæ, multoque cæteris generoſiores, propterea quod ſoboles neceſſario parentum naturam ſequatur, quò fit vt ſint quoq; ſtrigoſiores. Videmus itaque poetam duo ſimul feciſſe, & equarum antiquum apud Henetos decus ex illatione occulta demonſtraſſe, & vna addidiſſe, non illam tantùm earum vtilitatem eſſe, quæ ex velocitate comparatur, ſed alteram etiam multò maiorem, quòd ex ijs præſtantiſſimæ mulæ generentur. Iam verò Arabia felix omnis alias generis pecoris abundans equis, mulis & porcis caret, vt legimus apud Strabonem. In Scythia (vt inquit Herodotus,) ingentem & diuturnam

Mula Heneta. *Mulis quæ regiones carent.*

C vim hyemis equi perferunt, muli aſinique neque incipientem quidem ferunt: cùm tamen alibi ſtantes in gelido equi labefiant, aſini verò ac muli durent. Alias verò neque aſinum neque mulum in ea terra gigni ait, & ne vllum quidem videri propter frigora. De illatis itaque intelligit Dionyſius Afer, dum ait, equos, mulos & oues in Scythia ſæpe per ſummum frigus mori. Eadem ratione mulis aſiniſque caret Polonia, finitimæque regiones ſeptentrionales omnes, Anglia item, Scothia, Hollandia, Zelandia & Friſia. Miratur itaque idem Herodotus, cur in Eleo agro muli nequeant gigni, cùm neque locus ſit frigidus, neque vlla alia cauſa appareat. *Aiunt* (inquit) *Eleenſes ipſi ex imprecatione quadam id ſibi contigiſſe, cumque tempus adueniat conceptus equarum, ſe in loca finitima illas educere: ibi poſtquam admiſerint aſinos, dumque conceperint, tunc rurſus eas reducere.* Carebant & Orientales Indi mulis, vt refert Franciſcus Lopez. Inſula verò Balearidum teſte Diodoro Siculo, mulos quidem nutrit, ſed qui magna ſunt & ſonora voce.

Lib. 16. *Lib. 4.* *Lib. 4.* *Cur Elei mulis careant.* *Lib. 6.*

M O R E S. N A T V R A.

Ingenium.

D



VLVS (inquit Ariſtoteles) ſemper cicur eſt. Fœminæ in hoc genere maiores & viuaciores ſunt, quàm mares, vt idem Ariſtoteles annotauit: eædemque ſerius ſeneſcunt, quam mares. Ait etiam mulam profluuio vrinæ purgari dici, marem olfactu vrinæ prius ſeneſcere. Equorum aſinorumque more volutationi indulgent, vt à laſſitudine recreentur. A patre verò potiſſimùm laboris patientiam obtinuit, quam ob rem ταλαεργοὺς cognominant Homerus & Heſiodus. A matrè contrà celeritatem accepiſſe non eſt diſſonum rationi. Celeritatis mulorum meminit idem Homerus, loquens de mulis Nauſicaæ, quæ naufragum excepit Vlyſſem:

Laboris patientia. *Celerita.* *Odyſſ. ζ.*

Ὣς ἄρα φωνήσασ', ἵμασεν μάστιγι φαεινῇ
Ἡμιόνους. αἱ δ' ὦκα λίπον ποταμοῖο ῥέεθρα.
Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

Sic locuta flagellauit flagello lucido
Mulos, hi verò celeriter reliquerunt fluuij fluenta:
Illi citò quidem currebant: & pulchrè penetrabant pedibus.

Audacia. Quo tamen loco alij πλίσσοντο interpretantur gradario, & leniori inceſſu progredi, non curſu. A matre itidem mutuatus eſt audaciam, imbellis enim, timidateque famoſus eſt aſinus. Haud exiguam autem mulorum audaciam eſſe, vel inde conſtare poteſt, quod non ſolùm non pertimeſcant Lupi præſentiam, ſed audacter eum etiam inuadant, vt teſtatur Varro his verbis: *Scio mulorum gregem dum paſceretur, eoq́ue veniſſet lupus, vltrò mulos circumfluxiſſe, & vngulis cædendo occidiſſe.* Expauescunt tamen rerum etiam inſolitarum viſu; eſtque timor iſte dominis exitialis nonnunquam, quem cum aſino communem habent, vt teſtatur Abſyrtus:

Timor. *Equi (inquit) cùm ſuſpicantur, vel metuunt aliquid, manifeſtum eſt, ſic vt inſidens cauere ſibi queat: aſininum verò pecus & bigenerum (& muli, & hinni) rerum conſpectu conſternabile nouitatiſq́ue verens in diſcrimen adfert.*

Ingenium. Quod modò ad indolem ingeniumque attinet, videtur id quidem nobis multò illiberalius, minuſque benignum quàm equi. Calcitrat equus, necnon & aſinus, ſed contumaciſſimè muli. Idque propter inſitam quandam proteruiam ac malitiam. Vidi qui vno excepto domino cæteros non admitteret, ſed calcibus creberrimis repelleret. Vulgò etiam apud nos malè audiunt propter

Pertinacia. pertinaciam. Indicaturi enim hominem qui nullis etſi apparentibus rationibus à ſententia ſua dimoueri ſe patitur, eum mulis aſſimilamus (egli è oſtinato come vna mula) de qua tamen pertinacia, aut etiam peruicacia apud antiquos nihil reperio. Tribuitur & vafricies aſtuſque vulgò, ac

Aſtus. potiſſimum Hiſpanis: vnde mulas Hiſpanicas dicimus homines aſtutos, quique vt ait poëta:

Aſtutam vapido ſeruant ſub pectore vulpem.

Hunc vulgò celebratum mulorum aſtum vnus olim præ cæteris oſtendit, eorum de numero, quibus aduehendi ſalis negocium dabatur. Is enim (vt narrat Plutarchus in libro, vtra animalium &c.) traijciens flumen lapſus eſt non ſponte: ſale verò liquefacto, exhauſtoque ſurgens expeditior iam, ſenſit notauitque cauſam: poſtea quoties flumen tranſiret, ex induſtria ſubmiſit, merſitq; vaſa, deſidens leniter, ac vtrumque in latus, quantum id fieri poſſet, nutans. Hæc vbi Thales accepit, pro ſale, lana ſpongijſque compleri vaſa, clitellas imponi & agi mulum rurſus iuſſit: ille cùm de more ſe mergens, onus aqua ſubeunte vehementer grauaſſet, parum commodum ſibi hunc dolum ratus, ita deinceps cautè ſcienterque traijcere ſolitus eſt, vt nec inuito quidem contingerent onus aquæ. Hæc Plutarchus. Apparet autem & gratitudinem quandam ineſſe erga beneficos ſui, id quod oſtendit mulus ille octuagenarius, qui vt tradit Ariſtoteles, cùm Athenis templum (Mineruæ à Pericle in Acropoli) ædificaretur, quamuis dimiſſus iam munere per ſenectam, beneficij memor tamen, commeans ac obiens cætera iumenta adhortabatur ad opus, ideoque decreto à nemine eum arceri à frumentorum aceruis ſancitum eſt. Recitat hanc quoque hiſtoriam Aelianus: *Athenienſis mulus vetulus, quamuis immunitate vecturarum donatus eſſet, non laborum tamen, qui per affectam ætatem obiri queunt, ſtudio exolutus eſſe voluit. Nam cum Mineruæ templum Athenienſes ædificarent, is nulla re onuſtus, nullius imperio, ſed ſua ſponte cum adoleſcentibus mulis, tanquam ad iter faciendum ſocius & hortator ibat. Et quemadmodum quiſpiam ſenex artifex per exactam ætatem quidem iam opere dimiſſus, verumtamen experientia, & ſenili doctrina iuuenes ad laborem exacuens: ſic is vltro citroq́ue commeans ad opus iumenta incitabat. Quod quidem ipſum vt Athenienſis populus intellexit, per præconem declarari iuſſit, vt ne à frumento aut hordeo prohiberetur: ſed & expleri & ſatiari permitteretur, & pretium ex ærario peterent, tanquam in Prytaneo ſportula illi decreta ſicut athletæ iam ætate confecto.* Meminit & Plinius, qui rectiùs quam Theodorus Ariſtotelis mentem expreſſit: Vbi enim hic verit, commeans & obiens, Græcè legitur, συναμπρεύων καὶ παραμπρευόμενος; Plinius tranſtulit comitatu niſuque. *Mulum (inquit) octuaginta annis vixiſſe, Athenienſium monumentis apparet: eo gauiſi cum templum in arce facerent, quod derelictus ſenecta, cadentia iumenta comitatu niſuq́ue exhortaretur, decretum fecere, quo caueretur, ne frumentarij negociatores ab incerniculis eum arcerent.* Frumentum enim vt annotat Hermolaus, in cribris aceruiſque vendendi gratia proponitur.

Thales mulæ aſtum vlciſcitur.

Beneficij memoria.

CALCI-

A

CALCITRATIO CORRECTA.



VLAS non calcitrare (inquit Plinius) *cum vinum biberint, quidam scripserunt.* Aliàs verò nullius interposita authoritate ait: *Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.* Cælius Calcagninus rationem attulit his verbis: Vt simiæ quadrupedesque assuetæ vinum bibere, vnguibus careant, accidere quidam putant, quoniam in vino sit vis discussoria & ad emolliendum efficax. Hinc euenit, vt qui nimis vino ingurgitauerint, resolutis neruis in paralysin facilè delabantur. Sint igitur vngues vel neruorum clausulæ, vt dixit Plinius: vel caro concreta, & quasi in callum obdurata, vt alij putauere: vino accedente emolliri resoluique fit verisimile. Alijs humoris sanguinis, qui plurimus vino fieri solet, exundatione calloſiorem contumacioremque ac retorridam illam partem quasi macerari videtur, & emollescere, vt aqua fruges & legumina incoctilia percoquuntur: aceto plumbum in cerussam resoluitur, & ouum ita tenerescit, vt vel per annulum toto calice integro pertranseat. Ex hoc item facilè colligi potest, cur veteres existimauerint vini potu effici, vt mulæ calcitrosæ esse desinant. Mitescente enim vngula & pede quodammodo exarmato, feritas illa tollitur, extunditurque, præsertim si quando euenerit, vt calcibus impetendo solido illidant, plusque inde damni accipiant, quàm afferant: quare consciæ imbecillitatis suæ ferocire desistunt. Cornua autem vini aspersione emolliri, docet Columella, qui nimirum in boum domitura, ferocientium adhuc taurorum tergora mero respergi iubet, quò familiariores bubulco fiant.

Lib. 2. quæst. epistolicar. Cur non calcitret post vini potum.

B

EDVCATIO.



C

VM peperit equa mulam (inquit Varro) nutricantes educamus. Ipsam tamen equam quem peperit, educare mulum, notum est; & Aristoteles scribit, lactare equam mulum semestre temporis spatium dici, mox sugi non pati, vi namq; humorem trahi, & cum dolore. Columella verò & Palladius anniculum rectè à matre repelli tradunt, & amotam montibus aut feris locis pasci, vt vngulas duret, sitque postea longis itineribus habilis.

ÆTAS.



RISTOTELES mulis vitam esse scribit ad multos annos: quendam etiam octuagesimum annum egisse, cum templum exædificaretur Athenis, vt paulò antè dictum est. Huius tam diuturnæ vitæ Cælius quodammodo reddens rationem; animalia (inquit) quæ frequenter coëunt, breuioris sunt vitæ, vnde fit vt muli equos exuperent viuendi diuturnitate. Viget equus & mulus Aristotele teste à dentium ortu: cumque prodierint omnes, non facilè ætatem dignoueris: quatenus tamen dignosci queat, in mentione equorum explicatur.

D

CIBVS. POTVS.



QVI, muli & asini (inquit Aristoteles) fruge herbaque vescuntur, sed maximè potu pinguescunt. Vbi herbæ nomine fœnum & paleæ quoque intelliguntur, de quibus sic Hesiodus:

> Χόρτον δ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετὸν, ὄφρα τοι εἴη
> Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. id est,
> *Fœnum autem importato & paleas, vt tibi sit*
> *Bobus & mulis annuum pabulum.*

Cæterùm Columella author est ad maciem mularum nullam rem tantum quantum medicam prodesse. Ex frequentiori autem hordei esu hinnire mulos discimus ex hoc Martialis: *Ad maciem*

> *Mulio quod non det tacituris accipe mulis,*
> *Hæc ego cauponi, non tibi dona dedi.*

Quo

Hordeum. Quo loco Domitius: Hordeum (inquit) olim panem dedit, qui damnatus est, postea destinatum fuit reficiendis iumentis: demum excogitatum facere ptisanam ex eo, quæ validissima erat & saluberrima, vt Hippocrates vno volumine testatus est. Monet igitur amicum se mittere hordeum, quod non dandum sit quadrupedibus, cùm nuper inuentum sit facere ex eo ptisanam. E

ODORATVS. AFFECTVS.

Odoratus.



DORANDI sensu mulos præcellere aiunt (inquit Cælius) atq; eius beneficio derelictos alicubi vel odore solo redire in semitam: hinc etiam fieri, vt faciliùs tabidam vim aëris concipiant, & peste inficiantur, vt canes quoque eodem sensu præstantes: quamobrem Homerus hæc animalia primùm pestem sensisse ingruentem in Iliade scribit. *Lib. 1.* Scholiastes verò Homeri canes quidem primum perijsse scribit, quòd capitibus subinde ad terram inclinatis odorem trahant & inuestigent: halitum autem corruptum qui pestis causa fuit, ex terra oriri: *Cur pestem facile sentiãt* Mulos verò qui ex diuersis specie parentibus prognati sint: bigenera enim omnia faciliùs interire. F Quæ ratio doctis improbatur, quoniam muli præ cæteris iumentis ferè sint viuacissimi. Afficiuntur & alijs morbis, de quibus, eorumque remedijs sic scripsit Columella: Medicinas huius pecoris (inquit) plerumque iam in alijs generibus (bubus & equis) edocui: propria tamen quædam vitia mularum non omittam, quorum remedia subscripsi. *Febris.* Febrienti mulæ cruda brassica datur. *Suspiria.* Suspiriosæ sanguis detrahitur, & cum sextario vini, atque olei thuris semuncia, marrubij succus instar heminæ mistus infunditur. Suffraginosæ (cuius suffragines vitiatæ sunt) hordeacea farina imponitur, mox suppuratio ferro reclusa linimentis curatur: vel gari optimi sextarius cum libra olei per narem sinistram demittitur. Admisceturque huic medicamini trium vel quatuor ouorum albus liquor separatis vitellis. Femina secari & interdum inuri solent. Sanguis demissus in pedes, ita vt in equis emittitur: vel si est herba quam veratrum vocant rustici, pro pabulo cedit. Est ὀσ-κύαμος, cuius semen detritum & cum vino datum prædicto vitio medetur. *Macies.* Macies & languor submouetur sæpius data potione, quæ recipit semunciam triti sulphuris, ouumque crudum, & tritæ myrrhæ pondus denarij. Hæc tria vino admiscentur, atque ita faucibus intruduntur. *Tussis.* Sed & tussi, (ad mulorum tussim remedium etiam describitur in Hippiatricis Græcis cap. 22.) dolorique ventris eadem ista æquè medentur. G *Lassitudo.* Lassæ & æstuanti mulæ adeps in fauces demittitur, merumque in os suffunditur. Hæc Columella. Mulum, asinum & equum in ipso statim itinere refici, si onere deposito in stabulo, vel in via loco commodo, pro arbitrio se volutare permittantur, diximus ex Rusio in equo. *Ne ceruix lædatur.* Ne mulorum ceruices rumpantur, aut collidantur, Pelagonius in hippiatricis ca. 26. medicamentum parari iubet ex adipis suillæ dupondio cum aceti duobus sextarijs; hoc ad tertias dicoctum colatumque illini. *In Hippiat. ca. 53.* Mulus teste Absyrto tantum μαρμαρωσὸς fit (marmaron tuberculum est iuxta coronam, id est vngulæ exortum) asinus raro, equus non, sed podagricus. *Marmaron quid.* *Arthritis.* Laborant muli etiam arthritide, aiuntque hanc vehementiorem esse quàm equi, de qua curanda consulendus idem Absyrtus & Hierocles in hippiatricis cap. 2. Ad ficosos tumores & myrmecias equorum & mulorum in quauis corporis parte, maximè verò in cruribus & pedibus, remedia ibidem præscribit Absyrtus cap. 82. Cætera exequemur in mulis (inquit Columella) sicut in bobus & equis, vt in ipsorum remedijs tradidimus. *Ne à muscis offendantur.* Muscarum fastidium etsi reuera affectus corporis non sit, plurimùm tamen incommodi mulis, alijsque iumentis affert. Aduersus quas remedium præscripsit Cardanus: Succo foliorum cucurbitæ si quis mularum aut equorum pilos intinxerit æstate media, non paruo rei miraculo muscarum molestia carent. Ita mihi hoc persæpe (inquit) H vtile fuit. *Mulæ morsus, eiusque cura.* Ipsius verò iumenti, morsus nescio quid homini habet maleficum. In parte enim quam mula momordit, (inquit Cardinalis Ponzettus) nascuntur aliquando pustulæ plenæ humore rubente vel pallido: Hunc morsum aliqui venenatum esse putarunt, & sanè sequuntur eum accidentia sæpe noxia, eaque deteriora ex morsu fæminæ, quæ saliuam habet obnoxiam putredini, quæ amplius etiam per iram animalis inflammata, non mirum si hominis morsi humores & sanguis alteretur. Mulus verò etsi maiori impetu mordere possit, minorem tamen periculo morsum infligit, quod non æquè putredini aptum in se humorem habeat. Accidit autem aliquando, vt morsi vrina retineatur, cùm aquosus humor videlicet omnis ferè in sudorem agitur. Aliquando & viscerum contortio sequitur. Curandi sunt similiter vt à cato morsi, & vlcus decocto nepetæ circumquaque fouendum.

AVGVRIA. PRODIGIA.

Præsagia.



ST in annalibus nostris (inquit Plinius) *peperisse sæpe mulam, verùm prodigij loco habitum.* Cæterùm bonumue an malum portenderint huiusmodi portento- *Mulę partus quid præsagiat.*
si partus, in ambiguo esse facit euentorum varietas. Siquidem C. Valerio, &
M. Herennio Coss. cùm mula in Apulia peperisset, totum annum domi forisq;
tranquillum fuisse comperimus, sinistra tamen quædam obnunciata. Sed quod
omnium perniciosissimum Romanæ reipub. fuit, inter Cæsarem & Pompeium
exorta bella mulæ partu edito, L. Paulo, M. Marcello Coss. multi prodiderunt. Cumque alia
Romæ ad XII. portas peperisset, M. Lepido, Munatio Planco Coss. subsecutæ sunt nonnullæ so-
B ciorum direptiones, dum bella per Brutum & Cassium in prouincijs gererentur. At nihil quic-
quam tale euenit L. Scipione, C. Lælio Coss. cùm identidem mula Reate peperisset. Quibusdam
verò magna rerum molimina, mularum partus ostendere, in ijs præsertim rebus, quæ præter spem
& expectationem omnium accidere: vt Dario Babylonem elusa totiens opera oppugnanti, quam
tunc demum cepit, cùm ex peruulgato per hostes ipsos omine, mula Zopyri, cuius consilio, ope- *Darij ex mula partu felix augurium.*
ra, ingenio & fide vsus est in eo negocio peragendo, fœtum edidisset, vt legimus apud Herodo-
tum. Cùm Darius enim obsideret Babylonem, Babylonij nihili pendere obsidionem: nam con- *Lib. 4.*
scensis propugnaculis tripudiare, probraque ingerere Dario atque exercitui: quorum quidam ita
inquit: Quid istic desidetis Persæ, quin potiùs absceditis, tunc expugnaturi nos, cùm pepererint
mulæ. Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquam parere mulam. Anno ac septem
mensibus obsidione consumptis iam Darium atque vniuersum exercitum tædere, quod Babylo-
nios expugnare non posset; etsi aduersus illos omnia machinamenta atque omnes insidias exper-
tus, &c. cùm Zopyro Magabyzi filio hoc contigit portentum, vt quædam mularum eius quæ fru-
mentum subuectabant, pareret: quo ostento commotus ille, cùm recordaretur eorum, quæ Ba-
C bylonius ille dixerat, vt ipse tanti facinoris author fieret, tanquam omnino fatalis, naso & auri-
culis seipsum mutilans, Darium consilijs instituit de capienda Babylone ipse transfugam se simu-
lans, & à Dario mutilatum quod suasisset ei a Babylone tanquam inexpugnabili recedere, cùm
post aliquot præclara eius aduersus Persas facinora, dux exercitus & murorum custos creatus es-
set, vrbem Dario prodidit, vt pluribus ibi recensetur: Simile & illud fuit, quod Galbam ad res
nouas animosiùs tentandas confirmauit. Aui enim sui omen exceperat qui aruspicibus rerum sum- *Galba vnde audacior factus.*
mam puero promittentibus responderat, cùm mula pepererit: hæc autem apud eum postmodum
pepererat. Eleo Elidis regnum obtinente Dorienses cum Aristomachi filijs comparata classe mo-
liti sunt reditum in Peloponnesum. Classis imperatoribus oraculo denunciatum est (inquit Pau- *Primo Eliacor.*
sanias) remigationis ducem trioculum vt facerent. Quare addubitantibus, quidnam responsum
illud vellet, vir fortè qui mulum altero captum oculo agebat, occurrit. Tum nimirum acute con-
iecit Cresphontes, oraculi vocem ad hunc hominem pertinere. Eum itaque Dorienses ducem si-
bi elegerunt. Xerxe verò expeditionem in Græciam parante equa leporem enixa est, & mula in- *Xerxi mulæ partus infaustus.*
certæ naturæ partum (ancipitia genitalia habentem, maris & fœminæ, sed maris superiora,) edi-
dit, cruenta bella stragesque, & memorandum illud excidium, quæ postea præcipitantibus fatis
D secuta sunt, præmonstrarunt, vt tradit Alexander ab Alexandro, ex eodem Herodoto. Alias e-
tiam mulam ait, si gemellos pepererit, ostentum dirum pestemque denunciare: Aristoteles qui- *Lib. 2. c. 11.*
dem mulam aliquando gemellos peperisse assert, idque ostenti loco habendum esse, quid autem *Mula gemellos pariens.*
portendat, subticet. Nobis autem quid sperandum, quidue timendum (inquit Pierius Valeria-
nus) qui mulæ fœtum nuper domi inspeximus? Anno enim hoc salutis nostræ duodeuigesimo su-
pra millesimum & quingentesimum, Leonis X. sexto, quarto Non. Aprilis, qui dies de Afiertto-
ris nostri nece publico luctu nefastus fuit, apud amplissimum dominum meum Iulium Card. Me-
dicem, hora lucis tertia, mulæ partus editus. Quod si quis vt Galbæ portendi huic aliquando
summam rerum amplitudinem dixerit, vt eueniat, non erit præter expectationem & spem homi-
num qui vulgò illi talia ominantur, qui de hominis prudentia, de morum integritate, rerumque
peritia, omnia sibi pollicentur, &c. Illud interim non omittendum, mulas non sui generis tan-
tùm animalia parere aliquando visas, verùm etiam equos, vt anno circiter M. CCCC. LXII. in *Mula equũ peperit.*
Arenate Brutiorum agro mula equum peperit pilo flauo, crinibus rutilis, oculis rufis: quem post
Loisius Arenas apud Brutios longè princeps, ad Ferdinandum Neapolitanorum regem misit. Tra-

duntque

Mula locuta est. duntque etiam mulum in Mesopotamia humana voce locutum anno DCCXLVIII. vt annotauit E
Li. 1 Chron. Sanzouinus. Est & inter prodigia referendum quod mulus aliquando tripes, necnon & quinque-
Pluuiæ præsagium. pes sit natus. Quod modo ad præsagia attinet, mulos & asinos aiunt, si sine causa fricent continuè aures, pluuiam portendere.

ORACVLVM.

Lib. 1.



RÆSO Delphis quærenti, nunquid diuturnum foret imperium sibi, Pythia in hæc verba respondit, vt refert Herodotus:

Regis apud Medos mulo iam sede potito,
Tunc ad scruposum fugere Hermum strenuue Lyde,
Nec perstare; nec ignauum nunc te esse pudendum.

His ex versibus Cræsus accepit, cum allati essent, multo magis quàm ex cæteris voluptatem, sperans fore, vt nunquam apud Medos mulus pro viro regnaret. Quis sit iste mulus, mox subinde dicetur. F

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.



CCVLTAM quandam videtur esse amicitiam nantium auium, siue eæ anseres sint, siue anates cum istiusmodi quadrupedibus. Author enim est Columella ventris & intestinorum dolorem in bubus sedari visu nantium (anserum natantium Vegetius 3.3.) & maximè anatis, quam si conspexerit (inquit) cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eandem anatem maiore profectu mulos & equinum genus conspectu suo sanare. Contrà Rhododaphnæ flores & folia homini saluberrima, mulis, asinis & quadrupedibus plurimis venena sunt. Ipsorum verò mulorum nescio quid inest, quod muribus inter alia animalia exitiale est. Si enim muli vngula (sinistra, Belberus in libro de sensibus) domus suffiatur, Rasis & ex eo Albertus, mures fugari asserunt. De vngulæ mulæ antipathia cum aqua stygis aliàs dictum est, sed hic Plinij tantùm verba referam: *Vngulas tantum mularum* (inquit) *repertas, neq; aliam vllam materiam quæ non perroderetur à veneno stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia.* G

Mulæ anates amant.

Rhododaphne mulis inimica.

COGNOMINATA. DENOMINATA.



OTHOS spuriosve, quive ex adulterino coitu procreati sunt, non tam sæculi nostri mos est, quàm remotioris etiam ætatis mulos nuncupare. Cyrus tamen legitimo quamuis matrimonio generatus, mulus est dictus propterea quod generosiore matre natus esset, Astyagis quippe regis filia, cùm pater Medorum imperio subiectus esset, de quo versus illi feruntur ab oraculo editi, quibus fuga Lydis indicitur, simulac mulus Medorum inuaserit regnum. Versus paulò H
Aristoteles cur mulus dictus. antè ex Herodoto recitaui. Cur verò Aristotelem Plato mulum vocaret, alia ratio est, vt constat ex his Diogenis Laërtij verbis: *Aristoteles in nos recalcitrauit, veluti muli statim genitricem matrem.*
Lib. 4. Quod idem quoque Aelianus narrat sic scribens, Plato nominare solet Aristotelem mulum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quòd mulus cùm saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato inuoluto quodam sermone, ingratitudinem Aristotelis. Etenim is cum maxima philosophiæ semina & accessiones à Platone accepisset, suffartus optimis quibusque, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripateto cum suis familiaribus & discipulis aduersus eum pugnauit, & Platonis aduersarius esse cupiebat. Hæc ille. Fuit itaque Aristoteles contrarius Ctesiphonti cuidam pancratiastæ, qui calcitranti mulæ per iracundiam recalcitrauit, vt meminit Plutarchus in commentario περὶ τῆς ἀοργησίας. *Nodia herba coriariorum officinis nota, ea mularis dicitur,* inquit Plinius, *aliisq; nominibus, nomas curat, efficacissimamq; aduersus scorpiones esse potam in vino aut posca reperio.* Hæc ille, nec alibi vsquam vel ipse vel alius quisquam hoc nomine vllius herbæ meminit. Gesnerus conijcit eam esse quæ centinodia à multis vocatur,

Nodia herba quæ.

Græcis

A Græcis polygonum: cùm & nomen (inquit) à nodis, quibus referta est, impositum & remedia *Polygonum.*
conueniant: nam polygonum Dioscoride teste, ad vlcera maligna facit, nempe genitalium &
herpetes ac erysipelata, vt nodia ad nomas, id est, vlcera depascentia. Bibitur etiam polygonum
ad venenatorum morsus, cum vino, Dioscoridi: & Plinio proserpinaca (quam polygono eandem
esse eruditi consentiunt,) eximij aduersus scorpiones remedij est. Nec refert, quod Plinius eo-
dem capite proserpinacam & polygonum quasi diuersas herbas demonstrat, & nodiam quoque
priuatim commemorat: multa enim huiusmodi apud illum, quæ nominibus tantùm differunt, ceu
ne ipsa diuersa recensentur. Cæterùm cur nodia mularis cognominetur, non facile conijci posse
putat, nisi fortè eius pastu muli delectantur. Coriarijs quidem in vsu fuisse etiam polygonum
potest propter vim astringendi coria, vt & rhus byrsodepsicos &c. Hemionion Hesychio & Vari- *Hemionion.*
no genus herbæ est, quæ autem ea sit, non declarant. Inter aspleni siue scolopendrij nomencla-
turas eadem vox legitur cùm apud Plinium, tum apud Dioscoridem: Theophrastus verò he-
mionon vocauit, interpres Gaza mulam. Non.n. hemionos Theophrasti differt ab hemionio, vt *Mula herba.*
quispiam sibi persuadere posset ex corrupto eius textu, in quo hemionos scolopendrio similis es-
B se legitur, cum sit legendum σκολοπένδρᾳ ex Dioscoride, id est scolopendræ, animali videlicet,
cui herbæ folia sunt similia. Theophrastus herbæ nomen inde factum esse scribit, quod muli ea
libenter vescantur. Conijciunt tamen recentiores à mulis denominatam propter sterilitatem, *Lib. 9. Hist. 19.*
cùm similiter caule, flore & semine careat, ipsaque præterea sterilitatem mulieribus facere cum
muli liene alligata à Dioscoride scribatur. Nec aliam ob causam alia quædam similiter sterilis, he-
mionitis quasi mularia nuncupatur, quam Plinius hemionion vocauit, & cum teucrio implicauit,
nisi legamus, sicut nonnulli ex peruetustis exemplaribus legunt: *Inuenit & Teucer eadem ætate* *Hemionitis.*
teucrion, & quam quidam hemionion vocant, &c. Lectione facili & perquam commoda. Mandra- *Lib. 25. c. 5.*
goram item à Magis hemionion vocari inter synonyma Dioscoridi ascripta legitur, quæ & ipsa *Mandragora.*
sua frigiditate sterilitatis causa esse potest. Est & ἡμίονον auis quædam Hesychio & Varino. Ἡμιο-
νίδας ἵππους Straboni sunt equæ, ex quibus asini admissarij mulos procreant, quales Columella *Lib. 5.*
mulares nuncupauit. Hemionidas vocatas fuisse ab artificibus virgines in iumentis siue mulis se-
dentes tradit Hermolaus, idque ortum esse ex antiqua pictura. Scribit enim Pausanias hoc genus
operis monstrari Olympiæ, duas virgines mulis (interpres vertit cisio, Græcè legitur ἐπὶ ἡμιόνων) *Equæ mulares.*
insidentes, quarum altera habenas tenet, altera velato capite sedet: Nausiacam Alcinoi filiam
C (inquit) esse putant, cum ancilla ad lauacra contendentem. Sed & Plinius Protogenem Rho- *Hemionides virgines*
dium scribit Athenis pinxisse Paralum & Hemionida, quam quibusdam Nausicam vocari asserit.
Cæterùm cum paralus fuerit nauis apud Athenienses, qua theori Delphos mittebantur, & in pu-
blicos conuentus legati: Iacobus Dalechampius pro hemionida legit hermionida, quæ fuit trire-
mis, ita dicta ab Hermione ciuitate Laconiæ, vt meminit Thucidides, citante Cælio. De mulis
Marianis Frontini verba recitaui in Asino, furculis nimirum illis quibus religatas sarcinas viatores *Lib 8. c. 9.*
gestant. Mariani autem dicti sunt teste Festo à C. Marij instituto, cuius milites in furca (inquit) *Muli Mariani.*
interposita tabella varicosiùs onera sua portare assueuerant. Author adagiorum sic legit: Muli
Mariani dicti sunt varicosi milites, qui in furca sua onera portare consueuerunt. Et alibi: Aerum-
nulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: quarum vsum quia C.
Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur: Itaque ærumnæ labores onerosos significant,
siue à Græco sermone deducuntur, nam αἴρειν Græcè, tollere Latinè dicitur. Vide mox inter pro-
uerbia. Mulio quidem est mulorum ductor, (vt equiso equorum) qui mulos clitellarios vel ad ve- *Mulio.*
hiculum iunctos ducit, mulatirum vulgus vocat. Quartarios authore Festo appellabant antiqui
muliones mercenarios, quòd quartam partem quæstus capiebant. Est & perpetuarij mulionis *Quartarius.*
D mentio apud Senecam in ludo de morte Claudij Cæsaris: *Tu qui plura loca* (inquit) *calcasti, quàm* *Mulio perpetuarius.*
vllus mulio perpetuarius: Rhenanus in scholijs suspicatur perpetuarium dici, vel μισθωτικῶς ad
quartarium, vel illum qui in solidum aut semper sit vector, aut (quod magis arridet, inquit) qui
perpetua nec interrupta vectatione suos vectores aliquo perducat. Ad vehicula mulis vsi sunt an-
tiqui, non equis, vnde muliones vehicularij, quique mulis quæstum faciebant. Pro mulione mu- *Mulius.*
lius legitur apud Calepinum ex Horatio: *Lib. 2. Serm.*

Audit, cum magno blaserat clamore, furisq;,
Mulius.

Quo tamen loco Miluius legit Acron, quem parasitum fuisse ait. Sunt & muliones è culicum ge- *Muliones culices.*
nere, quos non amplius vno die viuere ex Plinio diximus in opere de insectis. Mulotribæ Plauto
sunt qui mulas fricant. Græci mulionem ἀστραβηλάτην vocant, mulotribam verò vel curatorem *Mulotriba.*
mulorum, ὀρεοκόμον, teste Polluce, vnde, inquit, verbum ὀρεοκομεῖν. Ὀρεοκόμος verò apud He-
sychium & Varinum exponitur, ὁ τὰς ἡμιόνους θεραπεύων, id est, is qui mulis medetur, Latini mu-
lomedicum dicunt, vt artem ipsam mulomedicinam, quæ tamen nomina æquè de equis alijs- *Mulomedicus.*
que

quę iumentis accipiuntur. Curator verò mulorum etiam ἡμιονικὸς dicitur annotante Gloſſographo, qui mulicurium exponit. E

HIEROGLYPHICA.

Mulier ſterilis. *Homo alienus ab amore.* *Homo laſciuus generare nolens.*



EGYPTII vt mulierem ſterilem ſignificent (inquit Orus Apollo) mulam pingunt. Hæc enim ideo ſterilis, quia matricem habet obliquam. Eſſe etiam Valerianus ſcribit qui hominem alienum ab amore, mulæ ſimulacro notari velint, propterea quòd ea tantæ ſit contra amorem efficaciæ, vt puluerem, in quo illa volutauerit, corpori inſperſum, mitigare ardorem amoris tradant Magi. Inuenit è contrario idem Valerianus apud quoſdam matronarum notam in partubus, ex mulæ parientis prodigio ſignificari, quòd earum pilenta mulis iunctis trahi ſolita ſint; vt numis aliquot ſpectare licet. Sterilitatis itidem ergò, qui laſciuum hominem, Venere quippe non ad prolem ſed ad voluptatem tantùm atque ſpurcitiem vtentem qui ſignificaſſent, vel mulum qui equam ſaliret, vel mulam ſurrecta cauda prurientem pingere conſuerunt. F Huic. n. generi quamuis ad progenerandum inepto, genitalia tamen ad voluptatem natura conceſſit.

HISTORICA.

To. 6. 11. Augusti. *Muli Dei miniſtri.*



ETAPHRASTES apud Lipomanum mulos, etſi ſua natura doloſi ſint & pertinaces, aliquando Dei miniſtros factos eſſe & in rebus plane diuinis humano ſermone locutos ait. Cū enim ex Hieroſolymis Chalcedonem reliquiæ ſancti Stephani protomartyris veherentur, aſtante clero ac populo, Epiſcopoque eius tum vrbis Metrophane, Conſtantinopolim vſque iam delatæ fuerant, ſubſtiterunt mulæ, currumque trahere vlterius detrectarunt, neque vllis flagris loco moueri potuerunt. Tandem vna in hæc verba prorupit, omnibus audientibus. Quouſque ò homines laboratis, oportet hic ſanctum deponi. Ibi itaque perſtitere reliquiæ. Quin Conſtantinus Magnus, qui tum imperabat, eo ipſo loco templum exædificauit. Quandoque etiam magis rationis pietatiſque veſtigia G præ ſe fert mulus, quàm hæreticus homo. Cum enim inter hæreticum Sacramentarium ac diuum Antonium Vlyſponenſem de veritate ſacroſanctæ Euchariſtiæ diſceptaretur, hæreticus, vt ſuam impietatem tueretur, coram populo dixit: Si iumentum meum (mulus is erat,) oblatam ſibi hoſtiam conſecratam abhorruerit, tum fatebor, quod Catholici aſſerunt. Antonius diuina ope confiſus, aſſenſus eſt. Obtulit igitur diuinum ſacrificium Antonius, hoſtiam vnam in id experimentum ſeruans, adductus eſt famelicus mulus: iuſſit Antonius, vt ſuo creatori in hoſtia exiſtenti ita exhiberet reuerentiam, quam pro ſua irrationabilitate poſſet. Mulus mox accedens genua in terram demittit, reuerenter capite demiſſo in terram. Obſtupeſcens hæreticus Catholicam fidem amplectitur. Author huius hiſtoriæ eſt Surius in vita S. Antonij Vlyſponenſis. Idem Surius de mulo S. Hugonis volare quodammodo viſo hanc breuiter hiſtoriam narrat. Sanctus Hugo Cluniacenſis Abbas, qui aliquando Romam peregrè proficiſcens arctiſſimam à prominentis rupis latere viam ingreſſus, cuius ab alio latere mira profunditas ſolo viſu terribilis erat. Hac cùm Hugo mulo ſuo inſidens tranſiret, diuina contemplatione occupatus locum non animaduertit. Mulus quadam occaſione perterrefactus reſilit, reſilienſque totus in huiuſmodi profundiſſimum præcipitium delabitur, velut aere volans in ipſum vſque imum, Hugone ſemper æquanimi, rectoque H corpore inſidente, ſtabilitas quoque ingenij in mulo viſa eſt. Cùm. n. in ipſum profundum rectis tibijs perueniſſet, caſu, non lapſu, ex tanta præcipitij altitudine è diametro decidens mirum accidit, vt neuter vlla corporis parte læderetur, velut vterque Pegaſei equi more volaſſet: reducti vterque in viam priſtinam reliquum itineris cum reliquis comitibus confecerunt. Tranſcripſit Surius hiſtoriam ex Hugone monacho Cluniacenſi, qui ſancti Hugonis tempore vixit. Mirum etiam eſt quod tradit Vincentius accidiſſe in Meſopotamia, nimirum cùm ibi ingenti terræmotu ingens factus eſſet hiatus, qui ad mille paſſus pateret, inde prodijſſe mulum ex omni parte incolumem.

Mulus ſacramentum veneratur. *Tom. 3. c. 19 To. 1. Apr.* *Mulus ceu volans.* *Li. 10. c. 156.* *Mulus ex hiatu prodiens.*

MYSTICA

A

MYSTICA.



YSTICA muli significatio apud Theologos modò in bonam, modò in malam partem accipitur. Priori modo temperantiam significat, vt ostendit Hugo de S. Foilletto, explicans hæc sacræ paginæ verba: *Et imposuerunt eum super mulam regis*: Mulus (inquit) ex equa & asino nascitur: vnde hoc animal ex velocitate equi & asini tarditate naturaliter temperatur, & ideo per mulam intelligimus temperantiam. Super mulam sedens Salamon in Gun ducitur, quia necesse est, vt qui ad luctam regiminis trahitur, per temperantiam moderetur. *Temperantia per mulam indicata.*

Cum verò accipitur mulus in malam partem, typus fermè est luxuriæ. Incognitus in Psalmos ad hæc diuini prophetæ verba: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: notandum esse admonet duo potissimùm esse peccata, quæ hominem à pœnitentia, peccatorumque suorum examine seducunt, superbiam & luxuriam. *Luxuriæ typus. Psal. 31.*

B Superbia enim non vult corrigi, luxuria corporis quærit oblectamenta. Illa per equum, hæc per mulum figuratur. Superbos autem per equum indicari suo loco à nobis ostensum est, potissimum ex D. Gregorio, cuius breuissimam sententiam repetere non erit præter nostrum institutum. *Equi nomine* (inquit) *superbia dignitatis temporalis accipitur, Salamone attestante, qui ait. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram* &c. *Superbia per equum indicata. Lib. 31. Moral. 181.* Cur verò luxuriosi per mulum figurentur, ratio est, quòd cùm mulus ex asino & equa ortum habeat, in eo tamen libido ad alienam quoque speciem intendit. Sic enim luxuriosos per mulum denotabat Angelus dicens Tobiæ: *In eos qui coniugia ita suscipiunt, vt deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, super eos habet dæmonium potestatem*. Dicens ergò Psaltes; *nolite fieri sicut equus & mulus*, idem est, quod, nolite fieri superbi & luxuriosi; quandoquidem hæc duo peccata maximè intellectum nostrum excæcãt, vt nos ipsos non cognoscentes, ad pœnitentiam nunquam perducamur. D. Hieronymus etiam in explicatione Zachariæ prophetæ, vbi ait: *Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini & omnium iumentorum quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc*: hoc pacto scribit: Qui prius equus fuerat hinniens ad vxorem proximi sui & impatiens ad libidinem ferebatur & iacebat in turpitudine voluptatum, quum sequi cœperit castitatem, dicetur ad eum: *Cap. 14.*

C *Surge qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Christus*. Iuxta hunc sensum, mulos accipiamus, qui steriles sunt & non procreant liberos, sed voluptate lasciuiunt, de quibus Psalmista commemorant: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*. Sicut ergò qui proni sunt ad libidinem, equi appellantur, sic mulos iustè vocabimus, qui virgines sunt carne, & non spiritu, qui eunuchizantur non propter regna cœlorum, sed propter hominum voluptatem. Quum igitur isti muli & isti eunuchi versi fuerint in progeniem & spirituales filios procrearint, audient per Esaiam: *Hæc enim dixit dominus eunuchis qui custodierint sabbata mea* &c. Alias eidem Hieronymo mulus est Iudaicus populus. Exponẽs enim quæ subnectuntur, Psalmistæ verba: *In camo & freno maxillas eorum constringe*: Frano (inquit) & camo moderationis suæ deus coartat impiorum superuacuas blasphemias. Hoc rogat ecclesia deum patrem, vt per frænum id est prædicationem populum gentilem, quos equos nominauit, de lata via & spatiosa sæculi huius, faciat ad se appropinquare & populum Iudaicum, quos mulos nominauit, qui piger est ad deum credendum, per camum, id est, per contritionem cordis faciat eum ad se venire. *Populus Iudaicus per mulum indicatus.* Et Cassiodorus. *In fræno & camo maxillas eorum constringe*: Hic iam generaliter humanum genus commonet, ne vagis subdatur erroribus. Sed perscrutemur, quare istæ

D comparationes sunt positæ. Equus sine discretione, sessoris seruit arbitrio, & à quocunque fuerit ascensus, excurrit. Mulus autem patiẽter accipit sarcinas quibus fuerit oneratus, & pro hoc vterque intellectum non habet, quia nec ille eligit, cui obediat, nec iste, quibus oneribus grauetur, intelligit. Prohibet ergò huiusmodi homines diabolicis fraudibus insidere, & vitiorum oneribus prægrauari, ne malè obediendo, superbiæ magis partibus addicantur. Verùm istis talibus, quid dicit esse faciendum? Scilicet quod animalibus imprudentibus. His enim comparationibus homines stultos veritati subdidit inuitos. Nam quod ait, in fræno, ad equum pertinet. Frænum enim à fero, id est caballo retinendo dictum est: In chamo verò ad mulum respicit. Ergo hæc duo animalia supradicta cohibent ista retinacula, vt ad arbitrium iubentis incedant, ne suis voluptatibus efferantur. Maxillæ verò adminicula sunt animalium quibus esca manditur, vt corporis vita producatur. Ipsas ergò maxillas per figuram allegoricam dicit inobedientibus debere constringi, id est copias victuales parciùs dari, vt ieiuniorum necessitate conclusi, creatoris subdantur imperio. Et D. Hieronymus exponens rursus illud Zachariæ *In die illa erit quod super frænum equi est, sanctum domino*: Sin autem (inquit) voluerimus,

(vt lxx. transtulerunt,) frænum accipere sermonem Dei, intelligamus in fræno, qui equos insanientes libidine & mulos steriles & lasciuos refrænat a vitijs & coërcet & non patitur ire per præceps. E

PROVERBIA.



Cum mulæ pepererit.

ΠΗΝΙΚ' ΑΝ ἡμίονοι τέκωσιν, cùm mulæ pepererint, dicitur (inquit adagiorum author) quoties significamus aliquid nunquam futurum, atque adeò rarò solere accidere, vt improbum ac stultum videatur sperare. Ortum videri potest, cùm ex Darij Babylonem capientis, vel etiam Galbæ res nouas molientis augurio, de quibus supradictum est. *Mutuum muli scabunt.* Vbi improbi atque illaudati se vicissim mirantur ac prædicant. Translatum multis qui sicuti reliqua iumenta, sese inuicem dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, *Muli mulam scabunt*: à Nonio Marcello inter reliquos Menippearum titulos M. Varronis, mirum ni prouerbialis. Ausonius in altera præfatione monosyllabarum: *Sed, vt, quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus: mutuo muli scabunt.* Meminit huius & Varro libro de lingua Latina tertio. Symmachus in epistola quadam; *Mutuum* (inquit) *scabere mulos, cui prouerbio ne videar esse consinis, præconium virtutum tuarum, presso dente restringo.* Non videtur autem adagium rectè accipi posse, nisi malam in partem: veluti si indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus vicissim laudaret. Cuiusmodi fabulam memorat Horatius de duobus fratribus, qui se mutuum scabebant, ac mutuo officio alterum alter vicissim efferebant laudibus:

Mutuum muli scabūt.

F

Frater (inquit) *erat Romæ, consulti rhetor, vt alter*
Alterius sermone meros audires honores
Gracchus, vt hic foret illi, ficus Mutius illi.

Idem poëtas indoctos notans, qui tamen inuicem recitantes audiebant, ac laudabant,

Discedo Alcæus puncto illius, ille meo quis?
Quis? nisi Callimachus.

Adrianus Turnebus in annotamentis suis in Varronis libros de lingua Latina huc pertinere putat antiquissimum atque adeo pulcherrimum argutissimumque epigramma in Cascam adolescentem recitatum ibi ab illo authore: G

Lib. 6.

Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica
Casca, Philopronis ipsa senex puerum.
Dic tu illam pusam, sic fies mutua muli,
Nam verè pusus tu, tua amica senex est.

Ipse autem Turnebus secundum versum legit sic:

Fili Petroni sexquisenex puerum,

sexquisenex pro sexquianus: & mox emendat alterum versum & legit:

Dicis pusum pusa puella, hic mutua muli.

Fricantem refrica.

Vide mox, vbi de vsu ad aratra dicemus. Eidem prouerbio confine est illud à Diogeniano relatum: τὸν ξύοντα ἀντιξύειν, id est, *fricantem refrica*, vel *scalpentem vicissim scalpe.* Suidas ab asinis metaphoram translatam existimat inuicem morsicantibus, & in vtramque partem dici posse, qui se mutuis officijs adiuuant, atque qui se mutuis contumelijs afficiunt. Aristides in communi defensione quatuor oratorum: τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύειν καὶ τοῖς ὄνοις ἡ παροιμία δίδωσι. Περικλέα δὲ κἂν τοῖς λέουσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὄνοις εἰκάζειν φαῖεν ἂν Ὁμηρίδαι. id est, *Scalpentem inuicem scalpere etiam asinis videlicet tribuit prouerbium. Porrò Periclem cum Leonibus magis, quàm cum asinis esse conferendum dixerint Homerici.* Eiusdem sententiæ est Terentianum illud ex Phormione: *Tradunt operas mutuas*, de adolescentibus qui se vicissim in peccatis defenderent. Et versus Epicharmi: Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει (nisi malis νίζει,) δός τι καὶ λάβε τι, hoc est: *Abluit* (vel *fricat*) *manum manus, da aliquid & accipe aliquid.* Item illud: *Senes mutuum fricant*, natum ex lepida quadam historia, quam Aelius Spartianus in Adriani Imperatoris vita recenset: Adrianus in balneo veteranum quempiam seruuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus, cum & seruulis aliquot & sumptibus donauit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse videntes, cœperunt & ipsi complures sub oculis imperatoris sese marmoribus affricare, vt hoc modo principis elicerent benignitatem: At ille euocatis senibus, iussit vt alium alius vicissim defricaret, atque ita pueris nihil opus fore. Is iocus postea in vulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Aemiliani apophthegma: *Iumenta quod manibus carent, alieno egere frictu.* Quo significatum est eos qui res egregias gerere non possunt, egere præcone, quo famam sibi comparent.

H

Senes mutuum fricāt

Quanto asinis præstantiores muli.

Dicen-

A Dicendum, vbi quis longo interuallo præcedit. Refertur apud Athenæũ. Theognis id sic expressit: *Lib.7.*

Σοίτ' εἴη καὶ ἐμοὶ σοφίης περὶ δηριάασθαι,
Γνοίης χ' ὅσσον ὄνων κρέσσονες ἡμίονοι. id est,
Tibiq; si esset & mihi de sapientia contendentibus
Cognosceres quantum asinis præstantiores sint muli.

Sumptum videtur ex Homero, cuius hæc sunt verba:

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
Ἡμιόνων. hoc est:
Verum vbi tantum aberat, quantum pars vltima sulci,
Mularum.

Mulum de asino pingere. Saluete equarum filiæ.

Mulum de asino pingere, dici potest, quando exemplar & res efficta non multum inter se distant, vel quando ineptiæ ineptijs repræsentantur, vel mendacia mendacijs astruuntur. Magna similitudo inter asinum & mulum est: refertur à Tertulliano. *Saluete equarum filiæ.* Apparet ioco vulgari (inquit adagiorum author) fuisse iactatum in eos, qui emolumenti gratia blandiuntur: refert Aristoteles libro tertio Rhetoricorum, in certamine mulorum, cùm is qui vicerat, dixisset exile pretium B pro carmine, Simonides recusauit, indignans mulos celebrare suo poëmate, verùm vbi victor dedisset satis magnũ præmium, carmen tale fecit: χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων. Siluit enim quod essent ex asinis quoque nati, & quod honestius erat, expressit, equarum filias appellans. Nouo genere prouerbij (inquit Alexander ab Alexandro) in vsu venit, vt qui tam ad imperandum, quam parendum iuxta paratus foret, quiq; non segniter mandata exequitur, mulus Marianus diceretur. Namque Marius quæcunque militibus mandauit onera, ipse inter infimos obiuit in primis; quamuis furculas, quibus sarcinas viatores gerunt, quas Marius primus commentus fuit, mulos marianos aliqui dictos velint. Author verò adagiorum mulos Marianos, vt supra diximus, ob eandem rationem, castrensi prouerbio dictos esse ait, varicosos milites, qui nempe ex Marij instituto in furca tabella interposita sua onera portare consueuerunt. Festiuius tamen adagium fore ait, si detorqueatur in hominem immenso studio aut perpetuis negocijs vehementer destrictum. Plutarchus in vita Marij originem adagij bifariam refert: Cùm Marius Imperator milites cursu, varijsque ac longis itineribus, gestandisque oneribus exerceret, atque illi iam assueti non grauatim taciteque ea ferrent, castrensi ioco ἡμίονοι Μαριανοί, id est, muli Mariani dicti sunt. Hinc translatum est in obuosuis, qui facile parerent imperatis. Sunt qui diuersam adagij originem referant. C Quum enim Scipio Numantiam obsidens statuisset inspicere non arma modo militum, verum etiam equos, mulos & currus, Marium produxisse equum pulcherrimè ab ipso nutritum, præterea mulum habitudine corporis, mansuetudine ac robore longè cæteris antecellentem. Itaq; cùm Imperator Marij iumentis delectaretur, ac subinde faceret mentionem, tandem factum est, vt iocosa laude; qui in officio se præstaret assiduum, patientem ac industrium, mulus Marianus diceretur.

Mulus Marianus.

VSVS IN SACRIS.

Muli cur Lunæ sacri.



MVLVS (inquit Festus) *vehiculo Lunæ adhibetur, quòd tam ea sterilis sit quàm mulus; vel quòd vt mulus non suo genere, sed equis creetur: sic ea Solis non suo fulgore luceat.* Quod & Catullus noster (inquit Pierius) agnoscit, vbi, *Sine notho & lumine Luna*, dicit. Quod verò factum hoc ob sterilitatis similitudinem dicunt, quod scilicet perinde sterilis sit atque mulus, dicere non ausim, qui D acceperim à Cabalisticis, planetarum, stellarum atque adeò cæli totius vires, rerum omnium formas in vnum Lunare corpus, tanquam in matricem infundere, eamque postmodum parturientium in morem vi sua species nouatasque omnes conformare, factasque & adultas omnium oculis ostentare: quod si ita se res habet, ea sitne sterilis appellanda, viderint alij. Hæc ille. Vtcumque est: In basi Iouis Olympij tum aliæ deorum imagines expressæ sunt, tum Luna teste Pausania equo vtipsi videtur, inuecta; quæ reuera sterilis non est: addit quidem Pausanias, mulo eam, non equo inuehi ab alijs dici, & ridiculam: b eis de mulo fabulam addit. Iam verò fortuitone an mysticè Aesculapius draconis induta specie Epidauro mulorum bigis ad Sicyonios perferretur, hactenus non obseruaui. Factum autem id esse opera Nicagoræ Sicyoniæ mulieris idem Pausanias alicubi tradidit. Alexander ab Alexandro Romanos scribit in Consualibus mulum immolasse, additque rationem quòd id genus quadrupedum primum quadrigis iunctum fuisse diceretur. Cæterùm huius assertionis authorem idoneum non habet. Apparet tamen ex Festo id transtulisse: sed is Ludos Consuales in Circo maximo mulis celebrari

Eliacor. 1.

In Corynthiacis.

Lib.5.c.

Alexandri ab Alex. error.

dicit, quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum curru vehiculoque adiungi: de immolatione nihil habet. Falſum autem eſſe quod immolarentur, ex eo potiſſimum innoteſcit, quod & muli vnà cum equis & aſinis eo die feriarentur, redimiti floribus capita, vt Dionyſius Halicarnaſſæus teſtatur, necnon Plutarchus & alij, vt in equo oſtendimus. E

STRATAGEMATA.



Mulos cur Bias ſaginarit.

FERTVR Biantem, (referente Diogene Laërtio) cùm ab Alyatte rege, Priene ipſius patria obſideretur, ex induſtria duos ſaginaſſe mulos, eoſque in caſtra impuliſſe: eis autem conſpectis obſtupuiſſe regem, quòd bruta quoque animalia tam nitida haberent, ac de ſoluenda obſidione cogitantem, explorandi gratia nuncium in vrbem miſiſſe. Biantem conſilio regis explorato, magnos arenæ aceruos tritico operuiſſe, hominique oſtendiſſe. Eo agnito regem cum Prienenſibus pacem percuſſiſſe, moxque Bianti, vt ad ſe veniret, mandaſſe, dixiſſeque: equidem Alyatten cepas edere ac flere iubeo. F Aliud ſtratagema per mulas excogitauit Piſiſtratus Hippocratis filius tyrannidem Athenis affectans, quod refertur ab Herodoto.

Piſiſtrati aſtus. Lib. 1.

Is enim ſeipſum ac mulas cùm vulneraſſet, bigam in forum agitauit, tanquam elapſus ex hoſtibus, quem rus proficiſcentem illi prorſus interimere voluiſſent. Itaque populum orauit, vt aliquid cuſtodiæ circa ſe habere permitteret.

EPITAPHIA.

Elegantiſſimum, venuſtiſſimumque atque argutiſſimum mulæ ſuæ epitaphium poſuit gratitudinis ergò P. Craſſus, quod tale eſt:

DIS PEDIB. SAXVM.
CIVCIAE DORSIFERAE ET CLVNIFERAE
VT INSVLTARE ET DESVLTARE
COMMODETVR PVBL. CRASSVS MVLAE G
SVAE CRASSAE BENEFERENTI
SVPPEDANEVM HOC CVM RISV POS.
VIXIT ANN. XI.

Inſcriptum erat ſuppedaneo cuidam in agro Tiburtino, vbi Thomas Porcachius ſeſe reperiſſe tradit in libro de funeribus antiquorum. Legitur hodieque & aliud mulæ epitaphium Florentiæ in aula Pittorum, quæ nunc eſt magnorum ducum, ſed ſine vllo lepore.

Lecticam, lapides, & marmora, ligna, columnas,
Vexit, conduxit, traxit, & illa tulit.

APOLOGVS.



MVLVS quidam Lydus (inquit Aeſopus apud Plutarchum in conuiuio ſeptem ſapientum) cùm imaginem ſuam in fluuio conſpexiſſet, formam & magnitudinem corporis ſui admiratus, ceruice rectà equi inſtar in curſum ſe dedit: deinde aſini filium ſe recordatus, mox curſum ſiſtit, & hinnitum, animoſque deponit. H Apologus ſimili quidem ſenſu ſed paulo aliter nunc inter apologos legitur qui Aeſopi nomine circumferuntur, nempe hoc modo: Mulus hordeo ſaginatus, laſciuiebat, clamans ac dicens; pater meus eſt equus curſor, & ego ei totus ſum ſimilis: at cùm aliquando neceſſe fuit ei currere, vt à curſu ceſſauit, patris aſini ſtatim recordatus eſt. Apologus admonet, vt ſi quis ad gloriam aut dignitatem promoueatur, prioris ſuæ fortunæ non obliuiſcatur, quoniam inconſtans ſit hæc vita.

A

NVMISMATA.



VBERTVS Golezius binos pingit Syracusanorum numos æneos, cum mulis ad bigas iunctis: quorum prior ab vna parte effigiem ostendit viri velato capite (Hieronis puto qui videlicet apenen, id est mulorum bigas primus ad certamen iunxit teste Pausania, iisque primus vicisse dicitur,) cum quatuor delphinis & inscriptione ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ: ab altera apenen, cuius mulos flagro impellit idem, ni fallor, Hiero, Superuolat victoria ceu mulos coronatura. Alter aduerso latere Arethusæ nymphæ effigiem habet cum eisdem cetis & literis; auerso autem latere est superiori similis, sed sub ipsis mulorum pedibus expressus est serpens quispiam, nisi potius scolopendram marinam dicamus: Hispidum enim animal est. Anaxilas similiter Messeniorum dux, postquam in Olympijs mulabus vicisset, epulo ob victoriam Græcis exhibito, Messanam reuersus, numos cum binis iunctis mulabus signari iussit, quorum altera pars leporem continet: is autem additus est, propterea quod cùm Sicilia prius lepores non gigneret, Anaxilas eos primus à se importatos nutrierit. Depingũtur ab eodẽ Goltzio. In priore Anaxilæ numo mularũ cursum flagello mo- B lienti victoria in aëre suspensa sertum impositura conspicitur ab vno latere; ab altero lepus ad cursum incitatus, & sub eo equus Neptuni in piscem cetumúe finiens, cum inscriptione ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. Eademque inscriptio legitur ab vtraque parte alterius numi, sed differt etiam quia victoriæ icon deest: & sub mulis sunt duo delphini, & ab vtraque parte depicta est apis mellis symbolũ. Pingit denique & alium numum, in quo vna tantummodò mula bigam trahit, sub qua Iouis conspicitur fulmen; & ab altera parte sub lepore pecten cum literis ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. Depingit Aeneas Vicus in opere de matronis Augustis, Liuiæ siue Iuliæ (fuit enim in Iuliorum familiam ab Augusto adoptata) numum in quo carpentum expressum est cum inscriptione: S.P.Q.R. IVLIÆ AVGVST. Senatus consulto enim Liuiæ concessum, vt carpento veheretur, quod postmodum alijs Augustis matronis, Messalinæ, Agrippinæ, Domitillæ filiæ Vespasiani, Iuliæ Titi, Faustinæ alijsque fuit concessum, vt ex omnium earum matronarum excusis numis clarum est. Sebastianus Eritius æneum ostendit numum Neruæ principis, in quo ab vna parte muli conspiciuntur soluti, liberéq; pascentes, cum fasciculo hastarum aliorumúe telorum, atq; ni fallor scutorum, cum literis, VEHICVLATIONE ITALIÆ REMISSA. S.C. ab altera, laureata imperatoris ef- C figies, cum inscriptione, IMP. NERVA CAESAR AVG. P.M. COS. III. P.P. Constantinus Landus in opere de veterum numismatum miscellanea explicatione scribit sese hunc numum conspexisse apud Tiberium Decianum I.C. clarissimum Foroiuliensem, cùm esset Patauij, vbi ille ius ciuile tum profitebatur: se verò apud Dionem qui eius Imperatoris vitam scripsit, nihil de hac re legisse, nisi quòd equorum sustulerit cursus, quod tamen ad hanc (inquit) rem nihil facit. Cursus enim illi equorum potuerunt esse ludi vel aliud quid simile. Hoc autem de vehiculatione (quod tributum quoddam fuisse supicari licet, quod principi pendebatur, vt est rhedarium, vt est in iure, & iugum,) id puto illud esse, quod Iulius Capitolinus in Antonino Pio dicit inter cætera beneficia, quæ reip. Rom. contulit, illud fuisse, quod vehiculariũ cursum summa beneuolẽtia subleuauit. Aelius Spartianus in Adriano ait, Adrianũ cursum fiscalẽ inhibuisse. Sed an hoc huc faciat, non satis mihi liquet. Hinc etiam temonarium inductum fuisse crediderim quod tributi genus quoddam est, quod à Iustiniano in codice refertur L. Senatorum Substan. de dignitatibus lib. 12. c. & l. iubemus. de proximis sacrorũ scri. & l. de cubiculis. de priuil. eorum qui in sacr. pal. nul. C. lib. 12. etsi aliqui telonarium legant, quod non renuo. Ego tamen de temonario aliàs in meis iuris ci- D uilis exercitationibus plenius disserui cum Accursio sentiens, etsi de telonijs vectigalibus in lib. 2. feudorum scio fieri mentionem, vbi de regalijs agitur, vbi hęc sunt verba, vectigalia quæ vulgò dicuntur telonia: quod aut suprà de iugo dixi, idem puto esse, quod temonarium onus, nempe tributum quod ab Ammiano Marcellino traditur, & à diuo Maioriano in lib. nouellarum legum, titulo primo refertur, vbi exigi omnem canonem per rectores prouinciarum, binos per iugum vel millenos solidos & semissem solidi per singula iuga præcepit. Carrucarium etiam vectigal memini me legere aliquãdo in iure, sed nunc nõ subit memoriæ locus. Voluit igitur intelligere Nerua per illas mulas liberè pascẽtes, quòd onera illa quæ per vehicula solui solebãt, sustulisset ac rempub. liberasset, ab illo canone. Nec video cur aliqui malint ibi in illo numo Neruæ fuisse equas, cum mulas fuisse constans sit opinio, à quibus tamẽ non dissentio. Aeneam tamen Vicum Parmensem summũ antiquariũ habeo mecũ sentientẽ hac in re, in eleganti numismatũ veterũ libello quẽ superiore anno edidit materno sermone Italicaq; lingua scriptũ ad Cosmũ Medicẽ Florentinorũ Ducem. Hæc itaq; Lãdus. Pierius Valerianus, qui imprudẽter equos esse credit, de tributo numũ illũ accipiẽdũ esse iudicat, quod Italia omnis in vehiculationes exoluebat, vt & Magistratuũ sarcinę & exercituũ

Syracusanorum numi.

Messeniorũ numi.

Liuię numus cum carpẽto.

Neruę numus cum mulis solutis eiusque explicatio.

Equorum cursus sublatus.

Temonariũ quid.

Carrucariũ vectigal.

& alia huiusmodi publica transportarentur, quod tributi genus (inquit) Nerua onerosum nimis Italiæ remiserit vniuersæ: Idem tradit Erizius, qui opinionem hanc eodem quodammodo numo corroborat, fasciculum illum armorum qui præterea in eo expressus est, typum esse inquiens eorum quæ belli temporibus muli conducere solent. E

VSVS IN VECTIONE.

De nat. deor.

Iliad. P.



ONGVM est (inquit Cicero) mulorum prosequi vtilitates & asinorum: vnde fortè ab Achile ponitur victoris præmium. Est enim, vt vtar verbis Plinij, animal viribus in labores eximium. Homerus equidem præ cæteris mulorum robur declarat Græcorum exemplo, qui inuitis Troianis, Patrocli cadauer eripiunt: eos enim mulis assimilat tanquam robustissimis animantibus:

Οἱ δ' ὡς ἡμίονοι κρατερὸν μένος ἀμφιβαλόντες
Ἕλκωσ' ἐξ ὄρεος κατὰ παιπαλόεσσαν ἀταρπὸν,
Ἢ δοκὸν, ἠὲ δόρυ μέγα νήϊον· ἐν δέ τε θυμὸς
Τείρεθ' ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἱδρῷ σπευδόντεσσιν.
Hi autem tanquam muli validas vires assumentes
Trahunt ex monte per asperam viam
Vel trabem vel lignum ingens nauale; intus verò animus
Affligitur, simulq́; & labore & sudore festinantibus. F

Festus author est id genus quadrupedum primum putari cœptum curru vehiculoque adiungi. Et Blondus asserit se vbique inuenisse, mulis, non equis vsos fuisse priscos ad vehicula: idque ex parte sic indicare Senecam tertia de nonagesima epistola his verbis: *Vehiculum, in quo positus sum, rusticum est: mulæ se viuere ambulando testantur; mulio excalceatus non propter æstatem. Quid, mulæ omnes saginatæ, omnes vnius coloris.* Et Aelium Lampridium de Commodo Imp. *Dedit & vasa aurea; & cum vnguentis alabastra: dedit & vehicula cum mulabus & mulionibus & iuncturis argenteis, vt ita à conuiuio redirent.* Idem & Heliogabalum tradit pro apophoretis mulos dedisse, bastarnas & rhedas. Verùm iunguntur item plaustris & aratris, pistrinisque, vt mox patebit. De vehiculorum & curuum generibus fusiùs dixi in equi historia, vbi quæ à mulis, quæ ab equis traherentur, ostensum est, simulque dictum, mulas matronarum, equos virorum potius fuisse. Apud Homerum in Odyssea Nausiacæ vehiculum à binis trahitur mulis: In Iliade Priami currus ab equis & mulis, ab equis, quia vir erat, à mulis quia iam senex, & effœtus viribus. Viros tamen etiam mulis vsos fuisse constat. Vsus eis est Claudius Cæsar, qui vt Suetonius scribit, nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus. Similiter & Nero mulis argenteis soleis cum Poppæa vxore proficiscebatur. Eisdem vehebantur, ituri rus, Martialis: G

Mularum robur.

Lib. 3. Nausiacæ vehiculum.

Lib. 24. Priami currus.

Viros mulis vsos fuisse.

Li. 8. Epi. 6.

Sed sub vrbe rus habemus æstiuum,
Vehimurque mulis non vt antè conductis.
Quid imprecabor ò Seuere, liuenti?
Hoc opto, mulas habeat, & suburbanum.

Lib. 11. 80. Et rursus:

Ad primum decima lapidem quòd venimus hora,
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa, H
Misisti mulas qui mihi Pæte malas.

Hinc mulos legimus meritorios, quibus itinera conficiebantur conductis. Ferebant & lecticas mulæ, qui mos hodieque durat, cæterum Romani proceres cælo sereno ducebantur per compita, pluuioso verò sub porticibus, vt docet Iuuenalis his versibus:

Lecticæ à mulis vectę.

Saty. 7.

Balnea sexcentis & pluris porticus in qua
Gestetur dominus, quoties pluit, anne serenum
Expectes? spargatque luto iumenta recenti?
Hic potius: namque hic mundæ nitet vngula mulæ.

Aliàs enim vestes, atque ipsam lecticam facilè conspurcat, quod Martialis quoque hoc versu tetigit;

Vt lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas.

Ad clitellas aptitudo.

Est autem mulus asino equoque clitellis aptior. Hi Græcis νωτεῖς, νωτοφόροι, νωτηγοὶ Arriano vocantur, & σαμαστηγοὶ apud Varinum & Hesychium: νοτίσασθαι enim teste eodem Hesychio dicitur, qui

A tur, qui dorso baiulat, non sub iugo vehit, homo, equus, asinus. De mulo clitellato Horatius ait:

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Plauts in Mustellaria: *Muliones mulos clitellarios, magni sunt oneris: quicquid imponas, vehunt.*

VSVS IN AGRIS ET VRBIBVS.



OLIM, sicuti & nunc aliquot locis, bobus, asinis & mulis proscindebant arua. Hinc illa lex Mosaica, quæ vetat arandi gratia bouem & asinum sub idem iugum mittere. Quod autem à mulis trahitur aratrum, multò celerius peruenit ad sulci finem, vbi arator inuertit aratrum, quàm quod trahitur à bobus, vt testatur Homerus, cùm ait: Deut. 22. Mulorum aratio qualis.

B

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
Ἡμιόνων. αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν
Ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον. id est, Iliad. K.
Sed cum iam aberat, quantum interualla sunt scilicet longè
Mularum. hæ enim bobus præstantiores sunt
Ad trahendum in nouali profundo compactum aratrum.

Quem poëtæ locum Aristarchus referente Didymo ita interpretatus est: Quantum emisso simul ab aliquo tum mulorum, tum boum iugo anteuertuntur à mulis boues, tantum spatium sinentes isti heroes Dolonem progredi in via, conuersi persecuti sunt. Præuertunt autem muli boues arando, non quòd robustiores sint, sed quòd celeriores, si pariter emittantur, vt testatur etiam Columella: Vterque sexus (mulus & mula) & viam rectè graditur & terram commodè proscindit: nisi pretium quadrupedis rationem rustici oneret, aut campus graui gleba robora boum deposcat. Cùm itaque idem poëta in Odyssea describit cursum pedestrem, & Clytoneum ait tantum præcurrisse, quantum muli solent in aruo arando, subaudiendi sunt boues. Eius verba sunt: Odyss. Θ.

C

Τῶν δὲ θέειν ὄχ' ἄριστος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων
Ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιϊν,
Τόσσον ὑπεκπροθέων λαοὺς ἵκεθ', οἱ δ' ἐλίποντο.
Horum currendo longè optimus erat Clytoneus inculpatus
Quantum in nouali terminus solet esse mularum
Tantum præcurrens ad populum venit: alij verò relinquebantur.

Celebrat & Theognis arationem mulorum:

Οὐδέ μοι ἡμίονοι κύφων' ἕλκουσιν ἀρότρου
Τῆς ἄλλης μνηστῆς εἵνεκα ναυτιλίης.
Hei mihi muli collare trahunt aratri
Alterius promissæ causa nauigationis.

Præbent & alias operas in agris muli, nam & plaustra trahunt, vnde dicebat Cato, *Quot iuga boum, mulorum, asinorum habebis, tot plostra esse oportet.* Qui vsus apud agricolas desijt, & vrbanus quodammodo factus, quamuis tamen vel bobus vel equis sæpius vtantur, Martialis, dum ait: Alij vsus in agris.

Vixque datur longas mulorum vincere mandras, Lib. 5.

D *Quæque trahi multo marmora fune vides,*

significare videtur, Romæ quoque mulos plaustra traxisse: non enim hic mandra stabulum, sed ingens vehiculum significat, quo trabes portantur, quod Probus Græcè etiam μάνδρον vocari ait. Græci autem indifferenter boues vel mulos plaustris adhibebant, vti colligo ex Homero, apud quem Nestor Græcorum cadauera ad castra vehi curat bobus & mulis. Dantur & in pistrina muli, asinisque & bobus præferuntur, more etiam antiquo. Suetonius de Cæsare: *Deinde post solis occasum, mulis è proximo pistrino ad vehiculum iunctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est.* Mandra quid. Iliad. H.

VSVS

VSVS IN EQVITATIONE.



EQVITATIO quamuis propriè dicatur de equis, ideoque proceres generoſiores magnique pretij equos alant ad pompam, habet tamen, habuitque ſemper regium neſcio quid ipſe mulus. Hos potius quàm equos equitant principes Eccleſiaſtici, Epiſcopi, Cardinales, atque ipſe quoque ſummus Pontifex Romanus, quemadmodum & olim reges ipſi, regumque liberi, vt in ſacris literis legimus, vbi Dauid inquit: *Ponite filium meum Salomonem in mulam meam.* Cardinales, vt aiunt, nunc mulos ferè quærunt cinericei coloris, eoſdemque magnos & caudatos. Olim verò parui erant in pretio, vt ſcribit Politianus in miſcellaneis, in hoc verſu Martialis:

Mulos equitare regium eſſe.

Reg. 3.

Atlas nanus dictus.

Non aliter videtur Atlas cum compare gibbo.

legens pro gibbo mulo, tum quòd in vetuſtis quibuſdam codicibus ſic inuenerit, tum quòd Atlantem de Iuuenalis verbis, nanum quendam pumilumue fuiſſe temporibus illis haud ignoratum collegerit, per antiphraſim ſcilicet: ſic enim (inquit) nanum cuiuſdam Atlanta vocamus. Sed & muli pumili tum in pretio ſunt, inque delicijs habiti. Erat autem procul dubio ridiculum hominem nanum, mulo ſimiliter nano & compare ſibi vehi. Iam verò & itinera mulis peraguntur meritorijs, locis potiſſimùm montanis aſperiſque, in quibus equis longè præferuntur, non ſolùm quòd minus eſpitent, ſed etiam quòd per anguſtias viarum earumque præcipitia tutius ſeſſores deducant. Nec recens meritoriorum mulorum vſus eſt, sed & Horatio notus: inquit enim: F

Muli meritorij.

------ Nunc mihi curta
Ire licet mula, vel ſi libet vſq. Tarentum.

Mula curta quid Horatio.

curta, id eſt, vt Petrus Nannius Alcmarianus interpretatur in ſuis miſcellaneis, nimio onere attrita, non autem vt multi volunt, cui aliqua pars adempta eſt.

VSVS IN BELLO.



MVLORVM Vſum in bello fuiſſe vel vnum illud quod declarauimus, Neruæ numiſma teſtatur, ex quo etiam diſcimus arma peculiariter vexiſſe, (quòd alijs nunc regionibus equi præſtant, in Italia boues,) indeque non exiguum reipub. ceſſiſſe tributum, quod vbi bonus ille Imperat. ſuſtulit, mulos iſtos poſt modum publicos fuiſſe conijcio. Inuenio enim apud Vopiſcum, mulum nuncupari centuriatum, Mulum (inquit) centuriatum comiter curet. Hinc enim mulos apparet centurijs attributos fuiſſe, qui publici eſſent non priuati; vt videlicet mulum dicat centuriatum eo modo quo centuriatum militem dicimus, qui centuriæ attributus aſſignatuſque eſt. Σκευοφόροι vocantur muli iſti qui res ad iter bellumque neceſſarias ferunt. Notauit verò Cælius, eſſe ex Græcis qui angarum non pro operario tantùm accipiant ac miniſtro ſed pro achthophoro item ſiue baiulo: indeque & mulos angaros dici compertum ſibi eſſe. Erat & clitellariorum mulorum in bello vſus, vt notum eſt ex hiſtoria Rom. Liuius: *Mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus &c.* G

Mulus centuriatus.

Muli ſchenophori.

Angarus.

Muli clitellati.

VSVS IN MEDICINA. H



PONZETTVS Cardinalis veneno infectum ſi neceſſitas vrget, muli aut cameli recenter occiſi ventri indi iubet: ita enim horum animantium calore venenum reſolui, & membra & ſpiritus roborari. Bartholomæus Maranta tam diu includi debere putat, quoad calor animantis omnino euanuerit, tumque in alium eodem modo homini eſſe ingrediendum, rurſuſque in alium atque alium ac quo pluribus vſus fuerit mulis, eo tutius euaſurum, fuiſſeque ait principes, quos triginta vel etiam quadraginta mulorum impendio certiſſimum mortis diſcrimen euaſiſſe hiſtoriæ narrent. Puluerem in quo ſe mula volutauerit, corpori inſperſum mitigare ardores amoris à quibuſdam ſcriptum eſſe teſtatur Plinius. Partes verò mularum pleraſque ſteriles reddere mulieres authores tradunt, inde ſumpta occaſione, quoniam ſterile, vt dictum eſt, hoc animal eſt. Cor ſiccum & vino aſperſum, datur (inquit Sextus) bibere poſt purgationem tricenariam, vt non concipiat mulier. Si duo teſticuli muli (inquit Albertus) in pelle eiuſdem corij

Veneni curatio.
Lib. 3. c. 8. method. cogn. ſimpl.
Ad ardores amoris.
Mulieres vt ſteriles redduntur.
Cordis vires.
Teſtium.

A corij constringantur, & super mulierem suspendantur, non concipiet, quàm diu ei adalligati fuerint. Testiculum muli combustum brachio mulieris pro atocio iubet Sextus apud Aggregatorem alligari: & si virgo ex eo biberit post primam purgationem, nunquam concipere ait. Dioscorides ait: *Cum muli rene si bibatur populi albæ cortex, conceptionem impedire, vel sterilitatem inducere tradunt*: sic enim vertenda sunt illa verba: ἱστορεῖται δὲ καὶ ἀτοκίας εἶναι, &c. Non abortiuum fieri tradunt, vt Ruellius transtulit. Matrix mulæ si decoquatur cum carne asinina aut alia, & inde comederit mulier ignorans, nunquam, vt Rasis pollicetur, concipiet. Si dentur occulte mulieri edendæ carnes, quibus incoctum fuerit aliquid de matrice mulæ, vel de ipsa matrice cocta, concepturam vnquam negat Kiranides, apud quem lego, Lampyridem vermiculum in matrice mulæ alligatum mulieri, etiam sterilitatem facere. Sordes aurium mulæ alligatas in pelle ceruina & brachio suspensas post purgationem mulieris, Sextus efficere tradit, vt non concipiat: esse autem quæ lana alba alligant, esse item quæ ex aqua eas bibunt. Rasis ait, si corio mulæ sordes aurium incluseris & appenderis mulieri, nunquam concipiet: idem præstare Kiranides scribit, si occultè propinaueris, in cibo nimirum vel potu: item si castoreum cum eisdem sordibus sumatur. Idem B iubet vt semen pæoniæ operiatur illis, atque ita mulieri circumligetur. Si bibat mulier asiam fœtidam magnitudine fabæ in vrina mulę, non concipiet authore Rase: planè verò sterilescet si mulæ sudorem lana xylina exceptum pro pesso subdat. Hanc eandem sterilitatem faciendi vim Burdoni siue hinno inesse volunt, quia hic scilicet similiter bigener est & sterilis. Burdonis testiculum supra sterilem arborem combustum & extinctum de lotio spadonis Sextus alligatum pelli mulæ & post menstrua brachio suspensum conceptum impedire asserit: quem tamen locum aliter citat Aggregator his verbis: Tamarisci (quæ arbor sterilis est) carbones extincti in vrina cameli, in pellicula mulę brachio alligentur mulieris, ne concipiat. Sed priori lectioni astipulantur barbari quidam recentiores, vt ait Gesnerus, Aesculapij (hunc enim ferè pro Sexto citant) hæc verba adferentes, *Auricula mulæ & burdonis testiculi si gestentur à muliere, non concipiet*. Est tamen in mulis quod ad conceptum facit, imo ad conceptum violentum. *Cogunt* (inquit Plinius) *concipere inuitas seta ex cauda mulæ, si iunctis euellantur inter se colligata in coitu*. Nunc cæteras facultates recenseamus. Aiunt mulorum pellis & similium cinerem locis igne adustis apponi, & vlcera calefacere, cum non sint apostemata: vtilem etiam esse attritis calceorum iniuria pedibus & coxis, itemque fistulis, vt quidam ex Auicenna citant. Vngularum muli vel mulæ cinis teste Plinio, C ex oleo myrtino alopecias replet. Marcellus vero istiusmodi cinerem & oleum myrtinum, cum aceto & cum pice liquida mixta & imposita, etiam fluentes capillos continere scribit. Sextus pro vngulis muli aut mulæ ad idem remedium, ponit iecur Burdonis: Burdonis iecur (inquit) combustum cum oleo myrtino mixtum & illitum capiti, capillos fluentes continet & facit crescere, maximè si conorum cupressi cinis admisceatur, vt Matthiolus addit. Marcellus ait mulinæ vngulæ exustæ cinerem salubriter inspergi vitijs veretrorum, atqui Plinius formicationes & verrucas excipit, arietis pulmonis inassati sanie curandas. Stercus mulinum cum oxymelle henosis potui datum, dolores efficaciter tollit, vt Marcellus scribit. Hippocrates verò stercus hoc combustum, tusumque ac cribratum, vino dilutum bibere iubet, si muliere fluxus ex vtero oboriatur. Medicamentum ex vrina muli podagris vtile, describitur apud Aeginetam his verbis: *Vrinæ muli sextarij quatuor, argenti spumæ libræ duæ, olei veteris mystrum, terita diu omnia, vt strigmenti spissitudo fiat, incoquito donec digitos non inquinent*. Plinius vrinam cum suo luto illitam, clauos pedum sanare tradit: & aliàs ait: *Lichenem mulæ potum in oxymelite cyathis tribus, comitialibus morbis vtilem tradunt*. Marcellus verò, cùm dixisset, muli impetigines in vtroque crure super genua nasci, & veluti cutis aridæ modo inhærere: iubet eas incendi, & stranguriosum diuaricatum desuper po- D ni, ita vt defumigationem illam expansis vestibus tegat, ne qua odor & fumus emanet, itaque efficacissimè incommodi eius vitio cariturum pollicetur. Ad suspiriosos remedium salutare ex eodem: *Spumam de ore mulæ collige, & in calicem mitte, atque ex aqua calida sine viro sine fœmina quæ hanc molestiam patitur, continuò da bibendam: homo statim sanabitur, sed mula morietur.*

Renum. Carnis. Sordium auris vires. Vrina. Sudoris. Burdo sterilis Herdes facit. Vt mulier concipiat etiam inuita. Cineris corij vis. Vngularum. Iecoris burdonis vis. Stercoris vis. Lib. 2. de nat. mul. Vrina. Lib. 7. Lichenis vis. Spuma oris.

DE ASI-

E

DE ASINIS CORNVTIS.

CAP. V.



Lib.4. Aſini cornuti Africani. Scythici. Li.10.c.40.

TRIBVS in locis cornutos aſinos celebrari reperio, in India, Scythia, & Africa: cæterùm denturne, & ſi dentur, ſpeciene differant, non habeo, quod dicam. Africanorum meminit Herodotus, *Apud Afros* (inquit) *qui Aratores cognominantur, aſini cornuti reperiuntur.* De Scythicis verò ſic Ælianus: *In Scythia aſini cornibus præditi naſcuntur, quorum cornua Arcadiæ fluminis Stygis aquam continent, quæ tranſmittit vaſa omnia, etiamſi ſint ex ferro. Hæc cornua à Sopatro apportata fuiſſe aiunt Alexandro Macedoni, & illum admiratum miſiſſe Delphos, vt dedicarentur Pythiæ, additis his carminibus:* F

Hoc tibi Alexander Macedo mirabile cornu
Dedicat ò Pæan ex aſino Scythico.

Lib.4.c.52. Aſini Indici cornuti.

Idem & Indicos deſcribit his verbis: *Syluestres aſinos equis magnitudine non inferiores apud Indos naſci accepi, eoſque reliquo corpore albos, capite verò purpureo, oculiſq. nigris* (cæruleis vertit Volaterranus) *eſſe, cornuq. in fronte gerere vnicum* (Volaterranus addit ſeſquicubitale) *cuius ſuperius puniceum, inferius autem album, medium verò nigrum ſit: atq. non omnes quidem Indos, ſed potentiores, cum tanquam armillis quibuſdam brachia, ſic cornua auro, certis ſpatijs ornarunt, ex his ipſis bibere ſolere. Ex hoc cornu bibentem ab inſanabilibus morbis tutum fieri, neq. eum ipſum conuulſionibus corripi, neq. ſacro morbo tentari, neq. venenis vllis ferunt. Quinetiam ſi quid prius peſtilens biberit, tum id euomere, tumq. ad ſanitatem redire. Cum autem cæteri aſini, quibuſcumq. in terris ſint, tam domeſtici, quàm ſylueſtres, tum ſolipeda animalia, talos non habeant, aſinos Indicos cornigeros Cteſias inquit, talis primùm, iiſq. nigris præditos eſſe. Deinde ſi quis eos confregeris, interiora quoq. nigra deprehenſurum eſſe: neque modò corporis velocitate longè multumq. cæteros aſinos ſuperare, ſed velocitate eadem equis & elephantis præſtare. Cum autem in viam ſe dederunt, tardiùs primò ingrediuntur, deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem vt ſequi operoſum ſit, eorum verò curſum tranſcurrere nulli concedatur. Poſtea autem quàm fœminæ pepererunt, patres circum pullos à partu recentes ſumma cuſtodia verſantur, eorumque commorationes locis Indiæ deſertiſſimis ſunt. Cum à venatoribus Indis inuaduntur, pullos ſuos adhuc ætate infirmos à tergo ſuo paſcentes habent, atq. pro eis propugnant: contra equites audens venire, eoſq. ferire. Tanto ſanè hi robore exiſtunt, vt nihil eis obſiſtere queat, quin ſtatim & concidat, & perdatur, equorumq. in curſu latera diſcerpunt, ac lacerant, ac viſcera diſrumpunt, ex quo fit, vt ad eos equi appropinquare valdè metuāt, appropinquatio enim capitalem vtriſque mulctam miſerabiliter infert. Ex eo namq. conflictu, non equi modo, ſed & aſini pereunt: pergrauiter calcibus pugnant: eorum morſus eatenus acerbiores ſunt, vt quicquid comprehenderint, funditus dirripiant: ex his verò qui ſunt confirmata ætate incomprehenſibiles ſunt. Carnes eorum quòd amariſſimæ ſint, haudquaquam eſculentæ.* Hæc itaque Aelianus, qui & alias regis Indorum certamina recenſens, inter alia hos quoque cornutos aſinos inuicem pugnare tradit: quæ omnia, breuius tamen repetit Philes, aitque Indorum regem ex createre de huius animalis cornu confecto bibere, ſplendidum eum vocans, & cubitalem eſſe dicens, potionem autem eam contra morbum ſacrum, id eſt comitialem conferre. Adhæc feram ipſam inter ſolipedes ſolam & talum & bilis veſicam habere, vt perperam Volaterranus tranſtulerit, hanc feram carere felle, & potionem ex hoc poculo ad ignem ſacrum conferre. Habes hic candide lector feram corpore auribuſque aſininis, binis armatam cornibus, quorum alterum, vt pictura ipſa oſtendit, è narium, alterum è regione oculorum exit. Communicauit iconem doctiſſimus, pariter atq; excellentiſſimus reipub. Norimbergenſis archiater Ioachinus Camerarius ſylueſtris aſini nomine. Cum verò ſolipes non ſit, ſed pedes in digitos findantur, aſinus ſylueſtris Indicus eſſe non poteſt: quamobrem quærendam Scythicuſne fuerit, vel Africanus. Adhæc Indicus vnicornis eſt, non bicornis, vt teſtatur ipſe Ariſtoteles his verbis: *Aſinus Indicus licet ſolipes, corniger tamen eſt, ſed ſingulare cornu gerit, & ſolus in ſolipedum genere talum poſſidet.* Idem teſtatur Plinius: *Cornigera* (inquit) *ferè biſulca: ſolida vngula & bicorne nullum: vnicorne aſinus tantum Indicus, vnicorne biſulcum oryx. Talos aſinus Indicus vnus ſolipedum habet.* Et rurſus: *Cornua ſolipedum nulli excepto aſino Indico, qui vno armatus eſt cornu.* Recentiores quidam obſcuri, onagrum ſiue aſinum ſylueſtrem Indicum, magnam & crudelem feram eſſe ſcribunt, cornu vnico, duro, acuto & longo: robur ei eſſe tantum, vt ingentia de rupibus ſaxa euellat, idq; tantùm vim ſuam experiundi gratia.

Margin notes: *Cornu aſini Indici facultates.* — *Amor erga fœtus.* — *Fortitudo.* — *Li.15.c.15.* — *Aſini cornuti figura fera.* — *Li.3. part.2.*

G H

A



B

C

D

gratia. Philostratus autem eadem ferè etiam quæ Aelianus & Philes scribit in vita Apollonij: sed quod de viribus dicitur, Apollonium refellere. *Asinos sylvestres* (inquit) *in vicinis Hyphasidi Indiæ fluvio paludibus multos capi dicunt: esse autem huiusmodi feris in fronte cornu, quo taurorum more generose pugnant: & Indos ex illis cornibus pocula conficere: asseruntque nullis morbis illo die affici, qui ex huiusmodi poculo potarint: neque si vulnerati sint dolere, & per ignem etiam incolumes transire, neq; ullis venenis lædi quæcunq; nocendi gratia in potu dantur. Icctrco regum esse eadem pocula, nec alij quàm regi eiusmodi feræ venationem permitti. Apollonium itaque feram aspexisse,* Lib. 3.


eiusq;

Apollonij dictum de coran asini Indici.

eiusq; naturam cum admiratione consideraſſe ferunt. Interroganti autem Damidi, an ſermoni, qui de poculo iam dicto ferebatur, fidem adhiberet: Adhibeo (inquit) ſi huius regionis regem immortalem eſſe intellexero. Qui enim mihi aut alteri cuipiam poculum ita ſalubre dare poteſt, nonne veriſimile eſt & ipſum quotidie illo vti, & ex eo corpus frequenter vel ad crapulam vſq; bibere? nemo enim vt puto calumniabitur eum, qui tali poculo etiam inebrietur. Hæc ille. Celebrabatur modo & alia fera in eadem India, quæ ſingulari quadam prærogatiua monoceros ſiue vnicornis ab vnico cornu, quod in fronte perhibetur geſtare, nominatur, quæ nunquid etiam detur, nunquid cum hoc Indico aſino vnicorni ſit eadem, mox in ſequenti capite patebit. E

DE MONOCEROTE SIVE Vnicorni propriè dicto. Cap. VI.

Opinionum de vnicorni varietas. Thomæ Iordani opinio.



AN detur reuera monoceros ſiue vnicornis, nonnulli ambigunt, nonnulli planè negant, nonnulli omnino affirmant. Ego ſingulorum ſententias lectoribus fideliter recitabo, vnicuique ſuum relicturus iudicium. Thomas Iordanus itaque de phænomenis peſtis tractatu tertio cùm dixiſſet de lapide Bezoar: ſecundum locum (inquit) cornu monocerotis ſibi vendicauit, cuius prope diuinæ recenſentur operationes. Reges Indorum ex ijs cornibus crateres ſibi conficiebant, aſſerentes illo die, quo quis ex illo poculo hauſerit, immunem à morbis, vulneribus, flamma & toxicis fore. Hinc Angelus Bargæus in Cynægetico: F

——— vnoq; in fronte ſuperbi
Cornu quod reges Indorum protinus aureis
Orbibus includunt, & vina liquentia potant.
Ac tum nec morbos tuti ſentire feruntur,
Nec quæ inter menſas occultâ hæſere venena.

Deſcriptio ex Cardano.

Reperiri autem circa Phaſidem fluuium apud Colchos (in vicinis Hyphaſidi fluuio paludibus,) vnũ cornu geſtantes aſinos & ferociſſimè cum elephantis depugnantes author eſt Philoſtratus in vita Apollonij Thyanæi. Cardanus ſic deſcribit, eſſe animal rarum, equi magnitudine, pilo muſtelæ ſimillimo, capite ceruino, in quo cornu creſcit vnicum, cubitorum trium longitudine, media in fronte atque rectum, in imo autem amplum, tendens in aciem: collum illi breue, iuba rariſſima, & in alteram tantùm partem tendens, crura veluti capreolo, tenuia; poſteriorum tenuitor pars multo pilo villoſa, vngulæ bifidæ. In vniuerſum ſi quis aduertat, ceruo naturæ non eſt abſimilis, præter cornu illud, ferum valdè eſt. Naſcitur in Aethiopia inter ſolitudines, ſqualentemque terram atque inter ſerpentes, mirumq; in modum cornu eius venenis aduerſari creditur. Garzias ab Orto Proregis Indiæ medicus ait inter promõtoria bonæ ſpei & Capo de Currentes viſum animal terreſtre quod etiam mari delectaretur, caput & iubam equi haberet, cornu præditum duos palmos oblongo, mobili, quod modò in ſiniſtrum & dextrum obuerteret, modò attolleret & demitteret. Id animal cum Elephante ferociter præliari, eiuſque cornu aduerſus venena laudari. Ludouicus Vartomannus duos Sultano ex Aethiopia miſſos Mechæ ad Mahumetis ſepulchram ſe vidiſſe ait cancellis obſeptos, minimè feroces, fortè longo iam carcere domitos. Idaith Aga orator Solymanni apud Maximilianum Imp. Marcus Scherer antè abiuratam religionem Chriſtianam dictus, popularis meus Viennæ frequenti primariorum virorum corona, auſus eſt proloqui, ſe in Arabia deſerta, vidiſſe gregatim obuerſantes vt armenta, monocerotes. Vix tamen reperitur, qui teſte veritate, tota orbis ſuperficie adamuſſim iam cognita, ſe vidiſſe affirmare auſit. Diluuio vniuerſali animalia perijſſe, nunc terra erui oſſa fabulantur plurimi, cùm maiori ex parte terræ viſceribus recondita exhumari cernant. Philoſophus aſſerit naturam non deficere in ſpeciebus. Quotquot olim creatæ ſunt à protoplaſto, totidem ad finem ſæculi duraturas perſuaſiſſimum eſſe debet, licet indiuidua numero plura, pauciorаue interdum comperiantur, quæ tamen minimè funditus intereant, adeò vt ne veſtigia extent. Adde differentiſſimas corporum figuras, quæ non leuem anſam dubitandi pariunt. Ad Dionyſij fanum propè Lutetiam integrum extat eximiæ proceritatis, magni quidem ponderis, ampliore baſi in conum progrediens, ambitu ſtriatum ſub ara quadam abſcondita fornice, aqua extrema ſui parte immerſum: Cryptam ſubeuntibus potanda datur aqua; ea hauſta ſubito in copioſum ſudorem exoluuntur; perſuaſione adiecta, virtutem ſudorificam aquæ, à cornu monocerotis communicatam eſſe, qua etiam venena propulſare dicitur, cùm ratione naturali omnibus è calidiore aëre algidum intrantibus, appulſu repentino, ceu antiperiſtaſi quadam, humore ad extima propulſo, ſudor erumpat, quod iter facientibus æſtiuis

Cardani error.

G

H

Fabula monocerotes diluuio vniuerſali periſſe.

Dubium an extet Monoceros.

Cornu Sandionyſianũ.

ardori-

A ardoribus familiare est, cùm sitibundi ad fontes aut riuulos potui indulgent, tum liquor frigidus ventriculo neruoso, totique corpori æstuanti occurrens, è vestigio humorem per carnes & cutis meatus extrorsum protrudit, vt nihil beneficij à monocerotis cornu aquæ collatū merito dici possit. Solemnibus Venetorum ferijs Sanmarciano delubro quæ publicè spectanda proponuntur, & magnitudine & figura his tam dissimilia, vt nihil cognationis habere prorsus dixeris. Eboris instar splendens, læue, in gazis Pontificum summorum Romæ solus vidi & contrectaui, purpurea crumena obductum, cuius (vix duûm palmûm erat) exilitatem ad risum fermè miratus, responsum accepi, crebro vsu ita imminutum, neque de scabritie aliorum quæ videram, referri quid potuit. Kereczenio Baroni ad Niclespurgū brachij mei crassitie ingentis molis erat os è Pannonum (quēadmodum is referebat) regis Matthiæ gloriosissimi thesauris asseruatum, quod comparatione cum superioribus facta, ausus fui, & ipso vehementer indignante, balænarum potiùs esse os quàm monocerotis cornu, dicere. Fucus fit facilè, cùm in littora eiecti cetacei pisces, salo arenas propellente, sæpe obruantur, post multa demum sæcula, cariosa, seu teredine erosa, rursus ex imis terræ visceribus, cornu falsa simulachra referentia, eruantur persuasis spectatoribus credulis, diluuio submersa animalia ossibus superstitibus, nulla viribus derogata facultate, in medicum vsum trahi posse. B Fidem facit & ebur fossile, & mumia vulgaris. Addam & hoc. Venetijs commilitones mei Iudæum negociatorem apud fabrum argentarium fortè conuenerunt. Hic ostenso monocerotis cornu hoc experimento verum comprobauit. In mensa cornu circulum delineauit, scorpium prius, postmodum araneum iniecit, qui nunquam transilire potuerunt ambitum cornu circumscriptum: deinde palmi altitudine quouis reptantes bestias, vmbra ne aut vi emanante, intra quadrantis horæ spatium ambas necauit. Aberam tum ipse, spectaculi visu gratissimi ignarus, neque sæpius quæsitum reperire licuit recutitum Apellam, popularis tamen meus à meo discessu iconem à pictore præstantissimo depingi curauit, Albertoq; Laskio Satrapæ Polono ablegauit, vt regi Sarmatarum Sigismundo II. ex imagine innotesceret, si fortè eius sibi comparandi, quod permagno æstimabatur, desiderium infligeret. Sunt qui genuinum ab adulterino discernant, sola in liquorem quemcumq; iniectione, videlicet, si is humor statim ferueseens, quasi bullas produxerit, quod omnibus in calcem aut cinerem, redactis corporibus ob ἰμπύρευμα proprium esse consueuit. Alij gallo arsenicum exhibent, cani vel columbæ, à cuius oblatione statim propinant monocerotis puluerem, quo exanima restitui asseuerant. Figuram itaque tam animalis quàm cornu, huius magnitudinem, substantiam, læuorem vel scabritiem cum pondere si spectes, dubius animi eris & suspensus: C exploratio si virium instituatur & ea quàm fallax & coniecturalis? Quæ me eò deducunt, vt vel parum vel nihil de eo animali sentiam, tanta præsertim imposturarum fertilitate. Subscribo sententię præceptoris Rondeletij, qui libro de dosibus medicamentorum inquit. Rasura vnicornis, quia carius emitur, minore pondere datur, vt alia medicamenta pretiosa, quanquam eius vis, neq; maior, neq; certior sit, ea quæ est eboris, aut cornu cerui. Diuitibus quibus nihil pretiosum esse potest prǽscribebat, inopibus substituendo non semper cerui cornua, verùm etiam ossa equina aut canum, sæpe etiam myrabolanorum ossa. Liberum est tamen per me cuiq; quod velit sancire. Equidem in variolis & morbillis infantium cum ab Imp. Maximiliano multi scobem vnicornis intempestiuè, & importunè sæpe flagitarent, scio exhibitam rasuram cornu ceruini, eodem & certiore fortassis successu, de cuius viribus inferius, plura afferentur. Vsus est per se drachmæ, aut semissis pondere in vino aut aqua cordiali, raro eam excedimus dosin, vel ob pretium, aut quia vix tantum ei fidere iubemur, vt cæteris aspernatis huic soli miraculosam vim tribuamus. Alexicacis permixtum granorū pondere quoq; metimur, præsertim si vna vice velimus propinare, vt superius positis exemplis propositum fuit. Hucusq; Iordanus. Fallopius quoq; non rectè cōstare tradit, quid reuera sit vnicornu, D quamuis Ludouicus Romanus ipsum descripserit: se quidem genuina vidisse cornua in thesauro S. Marci, prætereaque cùm esset in Gallia aliud in Ecclesia D. Dionysij, sed quod vel dentis, vel ossis quam cornu naturam referret. Vidisse & tertium apud D. de Brisach, qui id maximi faciebat. An verò faciat ad venena se ignorare. Laur. Ioubertus in lib. de peste antiquioribus medicis celebratum huius cornu facultatem fuisse negat; recentiores verò maximè cardiacon esse testari, & quibuscūq; venenis resistere, cæterùm eius vice pauperiorē frui posse cornu ceruino, quia ei viribus parū cedit. Sed & Antonius Ludouicus medicus Vlyssoponensis in libro de Empyricis & miscellaneis quibusdam à principio, quod à nullo antiquorum (quibus solis reuerentiam deferendam retur,) vis illa aduersus venena sit relata, quamuis à multis affirmetur, sub dubio relinquit. Ioannes Goropius Becanus reginæ Vngariæ archiater, cum dixisset de gryphis, temerariumque esse iudicare in rerum natura non esse, quod ætas nostra non vidit: Monoceros (inquit) veterum scriptis iactatur, & cornu quod eius esse fertur, pretio venditur ingenti, quale nunc Antuerpiæ vltra septem pedes longum, venale prostat tam integrum vt ne illa quidem pars desit, qua fronti fuit infixa, citra tamen spongiosam coronam, qua ad duos palmos & eo amplius cinctum fuisse videtur: dubitatur

Venetorum cornu. *Cornu Roman. Pont.* *Ossa balenarum pro cornibus Monocerotis supponūtur.* *Ebur fossile.* *Experimentum de vera virtute monocerotis.* *Probatio vulgaris cornu monocerotis.* *Rondeletij sententia.* *Vsus cornu monocerotis* *Pondus quo exhibetur.* *Fallopij sententia.* *De comp. med. c. 51.* *Iouberti opinio.* *Cap. 13.* *Antonij Ludouici.* *Lib. 9. de Venetic. & Hyperbor.* *Gɛropij opinio.*

tamen, an fera iſtiuſmodi inueniatur, qualem pictores nobis oſtendunt. Illud equidem ex hoc, cu- E
Monocerotem malè à pictoribus pingi.
ius mentionem facio, cornu didici, per quam ab eis cornu fronti adfigi. Nam cuiuſcumq; animalis cornu eſt, hoc ſaltem cerno, ſic capiti fuiſſe infixum, vt radix inferius, ſummitas in altum ſpectaret, ſecundum frontem dorſum verſus nonnihil tota longitudine declinante: ita vt ſi currendum eſſet, capite arrecto dorſo incumberet, vti in ceruis videmus: contrà ſi pugnandũ, caput ad pedes priores eſſet inclinandum, perinde vt in omnibus ferè cornupetis natura comparauit. De hoc ſententiam à mercatoribus rogatus, reſpondi tale eſſe, quale pro monocerotis cornu apud principes habetur; verùm diſplicere, quod Aelianus nigrum colorem tribuerit, cùm huius ſubalbidus eſſet, atq; illud præterea quod Cteſias Artaxerxis medicus aſinos ſuos feros ita deſcripſerit, vt cornu dederit cubitale duntaxat, & illud supernè puniceum & valde rubrum, cæteroqui in medio nigrũ, quę notę huic noſtro minimè quadrant. Suſpicatus aliquando ſum cornu hoc piſcis alicuius eſſe, quod in eo genere admiranda plurima reperiantur; & hoc cornu quod Antuerpiæ eſt, ex Iſlandia ſit allatum. Verùm rurſus in mentem venit, hanc inſulam non longè abeſſe ab illis locis, quæ ad Hyperboreos ſpectant, in quibus ferarum plurimum eſſe ob hominum ſolitudinem, non eſt abſurdum ſuſpicari. Eſt enim Iſlandia inſula Iſledonũ nomen habens ab Is id eſt, glacie, & Lant quod ſignificat regionem. Ex hac tria mea ætate, allata memini, quorum maximum modò indicaui. Incertum tamẽ eſt, an poſt glaciale hoc mare, ad quod inſula hæc iacet, cõtinens ſit ad Polum vſq; ac deinde ad Aquilonem, an verò Gronlandia, id eſt, viridis regio butyri copia maioribus noſtris nobilis, mari ab Arimaſpis ſecludatur. Ioannes Aemylianus Ferrarienſis in naturali de ruminantibus hiſtoria, enumeratis & deſcriptis vnicornibus, quotquot apud authores exſtat mentio: Cum ergò (inquit) tot tantaq; ſint vnicornium genera, quod nam ſit illud tam celebre alexipharmacũ, tam ſalutare alexiterium, ac mirabile antidotum, nondum ſatis inter ſcriptores conſtat. Siquidem nonnulli ſuſpicantur eſſe monocerotis cornu ab Aeliano, Solino, Plinioque deſcripti: non defuerunt, qui illud eſſe aſini Indici, de quo meminerunt Ariſtoteles, Aelianus & plures alij: fuerunt & qui Indiæ equi ab eodẽ Aeliano commemorati, id eſſe exiſtimauerint: quibuſdam etiam in mentem venit, illud eſſe rhinocerotis cornu. Hiſtorici medicis altercandi anſam præbuerunt, ſcilicet quodnã ſit animal Græcis antonomaſticè μονόκερως dictum, Latinis verò vnicorniũ ſiue vnicorne, & Italis alicornũ vel liocornum: quæ quidem ſingulæ nomenclationes tum animali, tum eius cornu inditæ ſunt. Ambigunt in quam medici quodnam ſit illud mirabile cornu, quod omnes pernitioſos morbos fugat, quod ſæuas profligat ægritudines, quod imminentem veneni præcauet inclementiã, quod veneni coinquinamento peſtilenti labefactatos, languidos, exanimatos, & propemodum mortis caligine obtenebratos, integræ valetudini ocyſſimè reſtituit incolumes: & deniq; quodnã ſit illud cornu adeò veneno infeſtum, vt illius præſentiam non admittat, non ferat, non patiatur, eamq; longè lateq; pandat, vel ſudore, vel aquæ feruore ac ſtridore, ſi in eam immergatur, mordicus litigant, & acerrimè inter ſe conflictantur medicorum ſectæ. Quocirca cùm tanta ſit inter ſcriptores de vnicornio diſcordia, accidit, vt in principum theſauris varia ac longè diuerſa vnicornium cornua quàm diligẽtiſſime reſeruentur. Apollonius philoſophus & plures alij eiuſmodi de vnicornio opinionem vanã prorſus eſſe, futilemq; ſuſpicati ſunt, quos ſecutus eſt inter neotericos Andræas Marinus Medicus: hic enim eam inanem eſſe pluribus rationibus conatus eſt oſtendere, tum aduerſariorũ argumenta infirmãdo, tum demonſtrationes aduerſus illam adducendo, quæ ſuadere videntur, vanã illorum eſſe ſententiã, qui tot tantaq; de eiuſmodi celeberrimo cornu prædicarunt. Etenim eiuſmodi cornu, quod tanti æſtimatur, parui penderent omnes, niſi Aeliani atq; Philoſtrati authoritates illius æſtimationi ſuffragatæ fuiſſent: quæ tamen ſi accuratiùs perpendantur, infirmæ admodum titubãteſq; apparebunt. Siquidem ipſi quæ ab alijs audierant, ſcriptis reddiderunt, & quæ paſſim rumore quodam circumferebantur, adnotarunt; vt ex eorum verbis facilè cuiq; compertum erit. Quapropter vnicornis cornu nequaquam maiori medicinæ faciendæ vſui eſſe, quàm cerui cornu conſtanter inquit Marinus, cuius ſententia vero conſonet, diſſonetue, ipſa iudex ſit experientia. Andreæ Marini tractatum de falſa de vnicorni opinione Italicè conſcriptum Latio à me ex tempore donatum in gratiam eorum qui eam linguam non intelligunt, huic loco inſerere placuit. Veritas (inquit) in rebus ipſis naturalibus tam altis ſæpenumero immerſa eſt tenebris, vt ab humano intellectu niſi raro & cum ſumma difficultate detegi queat. Cùm enim in inueſtigandi ea noſtris vtamur ſenſibus, qui ſuaptè natura imbecilli ſunt, & non ſemel de rerum ſubſtantijs ex accidentibus earum, quæ & ipſa quàm ſint fallacia omnibus notum eſt, diiudicent, neceſſe omnino erit, incertos eſſe veritatis iudices: vnde etiam factum eſt, quod de vna eademque re non diuerſi duntaxat authores, ſed priuati etiam nonnulli, diuerſas, quin & contrarias ſibi imbiberint opiniones. Nihil autem hucuſque vel dictum, vel ſcriptum eſt, de quo dubitari iure nequeat: indeque eſt, cur multi crediderint, omnia dependere ex opinionibus; nihilque eſſe, de quo dubitari non poſſit, aut cui nequeat aliquid opponi, poſteaquam in electione mediorum quilibet propter imbecil-

De vnicornu Antuerpienſi opinio Goropij.

Iſlandia qualis inſula. F

Ioannis Aemiliani opinio. G

H

Andreæ Marini Libellus de vnicorni Latinè à me redditus.

Senſus incertos eſſe veritatis iudices.

A imbecillitatem vel intellectus vel sensuum exteriorum titubet, hæreat atq; vacillet. Hinc diuersarum in qualibet arte sectarum origo, quæ propter ambitionem seu potiùs fallam scientiæ persuasionem quorundam (qui in ea quam semel ceu veram sententiam amplexi sunt, nō solùm sine vlla veritatis indagatione pertinaciter perseuerant, verùm etiam pro viribus, alijs ceu veram & genuinam obtrudere conantur,) in quibuscumq; semper scientijs, & in rerum publicarum priuatarumq; gubernationibus pernitiosa semper fuit, medicinę verò in primis pernitiosissima, in qua vel ab illius incunabulis ad hæc vsq; nostra tempora diuersæ sectæ fuere, illæq; cæteris præualuere, quæ profusioribus pollicitationibus sequaces inescare calluere: indeq; est cur Arabum schola præ cæteris frequentata, prælataq; alijs fuit. Hæc enim vt fundamenta quæ iecerat, admodum debilia, stabiliret, paulatim vbi sese offerebat occasio, vt auram captaret popularem, sua vulgi opinionibus corroborabat, paucisq; annis totam artem diuersis adimpleuit vanitatibus, & quò maior ei haberetur fides, non solùm vulgi erroribus assensit, sed & philosophis illis, qui eodem tēpore emersere, inter quorum promissa illud fermè erat minimum, quòd senibus iuuentutem, ægris iam deploratis haud dubiam sanitatem pollicebatur. Hæc est illa schola, quæ auri vsum medicinæ intulit, quæ gemmas, & quæ istiusmodi rerum occultis facultatibus nullum non morbi genus sanare polliceri non veretur. *Sectarum diuersitas vnde.* *Schola Arabum.*

B Veruntamen cùm & aurum gemmæque passim prostarent venales, ne promissis æger frustraretur, atque ita fraus detegeretur, rursus vsum introduxit aliorum orbium medicamentorum, inter quæ lapidi Paxar siue vt ipsi vocant, Bezard & cornu monocerotis primas partes assignauit, siquidem hæc vulgus aduersus omnia venena antidota indubitata, aduersusque omnes deploratos morbos præsentanea remedia esse prædicabat, etiamsi non constaret quid essent, vbi prouenirent, & quando, & à quo tam insignium, quas prædicabant, facultatum factum esset experimentū: estq; adhuc opinio illa altissimè in animis non solùm vulgi, sed & principum insita, qui parui nunc faciunt gazas suas, nisi & monocerotis cornu possideant: quod cùm aduerterent negociatores, varia ac diuersa cornua lucro allecti pro illo eis obtruserunt, carissimeq; vendiderunt. Asserunt autem istiusmodi cornu omnes corporis nostri sanare affectus, præseruareq; ab omni veneno, & si assumptum fuerit, subinde expelli. Addunt & hoc miraculum quòd præsente veneno per se sudet, & in aquam iniectum bullas emittendo illud prodat. Præteribo interim cæteros abusus, ne in magnum aliquod volumen abeat oratio nostra, in hoc elaboraturus tantummodò, vt ostendam, quàm sit remotum, non dicam à vero, sed ab omni verisimilitudine omne id quod ad hæc vsq; nostra tempora de cornu monocerotis, vulgò fertur, non gloriolæ cuiuspiam motus ambitione, nec vlla quoq; impulsus *Promissa de vnicornu.*

C indignatione, sed vno duntaxat desiderio, vt prosim rebuspub. taciteq; veritatem detegam eis qui in emendis istiusmodi cornibus tam magnas inutiliter impensas faciunt, frustraq; spem suam collocant in re nullius penè facultatis, & fortassis remedia genuina ac natiua, quorum facultates sexcētis experimentis comprobatæ sunt, negligunt. Animus itaq; in primis est demonstrare, incertā omnino ac lubricam esse quæ de monocerote habetur, notitiam: deinde, quòd si reuera haberetur, nō posse eius cornu ijs præditum esse facultatibus, quæ vulgò ei attribuūtur. Monocerotis autem cornu nomine vulgus intelligit cornu cuiusdam feræ exoticæ, vnico armatæ in fronte cornu, de qua diuersæ sunt doctorum sententiæ. Alij enim monocerotem esse volunt descriptum a Plinio, Aeliano, & Solino, alij asinum syluestrem vnicornem memoratum ab Aristotele, & ab eodem Aeliano alijsque: alij equum Indicum eiusdem Aeliani: nec defuere qui rhinocerotem esse crederent. Quæ opinionum varietas non aliunde dimanauit quàm quòd nemo eorum oculatus esset testis, sed auriti omnes. Interest autem nosse, vocabulum hoc (monoceros siue vnicornis) commune esse omnibus animantibus, quibus vnicum cornu esset: quorum duo præcipuè sunt genera, vnum cui id in fronte est, alterum cui in narium extremitate, quare rhinoceros Græcis nominatur, cùm illud mo- *Authoris intentio.* *Cornu monocerotis quid.* *Monoceros quid significet.*

D noceros dicatur eisdem, & vnicornis Latinis. Rhinocerotum inter quadrupeda vnica duntaxat species datur, cuius cornu in nulla prorsus habetur æstimatione, etsi nonnulli loco vnicornu vtantur, cum monocerote rhinocerotem cōfundentes. Monocerotum verò siue vnicornium diuersæ ab historicis species describuntur. Prętèrquā enim quod Albertus Magnus ferę meminit marinæ, quam ab vnico in fronte cornu monocerotem vocat, sunt & aues & terrestria alia nō pauca vnicornia. Plinius asserit authoritate Ctesię in India boues reperiri integris & indiuisis vngulis, vnicornes. Idem referunt Aelianus & Oppianus de quibusdam tauris Aoniæ. Testatur Ludouicus Barthema se vidisse Zeilæ, quæ vrbs est Aethiopiæ vaccarum genus vnico cornu in fronte armatum, eoq; palmum longo, dorsum versus inflexo: & apud Cæsarem legimus in Hercinia sylua boues reperiri vnicornes: Est denique & oryx vnicornis. Cæterùm quemadmodum de hisce vnicornibus animantibus nulla mouetur dubitatio, ita contrà, quæ sit terrestris illa fera quam κατ' ἐξοχὴν Græci monocerota (Latini vnicornem) dicunt, haud benè inter scriptores conuenit. Plinius feram ait esse *asperrimam, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente.* Aelianus candem ferā describit, illud tantùm præterea ad- *Monocerotis species.* *Monoceros propriè dictus qui.*

 dens,

dens, quòd iuba pilisque sit fulua, & quòd cornu eius non sit læue, sed versuras quasdam naturales habens & in acutissimum mucronem desinens. Similiter depingitur & à Solino, præterquam quod admirabilem cornu dicat inesse splendorem. Scribit Aristoteles asinum esse syluestrem (Indicum) instar equi solipedem, solumq; inter solipedes vnico in media fronte cornu armari: & Aelianus ait, se intellexisse, hunc equi esse magnitudine, reliquo corpore albo, capite verò purpureo, oculis nigris: cornu habere superius puniceum, inferius album, medium nigrum. Ex quibus verbis facilè innotescit, hoc genus asini à monocerote Plinij diuersum esse, eoq; magis cum de vtroq; separatis locis Aelianus (& Plinius) agat. Aliter omnino monocerotem delineauit M. Paulus Venetus ex oculata fide. In regno Basman (inquit) permulti reperiuntur vnicornes, paulo elephantis minores, pilis bubali, pedibus elephanti, caput habent, vt aper, & more porcorum in cœno morari gaudent, & alijs immundis locis. In medio frontis gestant cornu vnum crassum & nigrũ: Linguam habẽt spinosam, eaq; lædunt homines & animalia. Hæ feræ meo iudicio, à nemine hactenus descriptæ fuerunt. Binos rursus vnicornes Mechæ vidit Ludouicus Barthema, septis asseruatos, quorũ alter magnitudine erat pulli equini triginta menses nati, alter magnitudine pulli vnius anni: quorum color equi erat mustelini, caput cerui, collum non oblongum, rarissimæque iubæ ab altera tantùm parte dependentes; tibiæ tenues, eæque graciles admodum hinnuli modo, cæterùm plurimis pilis vestitæ, vngulæ capræ: cornu prominebat in fronte vnicum sed adultiori longitudine trium cubitorum, minori quatuor dodrantum. Multas habet hoc animal notas cum Plinij monocerote communes, differre tamen indicat vngularum diuisura & lõgitudo ipsius cornu. Iam verò inter tot memoratos vnicornes siue monocerotes, asini tantùm & equi Indicorum vnicornium ab Aeliano ex auditu descriptorum cornu in medicina commendatur, cæterorum tanquam inutilia silentio inuoluta sunt. Fuerit itaq; verum vnicornu, quod apud vulgus in tanta habetur æstimatione, siquidem de nullo alio tam admirandæ vires ab vllo idoneo authore conscriptæ sunt. Atqui nostris hisce temporibus, qui non solùm eas perlustrarunt orbis partes quæ antiquis erant cognitæ, sed & illas prætereà quæ diligenti nauigantium industria innotuere, nullibi istiusmodi asinos obseruarunt, etsi in eadem India alios viderint inusitatæ magnitudinis, pernicissimosq; ac pulcherrimos, excornes: & si obseruauerint vnicornem quendam equo non absimilem, incertum tamen adhuc est, nunquid is sit qui ab Aeliano recensetur, quandoquidem & animal ipsum & cornu ipsius inde scriptũ nobis proposuit, ea videlicet tantùm de eo referens, quæ de viribus eius ab alijs acceperat, eoq; magis dubitandum est, quoniam & incolis ignotus est: quapropter facilè mihi persuaserim, omnes qui de eo scripsere auritos testes esse, oculatum verò neminẽ, id quod ipsimet non diffitentur, dum inquiunt se ita ex alijs intellexisse; licebitq; dicere vnicornem illum asinum Aristotelis & Aeliani non aliter reperiri in India, quàm reperitur phœnix in Arabia, vel dicendũ fuerit tam raros eos esse animantes, vt iam per centenos quin millenos aliquot annos non sint amplius visi. Adauget dubitationem tanta cornuum varietas, ac differentiæ, tam eorum quæ ab authoribus diuersimodè describuntur, quàm eorum quæ in principum thesauris fanisq; multarum vrbium asseruantur. Euidentissimum enim signum est, non vnius eiusdemq; animantis diuersorũ esse cornua. Pliniani monocerotis cornu longum est binos cubitos, colore nigro: Solini quatuor pedes & admirandi splendoris, quo ab illo potissimùm differt, etsi eandem interim ferã vterq; delineet. Cornu asini Indici syluestris secundum Aelianum triplici colore variat, & tantæ est crassitudinis, vt ex eo crateres fieri possent, quod & Philostratus meminit: monocerotis verò eiusdem Aeliani cornu nigrũ est, qui color & à Plinio monoceroti suo attribuitur, sed addit Aelianus suum naturaliter anfractuosum esse & spiris conuolutum, cuius rei Plinius non meminit: quale verò sit cornu equi vnicornis, nemo indicauit, ideoque de eo nulla coniectura datur, sicut nec de monocerote marino. Rarum illud ac pretiosum quod in fano D. Dionysij iuxta Parisios conspicitur, cum nullo prædictorum cornuum vllam habet similitudinem: non enim nigrum est sed eiusdem ferè cum ceruino coloris: longum prope sex cubitos, tam contrà exile, vt fabricandis poculis prorsus sit inidoneum, cùm crassiorem eius partem binis anterioribus digitulis liceat circundare: adhæc quinq; illæ versuræ, quibus mirabiliter distinguitur ab imo ad summum vsque, multos viros doctos iudicioq; præstantes impulere, vt crederent non naturale cornu esse, sed arte effictum à peritissimo aliquo mangone & ex apta quadam mixtura ad descriptionem Aeliani efformatum, excepto colore, cuius nimirum vel non meminerit, vel temporis iniuria immutauerit. Huic simillimum esse audio, quod Argentorati, itẽ quod Metis asseruatur: quæ verò in gaza ostenduntur D. Marci, iam dictis prorsus differunt: Longiora enim sunt ijs quæ ab antiquis describuntur: versurisq; quas suo monoceroti Aelianus tribuit, carent, suntq; exilia, & cyathi ex ijs cõfici nequeunt. Vidi ego superiori anno vnũ septem dodrantũ longitudine apud mercatores quosdam Germanos simile omnino cum ijs quæ Venetijs ostendi dictũ est, colore tantùm excepto, qui erat fermè buxeus. Aiunt & illa quæ penes Poloniæ regem sunt, omni ex parte his similia esse præter crassitiem, esse enim aliquanto maiora. Quod describitur ab Alberto magno à cæteris omnibus

Monoceros verus qui.

De vnicornu Lutetiano iudicium.

A nibus prorſus variat. Maximum (inquit) eſt & ſolidum inſtar ceruini, longum decem pedes, iuxta radicem craſſum ſeſquidodrantem, quam longitudinem craſſitudinemque nemo alius vel ex viſu, vel auditu memorat. Habent & Heluetij quoddam cornu, quod ſimiliter monocerotis eſſe ſibi perſuadent, repertum aliquando in ripa Arulæ fluuij iuxta Brugam oppidum, album ſed in ſuperficie ſubflauum, duos cubitos longū, nullis tamen ſpirarum verſuris, odoratū tum aliàs, tum accenſum inſtar moſchi ferè, eſtque celebre propter odorem. Ex hac itaque etiam cornuum varietate vel quilibet videat, incerta eſſe omnia quæ de vnicornu, cuius vbique terrarum tantum nomen eſt, & fama, prædicantur; eſtque veriſimile nullum ex omnibus commemoratis, etſi mille miracula eis affingantur, verum ac genuinum eſſe, quandoquidem nullum eorum cum Indico illo Aeliani aſino ſimilitudinem habet: in nullo enim tres illos diſtinctos colores reperias, album, nigrum & purpureum, qui verum ſunt atque vnicum veritatis ſignum, inualidum aliàs atque incertum ad integram notitiam, cùm præterea nihil authores addiderint. Neque etiam affirmari poteſt, illorum aliquod equi Indici monocerotis eſſe ab eodem Aeliano celebrati iiſdem viribus quibus Indicus ille aſinus: cùm ne ex auditu quidem habeatur, qualis ille ſit: ſin aliquod autem
B eorum ſimile ſit cornu monocerotis eiuſdem authoris, quale eſt Gallicum, Argentoratenſe & Meticum, non cogimur propterea fateri verum eſſe vnicornu, quandoquidem vires eas ei non aſcribit, aſcripturus procul dubio ſi iis præditum eius cornu fuiſſet. Augent porrò dubitationem, nunquid fera illa, cuius miraculoſæ facultates in ore ſunt omnium, fuerit vnquam alicui nota: cum Romani, qui tam longè lateque imperij ſui pomeria extenderunt, & ex India aliiſque remotiſſimis prouincijs elephantes, rhinocerotes, ſimileſque exoticas feras alias Romam deferri curarunt, populoque in ſuis ludicris ſpectandas exhibuerunt, huiuſce animantis, quæ præ cæteris omnibus celebrabatur, nullam vnquam notitiam acceperint. Haud poſſum itidem mihi perſuadere, principes qui iſtiuſmodi cornua poſſident, fidem adhibere quæ de viribus eorum vulgò prædicantur: Regum enim Indiarum exemplo pocula ſibi inde conficerent, vt ab quocumq; morborum genere ſeſe præſeruarent, cùm tamen ceu inutilia, oſtentationis ſolummodo cauſa ea inter cæteram gazam reſeruent. In opulentioribus nobilioribuſq; Angliæ eccleſijs, cùm id regnum S. Romanæ Eccleſiæ adhuc obtemperabat, multa iſtiuſmodi cornua oſtendebātur, quæ ſi ex me quæratur, ad quod genus animantium pertineant, non erubeſcam dicere, diuerſorum, quia ſibi inuicem differunt, animantiū eſſe, cæterùm tantæ feritatis, vt nunquam videnda ſe offerant, cornua verò in locis ſyluiſq; de-
C ſertiſſimis exuant, quod & ceruos facere videmus, quæ poſtmodum reperientibus fiunt admirationi: Fieri item poteſt à mari, quod non pauca terreſtrium ſimilitudine animalia procreat, nonnulla eiuſmodi cornua eijci, quale in primis eſſe arbitror, quod tam enormi longitudine ab Alberto deſcribitur, cuius videlicet vaſtiſſimum elephantis caput minimè foret capax: quin rationi neutiquam fuerit diſſonū, ſi arguamus omnia illa Angulorum cornua marinorū animantium eſſe (cùm in tota illa inſula tales reperiri feras terreſtres nulla vnquam teſtata ſit hiſtoria) diuerſiſq; temporibus in littora ab Oceano eiecta, id quod indicat etiam ſoliditas, colorq; & forma ipſa cornuū, quibus à cæteris enumeratis differunt. Cæterùm vt vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio: dicamus itaque ſi ipſa fera ignota nobis eſt, quomodo dabitur & cognoſcetur ipſum cornu? Dicet autē aliquis, nihil planè referre, etſi ignota ſit ipſa fera, quādo à doctis notæ ſint præſcriptæ, quibus vnicornu inter cętera animantium cornua dignoſci queat. Cui reſponſum eſſe volo, fallaces omnino eſſe iſtiuſmodi notas, quandoquidem in paucis conuolutiones illæ conſpiciuntur, & ſi quæ eas habent, artificiales eſſe ſuſpicari licet. Adhæc tribuuntur ab Aeliano monoceroti, non autē equo & aſino, ad quas, non ad monocerotem vires eas miraculoſas refert. Durities quoq; multis alijs cornibus cōmunis eſt; itē & pondus ipſum. Experimentum autem quod fit per binas columbas venenatas, prorſus puerile
D eſt: etſi enim illa cui vnicornu præbetur, tardiùs moriatur, in viuis tamen ſeruari non poteſt, & arſenicum ſiue auripigmentum per quod fit experimentum, non eſt ſimpliciter loquendo venenum, ſed medicamentum erodens, corroſiuum barbari dicunt, cui nullum reſiſtit antidotū, ſed medicamenta potius emplaſtica & pinguia. Verum autem & genuinum experimentum quod fit per viperam, quæ ſua natura venenum morſu infligit & occidit, fucum fraudemq; non ſemel detegit: & licet columba, cui poſt oblatum arſenicum datum eſt vnicornu, tardiùs moriatur ea cui nihil oblatū eſt, id fit ratione aſtrictionis & exiccationis, quę non ſinunt arſenicum tam citò reſolui, vt fit in altera: Idem enim præſtant & cornu ceruinū & bolus Armenus, ſimiliaq; ſimiliter exiccantia & aſtringentia, vt non ſemel ſum expertus. Color buxeus in nullo vnicornu cùm ab antiquis tum à recentioribus deſcribitur, imo verò legitimorum alterum tribus coloribus variat, alterius color ignoratur. Rectitudo etiam communis eſt cum alijs vnicornibus. Ebullitio illa fucus eſt agyrtarum atq; circumforaneorum: nam & oſſa omnia exuſta, & flaccida, multaque alia ſua natura arida, vt terra ſigillata, bolus Armenus, calx & mille alia ſimiliter bullas excitant. Quæ cùm ita ſint, videor mihi poſſe affirmare, non haberi, nec poſſe haberi certam notitiā tam cornu iſtius, quàm animantis, cuius

Monoceros Romæ nunquam viſus.

Vnicornua Anglica qualia.

An vnicornu cognoſci queat.

Arſenicum quale venenum.

Vires vnicornu aſcriptas fabuloſas eſſe. id eſſe dicitur; nec etiam dubito, quin & notas illas quas hactenus recenſuimus, ei affinxerint. E Cæterùm concedamus vulgo notiſſimum eſſe vnicornu, faciliimè tamen & manifeſtiſſimis rationibus refellere poterimus omne id quod hucuſque dictum ſcriptumue de eo eſt, & quod ignarum vulgus iactat, nugas aniles ſapere, cùm ne famæ eius extet manifeſta origo: quæ verò hiſtorici prodiderunt, adeo etiam a vero aliena, vt vel ipſos etiam pudeat affirmare: aiunt enim ſic vulgò dici, ita percrebuiſſe famam: imò verò qui inter illos rectiùs ſapiunt, vulgi eam opinionem ludibrio habere videntur. Aelianus ſcribens de equo illo vnicorni ait: *Terram Indiam equos & aſinos vno cornu præditos procreare ferunt. Horum è cornibus pocula conficiuntur, in qua venenum mortiferum coniectum ſi quis biberit, nihil graue perpetietur, quòd cornu vtriuſq. horum vi veneno aduerſa polleat.* Sed de aſino etiam eodem alias ait, *Indos potentiores, cùm tanquam armillis quibuſdam brachia, ſic cornua auro certis ſpatijs ornarunt, ex his bibere ſolere. Ex hoc cornu bibentem ab inſanabilibus morbis tutum fieri, neque eum ipſum conuulſionibus corripi, neq. ſacro morbo tentari, neq. venenis vllis ferri, quin etiam ſi quid peſtilens prius biberit, eum id euomere, eumq. ad ſanitatem redire.* Loquitur vt vides Aelianus alieno ore, ore inquam gentium exoticarum, nihilque de ſuo addit: & cùm de forma agit ipſius feræ, clariſſimè oſtendit, eam ſibi prorſus eſſe incognitam; inquit enim *ita ab alijs ſe intellexiſſe:* nihilominus bonus iſte vir inter cæteros qui ſuper hac re ſcripſere, maiorem fidem mereri videtur. F Philoſtratus quidem maius adhuc miraculum de hoc cornu recitat in vita Apollonij, ſed quam parum fidei adhibeat, oſtendit, inquiens: *Aſinos ſylueſtres in vicinis Hyphaſidis fluuij paludibus multos capi dicunt: eſſe autem huiuſmodi feris in fronte cornu, quo taurorum more generosè pugnant, &c. Indos ex illis cornibus pocula conficere, aſſeruntq. nullis morbis illo die affici, qui ex huiuſmodi poculo potarint, neq. ſi vulnerati fuerint, dolere, & per ignem etiam incolumes tranſire, neque vllis venenis lædi, quæcunque nocendi gratia in potu dantur: idcirco regum eſſe eadem pocula, nec alij quàm regi eiuſmodi feræ venationem permitti: Apollonium itaq. feram aſpexiſſe, eiuſq. naturam cum admiratione conſideraſſe ferunt: interroganti autem Damidi, an ſermoni qui de poculo tam dicto ferebatur, fidem adhiberet; adhibeo (ait) ſi huius regionis immortalem regem eſſe intellexero, & quæ ſequuntur.* Ridet itaque prudentiſſimus ille philoſophus falſum illum vulgi errorem, quod aliorum verbis ac ſpecioſis ſæpe etiam mendacijs fidem adhibet priuſquam rerum cernat euentum, aut cauſam perſpectam ſibi habeat. Hæc itaque ſunt, quæ ab antiquis de vnicornu tradita ſunt memoriæ, ſed tam à vero aliena, vt refelli non egeant. Sæpenumerò ſerio ſeduloque mecum perpendi, num vlla ratione cornu iſtud, ſi fortè daretur in rerum natura, ea quæ de eo referuntur, præſtare poſſet, cæterùm ſi me Deus amet, nullam hucuſque inuenire potui, ideoque omnino aſſeuero, nec facultatibus ea poſſe præſtari manifeſtis, nec etiam proprietatibus occultis abſque caloris naturalis opera, qui neque calfacit, neq; concoquit, niſi prius, quod concoquendum eſt, amplectatur, ac aliquantiſper remoretur, quod profectè labris tantùm admotum præſtare non poterit, propter temporis paucitatem quo poculum ei admouetur; & venenum ſimiliter poculi aduerſam qualitatem imbibere nequit, niſi & calor idem interueniat: quod cùm Arabes aduerterent, decreuerunt, vt cornu ipſum vel in cibo vel in potu propinaretur, vt domitum a calore noſtro vim ſuam egerat more aliorum medicamentorum. Quod ſi verò obtruſerint mihi pæoniæ vſum, quæ à collo ſuſpenſa morbum ſacrum curat, etiamſi à colore vis eius non eliciatur, eodemque modo & vnicornu vires illas ſuas exercere poſſe, iam dicam me verè victum, dummodo concedant, vni tantùm id veneno remedio eſſe, non autem omni, vt paſſim blaterant. Qui enim id admittemus, cùm ſit notiſſima omnibus diuerſa multorum venenorum contrariaque natura & forma? Extant paſſim diuerſa remedia aduerſus varia venena, quæ nos manifeſtis interimunt qualitatibus, nec deſunt alia aduerſus ea venena, quæ occulta lædunt proprietate: differunt enim inuicem venena diuerſitate naturæ: nunquam autem admittet philoſophus ab vno eodemque ſubiecto contrarios edi effectus, verbi cauſa, repugnare cicutæ & ſcamoneæ, quod etſi impoſſibile ſit, faciliùs tamen tolerari queat, quam quæ de vnicornu nugantur. Quid verò etiam dicemus de vomitu accepti iam veneni è qua vi id cogeret euomi? falſum item quod ſequitur, quod bibendo ex hoc cyatho bibens ab omni incurabili affectu reddatur immunis. Hoc enim ſi verum eſſet, reges illi, qui eo vtebantur, etiamnum eſſent ſuperſtites, vt appoſitè arguteque Damidi reſpondebat Apollonius. Porro quod dixi de venenis, idem dico de corporis affectibus, nam & hi variant, inuicemque contrarij ſunt. Conuulſio fit nonnunquam à repletione, nonnunquam contra ab inanitione: cui quæſo earum opitulabitur vnicornu? vtrique nemo dixerit; contraria enim vtriuſque cauſa eſt: anne vni ſoli? cui obſecro? Iam & illud quod aiunt incolumes ire per ignem qui ex iſtiuſmodi poculo biberint, adeo omni caret fide, vt refutatione nō egeat: & omni denique vanitate vanius eſt dicere, vulnerari poſſe aliquem, qui nullo afficiatur dolore, quia ex eo poculo potauit. Quibus veterum ſuperſtitionibus ſic breuiter refutatis, accedo ad neotericos. Hi autem tot tantaque promittere non fuere auſi: verebantur. n. ne ad tribunal experientiæ dies

Marginal notes: *Coloris naturalis opera.* *Pæoniæ vis.* *Medicamenta ſingularia omnibus venenis non prodeſſe.* G H *Conuulſio vnde.*

A tiæ dies ipsis diceretur: commenti tamen etiam nonnulla sunt, vt potentiorum sibi captarent auram, & cornu simul etiam authoritatem eandem conciliarent, sed & horum fraudem fraude, fucum fuco detegam. Aiunt illato vel quocumque veneno sudorem vnicornu edere, vel aquæ immissum bullas excitare. Vtramque autem hanc positionem falsam esse, experientia redarguit, multisque insuper rationibus refutare possumus. Fit enim sudor à facultate vegetatiua, quæ vel operatur, vt seipsam exoneret, vel cùm à facultate sensitiua stimulatur: priori modo sudamus in fine febrium, altero cùm insigni aliquo dolore torquemur: neutro autem modo vnicornu sudorem potest emittere: vtraque enim facultate illa caret: falsum igitur, quod de sudore iactitant. Nec mouere nos debet, quod nonnulla animalia venenum præsentiunt ac præcognoscunt, manifestentque, vt Perdix, aquilæ, pauo, psittacus, alia. Etenim actio hæc (dummodo quod supponimus, verum est: ego enim id non obseruaui,) corporis est vitam habentis, cuius anima fortassis occultam aliquam habuerit cum nostra natura sympathiam, quæ moueatur, vt nobis opituletur, quod de vnicornu dici non potest, quod iam ab ipso cuius erat, animante separatum, vita animaque caret: & si mihi obiecerint, marmora, aliaque læuia cornua, imo & ferrum nonnunquam sudare: dicam id non esse sudorem, nec originem habere ab interna corporum eorum natura sed à vaporibus calidis & humidis, qui in corporibus densis & læuibus condensantur, & in guttas conuertuntur: sed & hoc argumento, suo se veluti gladio necant, fucumque detegunt: nam nisi calidis cibarijs cornu affigentes, sudorem eliciunt; sin inde auferatur, neutiquam id amplius præstare possunt. Cur modò in aqua bullas excitet, antea ostendi, atque ita vtramque fraudem detegi. Deinceps itaq; sermo erit de medicis, qui hoc cornu ad grauissimos periculosissimosq; morbos tãquam arcanum quoddam metaphysicum vsurpant, affirmantque in potu exhibitum ab omni veneno liberare, à febre item pestilenti, à morsu canis rabidi, ab ictu scorpionum, aliorumque animantium venenatorum, necnon à morbo comitiali, à fluxu ventris & lumbricis: cæterùm quod fluxus cohibeat, vermes eijciat, febribus pestilentibus prosit, id quidem cum cornu ceruino commune habere, reliquas autem enumeratas facultates vnicornu esse proprias inquiunt. Haud verè modo ascribi istiusmodi vires, hoc solo arguam argumento, quod nullus detur idoneus & fide dignus author, qui vel expertus eas fuerit, vel expertum se esse scripserit. Sola itaque illa, quæ semper fuit æstimatio, persuasit ignaris non solùm aduersus prædictos affectus, sed & cæteros omnes remedio esse posse, posseque hominem reuocare ab Orco. Fieri autem potest quoddam vnicornu curare morsum canis rabidi, quod & cancrum fluuiatilem præstare aiunt, etsi & huius quoque rei incerta sint testimonia: cùm verò cornuum, quæ vulgo vnicornia nominantur, tanta sit varietas, quis diuinauerit, quale ex ijs sit vel morsus canis rabidi, vel ictus scorpionis antidotum? Quis itidem certos non reddet; experimentum ita factum, vt oportuit? Omnibus autem venenis non posse vnicornu aduersari, ex eorum varietate, iam ostendimus. Deteguntur adhæc mendacia, ex tam enormibus promissis. Morbo comitiali aliquando adiumento fuisse non negauerim, cùm videlicet à lumbricis oritur, vt in puerulis non semel contingit: aliàs frustrà eo multoties vsus sum. Quod verò prosit pestilentiæ, fluxionibus, & lumbricis, id quidem nullam habet admirationem, cùm & alia cornua idem præstent, vti in ceruino quotidiè experimur: resistunt enim putredini, frigida scilicet & sicca: putredo verò generat vermes, & pestilentiam: eademque qualitate fluxus sistunt, vlceraque intestinorum sanant sicuti multorum præclarissimorum virorum experimento constat. Vnicornu itaque non tam admirandis præditum est facultatibus, vt vulgus sibi persuadet. Atqui dixerit quispiam, antiquissimam esse eam famam, atque adeo fulcro nixam solidissimo, vt ad nostrã vsque tempora perdurauerit: nec defuerint fortassis etiam, qui dicent, haud temerè ex vnicornu pocula sibi reges illos factitasse. Quibus omnibus diuersimodè possim respondere, sed hoc duntaxat respondisse suffecerit, ex tantilla etiam causa summam & diutissimam alicui rei posse conciliari famam, cùm à principio causa ipsius vanitatis à magnæ aliquo authoritatis viro non detegitur: fuisse autem vanitatem indicabat Apollonius, cùm Damidi responderet, etsi vulgus mendacijs potius, nescio cuius quàm veritati, tantique philosophi authoritati fidem adhibere malit. Vnde enim ea fama orta sit, hactenus non constat; conijci tamen potest inde ortam esse, quod cùm nasutus quispiam videret regum pocula ex eo esse facta, sibi persuaderet, & mox cum alijs sententiam suam communicaret, præcauendi sibi à veneno causa ex ijs bibere, cui nimirum expositi sunt principes, maximè qui tyrannidem exercent: fierique potest, principibus gratissimum fuisse, vt vulgus ea crederet, quoniam hoc modo spem omnem venenandi eripiebant, id quod hodieque principes etiam facere solent. Videas enim in eorum mensis istiusmodi cornua, vel etiam linguam serpentinam vulgo dictam, finguntque, vel partim etiam sibi persuadent, si inferretur aliquod venenum, sudore suo illud proditurum, etsi tamen id nunquam sint experti. Iamque euanuisset rumor iste, nisi ab Aeliano & Philostrato foueretur, cùm tamen & ipsi vulgi narrent fabulas. Mirum autem esse non debebat, quod ex eo sibi pocula fabricarent reges, eximij enim

Recentiorũ de vnicornu figmente.

Sudor vnde fiat.

Vnicornu non sudare illato veneno

B

Cur bullas in aqua excitet.

Vires veræ & fictitiæ.

C

Fama vnde sæpe oriatur.

D

Cur ex vnicornu pocula à regibus facta. enim ſplendoris erat, vt Solinus teſtatur, & rarò admodum ipſa fera capiebatur, adeò vt ſolis regibus venatio relinqueretur: ſolentque ſimiliter noſtri temporis venatores, ſi feram aliquam, quæ rarius capi ſolet, ceperint, vel voluptatis, vel oſtentationis cauſa partem aliquam ſibi reſeruare: videaſque nonnullos domi ſuæ oſtendere pedes vrſorum, nonnullos dentes, alios aprorum roſtra. In mentem etiam mihi venit, me aliquando legiſſe, incolas inſularum Occidentalium, quæ noſtro æuo detectæ ſunt, pocula ſibi conficere ex cranio humano. Tranſalpini verò populi galeas ſuas ferarum, quas ceperunt, exornant exuuijs, more antiquorum illorum heroum qui ad *Ex quo cornu pocula fierent.* Troiam bellarunt. Mirum igitur minimè eſt, ſi ex tam inſolentis feræ cornu pocula ſibi reges illi conficerent. Ego verò miror ſummoperè, quomodo ex tam exili cornu, quale deſcribitur & oſtenditur nunc vulgò pro cornu aſini vel equi Indici, ea confici poſſent, ideoque non ſemel dubitaui, num fierent ex cornu rhinocerotis, quod nimirum ad ea paranda non inidoneum eſt, vel forſan alterius feræ nobis hucuſque incognitæ. Ex hiſce itaque omnibus quæ hactenus dicta ſunt, liquidò conſtat, vſum vnicornu, abuſum eſſe, manifeſtumque dolum, cum nullum habeamus ſcriptorem claſſicum, idoneumque ac fide dignum, qui feram ipſam viderit, cumque & inter eos, qui ſe ex vulgi opinione de ea ſcribere non diffitentur, non bene conueniat; cùm denique incertæ ſint ipſæ per quas dignoſcas, notæ, ſi fortè fortuna ipſa iam ad nos perferretur fera. Quod ſi verò iam concedamus, vulgo notiſſimam eſſe, notiſſimumque ipſum cornu, nihilominus vana adhuc erunt, quæ de eo iactitantur miracula cùm ab antiquis, tum à modernis: nec plus poterit, quàm ceruinum. Relinquatur ergo poſthac agyrtis ac circulatoribus pretioſiſſima hęc ſe dijs placet, gemma, reſtituaturque tutiora cum aduerſus venena, tum aduerſus corporis affectus remedia, quorum paſſim plena ſunt claſſicorum authorum volumina. Hæc itaque omnia Marinus: à quo non diſſentit Ambro- *Ambroſij Paræi opinio Li. 20. c. 39.* ſius Pareus Regis primarius & Pariſienſis Chirurgus in libro quem edidit de venenis, qui operis ſui eſt vigeſimus. Permulti (inquit) hodie ſunt, qui egregiè ſe aduerſum venena, veneficiaque omnia putant munitos, ſi cornu monocerotis puluiſculum, vel certè infuſum paratum & ad manum habeant. Itaque me operæ pretium facturum putaui, ſi quantum veritatis inueterata hæc, & penitus animis hominum inſidens opinio haberet, examinarem diligentius. Id quò fiat melius, tres mihi ſcopos ipſe proponam, in quos omnes rationes conferam. Primus erit de ſignificatione vocabuli vnicornis: Secundus, an aliquid ſit huic nomini ſubiectum, quod reuera exiſtat, an potius imaginarium ſit, & tanquam Chymera aut Tragelaphus. Tertius, ſi id quod animalis huiuſmodi dicitur eſſe cornu, aliquid virium aut facultatis habeat contra venena. Quod ad primum attinet, de dictione vnicornis obſcuritas paulò maior eſt, quid ſignificet apud Gallos quam apud *Quid ſignificetur nomine vnicornis.* Latinos aut Græcos. Receſſit enim Gallica dictio longiùs a voce & ſignificato: at apud Latinos quod dictione vnicornis, animal ſignificetur vnico cornu inſtructum, tam clarum & perſpicuum eſt, quam vulgò notum idem illud portendi apud Græcos, dictione monoceros. Quod verò ad *Quod vnicornu qualis dicitur fera non exiſtat.* ſecundum ſcopum ſpectat, arbitror id animal quod vnicornis dicitur & vulgò intelligitur, imaginarium potius quid eſſe, quam in rerum natura exiſtens. In quam ſententiam his coniecturis potiſſimùm ducor: quòd ex his qui terrarum orbem peragrarunt, nullus hodie ſit, qui profiteatur, viſum ſibi eiuſmodi animal. Profectò Romani domito orbe, omnia quæ rara adeoque pulchra eſſent inquiſitores diligentiſſimi, ſi vſpiam aliquo orbis in angulo talis latuiſſet fera, eius ſibi copiam feciſſent, & nummis ſuis aut armis inſculpſiſſent: quemadmodum crocodilos, elephantes, aquilas, pantheras, leones, tigres, & alia his regionibus ignota animantia inſculpſerunt. Quod ad eos qui de vnicornu ſiue audita ſeu tradita, ſeu animo ad voluptatem & arbitrium concepta ſcripſerunt, vix duos reperias qui ſibi conſentiant, ſeu in corporis, ſeu in morum & conditionum eius deſcriptione. Plinius ſcribit vnicornes reliquo corpore equo ſimiles eſſe, id eſt, vt interpre- *Lib. 8. 21.* tatur Cardanus, equina magnitudine, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, vno cornu *Munſteri de vnicornibus opinio.* nigro media fronte, cubitorum duûm. Munſterus qui (vt ludit Matthiolus) vnicornes nunquam niſi pictas viderat, has contra non equina magnitudine eſſe prædicat, ſed trimeſtris hinnuli, non pedibus elephantinis, ſed fiſſis caprinorum in modum, cornu non duûm modo, & trium ſæpe cubitorum altitudinis, colore muſtelino, ceruice non admodum procera nec valdè crinita, rarioribus nempe & breuioribus pilis inſtructa, ex altero tantùm latere pendentibus, cruribus macilentis & tenuibus, naribus quidem arduis, ſed valde piloſis. Cardanus ab vtroque diſſentiens ſcribit cornu illi in media fronte tres tantùm digitos longum prominere. Andreas Theuetus meminit *To. 1. lib. 5. c. 5. Coſm.* vnicornis, viſi nobili cuidam Turcæ Sangeaco, quæ magnitudine ſemeſtrem aut quinquemeſtrem taurum æquaret, vnico verò cornu, non in media fronte, ſed in ſummo capitis vertice geſtaret, at cruribus & pedibus aſininis eſſet, pilo tamen longiore, & auribus rangifero animali ſuppolaribus noto haud abſimilibus: Tanta eſt de huius feræ effigie varietas. Sed non minor de moribus & ingenio. Plinius enim aſperrimam eſſe feram monocerotem, mugituque graui ſcribit, itaque viuam nunquam capi. Aſperitatis eius rationem reddit Cardanus, quòd ſcilicet indigena ſit &

A incola desertorum Aethiopiæ regionis, squallidæ, fœdæ, buffonibusque & virulentis huiusmodi feris obsitæ. Alij contrà ingenio illam mitissimo, omninoque amabili, & omnium facillimo prædicant, modò ne quis ipsam data opera offendat & inclementiùs tractet. Nam cum ex terra capite demisso pastum non petat, quia cornu inde arcetur longitudine, necesse est, vt ex arboribus pendentes fructus decerpat, ex rastris, è manu deniq; humana, è qua profectò fructuum oblata omnia genera, herbas, spicarum fasciculos, poma, pyra, arantia, legumina intrepidè & innoxiè legit. Eo verò vsque res processit, vt fingant eam virginum amore capi, ipsarum pulchritudine delinita, adeò vt in earum contemplatione defixa, & blandimentis allecta, hoc sæpe compendio à venatoribus capiatur. In hac sententia est Ludouicus Vartomanus, negans feroces esse vnicornes: duas enim ait vidisse se ex Aethiopia missas ad Sultanum, qui eas in Mecha fælicis Arabiæ vrbe, Mahumetis sepulchro nobili, cratibus conclusas continebat & alebat. Theuetus eousque peregrinando iactat, diligentissimè ab incolis perquisiuisse, quid sentirent de eiusmodi fera, nunquam tamen de ea rescire quicquam potuisse. Ex quo videre facile est haud visas fuisse nostris, nec Vartomani temporibus eiusmodi feras. Opinionum profectò tam dissentientium tanta contrarietas facilè adducit me, vt credam vnicornis haud esse proprium animalis existentis in rerum natura nomen, remque planè commentitiam esse à pictoribus & rerum naturalium scriptoribus ad legentium aut spectantium voluptatem pro arbitrio effictam. Vt enim via recta vna est, flexus verò multi: sic veritatis vna est, sibi perpetuò similis & simplex oratio, mendacij multiplex, & quæ se opinionum repugnantia & dissimilitudine, omnibus etiam tacentibus, facilè refellat. Quid igitur, dicet aliquis, cuiusmodi animantium sunt cornua, quæ toto genere à reliquis differre cernimus, si vnicornium non sunt? Theuetus censet ea nihil esse aliud, quàm elephantorum ossa, eò quòd cernimus artificio circinata & donata: sic enim in Orientalibus regionibus ardeliones isti & circumforanei homines, rohardi piscis mari rubro & Aethiopico noti dentes, circumagunt, excauant, sequacesq; arte redditos arbitria voluntate producunt, & pro cornu vnicornis exponunt, venduntq; Certè id quod dicitur cornu vnicornis vstum, similem ebori odorem spirat. Asserit verò Cardanus elephantis dentes seu ossa arte mollia reddita, quò & quantũ voluerimus sequi & extendi bubulorũ cornuũ instar. Quid enim est in omni rerũ natura, quod nõ auri sacra fames in huius aut illius effigiẽ simulata expressaque imagine adulteret? Sed tempus est, vt ad tertium scopum veniamus. Demus vnicornes esse, an propterea efficitur eorum cornua tantę aduersum venena & veneficia esse efficaciæ? Si experientia & rerum euentis agendum est, sanctè hoc affirmare possum, pluries me tentasse, nunquam tamen quicquã ex cornu isto quod pro vnicornis cornu iactatur, aduersum venena fęliciter ægris mihi cõmissis successisse. Si testibus & authoritatibus pugnandum, magna pars melioris notæ medicorum iampridem hoc cornu valere iussit, & diuinas illi, admirandasq; vires propter quas antea tantoperè expetebatur, detraxit, multis quidem iustis, sed duabus potissimùm rationibus. Prima est Rondoletij, qui hoc in genere astruit, cornua nullo neque sapore neq; odore esse prædita: itaque nihil virium in medicina possidere, nisi fortè ad desiccandum. Nec me latet (inquit) plures facultates illarum prædicari ab ijs qui lucrum quæstumque de eis faciunt, vt & rasuræ vnicornis quam auro pendunt, propterea quòd veneno & vermibus vt plurimum aduersetur: quod non minus præstare cornu cerui, rasuramque eboris existimo: quod causæ est quod ad eundem morbum pauperibus elephanti dentem, diuitibus autem cornu vnicornis, quod vnum præ cæteris expetunt, pari successu præscribam. Hæc Rondoletij sententia est, qui sine discrimine pro vnicornis cornu solebat substituere non modò cornu cerui aut dentem elephantis, sed etiam ossa equina, canina, & myrabolanorum. Altera ratio est, quòd quicquid venenis resistit, est cardiacum, id est, cordi, quod venena præsertim appetunt & oppugnant, roborando natum: at nihil D roborandi cordis vim habet, nisi propter laudabilem sanguinem & aërem, quia duo illa solùm cordi sunt familiaria, vtpote sanguinis arteriosi & spirituum vitalium officinæ. Conseruantur enim omnia similibus, vt destruuntur à contrarijs: singula verò quæ gignunt, gignunt sibi simile: At cornu vnicornis, vt nullum odorem, sic nec vllum in se aërem continet, totum terrestre & aridum. Nec verò facultatis concoquentis vi in sanguinem verti potest, quia vt exuccum, sic & excarne est. Quare vt nec in chylum, sic nec in chymum sanguinemue facessere aptum est. Nulla igitur similitudine aut familiaritate cordi iungitur. Iam verò apud Hippocratem & Galenum de cornu vnicornis ne verbum quidem vnum, qui tamen tot sententijs cornu ceruinum commendarunt. Itaque Capellanus primarius Caroli noni regis medicus, crebrò dicere solebat, se perlubenter eum morem sublaturum, de cornu vnicornis frusto in pateram regiam demergendo, ni nosset eam opinionem tam altè in hominum animis infixam esse, vt vereretur, ne non ratione expugnari posset. Adde quod (dicebat) si superstitiosum huiusmodi remedium non prodest, certè nec admodum obest: nisi fortè eorum fortunis qui id auro redimunt, vel etiam ex euentu, quòd principes dum decantatis huius cornu viribus plus æquo confidunt, negligunt sibi alijs conuenientioribus aduer-

Vnicornis vt pabulum petat.

Vartomani de vnicornium ingenio sententia.

B

Cuiusmodi sint vnicornium quæ iactantur cornua.

Lucri efficacia.

C

Lib. de ponderib. c. 19.

Cornua ossaque nullas nisi desiccãdi vires habent.

Vnicornu non esse cardiacum.

Superstitiosum remediũ

sum

ſum venena remedijs cauere, Ita ſæpe incautos mors inopina rapit. Cùm aliquando ex Ludouico Dureto Regis Medico, & Profeſſore, propter excellentem, quam iure de eius doctrina docti omnes animo conceptam habent opinionem, quæſiuiſſem quid de eiuſmodi cornu ſentiret: reſpondit ille, nihil ſe ei virium attribuere. In cuius rei confirmationem rationem multis ante verbis expoſitam, pluribus ille & diſertiùs enarrauit: nec vereri ſe in auditorio ſuo, doctorum hominum vndique ad ipſum audiendum concurrentium theatro, id alta voce & explanata oratione prædicare. Quod ſi quando temporum & conſuetudinis vitio victus id cornu præſcriberet, non alio ſe id conſilio facere, quàm vt mederetur animi deliquijs, quæ contingunt ex ſeroſorum humorum in ventriculi orificio natantium copia, quæ incompoſitos homines facit, quod huic cum alijs pari facultate præditis mixto, vis inſit terreſtri ſua ſiccitate aquoſū humorē abſorbendi. At dicet aliquis, nullus neque Lemniæ, neque Armenæ terræ ſuccus ineſt, nullus item odor, aut ſpiritus aërius? certè quidem. Sed nec alia verè, ac propriè cardiaca dicuntur: at tantum ex euentu & accidente, quà ſcilicet aſtringendi vi qua pollent, obſeratis vaſorum ductibus, veneno ad cor aditum intercludunt. Hæc mea eſt de cornu vnicornis ſententia, quam ſi quis non probauerit, mihi gratiſſimum fecerit, ſi ſuam publicæ vtilitatis gratiæ candidè oppoſuerit, interim hoc quod nunc facio æqui bonique conſuluerit. Hactenus Parçus, Nunc Pet. Bellonij Cenomani opinionem audiamus. Hic itaque in ſingularibus ſuis obſeruationibus, cùm dixiſſet breuiter de Cretenſi ariete ſtrepticerote, capta occaſione de vnicornu diſceptationem inſtituit, quod nunc (inquit) in tanta æſtimatione & pretio eſſe conſpicimus, vt valdè mirandum ſit, præſertim cùm apud veteres in vſu medico nullius fuerit authoritatis: nam ſi quam habuiſſet, authores procul dubio eam non reticuiſſent, Ariſtoteles inter ea animalia quæ biſulcam vngulam habent, cuiuſdam meminit, quod oryx nominatur & vnicorne eſt: at facultatum cornu non meminit. Columellæ etiam fuit oryx cognita, quando ſcribit cum reliquis animalibus muro & viuarijs includi ſolere. Quod ſi Romani res exoticas plurimum æſtimantes, tam inſignes vnicornu (quales nunc illi tribuuntur) facultates intellexiſſent, haud quaquam eas ſilentio preſſiſſent. Non negamus quin vnicornu rarum & pretioſum æſtimarint, ſed non vt in medicamenta reciperetur, vt nunc fit. Eam ob cauſam vt ingenuè quod de eo nobis videtur, dicamus, comperimus vnicornu quod veteribus cognitum fuit, nigrum eſſe debere: id tamen quod apud nos in vſu eſt, candidum eſt. Quiſnam obſecro è veteribus cùm Græcis, tum Latinis fidem facit, rei incognitæ portiunculam, quam tamen plerumque ſcimus eſſe dentis piſcis quem Galli Rohart, Septentrionalis maris accolæ Morſs appellant, trecentis ducatis æſtimari debere? Etenim data nobis ſunt fragmenta inſpicienda, an agnoſceremus, quæ pro vnicornu trecentis ducatis empta fuerant, cum tamen orbiculi eſſent è dente piſcis rohart. (Hoc & ex Paræo diximus,) Vnus Aelianus author eſt vnicornu medicum vſum præſtare: attamen illud nigrum facit; cùm verò noſtrum alterius coloris ſit, dicemus ab eo quod veteres deſcripſerunt, diuerſum eſſe: præſertim cùm ipſe Aelianus ſcribat aſinum Indicum, cornu in fronte gerere, cuius inferior pars alba ſit, ſuperior phœnicea, media verò planè nigra. Plinius Ariſtotelis verba expreſſit: *Vnicorne* (inquit) *aſinus tantùm Indicus ſolida vngula*: deinde paulò pòſt: *vnicorne biſulcum oryx*. Ex quibus verbis colligitur, duo eſſe animalium genera vnicornia, quorum alterum eſt aſinus Indicus ſolida vngula, alterum oryx biſulca: Cæterùm aſinos feros, qui Latinis (imo Græcis) onagri dicuntur, cornu carere: Neceſſario itaq; conſequitur, monocerata alicuius alterius eſſe animalis, cuius deſcriptionem non habemus. Sed cùm varijs locis vnicornua conſpiciantur, negari nequit, quin reperiantur: Etenim in noſtra Europa viginti integra inueniri queant, & totidem non integra, ſed confracta. Duo integra oſtenduntur in Diui Marci theſauro apud Venetos, ſeſquicubitalis vtraque longitudinis, craſſiora inferiore parte, quàm ſuperiore, craſſiore tamen parte tres pollices coniunctos non excedente, quæ notæ ſatis reſpondent ijs quas veteres aſini Indici cornu tribuunt; attamen reliquæ notæ non conueniunt. Scimus etiam ea quæ Angliæ rex habet, ſtriata & in gyrum caniculata eſſe, quemadmodum & illud, quod apud D. Dioniſij phanum eſt, quod omnium maximum exiſtimamus inter ea quæ hactenus conſpecta fuerunt. Maius præconium meretur, quàm aliud quoduis cornu, quod in animali procreatum viderimus. Naturale etenim eſt, haud artificiale, in quo omnes notæ, quæ alterius animalis cornu conueniūt, reperiuntur, & quoniam concauum eſt, exiſtimandum eſt non eſſe deciduum, vt nec caſellarum Chamoix, boue eſtain cornua, contrà quàm damis, ceruis, & hinnulis quibus decidunt. Nullus eſt proceræ quantumuis ſtaturæ, qui vix ad illius ſummitatem pertingere queat: ſeptem enim magnos pedes longum eſt. Decem & tres dumtaxat libras & vncias quatuor pendet: ſi quis tamen ſubleuet, plus quàm decem & octo libras pendere exiſtimet. Eius figura recta eſt inſtar cerei, inferiore parte craſſa, deinde paulatim vſque ad mucronem graciliſcens: eius etiam craſſitiem manus complecti nequit, cùm quinque digitos in diametro habeat: atque ſi quis funiculo craſſitiem metiatur, palmum & tres digitos inueniet. Inæquale nonnihil eſt ea parte quæ capiti inhæſit, tota deinde reliqua

Ludouici Dureti opinio.

Quibus cordis paßionibus cornu vnicornis vtile.

Bellonij opinio. Lib. 1. c. 19.

Oryx antiquis cognitum animal.

Vnicornu noſtrum dens eſt rohart piſcis.

Duo tantum animalia vnicornia.

Vnicornu dari.

Vnicornu non eſſe deciduum.

Vnicornu Pariſienſis deſcriptio.

E F G H

liqua

A liqua parte læui & polita: Leuibus canaliculis striata est cochleæ in morem ab infima parte ad extremum mucronem, à dextera ad sinistram, omnibus strijs in gyrum vergentibus, quemadmodum in limacum testis, aut fuste quem periclymenum ambierit. Eius color non omnino albus est; nam temporis iniuria fuscum nonnihil redditum est. Integro pede cauum est, aut eo amplius infima parte qua ossi quod capiti firmiter adhæsit, insertum fuit. Hinc iudicare licet, minimè deciduum esse. Cùm porrò tantum onus animalis capiti incumbat, animal quod illud gestat, ingentis corporis, boue non minus esse conijciendum est. Gabriel Frascatus etiam in libris de aquis Returbij verum vnicornu alicubi esse se non negare ait, sed quod vbique venit, id non esse, certum se esse, cùm nec mercatores alicunde illud deferant, nec apud nos nascatur, nec historiographi neoterici Indiarum, Africæ aut noui orbis hoc animal describant, aut compertum fuisse referant: cùm alioqui quotannis Insubria (inquit) sola libras consumat & vbique prostet: Vnde igitur? (Gesnerus quoque nunc apud pharmacopolas suos exigua tantùm fragmenta reperiri scribit, & ex ijs medullam dici, quæ rotundiora, albiora, molliora que sunt: exteriorem verò partem ceu corticem, quæ durior asperiorque laminarum palmam refert, colore russo ex candido. Videri sane sibi, tum colorem istum, tum substantiam nimium si mandas, friabilem, non lentam vt cornuum, adulteratum quippiam indicare, alterius fortassis animantis cornu igne vstum, & odoribus quibusdam adiunctis adscititia quadam aromatica suauitate imbutum, fortassis etiam ignitum in liquoribus odoratis extinctum. Curandum esse vt recens habeatur & odoratum (si modò natiuus odor ille sit) non vel ætate exoletum & frequentibus poculis exhaustum. Diuites enim si ustula (inquit) huius cornu poculis suis sæpe inijciunt, vel præueniendi quosdam morbos vel curandi gratia, quasi verò multis annis quantumcunque in vino macerati vis eadem perdurare possit. Sed quod vinum imbiberit, fuscum colorem trahere, candore amisso. Plerosque ad remedia ex eo promissa cornu simpliciter vti iubere, alios medullam præferre. Nebulones quosdam nescio quam miscellam, quam Venetijs vidit (calcis & saponis vt audiebat, aut fortassis terræ vel lapidis alicuius, quæ itidem ebullire solent) pro cornu monocerotis vendere; ideoque tutius esse, vel de integro cornu, si fieri posset, vel maioribus frustis, & quæ cornu speciem probè referant, emere, quam fragmenta minora, vbi dolum minus deprehendas.) Iam verò Andreas Baccius integro de vnicornu Italicè conscripto volumine, reuera dari hoc animal, veraque esse, quæ de viribus eius dicuntur, asserit. Feci igitur & hoc Latinum, sed nonnullas digressiones, quæ parum mihi ad hoc argumentum pertinere videbantur, rescidi ac præterij, & ipse per parenthesin quædam inserui. Si ad trutinam quod aiunt, examinemus (inquit) quot quantisque difficultatibus obruamur, non tam respectu rerum intelligibilium quàm imbecillitatis intellectus nostri, clarè videbimus verissimam esse quorundam sapientissimorum virorum sententiam, qua de paucissimis rebus exactam veramque haberi scientiam voluit, bonamque eorum quæ noscimus, partem ex opinione potiùs dependere, quàm ex vera certaque & indubitata proficisci scientia. Omnium enim quæ intellectui nostro subiacent, duo sunt extrema, vnumque medium: quorum alterum essentia constat cælesti, quales sunt substantiæ separatæ & immateriales, quarum idea, vt ait Aristoteles, non aliter percipitur ab intellectu nostro, quàm Solis splendor à noctua: alterum substantia constat terrena, quales sunt materia, & certa rerum prima elementa, quæ tamen & ipsa propter essentiæ suæ paucitatem, nullam ferè sui ideam in intellectu nostro efformare possunt, ideoque & ipsa non comprehenduntur, intelliguntur que à nobis. Medium modò extremorum illorum species occupant materiales rerum mixtarum, sensibusque nostris expositarum: quæ etsi alias velut propria sunt scientiæ nostræ obiecta, binas tamen ob causas, exactè à nobis cognosci nequeunt: primò, quia in omni re interiores latent differentiæ, nonnullæque proprietates, ad quas imbecillus noster intellectus penetrare non potest, nisi per coniecturas: secundò, quia cùm omnis nostra scientia originem habeat à sensibus, qui non semel propter insitam imbecillitatem decipiuntur, intellectum quoque nostrum falli sit necesse. Prætereo modò & aliam difficultatem, quæ fortè præcedentibus non est minor, fraudem nimirum quorundam nequam hominum, qui in omni re veritatem adumbrantes, legentium animos confundunt. Cùm igitur tot difficultatibus tantisque obruatur noster intellectus in rebus quæ subiectæ sunt nostris sensibus, qualem dicemus haberi notitiam earum quæ sunt extra illos? verbi causa, quæ nascuntur in regionibus remotis, in locis desertis, aut quæ sua natura raræ sunt, aut quæ nunquam visæ, aut cùm quæ de ijs habemus, habemus ex alijs, ijsque indoctis & barbaris, quique etiam facilè decipere nos potuere, falsaque pro veris obtrudere: id quod in aromatis, multisque euenit animalibus & alijs rebus admirandis, quæ passim dicebantur reperiri in India & apud antipodas, cùm mox tempus ipsum, quo omnis vbique veritas detegitur, maximè nostra hac ætate, qua tot hominum nauigationibus totus penè innotuit terrarum orbis, multas ita fabulosas esse ostenderit, vt sintne reuera in rerum natura, nunc omnino dubitemus: de quibus in lucubrationibus meis de proprietatibus occultis cùm agerem, nonnullas tanquam prorsus fabulosas præterij,

Gabrielis Frascati opinio. Lib. 3.

Fragmenta qualia in officinis.

B

Andreæ Baccij liber de vnicornu, in quo id dari, & vires approbat.

C

Cur multa exactè non assequamur.

D

præterij; quandoquidem nihil refert, nunquid reuera dentur, an non, quales sunt phœnix, salamandra, basiliscus, satyri, centauri, similesque aliæ: nonnullas verò, de quibus etiam dubitabatur nonnihil, quales sunt bona pars aromatum, lapis bezuar, vnicornu, aliæque id generis rariores & pretiosæ, quantum licuit, sedulo cognoscere sategi, & in hac modò Magni Hetruriæ ducis aula, quam verè dixeris florentissimam esse omnium virtutum academiam, nonnulla quæ aliàs animum semper suspensum tenuerunt, in vnicornis historia, vera esse reperi: quapropter non vnam ob causam digna ea mihi visa est diligenti examine ac consideratione, eoque magis cùm & vtilis sit hominibus, & perquàm scitu necessaria, vulgoque insuper grata & principibus, apud quos in summa semper æstimatione fuit, adeò vt vix sit medicus, qui non inter cætera naturæ miracula, eximiaque aduersus venena remedia, vnicornu recenseat, ceu præsentaneum & perfectissimum antidotum: cæterùm id cùm minus sit vulgatum & ferè in principum duntaxat gazis conseruetur, multi lucro inuitati diuersa, & peculiariter quosdam lapides ignaris hominibus pro illo obtruserunt: in quibus cum nullæ quæ de vnicornu prædicantur, facultates obseruarentur, multis & mihi etiam in primis ansam præbuerunt dubitandi, nunquid & vnicornu similiter spem nostram fallerent, qui tam mira hactenus prædicauimus. Quamobrem veram deinceps, nisi fallor, decreui historiam posteris tradere, principibus ea in re, ad quos hæc cura potissimum pertinet, & vulgo etiam gratificaturus, propter communem quam paritura est, & si quæ sunt difficultates, eas hoc ordine declarabo: Quæram primò, an reuera detur vnicornu: in qua quæstione multæ adducentur rationes elegantissimæ cùm negatiuæ, tum affirmatiuæ, & tandem ostendetur, reuera dari: mox indicabitur quale animal sit ipse monoceros siue vnicornis, vbi audietur, quàm diuersarum gentium authores tam antiqui, quàm moderni de eo scripsere, & quale cornu pro genuino sit eligendum: tertiò ac postremò tradam, cur sit, & non quid aduersus venenum proprietatem habeat, & qua ratione queat affirmari vires ei esse miraculo plenas. In omni itaque re dubia atque incerta, de qua disserendum est, primùm quæritur, an sit: quo concesso, iam tuto disputare licet, quid sit, quomodo sit, & cur sit. Ad primam igitur quæstionem quod attinet, vulgus vnicornis nomine feram intelligit exoticam, & in hoc nostro orbe ignotam, vnico in fronte armatam cornu, cuius summa apud principes propter mirificas aduersus venenum facultates est æstimatio: Græci monocerotem, Latini vnicornem dicunt, Itali alicorno & Lioncorno: cæterùm quæ ea fera sit, haud facilè definiri potest: nec desunt, qui prorsus dubitant, nunquid reuera detur, & nunquid potius figmentum sit alicuius, qui animi gratia, vt lucubrationes suas rebus adornaret admirabilibus, ea quæ de illa traduntur, literis mandarit; vel etiam alterius qui lucri auidus rumores eos de viribus ignaro vulgo fraudulenter obtruserit. Quod autem nugis plena sint, rumorque ille planè plebeius, non vna ratione asseri potest. Primò etenim nomenclatura ipsa dubitationem quandã præ se fert: nam cùm ea feram indicari dicant peregrinam & incognitam, quæ nascatur in India, vel vt alij volunt, in Aethiopia vel vt alij, in nouo orbe, aduertendum est, exiguam illam quæ de ea hucusque in tota Europa habita est, notitiam, hominibus rudibus ac planè barbaris, acceptam referendam esse qui tamen & ipsi illud duntaxat dictitant, feram esse, quæ gignitur in deserto, solitariam, & quæ in locis degit asperrimis, ad quæ accessus fiat difficilis, vnde rarissimè compareat: quare & ipsos apparet, vix affirmare, suspectosque nos reddunt, nunquid hoc modo Chimæram aliquam delineare tentauerint: sed & authores, qui primò de ea scripsere, haud magnæ sunt authoritatis: siquidem Ctesias, quantum ex Plinio constat, primò de vnicorni scripsit: (quem manifestè Aristoteles fide indignum esse testatur) & mox ex eo alij, atq; ipse etiam Aristoteles & Plinius: sed & alij quoque qui de hac fera scripsere, non omnino merentur fidem, vt Philostratus inter posteriores Græcos, nugas solitus, & mirabilia animi causa enarrare, & Aelianus etsi præ cæteris accuratius, vtpote priuatim de animalibus tractans, de ea agere videatur, ipse quoque hæsitans & incertus, aliorum tantummodo verbis vtitur, id quod manifestat, dum ait, ita vulgò fertur, ita fama est. Nec aliunde euenit, quod & ipse, alijque qui post ipsum vixerunt, & nostri denique æui scriptores diuersimodè de ea scribant. Cùm enim nihil extaret de ea certi, omnesque ex aliorum qui inter se non conueniunt, narratione scriberent, non potuit fieri, vt inuicem conuenirent, cùm alij alijs, vt dicebam, vsi sint authoribus. Sed & nostræ ætatis scriptoribus, etsi oculatis testibus, fidei parum adhibẽdum esse apparet: nam & inter ipsos non magis benè conuenit, quàm inter antiquos, quorum alij equum esse inquiunt, alij asinum, alij animal non absimile ceruo, alij elephanto: alij speciem esse ab illis diuersam, animalque sui generis. Rursus nonnulli vnicornem solipedem siue vnumguem faciunt instar equi, alij bisulcum instar capræ, alij digitatum, sed elephantis instar indiuisis digitis. Adhæc in describendo cornu dissentiunt: cùm alij nigrum esse dicant, alij superius puniceum, inferius album, medium nigrum: rursus alij læue describunt & politum, alij asperum adinstar ceruini; alij simplex: & vndiquaq; sibi simile, alij striatum versurisque cochleatim dispositis decoratum, ac pulcherrimè quasi elaboratum. Nec eadem quoque ab omnibus longitudo

Marginal notes: *Aulæ Magni ducis laus.* — *Vnde ortum quod vnicornu negetur.* — F — *Prima pars historiæ.* — *Vnicornis qui. Nomina.* — G — *Rationes contra vnicornu.* — *Lib. 8.c.21. Ctesiæ parua authoritas.* — H — *Descriptionis varietas.*

A longitudo & crassitudo ascribitur. Iam verò & eædem ferè differentiæ in ijs obseruantur cornibus, quæ vnicornu nomine in principum thesauris ostenduntur, partimque cum notis ab antiquis attributis conueniunt, parum etiam discrepant, quæ res doctos nostri temporis summopere torsit. Adhæc tam enormes qui de viribus eius iactitantur, rumores, causam augent, cur vulgi potius figmentum esse multi existiment, quàm verum naturæ partum. Non enim (quod ferendum esset) simpliciter conuulsioni mederi dicunt & epilepsiæ,& veneno aduersari, sed omnium venenorum præsentissimum inquiunt esse antidotum: & vt principibus placeant, addunt insuper, haud necesse esse, vt intra corpus assumatur, more theriacæ, & vt alia assolent antidota, sed præsente tantùm ipso cornu venena prodi: importatis enim illis sudorem emittere, vel si aquis immergatur, bullas excitare. Quas tam admirabiles facultates, vt faciliùs persuadeant vulgo, veterum super eis adducunt authoritates; apud quos nimirum legimus, Indiæ reges ex vnicornu sibi confecisse pocula, & cùm ex his solis biberent, ab omni sese deplorato affectu illæsos fore, persuasum habuisse, & quod amplius est, eo quo ex ijs biberent die, nihil sibi aduersi euenere posse, adeò vt nec enses nec ignes nocere sibi posse crederent, similiaque ἄδυνατα alia iactitarent; quæ cùm nullam apud eruditos fidem mereantur, etiam efficere, vt cætera quoque, quæ de hoc B cornu circumferuntur, non paucis similiter fabulosa esse videantur: imo verò haud defuere viri docti, qui non veriti sunt omnia quæ de fera eiusque cornu hucusque tradita sunt, inficiari, & quæ de viribus dicuntur, principibus qui hactenus parui faciunt suos thesauros, nisi & vnicornu possideant, à circumforaneis atque huius farinæ nequam hominibus alijs, fuisse persuasa affirmare. Postremò inter tot peregrinas feras, quas ex tam diuersis insulis, ex omni penè continentis angulo, latere, meditullio Romani proceres ad ludicrorum spectaculorumque suorum ornamenta Romam deferri curauerunt, numquam visus est vnicornis. In dedicatione amphiteatri Diocletiani (Domitiani) istiusmodi exoticarum ferarum numerus fuit plurimus, maior tamen tempore Gordiani, qui videlicet de Persis triumphaturus, ludosque celebraturus seculares, quos mox celebrauit Philippus, adduci curauerat elephantes, alces, Leones, Leopardos, hyenas, camelopardalos, onagros, equiferos, multasque id genus feras rariores alias; sed monoceros nunquam comparuit, cùm tamen eius ferocia eo tempore in omnium ore esset, dignusque ipse præ cæteris haberetur, vt ea adornaret spectacula. Non enim rhinoceros est, vt quispiam nominis vicinitate deceptus sibi persuadeat. Hic autem etsi aliàs etiam peregrinus & rarus, Romæ aliquoties in ipsis spectaculis visus est. Apparet itaque clarissimè omnino affirmari posse, vnicornem C fabulosum esse. Placuit autem istiusmodi de vnicornu mouere dubitationes: quoniam hæ in omni re viam parare solent ad veritatem; ideoque qui ante me de eo scripserunt, omni quantum ego iudicare possum, laude digni sunt, dummodo non peruicacia quadam aduersus vulgi de eo opinionem hucusque vbique locorum celeberrimam sese opponant, sed solo sciendi, quod omnibus insitum est, desiderio moti, alijs quoque disputandi, veritatemque indagandi ansam præbere voluerint, id quod ego deinceps pro virili præstare satagam. Quantum ergo ad primam quæstionem in primis attinet, an scilicet sit: dubitatur enim. Esse autem aliquid, sapientissimorum hominum iudicio, magno argumento est vox populi, communis, inquam, & vniuersalis omnium de eo opinio atque fama, maximè verò si & rationibus & classicorum authorum authoritate fuerit stabilita: sicuti euenit in hac de vnicorni historia, quem quidem feram esse peregrinam, & in remotissimis degere regionibus, esse tamen reuera vetustissima fama est, omniumque gentium consensu dicitur: frustraque quis obiecerit, fuisse eam forte ex ignaro fideque indigno vulgo ortam: quæ enim inde oritur, breui interire solet, cùm hæc omni semper ætate perdurarit vigueritque, & cvm à sacris, tum à profanis scriptoribus, ijsdemque præclaris- D simis celebrata fuerit, paulatimque maiorem adhuc veritatis certitudinem sibi acquirit. Sicuti autem in omni fama, cùm eorum quæ vel dicuntur, vel scribuntur, possint vel vera esse, vel falsa, is qui subinde vera esse affirmat, parum valet iudicio, ita etiam temeritati ascribendum erit, si quis ea quæ iam diu admissa sunt tanquam vera a doctis, pro falsis, & ex sola vulgi opinione dependentibus exploserit, eoque magis, cùm verum & falsum, vt ex principijs moralis philosophiæ habemus, cùm de alterutro dubitatur, triplici discernatur coniectura, videlicet vel ex re ipsa quæ dicitur, vel ex dicendi modo, vel ex ipso authore. Quantum ad primam coniecturam, certum est, in qualibet re sua esse extrema, suumque medium, & in ijs præsertim, quæ dependent ex vulgi opinione, alia sunt vera, alia velut allegorica, alia superstitiones vulgi, alia fabulæ, meræque nugæ: quæ omnia qui nescit discernere, facilè impingit in scopulos confusionis, & ex vno genere imprudenter transit in aliud, vnde mox ineptissimas ponit conclusiones: atq; hoc fortassis modo multa de vnicornu dicta sunt, non magis veriora habita quam quæ de aureo Apulei asino, Homerique Sirenis & de Minotauro, similibusq; figmentis alijs memoriæ prodita sunt, quæ tamen cum ijs quæ de vnicornu dicuntur, nihil commune habent, sed

Cornuum quæ apud principes sunt diuersitas.

Quæ de vnicornu vulgò dicantur.

Vnicornis non est rhinoceros.

Respondetur præcedentibus rationibus.

An detur.

Veritas & falsitas vt discernatur.

non sine inuentorum ignominia, (etsi alioqui pulcherrima sub eorum cortice significata lateant,) ceu planè fabulosa exploduntur; cùm quæ de vnicornu traduntur, ceu historica & vera ab omnibus huculque sint habita, quamuis obscura sint, & insolentia. Nec mouere nos debent allatæ rationes, quandoquidem quibuslibet alijs etiam rebus, de quibus, an sint, nemo dubitat, opponi etiam possunt, sicuti deinceps in singularum refutatione fiet manifestissimum: in qua si diffusiori vsus fuero sermone, viri docti, rogo, ignoscent, cùm ferè talem & responsiones, & maternus noster sermo potiùs quàm breuem requirere videantur. E

Responsio ad primam rationem, et ostenditur vnicornem reuera dari, etsi sit incognitus.

Ex prima ratione qua dicebatur vnicornem feram esse prorsus incognitam, non rectè concluditur, propterea non dari. Idem enim etiam euenit in multis alijs rebus, quæ etsi in remotissimis locis ad nos perferantur, aut in locis nascantur desertissimis & inuijs, aut quæ sua natura raræ sunt, esse tamen concedimus, & communiter etiam ijs vtimur. Quid quæso hoc nostro tempore in frequentiori vsu est aromatibus? quid rhabarbaro? ligno aloes? ambra? vt cætera istiusmodi pretiosiora præteream. Nihilominus cùm & de his Dioscorides, Plinius & Galenus, qui ex professo de istiusmodi rebus peregrinis scripsere, haud verè scripserint, de hisce quoque non pauci dubitarunt.

Rhabarbari.

Rhabarbari etsi iam multo tempore inuestigarint quæ sit planta, etiamnum tamen ignoratur, & qua in regione Pontone, an in Oriente proueniat, nemo huc vsque exactè tradidit. F

Lignum aloes.

De ligno aloes nihil quoque habemus certi, nisi quod in locis desertis, ad quæ non datur accessus, proueniat, ipsa verò arbor omnino ignoratur, & frusta tantùm fluuiorum inundationibus, quæ quotannis Gangi, Indo, alijsque Indiæ fluminibus accidunt, ad ripas propelluntur.

Ambra.

Ambram (griseam) in Arabia nasci inquiunt, fluminibusque marinis littoribus proximis innatare, sed quid ea sit, mirum est hodieque latere. Alij enim nasci ibi fungorum modo inquiunt, alij bituminis volunt esse speciem (sicuti & ego ostendi in libris de thermis) alij piscis cetiue esse excrementum, qui ex esu fructus cuiusdam herbæ eo in littore nascentis, certo anni tempore abscessum in ventre generet, idque eo rupto aquis innatari & more electioris ambræ colligi, vel è mortuo & ad littus eiecto animante eximi.

Succinum siue ambra coronaria.

Omnino verò mireris, de ambra illa coronaria, omnium vulgatissima, quæque in nostris ferè regionibus & in Germanici maris littoribus colligitur, non solùm temporibus Plinij, sed & nostro etiamnum haud satis constare, bituminisne genus sit, aut alterius succi, coralli more in mari condensati ac congelati, aut gummi arboris cuiuspiam in syluis illis Septentrionalium & desertis sponte per se decidens, & aquarum vi tandem ad littora marina propulsum. Sunt verò & alia multa, quorum itidem obscurus planè ortus est, quæ tamen quotidie manibus terimus & esse fatemur. G Quid ni itaque & vnicornem dari fatebimur? Ignotus quidem & ipse nobis est, quia scilicet fera est alpestris, soliuaga, & vt omnes vnanimiter tradunt, nunquam viuus capitur.

Authoris contra Baccium argumentatio.

(Mihi istiusmodi exempla nihil probare de monocerote videntur; nam etsi multorum aromatum, rhabarbarique, & ligni aloes plantæ ipsæ ignorentur, & obscura sit vtriusq; ambræ origo, aromata tamen ipsa sibi semper simillima habentur, quia eadem; sibi semper simile rhabarbarum, lignum aloes, ambra: quod de vnicornu minimè dici potest, nec Baccius quoque dixerit, cùm vt partim dictum est ex Marino, alijsque, partim etiam ex ipsomet Baccio dicetur, vix duo reperias in tota Europa cornua (quæ vnicornu nomine in summo habentur pretio, sibi similia.)

Ad secundā rationem, cur vnicornis non integra sed confusa habeatur notitia.

Eodem dicendi modo cæteris rationibus responderi poterit. Haud aliter enim hoc animal nobis innotuit quàm reliqua alia solent. Primò siquidem ab authoribus incognitis & nullius penè authoritatis nomen eius fuit diuulgatum, mox de natura eius nonnulla confusè conscripta sunt, tandem adimpleuerunt volumina.

Cur obscura sit vnicornis cognitio.

Cur verò obscura confusaque semper fuerit cognitio, binæ sunt eædemque verissimæ causæ, cùm quòd fera sit exotica & nunquam sub hoc cælo visa, tum quia, etsi reuera detur, rarissima, rarissimeque videndam se præbeat: degit enim in locis, vt dictum est, desertis & solitarijs: H

Arcana naturæ.

vbi duo præcipuè naturæ arcana consideranda veniunt: quorum alterum est, quòd quædam præ cæteris omnibus præstantissima, rara & ferè singularia esse voluit, paucissima scilicet contenta procreasse eius speciei indiuidua, resque per se clara est, & multis confirmata exemplis, Deum Optimum Maximum, ad maiorem operationum suarum gloriam & splendorem in omni re infinitæ potentiæ suæ specimen manifestare voluisse: & vt admirandam huius mundi machinam prætereamus, cælorumque motus, stellarum cursus, elementorumque mixtiones, quomodo item terra velut in aëre suspensa hæreat, ac quomodo denique maria terminauerit, voluisse ipsum eiusque ministram naturam in quarundam rerum aliarum procreatione admirandos etiam se præbere, quales in primis sunt lapides, marmora, gemmæ & metalla, quæ nempe in abditissimis montium generauit visceribus: animalia autem quæ operas nostras erant iuuatura, numerosa; quibus verò minus indigemus, quæque nobis erant futura perniciosa, vt ea minus nocerent, non solùm pauca numero creauit, sed vt & nos aliaque mansueta animantia instinctu quodam naturali fugerent, voluit, qualia sunt Leones, Tigrides, Dracones, Basilisci, similesque feræ

A feræ aliæ, quas ideò locis ablegauit desertis, & ab humano consortio remotissimis: iam
& nonnullis admirandos prorsus tribuit ortus, vt moscho, Zibeto & holoserico, quæ nimi-
rum cùm sint pretiosa, ex animantium tamen fermè immundorum putredine quadam oriuntur:
quædam item ob corporis molem admiranda fecit, qualia sunt elephanti & cete marina: nonnul-
la contrà ab paruitatem, qua præ cæteris à Virgilio celebratur culex, animalculum scilicet tantæ *Culex.*
paruitatis, vt cùm penè conspiciatur, sibi ipsi tamen equus est, eques & tubicen, Perseus &
Pegasus: In quibusdam denique admirabilis haberi voluit propter raritatem, inter quæ & phœ-
nix fortassis fuerit, quam inter Arabiam nempe & Aegyptum visam fuisse nonnulli scribunt, Q. *Phœnix.*
Plautio & S. Papinio Coss. Balsamum autem quod nemo dari negauerit, in toto terrarum orbe *Balsamum.*
inter Syriam duntaxat Palæstinam & Aegyptum, sed nec vbique illic, sed quadraginta tantum
stadiorum spatio prouenit, & frustra Imperatorum temporibus alio translatum est teste Plinio
cùm nihil planè diligentia posset humana, nihil assiduus hominum cultus, nihil aëris cælique al-
terius clementia. Similiter summus ille & admirabilis architectus vnicornem rarum esse voluit, *Vnicornis*
& cornu eius, vt & balsamum & gemmas, rarioraque alia, viribus præditum esse inestabilis ad- *raritas.*
mirationis. Raritatis autem signum est, quod naturali quodam instinctu soliuagus sit, & in
B deserto solus oberret, locaque ab alijs frequentata fugiat, vt mirum videatur, si aliquando cor-
nu eius reperiatur; fierique potest vt quod de ligno aloës diximus, hic quoque locum habeat, &
nisi aquarum similiter vi in proxima flumina & inde ad littora expellatur. Vnde tametsi & ipse
apud quos nascitur, obscurissimè de eo tradiderint, manifestè tamen constat, reuera id dari, præ- *Respondetur*
sertim cùm omni semper tempore apud principes illos modò hoc, modò illud vnicornu conspice- *tertia ratio-*
retur. Quemadmodum ergò omnium rerum rariorum notitia paulatim innotescere solet, ita *ni, cur qui*
quoque à vero non est alienum, vnicornu apud proximiores primum nationes, moxque ad alias *de vnicorni*
penetrasse famam, & hanc rursus pedetatim vires sibi acquisiuisse veritatis, & tandem ab alijs quo- *scribunt, in-*
que fuisse receptam, & ab authoribus annotatam memoriæque proditam: apparetque Chal- *ter se varièt,*
dæos omnium primos de hoc animali (Romena vocant) scripsisse, cùm quia omnium primi scien- *& cur ipsa*
tias posteris tradiderunt, tùm quia Indiæ erant proximi, & ab his dimanasse ad Hebræos (non *etiam cor-*
semel enim in sacris litteris eius fit mentio) quibus simili quodammodo voce Remim siue *nua inuicem*
Reem appellatur, vt in altera historiæ parte fusiùs declarabitur, & eorum mox exemplo alios cæ- *dissimilia.*
teris curiosiores, dum adhuc rudes fere haberentur rerum scientiæ, de eo tanquam memoriæ di- *Qui primi de vnicorni meminere.*
C gno suis in historijs meminisse. Verisimileque est hosce quamuis homines rudes, quales ferè ea
tempora dabant, multa quidem fabulosa, qualia Ctesiæ etiam imputantur, cæterùm quædam
etiam vera prodidisse. Ita enim pedetentim veritas illuxit, vt mox veridici de eo scriberent au-
thores, ac inter alios ipse etiam Aristoteles, qui nisi certo credidisset, reuera dari vnicornem,
nullam eius fecisset mentionem. Is autem vt de ijs tantùm quæ reuera inueniuntur, summo cum
iudicio scribit, & de alijs præterea Indicis animalibus notitiam habere potuit, adiutus (vt ait *Vnicornis*
Plinius) à Magno Alexandro, ita de Minotauro, Centauris, similibusque fabulosis alijs nullam *Aristoteli*
omnino mentionem facit, sed tanquam commenta hominum nugacium præterit. Quia verò & *notus*
eius ætate parum tantùm esset notus vnicornis, solo duntaxat ipsum nomine celebrauit. (Aristo-
teli, vt & ipse etiam Baccius profitetur, monoceros siue vnicornis vox est adiectiua, & asinus In-
dicus ipsi tantùm vnicornis est.) Plinius verò & qui post eum vixere alij, cùm iam notior esset fa-
ctus, fusiùs de eo scripserunt. Tametsi modò in delineatione inter eos non conueniat, non est
tamen propterea arguendum, falsum, imo nec incertum esse, an reuera detur. Istiusmodi enim
diuersitas non aliunde dimanauit, quàm quòd diuersa de eo narrari audirent aut legerent. At *Cur diuersimodè describatur.*
qui diuersitas ista narrationum necessaria etiam fuit propter diuersas vnicornium species, vt ex
D Aristotele & Aeliano colligitur; Fieri enim potest, vt alius de alio loquatur, immo verò quis-
piam minimè sibi contradixerit, si non eodem semper modò de eo agat, nam & ipse diuersis lo-
cis de diuersis vnicornibus agere potest. Falli itaque necesse est illos, qui fabulosè ideo de eo
scribi arguunt, quòd alij aliter de eo scribant. Distincta enim & è medio sublata æquiuocatio-
ne neutros fabulosos esse conuincitur: eodemque modo inuicem etiam conciliabuntur neote-
rici, qui etsi ex oculata fide de vnicorni loquuntur, non conueniunt tamen, quia alij alium no-
bis depingunt. Vnum describit Paulus Venetus, visum à se in Tartaria; duos vidit & descri-
bit Barthema Hispanus, vnum Cadamustus obseruatum in ea noui orbis parte, quæ Indiæ con- *Indiuidua*
tigua est, vt suo pòst loco distinctiùs indicabimus. Adhæc non est à ratione alienum indi- *vt inuicem*
uidua eiusdem speciei inuicem differre; idque vel ratione loci, vel pabuli, vel aëris, vel e- *differant.*
tiam ætatis, cuius nimirum mutatione mutantur pilus, color, & quadamtenus ipsa insu-
per forma: possuntque magis adhuc differre ratione cornuum, quædam enim citiùs, quæ-
dam tardiùs ea emittunt, & mox non vno omnibus animantibus illa crescunt modo; vt

minus miremur, ſi vnicornua, quæ in principum gazis aſſeruantur, inuicem varient; fierique poteſt, vt eorum alia ſint naturalia, alia a mangonibus diuerſis modis concinnata: quæ omnia niſi quis obſeruet atque aduertat, facili negocio decipietur. Sequitur modò quartum argumentum, quod cum cæteris quas diluimus, rationibus coniunctum, non exigui videtur eſſe momenti, rectè verò intellectum, nullius redditur efficaciæ. Nitebatur id hoc præcipuè fulcro: promittuntur de vnicornu, quæ extra omnes poſita ſunt veritatis limites, omnique fide indigna, ideoque & ipſum videri rem fabuloſam, minimeque naturalem. Quæ profectò inductio falſa eſt. Sint enim quæ de eo perhibentur, maiora adhuc, magiſque vero diſſona, nemo tamen negauerit, quin vel tantillum verum eſſe poſſit. Secundum autem logicos non valet argumentum, quod refutata aliqua alicuius rei parte, totum propterea refutari, quodque ſublatis accidentibus ſimul & ſubſtantiam auferri arguit, etiamſi reuera quædam ſint tam admirandis prædita facultatibus, vt fruſtrà rationes earum inueſtigemus, qualibus paſſim plena ſunt multorum lucubrationes, & nos quoque quotidiè alias, aliaſque obſeruamus, cur igitur quaſdam quæ vnicornu aſcribuntur, veras eſſe negabimus? verbi cauſa quòd venenis aduerſetur, quod præſentibus eis ſudorem emittat, quod in humore bulliat? Cæterùm concedamus iſthæc cæteraque quæ de viribus referuntur, falſa eſſe, inualida adhuc erit argumentatio, ergò non dari ipſum animal: non enim, ablatis accidentibus, vt dicebam, ſimul etiã aufertur ſubſtantia. De iſtiuſmodi admirandis operationibus earumq; cauſis fuſiùs dicemus in tertia parte: hæc verò ad argumenti illius ſolutionem ſuffecerint. Si modò nouiſſima argumenta, vt in non ni re affirmanda aſſolent, efficaciora fuerint, euidentioribuſq; nitantur rationibus, demõſtrationibuſq; procul omni dubio affirmari poterit, reuera dari ipſum vnicornem. Arguebant itaq; cur, ſi datur, nõ vnà cum rhinocerote alijſq; id genus rarioribus feris in Roman. triumphis ſpectaculiſq; fuerit aliquando oſtenſus. Id autem non ſolùm nullam in ſe habet admirationem, ſed triplicem etiam admittit reſponſionem, totidemque euidentiſſimas rationes: diximus enim animal ipſum vitam viuere ſolitariam, eamque in deſerto, locisque aſperrimis, & ad quæ vix vlli patet aditus, tanta que mox dicemus eſſe feritatis, vt nunquam viuus capi queat: & ſi viuum capi concedamus, nihilominus ſi regionis in qua generatur, quæ cum Antipodis ferè contigua eſt, diſtantiam ob oculos ponamus, cur numquam allatus fuerit, minimè mirabimur, nam vt feritatem prætereamus, tot cælorum, aërum, pabulorumque varietates, per tam diuerſas regiones, ad nos vſque deferri non permiſiſſent: videmuſque non pauca animalia, licet è propinquioribus regionibus huc perferantur, noſtrum tamen cælum ferre non poſſe, breuique interire, & ne longius exempla petantur, teſtatur Petrus Gyllius dominum de Armonte Galliarum Regis apud Solimannum Turcarum Imperatorem legatum, elephantem, etiamſi nihil non tentaret, vt viuum regi ſuo offerret, Syriæ tamen finibus educere non potuiſſe: redditque eius rei rationem Aelianus his verbis: *Abſtracti à ſuis elephanti ſedibus patrys, quamuis vinculis primùm ac fame, deinde varijs ciborum blandimentis manſuefacti ſint, tanta tamen naturalis ſoli illecebra tenentur, vt patriæ memoria eis obſcurari & euaneſcere nequeat. Quare cum horum plerique grauiſſimo mærore ſuſcepto conficiuntur, tum verò quidam ex his vberrimè flentes, tantam lachrymarum vim profundunt, vt oculorum ſenſibus capiantur.* Similiter & cætera animalia & plantæ, ſi ex natiuis locis ad alia transferantur, patiuntur, licet alia minus, alia magis: aut enim omnino & ſtatim aut mox intereunt, aut manifeſtè degenerant. Eſt & alia ratio, cui nullo pacto reſponderi poteſt, quæque cunctis qui vel à limine tantum hiſtoriographos ſalutarunt, notiſſima eſt, quod videlicet Romanorum imperium non ſolùm nunquam eouſque pertigerit, ſed & multa adhuc miliariorum millia ſuperanda fuerint: notiſſimumque eſt, Parthos nunquam domare potuiſſe, etſi pluries eos vincerent, deque ijs triumpharent, vixque Euphratem ſuperaſſe, & Parthorum fines vidiſſe, tantum abeſt, vt vltra Gangem & Indum, vbi vnicornes habitant, imperium extenderint. (Iuſtus Lipſius longè latius imperium fuiſſe oſtendit cùm aliorum, tum potiſſimum Taciti authoritate, cuius hæc verba: *Ventum inde Elephantinem & Stenen, clauſtra olim Romani imperij, quod nunc rubrum ad mare pateſcit.* Ait enim Lipſius in Taciti & aliorum veterum verbis in hoc nomen venire mare Indicum, vaſtum illud & magnum, quod ab extremo ſinu Arabico, ſiue ab Africa ea, in auream Ptolomæi Cherſoneſum ſe protendit. Itaque Pomponium Melam, duos ſinus in mari rubro agnoſcere, Arabicum & Perſicum. Et Senecam Tragicum, Tigrim in mare rubrum exonerare, atque immittere: Curtium Indum & Gangem, quos certum eſt in magnum illud mare, longè à ſinu Arabico, euolui. Hæc vera & clara eſſe: promotos igitur terminos ad mare Rubrum ſiue Indicum, per Arabas adiectos. Eandemque mentem eſſe Græci ſcriptoris in Suida: qui terminos imperij ad Orientem facit Indos & mare Rubrum, & Nili cataractas & lacum Mæotin. Ita & Appianum capiendum, cùm in præfatione operis ſui, diſtinctè Romanum imperium limitat: *Tendit* (inquit) *ab Occaſu & illo*

Ad quartã rationem, de viribus & enormibus promiſſis de vnicornu.

Ad quintam rationẽ, cur vnicornis Romam nunquam perlatus fuerit.

Li. 10. c. 17 Elephantus patriæ amantiſſimus.

Romani imperij dimenſio.

Lib. 1. de magnitudine Ro. c. 3.

A *& illo Oceano occiduo, ad Caucasum montem, & flumen Euphratem, & ad Aethiopas superiores per Aegyptios & Arabas, ad Orientalem Oceanum.* Hunc Oceanum Orientalem, non aliud esse quàm mare Rubrum siue Indicum iam dictum. Sed quid si affirmemus Romanos ipsos in Indiam nauigasse, mercaturamque exercuisse? Audi quæso Bacci Plinium de India loquentem. *Postea à Syagro Arabiæ promontorio Patalem Fauonio, quem Hypalum ibi vocant, peti certissimum videbatur XIII. XXXII. M. pass. æstimatione. Secuta ætas propriorem cursum, tutioremq. indicauit, si ab eodem promontorio Zizarum amnem portum Indiæ peteret. Diuq. ita nauigatum, donec compendia inuenit mercator, lucroq. India admota est. Quippe omnibus annis nauigatur. Nec pigebit totum cursum ab Aegypto exponere, nunc primum certa notitia patescente. Digna* (*Indigna*, Lipsius) *res nullo anno imperij nostri minus H-S. quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ ad nos centuplicato veneant, &c.* Atqui hinc, dices non constat, Romanos eo adnauigasse. Non negabis Aegyptum fuisse Romanorum prouinciam, atque per Aegyptios negociatores, aliosque si rhinocerotis cornua, vt suo loco patebit, deferrentur, cur non & vnicornis? Scribit verò etiam Strabo, olim quidem pauculas naues extra sinum Arabicum ire ausas, at nunc (hoc est suo tempore, claruit autem tēporibus Augusti & Tiberij,) maximas classes nauigare in ipsam vsq; Indiam & ad vltima Aethio-

Oceanus Orientalis mare rubrū est.

Lib. 7. c. 23.

Lib. 17. Geogr.

B piæ, &c. & rursus tradens Ciceronem in oratione quapiam scribere, tributa ex Aegypto redijsse Ptolomæo illi qui Cleopatræ pater fuit, talenta annua duodecim millia & quingenta. Si igitur (inquit) rex negligenter & ignauè imperans, tantum redegit: quid nunc censendum est, cùm omnia tanta diligentia & ordine administrantur, itemq; Troglodytica & Indica nauigatione sic aucta? Nisi itaque ipsi in Indias nauigarent, saltem notissima erat nauigatio, & si datus fuisset ibi monoceros, haud dubio ad sua spectacula inde petijssent. Inualidum igitur hoc Baccij de distantia argumentum, inualidum etiam quod de aëris immutatione adfert. Elephantes enim, equiferos, Oryges, Camelos, Camelopardalos, Pardos, Leones, Rhinocerotes, Hyænas, multasque feras peregrinas alias non semel Roma vidit.) Apud quos modò responsiones nostræ caritura sunt fide, ego eos dixero carere intellectu, pertinacesque appellauero, qui ipsum non erubescunt negare sensum, cùm tot passim apud principes vnicornua ostendantur. Sed inquient, non videri vnius eiusdemque animalis, cùm & omnia inuicem differant, & nullum ex omnibus cum notis antiquorum conueniat. Suprà quidem huic quoque obiectioni respondimus, facileque responderi denuo potest, dummodo argutas illas suas cauillationes relinquant. Satis est enim viris doctis, si aliqua saltem

Concluditur Vnicornem dari.

C conueniant, cùm & indiuidua nonnunquam, vt diximus, in quibusdam non conueniant. Differre autem inuicem possunt, ratione cæli, aëris, educationis, ætatis, &c. Videmus enim ipsa cornua cùm prius pullulant, exilia esse & læuia, deinde post biennium aut triennium in ramos se diffundere, fierique aspera, pedetentimque magnitudine, crassitieque & figurā variare: quapropter nemo etiam dubitauerit, quin istiusmodi varietates vnicornu quoque accidere possint, & præcipuè coloris, versurarum, aliorumque exteriorum accidentium. Taceo interim nonnulla reperiri, quæ etsi naturaliter eadem sint, ars tamen mangonum differre fecit: minimeque negauerim, quædam eorum quæ in principum gazis sunt, etsi pro genuinis ostendantur, nequaquam genuina esse. Certum enim est, & nulli non notum res omnes pretiosiores & genuinas haberi & factitias vel saltem mangonizatas: virique periti est vtrasque inuicem distinguere; non autem quia quædam artificiales sunt, omnes propterea tales esse iudicare. Sic ergò videor rationes eorum qui vnicornem dari negabant, satis superque refutasse: quamobrem hac priore operis parte ad calcem perducta, affirmabimus omnino dari hoc animal, & neutiquam negari posse: & vt clarior appareat rei veritas, mox quale illud sit, euidenter declarabimus.

Cornuum eorundem diuersitas vnde.

ALTERA PARS.

Tametsi diuersis authoritatibus, manifestisque rationibus asseruerimus extra omnem contro-

D uersiam dari vnicornem, obiterque aliquid tetigerimus de eius natura, raritate, loco natali, necnon etiam de cornu eiusdem, quo scilicet in honore semper fuerit, idcòque videri fortassis possit, latissimum iam nobis esse campum demonstrandi certò dari: nihilominus cùm proprium genus atque definitio ipsius animantis accipenda sit ab authoribus antiquis & neotericis, quos de eo diuersimode scripsisse in priori parte diximus, haud ita facilè definiri determinarique potest. Ideoque opus erit, vt quàm diligenter authoritates illas examinemus, historiasque quæ de eodem agunt, vt ex hisce veritatem eliciamus, testimonijsque quorundam qui nostro tempore testes oculati de eo scribunt, corroboremus, simulque etiam cum ipsissimis quæ apud principes sunt, cornibus conferamus. Dico igitur omnium antiquissimam de vnicorni memoriam esse in sacris biblijs, vbi non semel eius fit mentio, & quamuis ibi non declaretur, clareque demonstretur, ex quo animantium sit genere, colligi tamen ex sensu verborum illorum potest, animal esse indomitæ ferocisque naturæ. In textu Chaldæo legitur Remena, in Hebraico voce quodammodo inde deriuata Reem & Remim, etiamsi D. Hieronymus sacrarum literarum & rerum etiam naturalium peritissimus, non nullis in locis pro Reem transferat rhinocerotem, vt Deut. 33. *Quasi cornua rhinocerotis*

Quale animal sit Vnicornis.

Vnicornis quale sit animal.

Remena. Reem. Remim.

cornua eius, vbi aliàs impropriè reddidisset, monocerotis siue vnicornis: etenim non vnum aut singulare sed plura indicabantur. Et Remin apud Psalmistam Psal. 22. *Libera me domine ab ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Et Psal. 29. Reem. *Dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Et Psal. 92. *Et exaltabitur cornu meum sicut vnicornis.* Citatur eadem vox symbolo fortitudinis apud Esaiam cap. 39. *Descendent vnicornes &c. quasi viri fortes.* Et apud Iob c. 29. E

Alcherchedam.

Arabibus, vt tradit Andreas Bellunensis, qui nostra ætate Auicennam diligenter admodum interpretatus est, ait Alcherchedam animal esse, vnico in fronte armatum cornu, cuius vis sit aduersus venenum. Istiusmodi autem authoritates non ob alium recitaui finem, quam vt ostenderem antiquissimam de vnicornu extare memoriam, vulgoq; olim creditum fuisse, animal esse ferocissimum, & indomabile. Iam verò si ex quo sit genere, indagemus, rursus suspicari poterimus, an idem sit cum rhinocerote, primò propter nominis similitudinem, & eiusdem quodammodo significationis, cùm monoceros siue vnicornis animal indicet, cui vnicum tantùm cornu est: rhinoceros, cui id in naribus: secundò quia & D. Hieronymus modò rhinocerotem, modo vnicornem vertit: tertiò quia negociatores Lusitani, medicique doctissimi, qui in India non exiguo tempore obuersati sunt, cùm de genuina multorum aromatum natura essentiaque, atque ipsius quoque vnicornu cognoscendi diligentissimè & pro viribus elaborarent, profitentur, se ex incolis nihil expiscari potuisse aliud, quàm quòd coniiciant, cornu esse rhinocerotis, reperirique priuatim in Bengala, ibique in magna haberi æstimatione, & antidotum credi contra venenum, sese tamen F

Cardani error.

Rhinoceros non est vnicornis.

huius rei incertos esse: vt minus miremur Cardanum, qui nuperrimè vnicornem Rhinoceroti eundem fecit. Quamuis verò Rhinoceros ferocitate celebris sit, à monocerote tamen differt; & Plinius separatis locis de eis tanquam de diuersis specie animalibus egit, & Pausanias præ cæteris id quoque indicat, dum bina rhinoceroti cornua tribuit, vnum nimirum iuxta nares, magnum: paruum aliud sed acutissimum in summitate humerorum. Atque Festus vulgò credi quibusdam, eundem esse boui Aegyptiaco. Nisi autem specie differrent, omnis iam lis & controuersia esset extincta. Fuit enim non semel Romæ visus & ostensus rhinoceros, primùm à Pompeio Magno, mox in ludis aliorum pugnare cum elephanto. Rarissimum tamen etiam erat animal, ideoque Diocletianus (Domitianus, vt ex sequentibus patebit) numum edidit, qui ab vno latere rhinocerotis habebat imaginem, qua multorum peritissimorum virorum iudicio magnanimitas fortitudoque regia indicabatur, vel etiam quod ipse rhinoceroti se assimilaret, qui tardè lenteque quidem irascitur, iratus verò nunquam placatur. Vtrumque significatum Martialis egregie semper ab Imperatore honoratus binis lusit epigrammatibus; quorum nempe altero feritatem roburque animantis, altero iracundiæ tarditatem ostendit. Primùm ergò est tale: G

Rhinoceros in numo pictus quid significet.

Præstitit exhibitus tota tibi Cæsar arena,
Quæ non promisit prælia rhinoceros.
O quàm terribiles exarsit pronus in iras,
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat.

Altero sic canit:

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magistri,
Seq; diu magnæ colligit ira feræ.
Desperabantur promissi prælia Martis
Sed tamen is rediit cognitus antè furor.
Namque grauem gemino cornu sic extulit vrsum
Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

Rhinoceros describitur.

Visus postremò in Europa est rhinoceros nostris temporibus, anno post partum salutiferum 1535. cùm Emanuel rex Lusitaniæ Vlyssiponi spectaculum ederet, in quo elephas ei pugnans succubuit. H Qui tunc eum videre, eum describunt similem elephanto, eiusdemque fermè magnitudinis, minoribus verò tibijs, vngulis solidis bifidisque, capite porci, corio per tergus durissimo & squammoso, binis cornibus, vt dictum est, ne verò vllus mihi relinqueretur dubitandi scrupulus vtrumque cornu beneficio ac fauore Magni Hetruriæ principis inuicem contuli, totoque cælo differre obseruaui. Est enim rhinocerotis cornu nigrum, crassitie & longitudine bubali, cæterùm neque cauum, sed solidum ponderosumque; neque contortum, præterquàm in extremo, quod insigniter acutum est, iuxta verò exortum setis obuestitum, nigris & asperrimis: contrà monocerotis cornu album est, maioremque præ se fert maiestatem, aliasque continet differentias, vt idoneore loco apparebit: quapropter fateri oportet, vtrumque sui generis esse animal. Cur verò D. Hieronymus in interpretatione sacrarum literarum non distinxerit, rationem etiam obiter tetigimus, siquidem alicubi erat sermo de pluribus numero, ineptumque fuisset dicere, libera me domine de cornibus vnicornis: & quamuis etiam mercatores illi & medici qui in India vixere, non alium agnoscant vnicornem quàm ipsum rhinocerotem, nec hoc quoque negocium facescere potest, cùm vel ipsi,

vt dictum

A vt dictum est, opinionis suæ incerti sint. Accedentibus igitur nobis ad naturalem monocerotis historiam, indicanda primùm erit vocis homonymia, quæ non paucis imposuit, vt rem ipsam percipere non potuerint. Dupliciter autem ea vsurpatur, vel adiectiuè, vel substantiuè: priore modo omne significat animal, cui vnicum duntaxat cornu est; altero speciem specialissimam. Aristoteles nunquam eam hoc secundo modo vsurpauit, sed semper adiectiuè, quo modo Græcè δίκερως & τρίκερως, Latinis bicorne & tricorne animal est, cui bina, cui tria sunt cornua, quemadmodum manifestè colligitur ex ca. 3. lib. 2. vbi agit de animalibus cornigeris. *Asinus Indicus* (inquit) *licet solipes, corniger tamen est, sed singulare cornu gerit.* Et subdit: *Est & oryx monoceros siue vnicornis, sed bisulcus.* Mox autem lib. 6. cap. 36. meminit onagri, id est asini syluestris, de quo & M. Varro agit in secundo de re rustica, sed neuter cornutum facit, vt vel inde sit manifestum Onagrum siue asinum syluestrem asino Indico monocerotì differre. Reperio tamen solum Philostratum, asinum vnicornem (licet fortè non sine lapsu) onagrum nuncupare: Inquit enim *in vicinis Hyphasidi Indiæ fluuij paludibus asinos syluestres degere, cornuq; suo taurorum more generosè pugnare*: constatque palam ex hisce authoribus tria sui generis animalia esse, asinum Indicum, asinum syluestrem &

Monoceros siue vnicornis quotupliciter accipiatur.

Onager.

B orygem, quorum tamen nullum verus est monoceros siue vnicornis quem hic intelligimus. Oryx, secundum nonnullos & Plinium quoque ex capris est syluestribus Libycis, cornu ferrea duritia, colore nigro. Similiter vulgari significatu rhinocerotem nominat Plinius lib. 8. 20. & 22. boues Indicos vnicornes & tricornes: additque insuper syluestres tauros esse atrocissimos & campestribus maiores: dari item in India boues solipedes & vnicornes: atque ita interpretari debemus Oppianum in libris de venatione & Strabonem, dum aiunt in India reperiri equos & asinos vnicornes, necnon & Aelianum, cùm ait in Aethiopia tauros esse & vaccas monocerotes. His authoribus consentiunt alij, Plinio verò priuatim Solinus in suo polyhistore: eosdemque sequitur Isidorus, & partim etiam Albertus, qui copiosè admodum de animalibus scripsit, inter quæ, multa terrestria, multa item aquatilia recenset vnicornia: recenset & serpentes vnicornes, bicornes, tricornes & multicornes. A cornibus nomen accepit cerastes, serpens perquam maleficus & pestilens: cornutum etiam dicunt ipsum aspidem, cenchrim item & ammoditem. Recenset & volatilia insecta vnicornia & bicornia, quale est illud quod ceruum volantem dicunt, quia cornua similiter vt cerui ramosa habet, quæ occulta quadam proprietate spasmo mederi ex viris fide dignissimis accepi, si tantùm manu retineatur. Vides igitur vocabulum hoc monoceros siue vnicornis commune esse

Oryx.

Tauri syluestres.

Boues vnicornes.

Animalia vnicornia multa.

Ceruus volans.

C multis animantibus, vt equis, bobus, asinis, capris, belluis marinis, serpentibus, alijsque quibus singulare cornu est, sicut bicornis de bicornibus, tricornis de tricornibus dicitur. Quemadmodum verò in omni re illud quod in suo genere præstantius est, generis nomen sibi vendicat: ita etiam monocerotis siue vnicornis nomine propriè & sigillatim apud authores intelligitur animal (quadrupes) vnico quidem & singulari cornu præditum, cæterùm præ cæteris pretiosissimo, etsi interim nonnulli authores melioris notæ æquiuocatione nominis decepti, facultates, quas huic monocerotì propriè dicto debebant, modò equo, modò asino vnicorni, modò etiam rhinocerotì attribuerint. Quæ igitur deinceps dicentur, de vero & propriè dicto monocerote siue vnicorni intelligi volo. Possit interim hic moueri dubitatio, cur non & asinus Indicus & equus vnicornis possint dici, haberique veri & genuini monocerotes, cùm non solùm Philostratus, sed & Aelianus, qui diligentissimum se & præ cæteris eximij iudicij scriptorem profitetur, illis, non monocerotì propriè dicto vires omnes adscribant aduersus venenum, morbosque deploratos & incurabiles, ideoque Indiarum regulos ex illis sibi conficere pocula, auroque certis spatijs, exornare & ex eis bibere solere. Huic quæsito dupliciter responderi potest: primò etsi hoc vocabulo monocerotis alia etiam indicentur animalia, vt ostensum est, non est propterea necesse, vt concedamus, omnia eiusdem

Asino Indico perperam vires contra venenum ascribi.

D esse prærogatiuæ, sed vnum eorum erit verus monoceros, alij suppotititij, quibus tamen ab ignaris, aut à negociatoribus eædem facultates perperam tribuuntur, id quod in multis etiam medicamentis euenit, & in quibusdam etiam cornuum frustis, quæ pro vnicornu ostenduntur, & magni admodum fiunt, cùm tamen cum vero & legitimo vnicornu nihil habeant commune, vt suo post loco clariùs demonstrabitur. Secundò responderi etiam poterit, non abhorrere à vero, diuersas illas monocerotis species, ad vnam tantùm pertinere. Aelianus enim, alienis vtens verbis, facilè decipi potuit, & modò similem equo, modò asino, modo ceruo eum describere, quod diuersa animalia esse crederet: quemadmodum & nos synonyma sæpe fallunt, præsertim ea quę à similitudine rerum imponuntur: verbi causa, cùm monoceros nobis Italis dicatur Liocorno vel etiam Lionfante nomine vt apparet à Leone detorto, non defuere qui Leonis aliquod genus esse suspicarentur. Quod autem Aelianus alijque monocerotem modò equi, modò asini, modò cerui nomine, potuerint intelligere, vel inde licet colligere, quòd & Aristotelis & aliorum testimonio constet, animal esse rarissimum, & quod rarissimè capitur: id quod illi quoque asseuerant, qui nostro tempore Indiam perlustrarunt. Quod si autem diuersæ veri monocerotis darentur species, iam plurima etiam

Monocerotes equi, asinique ijdem qui veri monocerotes.

ma etiam darentur cornua, & eiſdem pleni eſſent principum theſauri. Vt igitur clarior euadat E
hæc noſtra oratio, nunc illud affirmabimus, etſi vnicornis vna & ſingularis ſit tantum ſpecies, confuſionem facilè euitari poſſe authorum, qui alias equo, alias aſino, alias ceruo aſſimilarunt: cùm notum ſit, omne genus, obſcurum licet ſit, ex proprijs aliquando agnoſci differentijs: quas deinceps ex ſingulis qui de eo ſcripſerunt, colligemus, & ex ijs cæteriſque quæ de vnicorni prodita ſunt, definiemus, quid reuera ſit, vbi reperiatur, quæ denique facultates & prærogatiuæ ei aſcribantur. (Hæc fere opinio Geſneri eſt, cuius nomen Baccius diſſimulat. Mihi, inquit ille, recitatis Plinij & Aeliani de monocerote verbis, omnino Plinius & Aelianus vnam eandemque beſtiam deſcripſiſſe videntur, ſed nec aliam Philes ſimia Aeliani. Quinetiam aſinum ſiue onagrum Indicum, ſi non idem, inter vnicornia tamen animalia iam deſcripto omnium proximum eſſe dixerim. Conueniunt ſanè præter cornu vtrique vnicum in media fronte, locus natalis India, equi magnitudo, vngulæ ſolidæ, celeritas, vita ſolitaria, robur inexpugnabile, & quod confirmata ætate nulli capiuntur. Colore tantùm differre videntur: cùm aſinus Indicus albus ſit reliquo corpore, ſed capite purpureo: monoceros fuluus, qui color etiam rhinoceroti à quibuſdam tribuitur, ſic & cornu color non idem: monoceroti enim ſimpliciter nigrum Plinius tribuit; aſino Indico Aelianus F
medium tantùm nigrum, inferius album, ſuperius puniceum: ſed forſitan omnes iſti colores in corpore potiùs quam in cornibus ſpectantur, caput purpureum, media corporis pars nigra, poſtrema alba. Philes quidem cornu totum nigrum eſſe ſcribit, excepto mucrone. Hæc Geſnerus. Plinius certè etſi ſeparatis locis de aſino Indico & monocerote agit, inuicem tamen meo iudicio vel non diſtinxit, vel ſuo ſe proprio gladio iugulat; nobis enim alicubi author eſt, ſolum aſinum indicum ex ſolipedis vnicornem eſſe, ſed verba eius recitabo: *Cornigera ferè biſulca: Solida vngula & bicorne nullum: Vnicorne aſinus tantùm Indicus; Vnicorne biſulcum, oryx. Talos aſinus Indicus vnus ſolipedum habet*: Et alibi rurſus: *Cornua ſolipedum nulli, excepto aſino Indico, qui vno armatus eſt cornu.*) Tres igitur ex antiquis monocerotem deſcribunt, Philes, Aelianus, & Plinius, Philes plenam nobis dedit deſcriptionem: (quæ talis eſt ex traductione doctiſſimi Ioacchimi Camerarij, archiatri Norimbergenſis reipub.)

Geſneri de vnicornibus quadrupedibus opinio.

Aſinus Indicus ſolus vnicornis.

Monoceros deſcribitur.

Eſt vnicornis India fera cognita
Horrenda viſu, calcium quibus ferit
Armis timenda: ſed ore ſi quem proruens
Momorderit, vix Paonis ſolers manus G
Præſens leuarit vulneris periculum.
Hæc inſolenter verticis motans iubam,
Longumque noxiumque cornu porrigit:
Quod frontis enatum ſub ipſo tubere
Non eſt cauum, nec more cornuum leue,
Nec compari vndiquaque conſtat germine,
Limaque ferri viſitur mordacius,
Gyris in orbem conuolutum ſtegibus.

Hæc itaque breuis ipſius animantis, eiuſdemque cornu eſt deſcripto, eum qua alij quoque conueniunt, ac potiſſimum Aelianus (quid mirum, cùm omnia ſua ex Aeliano Philes tranſcribat, vnde etiam ſimia Aeliani paſſim nuncupatur) qui lib. 16. cap. 20. pulchram de eo hanc tradit hiſtoriam, quam cùm ad noſtrum omnino faciat propoſitum, integram hic recenſere non fuerit incongruum. *Montes* (inquit) *eſſe dicunt in intimis regionibus Indiæ aſperrimos & feris refertos; vbi quæ apud eos beſtiæ domeſticæ ſunt, feras eſſe aiunt, vt oues, capras, canes, boues & per ſe & ſua ſponte errare, ab omni cura paſtoritia exolutas. Earum quidem ferarum innumerabilitatem, infinitatemque & hiſtorici & Indorum ſapientes teſtantur: inter quos Brachmanes etiam numerandi, qui hoc idem ſenſiũt.* H
In ijs monocerotem, quem vocant Cartazonon numerant, eumq́ magnitudine ad confirmatæ ætatis equum accedere dicunt iubaq́ præditum & pilis fuluis eſſe; pedum bonitate, & totius corporis celeritate excellere, atq́ ſimiliter vt elephantes pedibus inarticulatis eſſe, apri caudam habere, inter ſupercilia cornu vno, eodemq́ nigro, non leui quidem, ſed verſuras quaſdam naturales habente, atque in acutiſſimum mucronem deſinente ornatum exiſtere, omniumque maximè animalium abſonam vocem & contentam emittere, & ad alias quidem beſtias ad ſe accedentes manſueſcere, cum verò gregalibus ſuis pugnare; neque modò mares inter ſe naturali quadam contentione diſſidere, ſed contra etiam fœminas certare, pugnamque vſque ad mortem victi ingraueſcere: nam & reliqui corporis maximo robore præditus eſt, & cornu imprimis inexpugnabili armatur: deſertiſſimas regiones perſequitur, ſimul & ſolitarius errat. Coitus tempore ad fœminam manſuetè manſueſcit & pariter paſcuntur. Cùm hoc tempus tranſierit, & ventrem ferre fœmina cœperit, rurſus efferatur, & ſolus vagatur. Praſiorum regi illius pullos etiamnum teneros aiunt deportari eoſdemque feſtis & panegyricis diebus ad pugnam committi,

Monoceros vbi habitet.

A *committi, ad robur ostendendum. Nam integræ ætatis & perfectæ nullum vnquam quisquam meminit captum fuisse.* Hac itaque omnia Aelianus, cui astipulatur Plinius, & maiorem adhuc lucem addit lib. 8. cap. 21. Cùm enim de admirandis Indiæ rebus, & de rhinocerote, deque boue alijsque Indicis animalibus vnicornibus & de axe præterea, cuius corium Libero patri erat sacrum, dixisset, subiungit: *Orsei Indi venantur asperrimam feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram viuam negant capi.* Quo loco per Orseos meo iudicio intelligit Nysæos, quorum oppidum plerosque Indiæ ascribere ait lib. 6. cap. 21. montemque Merum, Libero patri sacrum, vnde origo fabulæ (inquit) Iouis semine editum. Conijcio id autem ex antiquissimo quodam numo, quem videre mihi contigit apud Pyrrhum Ligorium antiquitatum studiosissimum simul ac peritissimum, ducisque Ferrariensis antiquarium, in quo monoceros siue vnicornis exprimitur, tali planè qualem iam diximus, figura, cornu cantharo Bacchi inserens, cum inscriptione, ΝΥΣΣΕΩΝ. Quo symbolo significabant se Bacchum colere, gloriarique tam pretiosi rarique animantis venatione: fueritque fortassis Alexandri Magni numus: Græca enim inscriptio est, isque solus Indiam superauit. Superato enim Dario Persarum Rege, toti Orienti fuit terrori, & ad Herculis vsque columnas, quæ vltra Gangem sunt ad Nysam oppidum peruenit, ibique Herculi & Baccho solenniter litauit. Cùm verò post debellatos populos, victoriarum suarum trophæa, arcus, altariaque & pyramides erigeret, qualia apud Ptolomæum legimus in montibus Riphæis fuisse, ad mare item Caspium, & apud Sogdianos, & in India ad ripam Hipasis, Solinus & nostri temporis scriptores, aras Alexandri nominarunt: ita quoque verisimile est, ad maiorem victoriarum suarum laudem famamque, nummum illum, percussisse. Vtcumque autem est, numus ipse figuram monocerotis solumque natale verè & pulcherrimè expressit. Cæterùm ne isthæc iudicia memoriæque destituantur testimonio, vtque nonnulla quæ apud authores occurrunt, controuersiæ decidantur: iam descendemus ad magis modernos, & ad eos qui oculati testes de monocerote scribunt. Aeneas Syluius Piccolominus, qui postmodum fuit Pius secundus Pontifex Maximus, libro de Asia cap. 10. tradit authoritate cuiusdam Nicolai Veneti, in extremis Asiæ partibus in quadam prouincia nomine Macino inter montes Indiæ, & Cataium, vbi vulgò creditur habitasse Sericos, reperiri animal capite porci, cauda bouis, singulari in fronte cornu, colore magnitudineque elephantis, cum quo naturaliter dissideat, cornuque ibi haberi in maximo pretio aduersus venenum. Idem testatur M. Paulus Venetus, qui longo tempore Magno Cham Tartarorum Imperatori inseruiunt, cùm sibi iter faciendum esset longissimum per Indiam anno circiter M. C C C. quamobrem vulgò magni fiunt eius scripta, inter cætera memoria digna narrat in regno Basman, cuius incolæ omnino barbaræ sunt, reperiri vnicornes, esse autem paullò minores elephantis, pilis bubali, pedibus elephanti, capite apri, tanti ponderis, vt id semper habeat reclinatum, more porcorum in cœno morari gaudere: In media fronte cornu gestare vnum, crassum & nigrum, linguam habere spinosam, eaque lædere homines & animalia: Vt verò modò dicam quod sentio, non ausim affirmare, etsi alioqui scriptores fide dignos existimem, num hoc animal ab ipsis descriptum, reuera sit verus ac genuinus monoceros: recedunt enim à descriptione quam iam antè pro vera accepimus. Nihil enim habet similitudinis vel cum equo, vel cum ceruo, sed est potius animal inusitatæ magnitudinis, neque agilis est & velox, sed piger potius & porcorum more volutabro & cœno gaudet: quæ monocerotis naturæ aduersantur: differt & cornu colore, quod nimirum nigrum esse aiunt: quamobrem cùm & asini ibi dentur, vaccæ item & tauri capræque vnicornes, hanc quoque vnicornem sui generis esse, nec à ratione alienum esse existimo, in toto Oriente à monocerote propriè & per excellentiam dicto cæteras eas animantes similiter vnicornes, accepto nomine indigitare, quoslibetque suam veram esse sibi persuadere. Quantum verò ad Monocerotem Pauli Veneti, nemo puto vitio mihi verterit, si rhinocerotem esse iudicauero; non malè enim congruunt, quas ei ascribit, notæ, magnitudo videlicet ad elephantum accedens, deformitas, pigritia, & caput porci, quibus ferè notis rhinocerotem antea delineauimus. Inter eos verò qui nostra ætate de monocerote agunt, Aloysius Cadamustus nauigationis suæ capite quinquagesimo scribit, in quadam noui orbis parte reperiri vnicornes, capique viuos; cæterùm cum de forma eorum nihil addat, nullumque de eis ferat iudicium, descriptionem mutuabimur à Ludouico Berthema Hispano, qui describens iter suum, quod fecit per Aethiopiam, & mare Erythreum, animal hoc exactè describit, omnesq; quas suo monoceroti veteres, notas tribuit. Mecha (inquit) quæ ciuitas est Arabiæ, portuque per totum Orientem nobilis, septa habet siue claustra regia, in quibus vnicornes gemini asseruantur, quos miraculi loco ostentant populo, nec ab re; res est miratu dignissima. Sunt autem eiusmodi. Alterum eorum quem constat natu maiorem esse, pullo equino triginta menses nato haud absimilem crediderim. Prominet in fronte cornu vnicum, longitudine trium cubitorum. Longè natu minor est alter, vtpote

Orsei Indi qui.

Alexander Magnus Indiam vicit.

Testimonia recentiorum de vnicornu

An recentiorum monocerotes sint veri.

Monoceros Pauli Veneti qui.

Monocerotes à Berthema visi.

B

C

D

pote

pote anniculus ac equino pullo ſimillimus: eius cornu quaterni palmi (quatuor palmorum, dodrantes intelligo) longitudinem haud excedit. Coloris eſt id animal equi muſtelini, caput cerui inſtar: collo non oblongo, rariſſimæque iubæ, ab altera parte ſolùm dependentis. Tibias habet tenues, eaſdemque graciles admodum, hinnuli modo. Vngulas anteriorum pedum bifidas habet, caprinos pedes fermè referentes. Tibiarum poſteriorum pars exterior villoſa eſt, piliq; plurimi. Sane id animal ferum videtur; verùm ferociam neſcio qua comitate condiuit. Eos vnicornes quiſpiam Sultano Mechæ dono dedit. Aducti ſunt ex Aethiopia ab Aethiopum rege, vt eo munere neceſſitudinem cum Sultano Mechæ præfecto coniunctiſſimè iniret. Hactenus ille, exactiſſimè quidem animal ipſum deſcribens, eget tamen declaratione; binæ ternæue enim notæ cum Plinio & Aeliano non conueniunt. Præterit in primis colorem ipſius cornu, læueque ne ſit, an aſperum, an item amfractuoſum & ſpiris conuolutum, vel non. Plerumque autem euenire ſolet, vt nonnulla vel propter ſcribentis incuriam, vel propter rerum, quæ deſcribuntur, imperitiam, ferè prætereantur, quæ omnino annotaſſe oportuiſſet. Quod autem ad verſuras illas ſpiraſque attinet, monendus eſt lector, ne ſimul etiam cauitates, vt in columnis quibuſdam videmus, neceſſariò requiri exiſtimet: Sufficit enim vt veſtigia tantùm earum appareant, qualia in genuinis cornibus conſpiciuntur, ab imo ad ſummum vſque cornu ſimul cum ſpiris verſuriſue ambientia. Minus verò ei condonandum eſt, quòd colorem cornu non expreſſit, præcipuè cum Philes & Plinius id nigrum eſſe dixerint. Atque hic rurſus lectorem moneo, nigrum colorem non intelligi, qualem in cornu rhinocerotis & bubali cernimus, cæterùm reſpectu ipſius ſubſtantiæ, quæ tota candicat, intelligi itaque fuſcum, qualis conſpicitur in cornu cerui, etſi etiam vſu & temporis diuturnitate natiuus ille ſplendor exterior perdatur, & in caſtaneum ferè abeat, vt minus mirari debeat, ſi Solinus, alijque purpureum id eſſe dixerint. Differt præterea à cæteris in vngularum deſcriptione: nam bifidas eſſe profitetur more caprarum, cùm Plinius & Aelianus integras eſſe dicant, ſimileſque elephantinis. Sed & in hoc tueri poteſt, dicendo aſſimilationes dari pro exemplis, non autem quòd totæ tales ſint: quin minor adhuc proportio exiſtit, ſi dixerimus pedes habere omnino elephantinis ſimiles, ſi animal ipſum equum magnitudine non ſuperet. Et licet etiam pedes elephantorum calloſi ſint & rotundi, videntur tamen vngulas habere nonnihil diuiſas, eaque in re à ſolipedis differt, eamque differentiam annotare voluit Barthema cum æquiore proportione, dum caprinis eis aſſimilaret vngulis. Sed cur nos circa has differentias exercemus? Ecquæ datur alicuius rei, ſiue ea ex foſſilibus ſit, aut plantis, aut animalibus, deſcriptio, quæ non apud diuerſos qui eam deſcribunt, variat? Ecquis item ille eſt qui non aliquando decipitur & in ijs maximè, quæ nunquam vidit? Nunquam autem antiquis viſum fuiſſe vnicornem (qui de eo ſcripſerunt) ſed ex aliorum narratione ſcribere, pro indubitato mihi perſuadeo. Vnde natum eſt, quod quæ de hoc animali prædicantur, fabuloſa ferè habeantur, & à nobis propter narrationis diuerſitatem, difficillimè inuicem concilientur, quare ſummo iſthæc cum iudicio à lectore examinanda erunt. Si enim dixerimus captopter aliquid fabuloſum eſſe, quia diuerſimodè de eo ab authoribus ſcribitur, omnes etiam hiſtorias, etſi vero alioqui veriores, falſas etiam eſſe concedendum foret, quandoquidem & in earum enarratione non ſemel variant hiſtorici. Sufficit enim, vt quæ dicuntur, conueniant in ijs, quæ ſunt maioris momenti, magiſque eſſentialia. (Iulius Scaliger quoque Vartomani incuriam tacitè modeſteque tangit exercitatione CCV. Cardanum exagitans, qui imprudenter rhinocerotem cum monocerote confuderat. Nequeo tibi, Cardane, (inquit) opitulari, qui monocerota ſub rhinocerotis nomine pinxiſti, quum duæ ſint belluæ longè diuerſiſſimæ. Rhinocerotis eius picturam vidimus, cuius cadauer eiectum eſt in Tyrrhenum littus. Capite ſuillo, tergore munitus ſcutulato. Cornu gemino, altero puſillo in fronte, altero in nare robuſtiſſimo, quo audaciſſimè, pugnat, ac vincit elephantum. Vt iam deſinant nugari Grammatici de gemino cornu apud Martialem. Monocerotis autem figuram ex Vartomani facetiſſima narratione huc ſcribemus. Vnicornibus equi magnitudo; Crura, pedes, caput, cerui, pili color balius. Equi iuba, rarior, breuior. Coxæ villoſæ. Cornu vnum integrum Niceæ vidimus: alia alibi: ſubluluum vnum, vnum ſublutcum, accedens maximè ad buxeum; vnum ſubpuniceum. Etiam habemus fruſtum candidum. Negat Vartomanus ferocem eſſe: contrà quàm ab alijs vulgò acceperamus. Tametſi cæteram quoque hiſtoriam animaduertas à multorum narrationibus diſcrepantem. Sed Vartomano, viro optimo, qui ſeſe duos vidiſſe ſcribit, habenda fides eſt. Quidam recentiorum, qui alienis operis ſuas interpolant merces, orygem atque monocerotem eundem eſſe arbitrati ſunt. Credo quod legerent, ὄρυγα μονοκέρωτα. Cæterùm hoc eius epitheton eſt. At huic noſtro, de quo agimus, nomen proprium. An ſit aſinus Indicus, in Ariſtotelis commentarijs eſt a nobis explicatum. Iidem maiore cum flagitio cum Gazella orygem confudere.) Etſi igitur qui de pretioſiſſimo hocce cornu ſcripſere, non omnino inuicem conſentiant, nihilominus meo iudicio nunquam tanta eius extitit notitia, quàm hoc noſtro tempore, quo videlicet diligenti multorum

Verſuræ ſiue conuolutiones vt in vnicornu intelligendæ.

Color niger vnicornu vt intelligendus.

Elephantorum vngulæ

Antiqui vnicornu non viderunt.

Scaligeri de monocerote ſententia.

Vnicornu color varius.

De genuinis & veris vnicornibus Principum.

E F G H

A multorum nauigatione in Indiam multarum etiam aliarum rerum cognitio detecta est. Vixque videas in hac nostra Italia principem, vt alios taceam, qui non vel integrum, vel truncum saltem possideat. Nec dubitandum quoque, quin iam breui & ipsum animal, etsi in locis degat desertis & inuijs, simus cognoscituri: ideoque pro vero assereremus seuera istiusmodi cornu haberi apud nos posse, si consideremus tot pretiosissima cornua, quæ nunc in principum thesauris asseruantur; de quibus tamen ex allatis antea distinctionibus ferendum est iudicium, præcipuè de fragmentis, necnon & de integris, quorum naturalis immutata forma est. Illud itaque in primis quod in templo D. Dionysij Parisijs ostenditur, planè genuinum est, & omnibus notis, quæ ab Aeliano, Plinio & Ludouico Barthema recitantur, ad amussim respondet. Asperum enim est, vergit in nigredinem more ceruini, (alij album esse dicunt,) longum est quinque aut sex vlnas, rectum, versuris spirisue ad summum vsque conuolutum. Similia ei sunt quæ ostenduntur Metis & Argentinæ in Germania, item quod apud Polonorum Regem est, crassitudine insigni. Argentinense quidam Germanus, qui id se manibus suis contrectasse asserit, hominis tradit esse altitudine, crassitie quanta manu vna circundari queat, solidum, absque vlla rima, si exiguas illas strias excipias, quæ B magnam ei vndique venustatem conciliant, tanti ponderis, vt mireris, quomodo ab ipso animali ferri queat, odoris omnis expers, colore eboris, quod vetustate iam ad flauum declinauit. Quæ si ita se habent, ne tantillum dubito, quin & hoc sit genuinum & omni ex parte verum vnicornu, & ad hoc cætera esse conferenda & examinanda. Illa verò quæ sunt Venetijs in thesauro diui Marci, etsi superioribus aliàs non sint absimilia, olim tamen læuigata sunt, detractaque est exterior illa, quæ ab Aeliano alijsque memoratur, cuticula, vt sic dicam, aspera cum suis spiris. Sribunt quidam Germani circa annum salutis 1520. in margine Arulæ fluminis Heluetiæ iuxta Brugam oppidum, repertum fuisse cornu, idque monocerotis esse ab illis creditum; quod sanè mihi minimè videtur; nam vt notas illas taceamus, quas à vero cornu differentes habet, album enim esse inquiũt, sed in superficie subflauum, duos longum cubitos, nullisque spirarum versuris, odoratum tum aliàs, tum accensum instar moschi ferè, cùm natiuum cornu odoris saporisque sit expers: nisi dicamus & hoc cornu ita mangonizatum aliquando fuisse. Cæterùm imaginari omnino non possum, qui fieri potuerit, vt res tam pretiosa eo in flumine reperiretur, cum Indiam id animal mittere certo certius sit, à qua plurimis cælis Heluetia distat. Si in littore marino id fuisset inuentum, iudicare non erubescerem, marinæ cuiusdam feræ esse. Minus etiam affirmauerim, quod tradit Alber- C tus Magnus, vidisse se vnicornu crassitudine sesquidodrantis, longitudine verò decem pedum, sine spiris, cætera ceruino simile. Tantæ enim longitudinis & crassitiei cornu: caputque quod id ferre debet, ad animal pertinere videbuntur, quod magnæ molis nauem aliquam adæquet, tantum abest, vt elephanti assimilari possit, tantoque minus equo aut ceruo, quorum ferè magnitudo vero monoceroti tribuitur. Crediderim itaque illud cornu monstri potius cuiusdam marini fuisse, qualibus Oceanus ille Germanicus abundare solet, qualia etiam nonnunquam in nostris maribus, etsi multò minoribus apparent: authoremque habeo Paulum Diaconum tempore D. Gregorij Papæ per Tyberim qui cuncta inundabat, balænam immensæ molis per totam vrbem trepidante populo enatasse, tandemque extinctam spectaculo omnibus fuisse, cuius hodieque costa in ecclesia B. Virginis, cui à populo nomen est, uiuis summæ est admirationi, longa pedes decem, crassa quantum longitudo requirit. Ex istiusmodi itaque ossibus diuersa à fraudulentis lucrique auidis hominibus confici verisimile est, & nonnunquam etiam quædam ad cornuum similitudinem, quæ postmodum ab ignaro vulgo pro vnicornibus accipiuntur: Poculumque illud quod superioribs diebus Magno Hetruriæ duci Cosmo donabat D. Aluarius Mendecius Lusitanus, acceptum à Narsingæ rege, non est meo iudicio (dictum hoc esto cum bona illorum venia,) ex cornu D monocerotis, neque is quoque id ausus fuit affirmare, sed potiùs ex eorum animalium cornu, quæ modò ex Paulo Veneto describebamus, & in Basma & Macino Tartariæ regionibus reperiri diximus, magnitudine ferè elephantis, nigra & immunda, cornu in media fronte nigro, quo ibi tanquam vero ac genuino vnicornu vtuntur (vt aiunt) aduersus venena. Poculi enim illius diametrum erat quantum vix vtraque manus ambire posset: color illi liuidus, plumbeusue & obscurus: maculam habebat in fundo atram, erat læue, minusque quàm alia cornua densum: spurium autem esse didici manifestissimè, cùm id cum veri & genuini, conferrem trunco, cuius videndi copiam faciebat idem Serenissimus dux. Cur modò hunc truncum genuini vnicornu esse mihi persuaderem, impellebant notæ, quas omnes habebat cum ijs communes, quæ a Solino & Aeliano enumerantur. Erat enim substantia densa & solida, vniforme, album, quibusdam spiris conuolutum ab imo ad summum, vt videbatur vsque, crassitudine mali Aurantij, vt ex medio ipso cornu exemptum esse sit suspicandum, quare & exiguam quoque habet cauitatem, qualem in omni genuino vnicornu esse iudico. Vidi & alium truncum in Vaticano inter alia quæ ibi asseruantur, rariora: nec non & alium apud illustriss. Cardinalem Tridentinum. Vterque crassiusculus est, bubali fermè

Vnicornu Parisiense genuinum.

Vnicornu in Arula flumio repertũ.

Vnicornu ab Alberto memoratum nõ esse genuinũ

Balæna in Tyberi Romæ visa.

Vnicornu suppositiuũ.

Vnicornu genuini truncus vbi.

bali fermè instar, foris rudis, colore pallido, striatur, substantia densa & æquali. Sunt enim cornu ipsius exordia. Hisce denique respondet pretiosissimum illud poculum Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Alexandrini donatum à Lusitaniæ rege, quod vel ex solo intuitu ingenuitatem præ se fert, confectumque apparet ex cornu splendidissimo & adinstar eboris læui: colore est ex albo pallescens, largum, quantum bini anteriores digiti vtriusque manus circumdare possunt. Audio & alia celebrari partim frusta, partim & integra, atque præ cæteris illud quod in ditissimo Sereniss. Mantuæ Ducis specu asseruatur: (Huius, sicuti & quod in thesauro Regis Poloniæ conseruatur, iconem dabo in fine capitis.) Aliumque truncum Florentiæ apud Robertum Riciûm, quæ tamen breuitatis causa indescripta relinquo; & suffecerit dixisse, omnia quæ reperiuntur genuina superioribus esse assimillima; licueritque ex hactenus dictis affirmare, quale animal sit monoceros & quæ eius sit natura, eiusque cornu, & ex distinctionibus allatis iudicari poterit, quæ genuina & principibus digna, quæque fictitia sint habenda. Nunc ergo de viribus & singularibus eorum proprietatibus dicetur deinceps in tertia operis parte.

TERTIA PARS. De facultatibus vnicornis.

Cur quandoq; falsa à bonis authoribus referantur.

Superest modò vt dicamus de facultatibus & occultis vnicornu proprietatibus: de quibus multa referuntur, partim vera & principijs innixa naturalibus, partim etiam falsa & fabulosa, ita tamen ipsi immixta historiæ, vt etiamsi omnes excedant fidei limites, non solùm ceu vera passim habeantur, sed etiam velut maxima quædam arcana, quemadmodum etiam in alijs rebus, quibus in medicina vtimur, euenire non semel assolet. Nam cùm prius diuersis experimentis colligerentur rerum virtutes ac facultates à vulgo maxima ex parte, verisque vt fit, vbi minus valet iudicium, falsa affingerentur, coacti fuere viri docti etiam nonnulla ex ijs inuicem permixta memoriæ prodere, lectorisque iudicio submittere. Quo modo nimirum legimus, helleborum ingenium acuere, amentes sanare, senes ad iuuentutem reducere, lapidem lazuli & Armenum senectutem remorari, vitamque facere beatam: scillam pro foribus suspensam maleficia arcere, lapidem bezoarticum, dummodo attingatur, omne genus veneni pellere, alijsque pretiosis lapillis nihilnon admirandum promitti, si à nobis tantùm ferantur, fortunatos scilicet nos reddere, benignos, apud alios gratiosos, diuites, victoriarum compotes, & quod adhuc amplius est, præstare ne ab alijs videamur: siue vt vulgus loquitur, inuisibiles nos efficere: similiaque alia de ijs promittuntur, vt apud Plinium & Solinum non semel est legere, & aliquoties etiam apud Dioscoridem: adeo vt Galenus, qui pòst vixit, scripturus de simplicium medicamentorum facultatibus, coactus fuerit, in multos animaduertere. Alios enim prolixitatis arguit, alios quod veris falsa permiscuerint, & inter cæteros in Pamphilum præcipuè fuit inuectus, quod inter facultates plantarum, incantamenta, veneficiaque & similes aniles superstitiones alias immiscuisset, quibus postmodum ignarum, iudicioque carens vulgus fidem præstat, & tanquam miracula quædam recenset, vt interim taceam, à quibusdam in malam partem vsurpari. Et quamuis Dioscoridem laudaret, quòd præ cæteris veriora scriberet, in eo tamen quædam quoque censura indigere aduertit: nec desunt etiam nostro æuo viri iudicio præpollentes, qui in omnibus medicamentis cùm simplicibus, tùm compositis facultates examine diligenti indigere contendunt: Multa enim vtentes decipiunt, vnde postmodum cæteris nulla fides adhibetur. Cùm itaque de omnibus medicamentis semper aliquid superstitiosè sit scriptum dictumque: quid mirum si idem nostro vnicornu euenerit, quod hucusque præter vulgus & tempus quo paulatim tenebris inuoluuntur omnia, etiamsi alias luce clariora, alium censorem non habuit. De hoc autem præ cæteris fabulosa, figmentaque tradi potuere, quandoquidem rarum semper fuit & in summo pretio, & ab omnibus expetitum ac desideratum: istiusmodi enim pretiosis rebus, vt carius vendantur, nonnulla plerumque admiratione digna affingi solent. Declaraturi igitur rei ipsius veritatem, omnes simul facultates examinabimus, manifestissimasque quasdam distinctiones afferemus, quibus veræ proprietates istiusmodi, quo de agitur, cornu aperientur, & quomodò tot eius encomia & prærogatiuæ, admirandæque vires sint interpretandæ, enucleabimus. Nulli itaque dubium est, quin operationes facultatesque omnium rerum nitantur, orianturque à sua forma, cuius sedes, vt ita dicamus, in medio est siue centro earum; & ab illa etiam differentiæ formales dimanent, illius videlicet ministræ quodammodo, etsi interim aliæ alijs sint interiores, centroque propinquiores, & quædam etiam ad qualitates elementorum, & ad accidentia exteriora vsque se extendant, adeò vt omnium operationum, quæ dantur in quacunque re, aliæ vtpote nobiliores & secretiores, immediatè dependeant ab ipsa forma tanquam primo agente & regina omnium operationum, aliæ ab eius differentijs, quæ eò sunt quoque nobiliores, quò principio suo sunt viciniores: aliæ denique dimanant à qualitatibus elementorum, suntque manifestæ, vt calidum, humidum, frigidum & siccum, quas in omnibus mistis est inuenire. De hisce autem facultatibus, quæ à qualitatibus elementorum proueniunt immediatè, tutò iudicium ferri potest: ingenio enim doctrinaque eas nostra assequi possumus, quia sensibus nostris manifestæ sunt. Omne enim calidum aptum esse constat

Virtutes superstitiosæ.

Galenus quid in Dioscoridem animaduerterit.

Fulcra facultatum in omnibus rebus.

De quibus facultatibus tuto indicare liceat.

A constat calfacere, frigidum refrigerare, siccum siccare, humidum humectare; & per consequens, prout quatuor istæ qualitates inuicem miscentur, operari secundum diuersa, quæ inde oriuntur, temperamenta: Sed cum intellectus noster scrutatur eas, quæ dependent a differentijs internis, non paucis obuiitur difficultatibus: quo enim magis recedunt à sensibus nostris, qui velut manu intellectum ducunt ad scientias, propiusque contrà ad principia formarum accedunt, & nobis operationes & causæ earum redduntur obscuriores, adeò vt illæ quæ immediatè ab intima forma dimanant, planè nobis sint incognitæ, vt inde occultarum facultatum nomenclaturam sibi vendicarint, nec alia nobis ratione innotescant, quàm quatenus nos ad eas ducit experientia. Nullam siquidem rationem dari nouimus, verbi gratia, cur magnes trahit ferrum, nisi quia talis ei inest natura, facultasque formalis & intrinseca. Sicuti modò in manifestis qualitatibus, vtpote sensibus expositis, nemo decipitur, ita contrà ab occultis huiusmodi proprietatibus omnes ferè dimanant superstitiones ac figmenta. Cuiuscumque enim rei facultatem, dummodo non excedant limites ipsorum sensuum, vel quilibet experimenti adiumento, causam inuestigare potest, videlicet calidane sit, an frigida, humida, an sicca, sed perscrutando vlterius, iam intellectus suo paulatim destituitur duce, illiusque more qui per tenebras tactu viam sibi parat, necessariò cogitur vti coniecturis, vt eas assequatur: quibus modò si viri vtantur eruditi, iudicioque vigentes, nonnunquam ad intimas vsque rerum notitias penetrant: sed quia longè maior copia est, qui ob iudicij sui imbecillitatem varijs figmentis veritatem obnubilant, fit vt in immensas confusiones incidamus, adeò vt etiam docti, magnique iudicij viri, multis fabulosis sæpe fidem adhibere cogantur, (quia alijs occultis proprietatibus ita immixta sunt, vt distingui inuicem nequeant,) vel simul omnes inficiari: id quod in hoc nostro euenit vnicornu, de quo nimirum variæ ac diuersæ enumerantur virtutes, partim inter occultas referendæ proprietates, partim planè manifestæ, partim item morales, partim denique omnino superstitiosæ: quas omnes inuicem discernere nouisse plurimum refert. Ostendimus itaque primùm, vnde euenerit, cur tot tantaque de huius cornu viribus prædicentur, mox facultates veras rationibus corroborabimus, & tandem aliàs etiam enarrabimus, quæ veræne sint an falsæ, nec affirmabimus, nec inuestigabimus, sed qualiter ab alijs referuntur, quodammodo repetemus. Proprietates igitur vnicornu singulares & præ cæteris excellentes esse, inde in primis constat, quòd à mundi ipsius penè exordio Chaldæi & mox Hebræi eius mentionem fecerint, venustissimas inde allegorias desumentes: inter quas tria reperio præcipua significata, fortitudinem, æquitatem & exaltationem. Omnes autem quas ex sacris literis recitauimus authoritates, fortitudinis & ferocitatis huius animantis symbola quædam indicat, nominatim ex Psalmist. 21. Vbi dicitur, *Salua me Domine ab ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam:* Et Esaiæ 34. Vbi loquitur de ira Dei aduersus Idumeos & Assyrios populi sui persequutores: *Vnicornes cum eis & tauri cum potentibus.* Et Iob 39. indicantis animal esse indomitum & ferociens: *Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad gregem tuum, aut alligabis rhinocerota ad arandum?* Aequitatem & integritatem indicabant Moses, vigesimo octauo, Deuteronom. cùm tribu benediceret, iam iam interituro. *Sicut primogenitus tauri pulchritudo eius, & quasi cornua monocerotis cornua eius.* Exaltatio autem & prærogatiua significatur Psalmist. nonagesimo primo. *Exaltabitur sicut cornu vnicornis cornu meum:* Et vigesima octaua. *Dilectus Dominus quemadmodum filius vnicornis.* Et septuagesimo septimo. *Aedificauit sicut vnicornium sanctuarium suum in terra.* Iuxta huiusmodi significata intelliguntur etiam nonnulla emblemata symbolaque, quæ & ipsa singularem aliquam proprietatem vnicornis indicant: inter quæ illud præcipuum simul & antiquissimum, quo ipsum animal in gremio virginis alicuius depingitur & continentiæ castitatisque typus habetur. Etenim teste Plinio viuum capi nequit, & vt alij referunt, nisi virginis alicuius auxilio capitur, cui naturæ quodam ductu sese submittens, in gremium eius sese dimittit, moxque ibi quiescens dormitansque à venatoribus capitur. Author est huius historiæ Albertus Magnus, ex Isidoro ni fallor, qui libro duodecimo Etymol. cap. vndecimo tradit talem vnicornis naturam esse à multis pro iurato affirmari, neueraque haud alio modo capi, domarique dum tenera adhuc est ætas. Veruntamen falsa omnino istiusmodi de castitate eius allegoria est, & historia ipsa à vero abhorret, naturæque ipsius etiam animantis aduersatur. Nam vt Aelianus testatur, fæmellas suas odit, & nisi coitus tempore mansuetè ad eas accedit & gregalis fit; & mox rursus, cùm ventrem illæ ferre cœperint, efferatur, & solitarius obuagatur per deserta, & inuia hominibus loca. Rectiùs itaque & significantius istiusmodi emblema significabitur vis amoris, nam quemadmodum hæc fera sua natura asperrima, & à fæminarum consortio abhorrens, finit se tandem ab illo vinci ac domari, sic multò minus nos resistere ei posse, qui & deorum superbiam depressit, & Herculis in primis ferociam leniuit, rigiditatem demulsit Xenocratis, & sapien-

Marginal notes: B; C; D; *Virtutes & proprietates occultæ.* *Coniectura virorum doctorum quid possit.* *Moralia de vnicornu.* *Fortitudinis typus.* *Aequitatis Integritatis.* *Exaltationis.* *Emblemata* *De castitate falsa dici.* *Vis amoris typus.*

Numiſma Niſæorum quid indicet.

& ſapientiam contaminauit Salomonis: Numiſma etiam Niſæorum, cuius ſuprà quoque meminimus, pulcherrimi emblematis ſignificationem habet. In eo vnicornis qualis à Plinio deſcribitur, inclinans caput, cornu in cantharum Liberi patris inſerit: inſcriptum ei ΝΙΣΕΩΝ. Indicant namque gloriari ſe iſtiuſmodi feram, quæ toto terrarum orbe ob cornu ſui contra venena præſtantiam celebratur, ſolos poſſidere, ſuæque regionis proprium eſſe, & fortaſſis Bacchum deum eorum tutelarem vinum eo conſacraſſe. Vt autem ad noſtra tempora deſcendamus, aliquot Pontifices nominatim Clemens VII. & Paulus III. vnicornem vſurparunt in ſuis ſymbolis, indicaturi exaltationem, fortitudinem, iuſtitiam, aliaſque virtutes ſuas conſimiles. Similiter emblema antiquiſſimæ ac nobiliſſimæ Criuellorum Mediolanenſium familiæ, quam primò illuſtrauit Celeſtinus Papa III. & noſtro tempore illuſtriſſimus Cardinalis Criuellus, ab huius quoque feræ natura ac virtute acceptum eſt. Eam enim pingebant hoc addito lemmate Gallico, quia à Gallorum Rege id acceperant, POVR SAVVER LEAVTE. Eo namque modo & ingenij ſui vires, & integritatem erga regem ſuum indicabant. Maniſeſtior verò ſignificatio fuit emblematis Bartholomæi Aluiani, quod à Iouio celebratur inter emblemata aliorum clarorum virorum. Pingebat hic vnicornem cornu ſuum in riuulum quendam aquarum immergentem, cum verbis, VENENA PELLO. Pinxit denique & Sambucus hoc animal inter alia emblemata, cum elemmate PRETIOSVM QVOD VTILE. Vbi indicatur, ea quæ vitæ noſtræ præcipuè conducunt, & vires etiam ingenio & doctrina præſtantes, maximis cohoneſtandos eſſe præmijs. Tam ex allatis itaque problematibus, quam ex communi hominum conſenſu licebit affirmare, immenſas eſſe vnicornis facultates, ſicuti nunc deinceps clariùs etiam demonſtrabimus. Proprietatum eius igitur naturalium, alias vulgares eſſe & à maniſeſtis qualitatibus dimanare, (quales ſunt quæ vim habent ſiccandi, aſtringendi, ſimileſque alias,) alias occultas, nemò equidem dubitat. Eſt autem cornu huius animantis, ſicuti antea ex Phile potiſſimum oſtendi, & ſicuti etiam ex fragmentis, poculiſque quæ videre mihi licuit, conijcere potui, ebori & colore & ſubſtantia non abſimile, foris nimirum palleſcens, coloreque ferè buxeo, ſolidum, denſum, ponderoſum, qualia ferè etiam ſunt aliorum animalium cornua, quare & horum more limari poteſt, atque radi, odoris ſaporiſque omnis expers. Vis ei moderatè deſiccans & aſtringens, vnde multa, omnia nempe quæ cornu ceruinum, præſtare poteſt, quæque ebur. Duo tamen circa vſum ſunt annotanda non parui ponderis, primò quòd nullum ex antiquis ſit reperire, nec claſſicum alium authorem, qui id vel ſimpliciter, vel vſtum, vel in puluere propinarit, aut propinari dixerit. Sed hoc ideo factum quia genuini ſemper perexigua fuit notitia, & ad maniſeſtas illas facultates, ſatis erat ebur, & cornu ceruinum, quorum vbiuis copia eſt. Cùm verò prærogatiua illa vnicornu dependeat à proprietatibus occultis, quæ poſtmodum, vt hiſtoriæ teſtantur, in eo diuerſis hominum experimentis, obſeruatæ ſunt, pretiumque eius adauxerunt, non pauci capta inde occaſione non ſine grandi lucro id adulterare ſtuduerunt, fragmenta alterius cornu vſti pro eo ignaris emptoribus obtrudentes, & ne fraus fucuſque detegereretur, multa de facultatibus eius aduerſus vermes & venena affingentes. Subitque mirari, cur multi noſtri ſæculi, qui tamen ſimplicium aliàs cognitionem non parum illuſtrarunt, hunc fucum non ſolùm non detexerint, ſed & vſum iſtiuſmodi ſuppoſitorum fragmentorum aduerſus venena febreſque malignas conceſſerint, cùm alioqui, ſi paullò diligentius examinentur, vel quilibet videat fragmenta eſſe eboris, aut aliorum etiam oſſium vſtorum, feræ fortaſſis cuiuſdam marinæ, (Vide ſuprà quæ ex Belonio & Paræo, ſcripſimus,) aut etiam petræ foſſilis. Vidi ego maxillam feræ cuiuſdam grandiſſimæ ad viginti ferè vlnas è terra loco glareoſo erutam, quæ fortè per aliquot centenos annos ibi ſepulta iacuerat, tota namque exceptis dentibus iam erat facta lapidea, quæ poſtmodum, vt audio, pro vnicornu vſurpata fuit, priuatim autem contra vermes: erat enim ſapore exiccante & aſtringente, & in aqua ebulliebat. Audio & lapidem quendam ab agyrtis & circumforaneis pro vnicornu venundari, id quod & Braſauolus, in examine ſuo ſimplicium aduertit, dum ait, omnes penè pharmacopœos lapidem loco vnicornu vendere: idque & ego teſtari poſſum ex fide aliquot almæ huius Vrbis digniſſimis ciuibus, qui affirmant erui iſtiuſmodi lapides non vno loco, nominatim verò in Calabria, indeque à circumforaneis ad alia loca deportari, proque vnicornu omnibus obtrudi: emptores autem facilè decipi, quoniam lapis ipſe oſſibus vſtis eſt vndiquaque ſimillimus, ſquammatim compactus, ſiccus, aquæ immiſſus, bullas excitans, quod euidentiſſimum & infallibile ſynceritatis vnicornu ſignum eſſe vulgus vbique credit. Et quamuis modo iſtiuſmodi fruſta, ſiue lapidum, ſiue oſſium vſtorum, vſurpari poſſint, vbi opus eſt exſiccatione, aſtrictioneque, vt aduerſus lumbricos, more cornu cerui vſti, eboriſque & ſpodij, non propterea vnicornu eſſe dici poſſunt, quòd hoc non propter maniſeſtas, ſed propter occultas tantùm facultates proprietateſue vſurpari

Symbola cū pictura vnicornis. — *Aluiani emblema.* — *Maniſeſtæ facultates vnicornis.* — *Vnicornu deſcriptio.* — *Vnicornu olim non ſumebatur intra corpus.* — *Vnicornu vitiatur.* — *Maxilla pro vnicornu vēdita.* — *Lapis pro vnicornu venditus.* — *Occultæ proprietates vnicornu.*

E F G H

A pari assolet, idque modò per se, modò alijs simplicibus immixtum, quæ communiter contra venena, & in febribus mali moris exhibentur, vt bolus Armenus, terra sigillata, fragmenta lapidum pretiosorum, lapis lazuli, cornu cerui, corallum & id genus alexiteria alia; de quorum facultatibus non alia ratio assignari potest, quàm quòd tales esse experientia vsusque ostenderit, nisi & eruditis quibusdam coniecturis easdem assequamur. Cùm enim rarissimè reperiatur istiusmodi fera, & nisi summo cum labore, singulares imprimis, sublimesque eius cornu vires inesse conijcimus, quoniam natura in istiusmodi pretiosissimis gignendis parcissima potius, quàm copiosa esse solet, id quod metallorum præstantissimorum, lapidumque pretiosiorum exemplo omnibus notissimum existit: nam quemadmodum principes, peritique œconomi thesauros suos occultant, resque suas pretiosiores septis claustrisque abdunt, alijsque locis secretioribus, ita & illa aurum, argentum, lapidesque pretiosos terræ altissimis visceribus, margaritas in imo maris abscondidit, nonnulla etiam, vt & monocerotem in locis dedit desertis, aditusque asperrimis. Iam & ex substantia de proprietatibus aliquid conijci potest: quæ si in gemmis margaritisque examinetur, apparebit in mixtione earum exuperare formam, materiæ contrà inesse parum quidem, sed quantulacumque illa est, puram esse, & splendidam, stellarumque naturæ

Coniectura docta de viribus occultis.

Pretiosa natura occultauit.

B non absimilem, vt vel ideo cælestibus planè viribus præditas esse nemo audeat inficiari, immo verò eruditi asserunt æquè operari parua quantitate, quàm si magna vsurpentur, nonnullas applicatas tantùm, non aliter quàm magnes ferrum assolet, venenum & quodcumque aliud naturæ nostræ inimicum ad se allicere. Fitque præterea coniectura virium istiusmodi ex signis exterioribus, densitate, læuore, odore, sapore, & colore. Densissimum autem est hoc cornu, & si quod aliud ponderosum, album, purum, vniforme, & in quolibet vnicorni vnicum. Admiranda insuper est ea vis (vt doctissimè differit Auicenna in libello de viribus cordis) quæ calfacit cum ipsa non sit calida, quæque refrigerat, cùm ipsa non sit frigida, & quæ ea præstat, ad quæ naturaliter valet, nullo adiuta artificio, non videlicet vsta, non lota, aut alio modo præparata, vt in cornu cerui fieri solet; adeo vt cum Aeliano & Philostrato cæteri quoque authores in eo conueniant, antiquos illos Indiarum reges, apud quos primùm hoc cornu innotuit, ex eo pocula sibi fabricasse; exque ijs bibisse, quòd aduersus omne venenum, quoddam velut antidotum præstantissimum esse nossent, præsensque remedium aduersus ebrietatem, spasmum, epilepsiam, aliosque morbos incurabiles, quales nunc sunt febres malignæ. (Fieri potest reges illos vulgo persuasisse,

Gemmarum natura.

Vires quæ præ cæteris admiranda.

C quod ob allatas à Baccio rationes ex ijs cornibus biberent, vt sic minus veneno è medio tollerentur, cui aliàs quàm maximè sint expositi, non aliam tamen ob causam, quàm cur nos ex vitro, bibisse arbitror. Ex cornibus enim pocula conficere antiquissimum esse inuenio. Athenæus lib. 11. tradit antiquos ex cornibus bouillis bibere solitos fuisse, & idcirco Dionysium (hunc apud Indos cultum fuisse ipse etiam Baccius profitetur in explicatione numismatis Nysceorum) κερατοφυῆ cornutum fingi, & Taurum à pluribus nuncupari, & ταυρόμορφον id est, taurina facie conspici in Cyzico. Eiusdem moris ex cornibus bibendi, id quoque est indicio, quod & vinum aqua miscere κεράσαι dicatur, & vas ipsum, in quo mixtio huiusmodi fiebat, κρατὴρ appelletur ἀπὸ τοῦ κέρας, quasi κρατὴρ ἀπὸ τοῦ εἰς κέρας ἐγχεῖσθαι τὸ πόμα, id est quòd potus in cornu infundatur. Hinc Ambrosius quoque, *cornu*, inquit, *in medio vini plenum*. Addit Athenæus ibidem, nostris quoque temporibus cornuum apparatus cernitur, quæ rhyta nonnulli appellant. Profert etiam exempla Centaurorum, Thracum, Paphlagonum, Perhæborum, Philippi Regis Macedonum, regum Pœoniæ, qui ex cornibus, quorum labra nonnunquam vel auro vel argento operiebant, bibere consueuerunt. Athenienses autem argentea cornua facientes ex ijs bibebant. Poëtæ præterea multi antiquos inducunt ex cornibus bibentes. Aelianus author est

Cur reges ex vnicornu biberent.

Ex cornu bibere mos antiquissimus est.

Rhyta quæ.

D Ptolomæo secundo cornu bibulum ex India allatum, quod tres amphoras caperet. Quidam autem cornua aurea vsurpabant, alij osculum poculi aureum vel argenteum faciebant. Pæonios aiunt boues educare, qui cornua gestent tantæ magnitudinis, vt capere possint tres, aut quatuor choas, & idcirco ex ijs facere pocula, quorum labra auro, argentoue circundabant Athenæo teste. Samogithas vrorum cornibus pro poculis vti, testis est Sigismundus Baro in commento rerum Moscouitarum. Hieronymus Mercurialis libri primi de gymnasticis cap. 11. antiquissimum triclinium marmoreum depingit, in quo accumbentium vnus ex istiusmodi corneo poculo bibit, indeque vetustissimum illum lapidem esse arguit. Vidit eum Patauij in ædibus Rhamnusianis, post curiam vrbis præfecti, in vico Patriarchæ, ad Diui Petri. Audioque & in inferiori Germania; vbi more Græcorum conuiuia paruis poculis inchoant, magnis verò claudunt, cùm ex potu incaluere, inter alia maiora pocula, bubula quoque cornua vsurpare, quòd cùm pede (vt sic dicam) careant, bibentes ex eo per se exsiccare cogantur. Testatur & Ioann. Gulielmus Stuckius libro tertio antiquitatum conuiualium hodiè (apud superiores scilicet Germanos) licet rariorem eorum vsum esse, seseque vidisse huiusmodi cornu bouinum ingens, cuius labrum

Boues Pæonij.

Triclinium antiquissimū.

argento erat obductum; conueniensque profectò esse cornupetis illis Bacchi mancipijs, huiusmodi poculi genus. Non me latet interim multos viros doctissimos, vt Mercurialem lib. 1. Lect. Var. & Ioan. Langium in epistolis medicinalibus epist. 39. opinari, veteres corneis poculis vsos, quòd ea salubriora crederent, quam tamen sententiam non alio quàm Aeliani & Philostrati testimonio astruunt. Sed & veterum medicorum instrumenta fuerunt cornea. Cornibus enim liquores mensurabant, cornibus in scarificatione pro cucurbitulis modò ex aurichalco, vel etiam vitro conflatis, vtebantur; cornibus clysteria administrabant, teste Galeno lib. 1. & 2. de composit. medicament. & lib. 13. Meth.) Hisce historijs accedit medicorum experimentum, qui eo, cùm se offert occasio, feliciter vtuntur. Taceo interim multorum nomina, quia hoc in singulis desiderabam, vt rationem quare vterentur, reddidissent. Ferè autem omnes qui de venenis scribunt, & febribus pestilentibus, vsum eius commendant & approbant, atque inter alios doctissimus Marsilius Ficinus de eo agit primùm in libro de vita cælitus comparanda, vbi vires ei attribuit planè abditas & cælestes, quas pòst rursus astruit ex communi medicorum experimento in libro de antidotis aduersus pestem. Approbat id etiam Brasauolus, nisi me memoria fallit, dummodo verum ac genuinum nancisci liceat. Et à Matthiolo recensetur inter antidota aduersus venena; alij præterea, nominatimque Aloysius Mundella aduersus morsum canis rabidi, aliorumque animalium maleficorum, & vermes quoque, eorumque symptomata: nihil tamen audet asserere, quandoquidem id nunquam viderat. Haud prompto animo eodem vtuntur medici Romani propter genuini inopiam, & impensam: vnde etiam fit, quod id ferè nunquam præscribatur, nisi cùm ægri eo non amplius egent, vel ipsum iuuare amplius non potest: Tam ingens autem est huius cornu pretium, vt planè regia futura sit impensa, si quotidiè eo vti velimus. Superioribus annis mercatores quidam Germani venale vnum (ex ijs fortassis, quorum antea memini) Romam ad principes quosdam attulere, pretio nonaginta millium coronatorum. Iulius tertius, vt maximos illos imitaretur Imperatores, Antoninum, & Seuerum pharmacopæam erexit in Vaticano, pretiosissimis opulentans medicamentis, inter cætera etiam fragmentum mercatus est vnicornu duodecim millibus aureorum à mercatoribus quibusdam Epidaurijs; quo non semel Augustinus Ricchus Pontificius tunc temporis archiater felicissimè vtebatur, modò scrupuli, modò decem granorum pondere, ex vino si febris non aderat, sin aderat, ex aqua aliqua cordiali, multosque à grauibus & periculosis affectibus liberabat, quorum nonnulli hodieque sunt superstites. Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Tridentinus truncum possidet vnicornu pulcherrimè diuersis exornatum gemmis & auro, in quo omnes, vt antè quoque indicaui, notæ veri ac genuini vnicornu conspiciuntur, est enim natiuum ipsius cornu, quo capiti annectitur, principium, brachij humani crassitudine, foris pallidum, intus album, totum densum & eboris instar ponderosum: de cuius viribus, etsi iam splendidissimus ille princeps eas perspectissimas sibi haberet, multoties enim vsum eius liberalissimè quàm plurimis concesserat, placuit mihi periculum facere in duabus columbis, quibus cùm arsenicum propinassem, illa cui mox rasuram cornu illius exhibueram, superuixit, cùm altera duarum tantùm horarum spatio extingueretur. Exhibuitque id postea sæpissimè, vbi metus erat suspitioue de veneno, contra funges, in exanthematibus, in febribus pestilentibus, cum felicissimo ferè semper successu, qualem ab omni genuino vnicornu sperare possumus, dummodo apto tempore & loco propinetur, & cum iudicio, recteque associatum cum vomitorijs, alijsque euacuantibus, vt periti medici facere assolent. Cæterùm tametsi tot veterum recentiorumque de pretiosissimi istius cornu proprietatibus authoritates sint rationibus experimentisque comprobatæ, vt vel quilibet ijs acquiescere debeat, tanta tamen humani generis est imbecillitas corruptelaque, vt & mille præterea de eo vanitates atque nugæ dicantur, & vulgò credantur, & olim etiam dictæ sint & creditæ apud Indos; cùm enim reges principesque suos cernerent tanti istiusmodi facere cornua, vt ex ijs sibi crateres facerent & ferè ex his solis biberent, nouas quotidiè ijs vires affinxere (vulgus enim opinionibus suis magis quàm rationibus duci solet,) cœperetque etiam credere & alijs prouulgare omnia illa mirabilia quæ tandem à Philostrato memoriæ tradita sunt, quod nempe ex istiusmodi poculo bibens, illa die nullo affectu præter naturam corripi possit, & ne ebrius quidem effici, sique vulnerari contingat, nullo dolore torqueri, nullis denique venenis, quæ nocendi causa inferantur, offendi, & quod omnium maximum est, per medios ignes incolumes transire. Peruenitque fama isthæc vulgaris ad nostra tempora, & adhuc creditur: non esse necesse, vt intra corpus assumatur, vt alia antidota assolent, cæterum satis esse, si tantummodò portetur, aut præsens habeatur: hoc enim modo duo præstare, summa planè digna admiratione, illato nempe veneno sudorem emittere, & si vel aquæ vel vino immergatur, bullas excitare. Hæc itaque & similia alia cum de eo blaterent circumforanei, alijque homines vulgares, maximam illis suis fragmentis authoritatem conciliarunt, nam cùm in aqua alioue humore bulliant, etsi vel ossa sint vsta, vel lapides, vt ostendimus, ignaro tamen

Instrumenta medicorum cornea.

Vnicornu felix successus.

Pretium vnicornu.

Vnicornu Pontificium.

Vnicornu Cardinalis Tridentini.

Superstitiones quæ dicuntur de vnicornu.

A ro tamen vulgo, cui id indubitatum bonitatis ſynceritatiſque ſignum eſt, pro vero vnicornu obtrudunt, cariſſimeque venditant. Vt modò inter hæce, quas referunt, miraculoſas facultates, ſuum quoque veritati locum aſſignemus, tres opus fuerit, dubitationes diluere, videlicet an verum ſit, cornu hoc omni veneno reſiſtere, ſi illato veneno ſudet, aut in aqua aut vino bullas excitet, & quid denique tam enormibus pollicitationibus credi debeat. Quod ad primam dubitationem, equidem haud facilè defendi poteſt, vnicornu, aut quoduis aliud medicamentum ſiue antidotum omnibus venenis conferre poſſe: impoſſibile enim id eſſe videtur, & ab omni ratione alienum. Nam aut operabitur qualitatibus ſuis manifeſtis, vel proprietatibus occultis: ſi qualitatibus manifeſtis, verbi cauſa, quia calidum, proderit tantùm venenis frigidis, non autem calidis: ſin proprietate occulta, operabitur vel per antipathiam, vel per ſympathiam, atqui hanc vel illam habebit cum hoc, non cum illo veneno: alioqui namque ſi admittimus vnam eandemque rem aliarum rerum effectibus inuicem contrarijs aduerſari, iam totius naturæ ordo inuertetur. Nihilominus etſi iſtiuſmodi argumenta ſint inuiolabilia, ſi tamen rectè intelligantur, non aduerſabuntur, minimeque obſtabunt, & vt paucis intercidatur controuerſia, aliud fuerit dicere, antidotum naturaliter, & directiuè, vt vulgus loquitur, omni veneno aduerſari, aliud tantopere cor ipſum roborare, vt venenis omnibus reſiſtere queat. Admittetur igitur argumentum, ſi dixerimus, nullum antidotum propria vi reſiſtere omni veneno, calido ſcilicet, frigido, erodenti & calorem noſtrum deſtruenti: contrà ſi dixerimus, antidotum naturaliter roborare cor, actioneque ſecundaria, vt loquuntur medici, efficaciam habere aduerſus quodlibet venenum, id rationi minimè repugnabit. Torſit autem & veteres diu iſtiuſmodi quæſtio, & ab vtraque parte ſuæ aſſerebantur rationes, Mithridatiumque quod tunc cæteris præferebatur antidotis, parum efficaciæ habere arguebant aduerſus morſus viperarum aliorumque animantium virulentorum, vt vel ideo theriacam excogitarit Andromachus celeberrimus tempore Neronis medicus, quam & olim multi, additis etiam elogijs, & Galenus quoque, & noſtri denique temporis medici, tantam vim habere aſſerunt, roborandi nobiliſſimum iſtud viſcus, vt omne venenum repellere poſſit. Quid ni itaque id de vnicornu dici poſſe concedemus? Quemadmodum n. quiſpiam egregiè vndique armatus, optimè ſe ab oppugnantibus tuetur, ſimiliter ipſum cor hocce antidoto roboratum, à nullo veneno, ſiue id ſit calidum ſiue frigidum oppugnari opprimique ſe ſinit. Hoc ergo ſenſu intelligendum erit, cùm dicitur, vnicornu omni veneno reſiſtere.

An omnibus venenis aduerſari poſſit.

B

Vt vnicornu omni veneno prodeſſe ſit dicendū.

C (Probandum hic erat vnicornu cor roborare. Negat enim id Parçus, vt ſuprà ſcripſimus.) Altera quæſtio erat, num vnicornu illato veneno ſudorem, vel in humore bullas excitet: ad quam quod attinet, legi apud non paucos ſcriptores, & illos etiam, qui dari reuera id affirmant, à verò prorſus & ratione illud alienum videri, quandoquidem ſudor fit ab intus inſero, & à potentia ſenſitiua ac vegetatiua, quod de vnicornu dici non poteſt: vel ſi tamen vulgo concedamus illud ſudare, ſudare dicemus per accidens, quo modo alia etiam læuia, vt vitrum, ſpecula, marmora vel tantilla aëris humiditate infecta, ſudorem emittere videntur, id quod manifeſtiùs adhuc euenire videmus in menſis, propter vapores qui à calidis & humidis obſonijs eleuantur. Falluntur tamen qui iſthæc aduerſus cornu noſtrum obijciunt. Cùm enim vis atque efficacia rationum ſuarum in eo conſiſtat, quod ſudorem dicant animæ operationem eſſe, reique vitam habentis, inuerto ego hoc dictum, atque inquio, vnicornu caret vita, ideoque propriè dictum ſudorem non edit, nec à principio mouetur intrinſeco, ſed quia læue eſt & frigidum, foris ab aëre & vaporibus exudationem ſibi acquirit, quæ ſudoris ſimilitudinem obtinet, & ſudoris nomenclaturam ſibi vendicauit. Siue ergo ab occulta proprietate, ſiue à principio extrinſeco, ſiue à qualitate veneni, quod aërem inficiens læuitatem ipſius cornu contaminare poteſt, quo modo nimirum à menſtruata muliere inficitur ſpeculum, ſiue ab occulta quauis alia cauſa fiat, parum refert, dummodo verum ſit, quod vulgò de iſtiuſmodi ſudore fertur.

An illato veneno ſudet aut humore bulliat.

Sudor vnde fiat.

Vnicornu vt ſudare dicatur.

D Equidem Petrus de Abano quem Conciliatorem dicunt, in libro de venenis aſſerit, cornua ceraſtis ſimiliter præſente veneno ſudorem emittere, ideoque principes manubria cultrorum ſuorum inde conficere, & in menſa vſurpare. Idem quoque affirmant de iaſpide quodam cineritij coloris, quem linguam ſerpentinam vulgò nuncupant, aut linguam viperinam, quam ſagittæ modo efformatam principes inter alia pretioſiora hanc potiſſimùm ob cauſam aſſeruare obſeruaui. Quamobrem omnino colligo id verè quoque vnicornu conuenire poſſe, cùm non ſit reuera ſudor, ſed ſudoris tantùm ſibi nomen acquiſiuerit. Eodem prorſus modo à ratione non eſt alienum, bullas præſente veneno excitare. Quamuis enim videamus facere omnia vlla ſiue ea ſint cornua ſiue oſſa, ſiue calx, lapides, alia, negatur tamen concluſio, ergo & vnicornu non id facit ſimpliciter: Imò verò non ſolùm id eſt veriſſimum, ſed à multis etiam claſſicis ſcriptoribus ſignum habetur euidentiſſimum præcipuumque veri ac genuini vnicornu, quandoquidem videre eſt apud quoſdam mercatores Pariſienſes præter integrum illud, quo de diximus, quædam fragmenta, quæ etſi non ſint vſta, tamen vino impoſita

Ceraſtis cornuum vis

Lingua ſerpentina.

An in humore bulliat illato veneno.

ſita


ſita bullas emittunt; Dicemus igitur vnicornu cum oſsibus vſtis commune eſſe, quod in humore bullait, ſed ab illis in hoc differre, quod illa niſi vſta, hoc id faciat ſimpliciter & minimè vſtum: quare etiam cognoſcimus manifeſtam ei ineſſe vim exiccandi, qua putredini egregiè reſiſtat, efficaciamque habere aduerſus lumbricos, venena, exanthemata, inſtar boli Armeni, aliorumque alexiteriorum, quibus ob ſimilem deſiccandi facultatem vtimur. Sed ſiue modò ſudet, ſiue non, id tamen, vt & alia quæ vulgò de eo dicuntur, credere non erit inutile, veritatique nullum affert præiudicium, & in primis intereſt rebus publicis, vt nemo mentis compos ea deinceps impugnauerit, ſed tolerauerit potius, & in gratiam principum admiſerit, quos æquum eſt, vt in hac vtili ſententia ſibipſis placeant; imò verò tenemur eandem diuulgare, vulgoq; perſuadere, vt eo modo multis metum incutiamus, proditos iri, ſi præſente vnicornu venenare aliquem aggrederentur. Hæc itaque omnia Baccius. (Ferdinandus Ponzettus falſum eſſe ſcribit, quod ſuperueniente veneno ſudet. Sudat fortaſsis (inquit Geſnerus) aliquando, vtpote ſolidum, durum & læue corpus, vt ſaxa etiam & vitra, vapore externo circa ea concreto: ſed hoc nihil ad venenum.) Cùm igitur tantopere inter ſe inuicem certent viri docti, & adhuc ſub iudice lis ſit, ego quæ de eo paſſim tradunt theologi, moralia myſticaque, nequaquam recitabo.

A

B

C

D



Vnicornu DVCIS MANTVÆ, nu. 1.

Vnicornu SIGISMVNDI REGIS POLONIÆ, nu. 2.

pote anniculus ac equino pullo ſimillimus: eius cornu quaterni palmi (quatuor palmorum, dodrantes intelligo) longitudinem haud excedit. Coloris eſt id animal equi muſtelini, caput cerui inſtar: collo non oblongo, rariſſimæque iubæ, ab altera parte ſolùm dependentis. Tibias habet tenues, eaſdemque graciles admodum, hinnuli modo. Vngulas anteriorum pedum bifidas habet, caprinos pedes fermè referentes. Tibiarum poſteriorum pars exterior villoſa eſt, pilique plurimi. Sanè id animal ferum videtur; verùm ferociam neſcio qua comitate condiuit. Eos vnicornes quiſpiam Sultano Mechæ dono dedit. Aduecti ſunt ex Aethiopia ab Aethiopum rege, vt eo munere neceſſitudinem cum Sultano Mechæ præfecto coniunctiſſimè iniret. Hactenus ille, exactiſſimè quidem animal ipſum deſcribens, eget tamen declaratione; binæ ternæue enim notæ cum Plinio & Aeliano non conueniunt. Præterit in primis colorem ipſius cornu, læueque ne ſit, an aſperum, an item amfractuoſum & ſpiris conuolutum, vel non. Plerumque autem euenire ſolet, vt nonnulla vel propter ſcribentis incuriam, vel propter rerum, quæ deſcribuntur, imperitiam, ferè prætereantur, quæ omnino annotaſſe oportuiſſet. Quod autem ad verſuras illas ſpiraſque attinet, monendus eſt lector, ne ſimul etiam cauitates, vt in columnis quibuſdam videmus, neceſſariò requiri exiſtimet: Sufficit enim vt veſtigia tantùm earum appareant, qualia in genuinis cornibus conſpiciuntur, ab imo ad ſummum vſque cornu ſimul cum ſpiris verſuriſue ambientia. Minus verò ei condonandum eſt, quòd colorem cornu non expreſſit, præcipuè cum Philes & Plinius id nigrum eſſe dixerint. Atque hic rurſus lectorem moneo, nigrum colorem non intelligi, qualem in cornu rhinocerotis & bubali cernimus, cæterùm reſpectu ipſius ſubſtantiæ, quæ tota candicat, intelligi itaque fuſcum, qualis conſpicitur in cornu cerui, etſi etiam vſu & temporis diuturnitate natiuus ille ſplendor exterior perdatur, & in caſtaneum ferè abeat, vt minus mirari debeat, ſi Solinus, alijque purpureum id eſſe dixerint. Differt præterea à cæteris in vngularum deſcriptione: nam bifidas eſſe profitetur more caprarum, cùm Plinius & Aelianus integras eſſe dicant, ſimileſque elephantinis. Sed & in hoc tueri poteſt, dicendo aſſimilationes dari pro exemplis, non autem quòd totæ tales ſint: quin minor adhuc proportio exiſtit, ſi dixerimus pedes habere omnino elephantinis ſimiles, ſi animal ipſum equum magnitudine non ſuperet. Et licet etiam pedes elephantorum calloſi ſint & rotundi, videntur tamen vngulas habere nonnihil diuiſas, eaque in re à ſolipedis differt, eamque differentiam annotare voluit Barthema cum æquiore proportione, dum caprinis eis aſſimilaret vngulis. Sed cur nos circa has differentias exercemus? Ecquæ datur alicuius rei, ſiue ea ex foſſilibus ſit, aut plantis, aut animalibus, deſcriptio, quæ non apud diuerſos qui eam deſcribunt, variat? Ecquis item ille eſt qui non aliquando decipitur & in ijs maximè, quæ nunquam vidit? Nunquam autem antiquis viſum fuiſſe vnicornem (qui de eo ſcripſerunt) ſed ex aliorum narratione ſcribere, pro indubitato mihi perſuadeo. Vnde natum eſt, quod quæ de hoc animali prædicantur, fabuloſa ferè habeantur, & à nobis propter narrationis diuerſitatem, difficillimè inuicem concilientur, quare ſummo iſthæc cum iudicio à lectore examinanda erunt. Si enim dixerimus eapropter aliquid fabuloſum eſſe, quia diuerſimodè de eo ab authoribus ſcribitur, omnes etiam hiſtorias, etſi vero alioqui veriores, falſas etiam eſſe concedendum foret, quandoquidem & in earum enarratione non ſemel variant hiſtorici. Sufficit enim, vt quæ dicuntur, conueniant in ijs, quæ ſunt maioris momenti, magiſque eſſentialia. (Iulius Scaliger quoque Vartomani incuriam tacitè modeſteque tangit exercitatione CCV. Cardanum exagitans, qui imprudenter rhinocerotem cum monocerote confuderat. Nequeo tibi, Cardane, (inquit) opitulari, qui monocerota ſub rhinocerotis nomine pinxiſti, quum duæ ſint belluæ longè diuerſiſſimæ. Rhinocerotis eius picturam vidimus, cuius cadauer eiectum eſt in Tyrrhenum littus. Capite ſuillo, tergore munitus ſcutulato. Cornu gemino, altero puſillo in fronte, altero in nare robuſtiſſimo, quo audaciſſimè, pugnat, ac vincit elephantum. Vt iam deſinant nugari Grammatici de gemino cornu apud Martialem. Monocerotis autem figuram ex Vartomani facetiſſima narratione huc ſcribemus. Vnicornibus equi magnitudo; Crura, pedes, caput, cerui, pili color balius. Equi iuba, rarior, breuior. Coxæ villoſæ. Cornu vnum integrum Niceæ vidimus: alia alibi: ſubfuluum vnum, vnum ſubluteum, accedens maximè ad buxeum; vnum ſubpuniceum. Etiam habemus fruſtum candidum. Negat Vartomanus ferocem eſſe: contrà quàm ab alijs vulgò acceperamus. Tametſi cæteram quoque hiſtoriam animaduertas à multorum narrationibus diſcrepantem. Sed Vartomano, viro optimo, qui ſeſe duos vidiſſe ſcribit, habenda fides eſt. Quidam recentiorum, qui alienis operis ſuas interpolant merces, orygem atque monocerotem eundem eſſe arbitrati ſunt. Credo quod legerent, ὄρυγα μονοκέρωτα. Cæterùm hoc eius epitheton eſt. At huic noſtro, de quo agimus, nomen proprium. An ſit aſinus Indicus, in Ariſtotelis commentarijs eſt à nobis explicatum. Iidem maiore cum flagitio cum Gazella orygem confudere.) Etſi igitur qui de pretioſiſſimo hocce cornu ſcripſere, non omnino inuicem conſentiant, nihilominus meo iudicio nunquam tanta eius extitit notitia, quàm hoc noſtro tempore, quo videlicet diligenti multorum

Verſuræ ſiue conuolutiones vt in vnicornu intelligendæ.

Color niger vnicornu vt intelligendus.

Elephantorum vngulæ

Antiqui vnicornu non viderunt.

Scaligeri de monocerote ſententia.

Vnicornu color varius.

De genuinis & veris vnicornibus Principum.

E F G H

A multorum nauigatione in Indiam multarum etiam aliarum rerum cognitio detecta est. Vixque videas in hac nostra Italia principem, vt alios taceam, qui non vel integrum, vel truncum saltem possideat. Nec dubitandum quoque, quin iam breui & ipsum animal, etsi in locis degat desertis & inuijs, simus cognosciturі: ideoque pro vero asseremus reuera istiusmodi cornu haberi apud nos posse, si consideremus tot pretiosissima cornua, quæ nunc in principum thesauris asseruantur; de quibus tamen ex allatis antea distinctionibus ferendum est iudicium, præcipuè de fragmentis, necnon & de integris, quorum naturalis immutata forma est. Illud itaque in primis quod in templo D. Dionysij Parisijs ostenditur, planè genuinum est, & omnibus notis, quæ ab Aeliano, Plinio & Ludouico Barthema recitantur, ad amussim respondet. Asperum enim est, vergit in nigredinem more ceruini, (alij album esse dicunt,) longum est quinque aut sex vlnas, rectum, versuris spirisue ad summum vsque conuolutum. Similia ei sunt quæ ostenduntur Metis & Argentinæ in Germania, item quod apud Polonorum Regem est, crassitudine insigni. Argentinense quidam Germanus, qui id se manibus suis contractasse asserit, hominis tradit esse altitudine, crassitie quanta manu vna circundari queat, solidum, absque vlla rima, si exiguas illas strias excipias, quæ magnam ei vndique venustatem conciliant, tanti ponderis, vt mireris, quomodo ab ipso animali B ferri queat, odoris omnis expers, colore eboris, quod vetustate iam ad flauum declinauit. Quæ si ita se habent, ne tantillum dubito, quin & hoc sit genuinum & omni ex parte verum vnicornu; & ad hoc cætera esse conferenda & examinanda. Illa verò quę sunt Venetijs in thesauro diui Marci, etsi superioribus aliàs non sint absimilia, olim tamen læuigata sunt, detractaque est exterior illa quæ ab Aeliano alijsque memoratur, cuticula, vt sic dicam, aspera cum suis spiris. Sribunt quidam Germani circa annum salutis 1520. in margine Arulæ fluminis Heluetiæ iuxta Brugam oppidum, repertum fuisse cornu, idque monocerotis esse ab illis creditum; quod sanè mihi minimè videtur; nam vt notas illas taceamus, quas à vero cornu differentes habet, album enim esse inquiũt, sed in superficie subflauum, duos longum cubitos, nullisque spirarum versuris, odoratum tum aliàs, tum accensum instar moschi ferè, cùm natiuum cornu odoris saporisque sit expers: nisi dicamus & hoc cornu ita mangonizatum aliquando fuisse. Cæterùm imaginari omnino non possum, qui fieri potuerit, vt res tam pretiosa eo in flumine reperiretur, cum Indiam id animal mittere certo certius sit, à qua plurimis cælis Heluetia distat. Si in littore marino id fuisset inuentum, iudicare non erubescerem, marinæ cuiusdam feræ esse. Minus etiam assimauerim, quod tradit Albertus Magnus, vidisse se vnicornu crassitudine sesquidodrantis, longitudine verò decem pedum, C sine spiris, cætera ceruino simile. Tantæ enim longitudinis & crassitiei cornu: caputque quod id ferre debet, ad animal pertinere videbuntur, quod magnæ molis nauem aliquam adæquet, tantum abest, vt elephanti assimilari possit, tantoque minus equo aut ceruo, quorum ferè magnitudo vero monoceroti tribuitur. Crediderim itaque illud cornu monstri potius cuiusdam marini fuisse, qualibus Oceanus ille Germanicus abundare solet, qualia etiam nonnunquam in nostris maribus, etsi multò minoribus apparent: authoremque habeo Paulum Diaconum tempore D. Gregorij Papæ per Tyberim qui cuncta inundabat, balęnam immensæ molis per totam vrbem trepidante populo enatasse, tandemque extinctam spectaculo omnibus fuisse, cuius hodieque costa in ecclesia B. Virginis, cui à populo nomen est, cuius summæ est admirationi, longa pedes decem, crassa quantum longitudo requirit. Ex istiusmodi itaque ossibus diuersa à fraudulentis lucrique auidis hominibus confici verisimile est, & nonnunquam etiam quædam ad cornuum similitudinem, quæ postmodum ab ignaro vulgo pro vnicornibus accipiuntur: Poculumque illud quod superioribs diebus Magno Hetruriæ duci Cosmo donabat D. Aluarius Mendecius Lusitanus, acceptum à Narsingæ rege, non est meo iudicio (dictum hoc esto cum bona illorum venia,) ex cornu D monocerotis, neque is quoque id ausus fuit affirmare, sed potiùs ex eorum animalium cornu, quæ modò ex Paulo Veneto describebamus, & in Basma & Macino Tartariæ regionibus reperiri diximus, magnitudine ferè elephantis, nigra & immunda, cornu in media fronte nigro, quo ibi tanquam vero ac genuino vnicornu vtuntur (vt aiunt) aduersus venena. Poculi enim illius diametrum erat quantum vix vtraque manus ambire posset: color illi liuidus, plumbeusue & obscurus: maculam habebat in fundo atram, erat læue, minusque quàm alia cornua densum: spurium autem esse didici manifestissimè, cùm id cum veri & genuini, conferrem trunco, cuius videndi copiam faciebat idem Serenissimus dux. Cur modò hunc truncum genuini vnicornu esse mihi persuaderem, impellebant notæ, quas omnes habebat cum ijs communes, quæ a Solino & Aeliano enumerantur. Erat enim substantia densa & solida, vniforme, album, quibusdam spiris conuolutum ab imo ad summum, vt videbatur vsque, crassitudine mali Aurantij, vt ex medio ipso cornu exemptum esse sit suspicandum, quare & exiguam quoque habet cauitatem, qualem in omni genuino vnicornu esse iudico. Vidi & alium truncum in Vaticano inter alia quæ ibi asseruantur, rariora: nec non & alium apud illustriss. Cardinalem Tridentinum. Vterque crassiusculus est, bu-

Vnicornu Parisiense genuinum.

Vnicornu in Arula fluuio repertũ.

Vnicornu ab Alberto memoratum nõ esse genuinũ

Balæna in Tyberi Romæ visa.

Vni cornu suppositiũ.

Vnicornu genuini truncus vbi.

bali fermè

bali fermè instar, fotis rudis, colore pallido, striatur, substantia densa & æquali. Sunt enim cornu ipsius exordia. Hisce denique respondet pretiosissimum illud poculum Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Alexandrini donatum a Lusitaniæ rege, quod vel ex solo intuitu ingenuitatem præ se fert, confectumque apparet ex cornu splendidissimo & adinstar eboris læui: colore est ex albo pallescens, largum, quantum bini anteriores digiti vtriusque manus circumdare possunt. Audio & alia celebrari partim frusta, partim & integra, atque præ cæteris illud quod in ditissimo Serenissi. Mantuæ Ducis specu asseruatur: (Huius, sicuti & quod in thesauro Regis Poloniæ conseruatur, iconem dabo in fine capitis.) Aliumque truncum Florentiæ apud Robertum Ricciun, quæ tamen breuitatis causa indescripta relinquo; & suffecerit dixisse, omnia quæ reperiuntur genuina superioribus esse assimillima; licueritque ex hactenus dictis affirmare, quale animal sit monoceros & quæ eius sit natura, eiusque cornu, & ex distinctionibus allatis iudicari poterit, quæ genuina & principibus digna, quæque fictitia sint habenda. Nunc ergo de viribus & singularibus eorum proprietatibus dicetur deinceps in tertia operis parte. E

TERTIA PARS.

De facultatibus vnicornis.

Superest modò vt dicamus de facultatibus & occultis vnicornu proprietatibus: de quibus multa referuntur, partim vera & principijs innixa naturalibus, partim etiam falsa & fabulosa, ita tamen ipsi immixta historiæ, vt etiamsi omnes excedant fidei limites, non solùm ceu vera passim F habeantur, sed etiam velut maxima quædam arcana, quemadmodum etiam in alijs rebus, quibus in medicina vtimur, euenire non semel assolet. Nam cùm prius diuersis experimentis colligerentur rerum virtutes ac facultates à vulgo maxima ex parte, verisque vt fit, vbi minus valet iudicium, falsa affingerentur, coacti fuere viri docti etiam nonnulla ex ijs inuicem permixta memoriæ prodere, lectorisque iudicio submittere. Quo modo nimirum legimus, helleborum ingenium acuere, amentes sanare, senes ad iuuentutem reducere, lapidem lazuli & Armenum senectutem remorari, vitamque facere beatam: scillam pro foribus suspensam maleficia arcere, lapidem bezoarticum, dummodo attingatur, omne genus veneni pellere; alijsque pretiosis lapillis nihil non admirandum promitti, si a nobis tantùm ferantur, fortunatos scilicet nos reddere, benignos, apud alios gratiosos, diuites, victoriarum compotes, & quod adhuc amplius est, præstare ne ab alijs videamur: siue vt vulgus loquitur, inuisibiles nos efficere: similiaque alia de ijs promittuntur, vt apud Plinium & Solinum non semel est legere, & aliquoties etiam apud Dioscoridem: adeo vt Galenus, qui pòst vixit, scripturus de simplicium medicamentorum facultatibus, coactus fuerit, in multos animaduertere. Alios enim prolixitatis arguit, alios quod veris G falsa permiscuerint, & inter cæteros in Pamphilum præcipuè fuit inuectus, quod inter facultates plantarum, incantamenta, veneficiaque & similes aniles superstitiones alias immiscuisset, quibus postmodum ignarum, iudicioque carens vulgus fidem præstat, & tanquam miracula quædam recenset, vt interim taceam, à quibusdam in malam partem vsurpari. Et quamuis Dioscoridem laudaret, quòd præ cæteris veriora scriberet, in eo tamen quædam quoque censura indigere aduertit: nec desunt etiam nostro æuo viri iudicio præpollentes, qui in omnibus medicamentis cùm simplicibus, tùm compositis facultates examine diligenti indigere contendunt: Multa enim vtentes decipiunt, vnde postmodum cæteris nulla fides adhibetur. Cùm itaque de omnibus medicamentis semper aliquid superstitiosè sit scriptum dictumque: quid mirum si idem nostro vnicornu euenerit, quod hucusque præter vulgus & tempus quo paulatim tenebris inuoluuntur omnia, etiamsi alias luce clariora, alium censorem non habuit. De hoc autem præ cæteris fabulosa, figmentaque tradi potuere, quandoquidem rarum semper fuit & in summo pretio, & ab omnibus expetitum ac desideratum: istiusmodi enim pretiosis rebus, vt carius vendantur, nonnulla plerumque admiratione digna affingi solent. Declaraturi igitur rei ipsius veritatem, omnes simul facultates examinabimus, manifestissimasque quasdam distinctiones afferemus, quibus veræ proprietates istiusmodi, quo de agitur, cornu aperientur, & quomodò tot eius encomia & prærogatiuæ, H admirandæque vires sint interpretandæ, enucleabimus. Nulli itaque dubium est, quin operationes facultatesque omnium rerum nitantur, orianturque à sua forma, cuius sedes, vt ita dicamus, in medio est siue centro earum; & ab illa etiam differentiæ formales dimanent, illius videlicet ministræ quodammodo, etsi interim aliæ alijs sint interiores, centroque propinquiores, & quædam etiam ad qualitates elementorum, & ad accidentia exteriora vsque se extendant, adeò vt omnium operationum, quæ dantur in quacunque re, aliæ vtpote nobiliores & secretiores, immediatè dependeant ab ipsa forma tanquam primo agente & regina omnium operationum, aliæ ab eius differentijs, quæ eò sunt quoque nobiliores, quò principio suo sunt viciniores: aliæ denique dimanant à qualitatibus elementorum, suntque manifestæ, vt calidum, humidum, frigidum & siccum, quas in omnibus mistis est inuenire. De hisce autem facultatibus, quæ a qualitatibus elementorum prouenient immediatè, tutò iudicium ferri potest: ingenio enim doctrinaque eas nostra assequi possumus, quia sensibus nostris manifestæ sunt. Omne enim calidum aptum esse constat

Cur quandoq; falsa à bonis authoribus referantur.

Virtutes superstitiosæ.

Galenus quid in Dioscoridem animaduerterit.

Fulcra facultatum in omnibus rebus.

De quibus facultatibus tutò indicare liceat.

A constat calfacere, frigidum refrigerare, siccum siccare, humidum humectare; & per consequens, prout quatuor istæ qualitates inuicem miscentur, operari secundum diuersa, quæ inde oriuntur, temperamenta. Sed cum intellectus noster scrutatur eas, quæ dependent a differentijs internis, non paucis obuiitur difficultatibus: quo enim magis recedunt à sensibus nostris, qui velut manu intellectum ducunt ad scientias, propiusque contrà ad principia formarum accedunt, & nobis operationes & causæ earum redduntur obscuriores, adeò vt illæ quæ immediatè ab intima forma dimanant, planè nobis sint incognitæ, vt inde occultarum facultatum nomenclaturam sibi vendicarint, nec alia nobis ratione innotescant, quàm quatenus nos ad eas ducit experientia. Nullam siquidem rationem dari nouimus, verbi gratia, cur magnes trahit ferrum, nisi quia talis ei inest natura, facultasque formalis & intrinseca. Sicuti modò in manifestis qualitatibus, vtpote sensibus expositis, nemo decipitur, ita contrà ab occultis huiusmodi proprietatibus omnes ferè dimanant superstitiones ac figmenta. Cuiuscumque enim rei facultatem, dummodo non excedant limites ipsorum sensuum, vel quilibet experimenti adiumento, causam inuestigare potest, videlicet calidane sit, an frigida, humida, an sicca, sed perscrutando vlterius, iam intellectus suo paulatim destituitur duce, illiusque more qui per tenebras ta-B ctu viam sibi parat, necessariò cogitur vti coniecturis, vt eas assequatur: quibus modò si viri vtantur eruditi, iudicioque vigentes, nonnunquam ad intimas vsque rerum notitias penetrant: sed quia longè maior copia est, qui ob iudicij sui imbecillitatem varijs figmentis veritatem obnubilant, fit vt in immensas confusiones incidamus, adeò vt etiam docti, magnique iudicij viri, multis fabulosis sæpe fidem adhibere cogantur, (quia alijs occultis proprietatibus ita immixta sunt, vt distingui inuicem nequeant,) vel simul omnes inficiari: id quod in hoc nostro euenit vnicornu, de quo nimirum variæ ac diuersæ enumerantur virtutes, partim inter occultas referendæ proprietates, partim planè manifestæ, partim item morales, partim denique omnino superstitiosæ: quas omnes inuicem discernere nouisse plurimum refert. Ostendimus itaque primùm, vnde euenerit, cur tot tantaque de huius cornu viribus prædicentur, mox facultates veras rationibus corroborabimus, & tandem aliàs etiam enarrabimus, quæ veræne sint an falsæ, nec affirmabimus, nec inuestigabimus, sed qualiter ab alijs referuntur, quodammodo repetemus. Proprietates igitur vnicornu singulares & præ cæteris excellentes esse, inde in primis constat, quòd à mundi ipsius penè exordio Chaldæi & mox Hebræi eius C mentionem fecerint, venustissimas inde allegorias desumentes: inter quas tria reperio præcipua significata, fortitudinem, æquitatem & exaltationem. Omnes autem quas ex sacris literis recitauimus authoritates, fortitudinis & ferocitatis huius animantis symbola quædam indicat, nominatim ex Psalmist. 21. Vbi dicitur, *Salua me Domine ab ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam:* Et Esaiæ 34. Vbi loquitur de ira Dei aduersus Idumeos & Assyrios populi sui persequutores: *Vnicornes cum eis & tauri cum potentibus*. Et Iob 39. indicantis animal esse indomitum & ferociens: *Nunquid volet rhinocerος seruire tibi, aut morabitur ad gregem tuum, aut alligabis rhinocerota ad arandum?* Aequitatem & integritatem indicabant Moses, vigesimo octauo, Deuteronom. cùm tribu benediceret, iam iam interituro. *Sicut primogenitus tauri pulchritudo eius, & quasi cornua monocerotis cornua eius*. Exaltatio autem & prærogatiua significatur Psalmist. nonagesimo primo. *Exaltabitur sicut cornu vnicornis cornu meum:* Et vigesima octaua. *Dictus Dominus quemadmodum filius vnicornis*. Et septuagesimo septimo. *Aedificauit sicut vnicornium sanctuarium suum in terra*. Iuxta huiusmodi significata intelliguntur etiam nonnulla emblemata symbolaque, quæ & ipsa singularem aliquam proprietatem vnicornis indicant: inter quæ illud præcipuum simul & antiquissi-D mum, quo ipsum animal in gremio virginis alicuius depingitur & continentiæ castitatisque typus habetur. Etenim teste Plinio viuum capi nequit, & vt alij referunt, nisi virginis alicuius auxilio capitur, cui naturæ quodam ductu sese submittens, in gremium eius sese dimittit, moxque ibi quiescens dormitansque à venatoribus capitur. Author est huius historiæ Albertus Magnus, ex Isidoro ni fallor, qui libro duodecimo Etymol. cap. vndecimo tradit talem vnicornis naturam esse à multis pro iurato affirmari, reueraque haud alio modo capi, domarique dum tenera adhuc est ætas. Veruntamen falsa omnino istiusmodi de castitate eius allegoria est, & historia ipsa à vero abhorret, naturæque ipsius huius animantis aduersatur. Nam vt Aelianus testatur, fæmellas suas odit, & nisi coitus tempore mansuetè ad eas accedit & gregalis fit; & mox rursus, cùm ventrem illæ ferre cœperint, efferatur, & solitarius obuagatur per deserta, & inuia hominibus loca. Rectiùs itaque & significantius istiusmodi emblema significabitur vis amoris, nam quemadmodum hæc fera sua natura asperrima, & à fæminarum consortio abhorrens, sinit se tandem ab illo vinci ac domari, sic multò minus nos resistere ei posse, qui & deorum superbiam depressit, & Herculis in primis ferociam leniuit, rigiditatem demulsit Xenocratis,

Virtutes & proprietates occultæ.

Coniectura virorum doctorum quid possit.

Moralia de vnicornu.

Fortitudinis typus.

Aequitatis Integritatis.

Exaltationis.

Emblemata

De castitate falsa dici.

Vis amoris typus.

 & sapien-

Numiſma Niſæorum quid indicet & ſapientiam contaminauit Salomonis: Numiſma etiam Niſæorum, cuius ſuprà quoque meminimus, pulcherrimi emblematis ſignificationem habet. In eo vnicornis qualis à Plinio deſcribitur, inclinans caput, cornu in cantharum Liberi patris inſerit: inſcriptum ei ΝΙΣΕΩΝ. Indicant namque gloriari ſe iſtiuſmodi feram, quæ toto terrarum orbe ob cornu ſui contra venena præſtantiam celebratur, ſolos poſſidere, ſuæque regionis proprium eſſe, & fortaſſis Bacchum deum eorum tutelarem vinum eo conſacraſſe. *Symbola cũ pictura vnicornis.* Vt autem ad noſtra tempora deſcendamus, aliquot Pontifices nominatim Clemens VII. & Paulus III. vnicornem vſurparunt in ſuis ſymbolis, indicaturi exaltationem, fortitudinem, iuſtitiam, aliaſque virtutes ſuas conſimiles. Similiter emblema antiquiſſimæ ac nobiliſſimæ Criuellorum Mediolanenſium familiæ, quam primò illuſtrauit Celeſtinus Papa III. & noſtro tempore illuſtriſſimus Cardinalis Criuellus, ab huius quoque feræ natura ac virtute acceptum eſt. Eam enim pingebant hoc addito lemmate Gallico, quia à Gallorum Rege id acceperant, POVR SAVVER LEAVTE. Eo namque modo & ingenij ſui vires, & integritatem erga regem ſuum indicabant. *Aluiani emblema.* Manifeſtior verò ſignificatio fuit emblematis Bartholomæi Aluiani, quod à Iouio celebratur inter emblemata aliorum clarorum virorum. Pingebat hic vnicornem cornu ſuum in riuulum quendam aquarum immergentem, cum verbis, VENENA PELLO. Pinxit denique & Sambucus hoc animal inter alia emblemata, cum elemmate PRETIOSVM QVOD VTILE. Vbi indicatur, ea quæ vitæ noſtræ præcipuè conducunt, & vires etiam ingenio & doctrina præſtantes, maximis cohoneſtandos eſſe præmijs. Tam ex allatis itaque problematibus, quam ex communi hominum conſenſu licebit affirmare, immenſas eſſe vnicornis facultates, ſicuti nunc deinceps clariùs etiam demonſtrabimus. *Manifeſtæ facultates vnicornis.* Proprietatum eius igitur naturalium, alias vulgares eſſe & à manifeſtis qualitatibus dimanare, (quales ſunt quæ vim habent ſiccandi, aſtringendi, ſimileſque alias,) alias occultas, nemo equidem dubitat. Eſt autem cornu huius animantis, ſicuti antea ex Phile potiſſimum oſtendi, & ſicuti etiam ex fragmentis, *Vnicornu deſcriptio.* poculiſque quæ videre mihi licuit, conijcere potui, ebori & colore & ſubſtantia non abſimile, foris nimirum palleſcens, coloreque ferè buxeo, ſolidum, denſum, ponderoſum, qualia ferè etiam ſunt aliorum animalium cornua, quare & horum more limari poteſt, atque radi, odoris ſaporiſque omnis expers. Vis ei moderatè deſiccans & aſtringens, vnde multa, omnia nempe quæ cornu ceruinum, præſtare poteſt, quæque ebur. *Vnicornu olim non ſumebatur intra corpus.* Duo tamen circa vſum ſunt annotanda non parui ponderis, primò quòd nullum ex antiquis ſit reperire, nec claſſicum alium authorem, qui id vel ſimpliciter, vel vſtum, vel in puluere propinarit, aut propinari dixerit. Sed hoc ideo factum quia genuini ſemper perexigua fuit notitia, & ad manifeſtas illas facultates, ſatis erat ebur, & cornu ceruinum, quorum vbiuis copia eſt. Cùm verò prærogatiua illa vnicornu dependeat à proprietatibus occultis, quæ poſtmodum, vt hiſtoriæ teſtantur, in eo diuerſis hominum experimentis, obſeruatæ ſunt, pretiumque eius adauxerunt, non pauci capta inde occa- *Vnicornu vitiatur.* ſione non ſine grandi lucro id adulterare ſtuduerunt, fragmenta alterius cornu vſti pro eo ignaris emptoribus obtrudentes, & ne fraus fucuſque detegereretur, multa de facultatibus eius aduerſus vermes & venena affingentes. Subitque mirari, cur multi noſtri ſæculi, qui tamen ſimplicium aliàs cognitionem non parum illuſtrarunt, hunc fucum non ſolùm non detexerint, ſed & vſum iſtiuſmodi ſuppoſitorum fragmentorum aduerſus venena febreſque malignas conceſſerint, cùm alioqui, ſi paullò diligentius examinentur, vel quilibet videat fragmenta eſſe eboris, aut aliorum etiam oſſium vſtorum, feræ fortaſſis cuiuſdam marinæ, (Vide ſuprà quæ ex Belonio & Paræo, ſcripſimus,) aut etiam petræ foſſilis. *Maxilla pro vnicornu vẽdita.* Vidi ego maxillam feræ cuiuſdam grandiſſimæ ad viginti ferè vlnas è terra loco glareoſo erutam, quæ fortè per aliquot centenos annos ibi ſepulta iacuerat, tota namque exceptis dentibus iam erat facta lapidea, quæ poſtmodum, vt audio, pro vnicornu vſurpata fuit, priuatim autem contra vermes: erat enim ſapore exiccante & aſtringente, & in aqua ebulliebat. Audio & lapidem quendam ab agyrtis & circumforaneis pro vnicornu venundari, id quod & Braſauolus, in examine ſuo ſimplicium *Lapis pro vnicornu venditus.* aduertit, dum ait, omnes penè pharmacopœos lapidem loco vnicornu vendere: idque & ego teſtari poſſum ex fide aliquot almæ huius Vrbis digniſſimis ciuibus, qui affirmant erui iſtiuſmodi lapides non vno loco, nominatim verò in Calabria, indeque à circumforaneis ad alia loca deportari, proque vnicornu omnibus obtrudi: emptores autem facilè decipi, quoniam lapis ipſe oſſibus vſtis eſt vndiquaque ſimillimus, ſquammatim compactus, ſiccus, aquæ immiſſus, bullas excitans, quod euidentiſſimum & infallibile ſynceritatis vnicornu ſignum eſſe vulgus vbique credit. Et quamuis modo iſtiuſmodi fruſta, ſiue lapidum, ſiue *Occultæ proprietates vnicornu.* oſſium vſtorum, vſurpari poſſint, vbi opus eſt exſiccatione, aſtrictioneque, vt aduerſus lumbricos, more cornu cerui vſti, eboriſque & ſpodij, non propterea vnicornu eſſe dici poſſunt, quòd hæc non propter manifeſtas, ſed propter occultas tantùm facultates proprietateſue vſurpari

A pari assolet, idque modò per se, modò alijs simplicibus immixtum, quæ communiter contra venena, & in febribus mali moris exhibentur, vt bolus Armenus, terra sigillata, fragmenta lapidum pretiosorum, lapis lazuli, cornu cerui, corallum & id genus alexiteria alia; de quorum facultatibus non alia ratio assignari potest, quàm quòd tales esse experientia vsusque ostenderit, nisi & eruditis quibusdam coniecturis easdem assequamur. Cùm enim rarissime reperiatur istiusmodi fera, & nisi summo cum labore, singulares imprimis, sublimesque eius cornu vires inesse conijcimus, quoniam natura in istiusmodi pretiosissimis gignendis parcissima potius, quam copiosa esse solet, id quod metallorum præstantissimorum, lapidumque pretiosiorum exemplo omnibus notissimum existit: nam quemadmodum principes, peritique œconomi thesauros suos occultant, resque suas pretiosiores septis claustrisque abdunt, alijsque locis secretioribus, ita & illa aurum, argentum, lapidesque pretiosos terræ altissimis visceribus, margaritas in imo maris abscondidit, nonnulla etiam, vt & monocerotem in locis dedit desertis, aditque asperrimis. Iam & ex substantia de proprietatibus aliquid conijci potest: quæ si in gemmis margaritisque examinetur, apparebit in mixtione earum exuperare formam, materiæ contrà inesse parum quidem, sed quantulacumque illa est, puram esse, & splendidam, stellarumque naturæ non absimilem, vt vel ideo cælestibus planè viribus præditas esse nemo audeat inficiari, immo verò eruditi asserunt æquè operari parua quantitate, quàm si magna vsurpentur, nonnullas applicatas tantùm, non aliter quam magnes ferrum assolet, venenum & quodcumque aliud naturæ nostræ inimicum ad se allicere. Fitque præterea coniectura virium istiusmodi ex signis exterioribus, densitate, læuore, odore, sapore, & colore. Densissimum autem est hoc cornu, & si quod aliud ponderosum, album, purum, vniforme, & in quolibet vnicorni vnicum. Admiranda insuper est ea vis (vt doctissimè disserit Auicenna in libello de viribus cordis) quæ calfacit cum ipsa non sit calida, quæque refrigerat, cùm ipsa non sit frigida, & quæ ea præstat, ad quæ naturaliter valet, nullo adiuta artificio, non videlicet vsta, non lota, aut alio modo præparata, vt in cornu cerui fieri solet; adeo vt cum Aeliano & Philostrato cæteri quoque authores in eo conueniant, antiquos illos Indiarum reges, apud quos primùm hoc cornu innotuit, ex eo pocula sibi fabricasse; exque ijs bibisse, quod aduersus omne venenum, quoddam velut antidotum præstantissimum esse nossent, præsenique remedium aduersus ebrietatem, spasmum, epilepsiam, aliosque morbos incurabiles, quales nunc sunt febres malignæ. (Fieri potest reges illos vulgo persuasisse, quod ob allatas à Baccio rationes ex ijs cornibus biberent, vt sic minus veneno è medio tollerentur, cui aliàs quàm maximè sint expositi, non aliam tamen ob causam, quàm cur nos ex vitro, bibisse arbitror. Ex cornibus enim pocula conficere antiquissimum esse inuenio. Athenæus lib. 11. tradit antiquos ex cornibus bouillis bibere solitos fuisse, & idcirco Dionysium (hunc apud Indos cultum fuisse ipse etiam Baccius profitetur in explicatione numismatis Nysæorum) κερατοφυῆ cornutum fingi, & Taurum à pluribus nuncupari, & ταυρόμορφον id est, taurina facie conspici in Cyzico. Eiusdem moris ex cornibus bibendi, id quoque est indicio, quod & vinum aqua miscere κεράσαι dicatur, & vas ipsum, in quo mixtio huiusmodi fiebat, κρατὴρ appelletur ἀπὸ τοῦ κέρας, quasi κρατὴρ ἀπὸ τοῦ εἰς κέρας ἐγχεῖσθαι τὸ στόμα, id est quòd potus in cornu infundatur. Hinc Ambrosius quoque, *cornu*, inquit, *in medio vini plenum*. Addit Athenæus ibidem, nostris quoque temporibus cornuum apparatus cernitur, quæ rhyta nonnulli appellant. Profert etiam exempla Centaurorum, Thracum, Paphlagonum, Perrhæborum, Philippi Regis Macedonum, regum Pœoniæ, qui ex cornibus, quorum labra nonnunquam vel auro vel argento operiebant, bibere consueuerunt. Athenienses autem argentea cornua facientes ex ijs bibebant. Poëtæ præterea multi antiquos inducunt ex cornibus bibentes. Aelianus author est Ptolomæo secundo cornu bibulum ex India allatum, quod tres amphoras caperet. Quidam autem cornua aurea vsurpabant, alij osculum poculi aureum vel argenteum faciebant. Pæonios aiunt boues educare, qui cornua gestent tantæ magnitudinis, vt capere possint tres, aut quatuor choas, & idcirco ex ijs facere pocula, quorum labra auro, argentoue circundabant Athenæo teste. Samogithas vrorum cornibus pro poculis vti, testis est Sigismundus Baro in commento rerum Moscouitarum. Hieronymus Mercurialis libri primi de gymnasticis cap. 11. antiquissimum triclinium marmoreum depingit, in quo accumbentium vnus ex istiusmodi corneo poculo bibit, indeque vetustissimum illum lapidem esse arguit. Vidit eum Patauij in ædibus Rhamnusianis, post curiam vrbis præfecti, in vico Patriarchæ, ad Diui Petri. Audioque & in inferiori Germania; vbi more Græcorum conuiuia paruis poculis inchoant, magnis verò claudunt, cùm ex potu incaluere, inter alia maiora pocula, bubula quoque cornua vsurpare, quòd cùm pede (vt sic dicam) careant, bibentes ex eo per se exsiccare cogantur. Testatur & Ioann. Gulielmus Stuckius libro tertio antiquitatum conuiuialium hodiè (apud superiores scilicet Germanos) licet rariorem eorum vsum esse, seseque vidisse huiusmodi cornu bouinum ingens, cuius labrum

Coniectura docta de viribus occultis.

Pretiosa natura occultauit.

Gemmarum natura.

Vires quæ præ cæteris admirandæ.

Cur reges ex vnicornu biberent.

Ex cornu bibere mos antiquissimus est.

Rhyta quæ.

Boues Pæonij

Triclinium antiquissimum

argento erat obductum; conueniensque profectò esse cornupetis illis Bacchi mancipijs, huiusmodi poculi genus. Non me latet interim multos viros doctissimos, vt Mercurialem lib. 1. Lect. Var. & Ioan. Langium in epistolis medicinalibus epist. 39. opinari, veteres corneis poculis vsos, quòd ea salubriora crederent, quam tamen sententiam non alio quàm Aeliani & Philostrati testimonio astruunt. Sed & veterum medicorum instrumenta fuerunt cornea. Cornibus enim liquores mensurabant, cornibus in scarificatione pro cucurbitulis modò ex aurichalco, vel etiam vitro conflatis, vtebantur; cornibus clysteria administrabant, teste Galeno lib. 1. & 2. de composit. medicament. & lib. 13. Meth.) Hisce historijs accedit medicorum experimentum, qui eo, cùm se offert occasio, feliciter vtuntur. Taceo interim multorum nomina, quia hoc in singulis desiderabam, vt rationem quare vterentur, reddidissent. Ferè autem omnes qui de venenis scribunt, & febribus pestilentibus, vsum eius commendant & approbant, atque inter alios doctissimus Marsilius Ficinus de eo agit primùm in libro de vita cælitus comparanda, vbi vires ei attribuit planè abditas & cælestes, quàs pòst rursus astruit ex communi medicorum experimento in libro de antidotis aduersus pestem. Approbat id etiam Brasauolus, nisi me memoria fallit, dummodo verum ac genuinum nancisci liceat. Et à Matthiolo recensetur inter antidota aduersus venena; alij præterea, nominatimque Aloysius Mundella aduersus morsum canis rabidi, aliorumque animalium maleficorum, & vermes quoque, eorumque symptomata: nihil tamen audet asserere, quandoquidem id nunquam viderat. Haud prompto animo eodem vtuntur medici Romani propter genuini inopiam, & impensam: vnde etiam fit, quod id ferè nunquam præscribatur, nisi cùm ægri eo non amplius egent, vel ipsum iuuare amplius non potest: Tam ingens autem est huius cornu pretium, vt planè regia futura sit impensa, si quotidiè eo vti velimus. Superioribus annis mercatores quidam Germani venale vnum (ex ijs fortassis, quorum antea memini) Romam ad principes quosdam attulere, pretio nonaginta millium coronatorum. Iulius tertius, vt maximos illos imitaretur Imperatores, Antoninum, & Seuerum pharmacopæam erexit in Vaticano, pretiosissimis opulentans medicamentis, inter cætera etiam fragmentum mercatus est vnicornu duodecim millibus aureorum à mercatoribus quibusdam Epidaurijs; quo non semel Augustinus Ricchus Pontificius tunc temporis archiater felicissimè vtebatur, modò scrupuli, modò decem granorum pondere, ex vino si febris non aderat, sin aderat, ex aqua aliqua cordiali, multosque à grauibus & periculosis affectibus liberabat, quorum nonnulli hodieque sunt superstites. Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Tridentinus truncum possidet vnicornu pulcherrimè diuersis exornatum gemmis & auro, in quo omnes, vt antè quoque indicaui, notæ veri ac genuini vnicornu conspiciuntur, est enim natiuum ipsius cornu, quo capiti annectitur, principium, brachij humani crassitudine, foris pallidum, intus album, totum densum & eboris instar ponderosum: de cuius viribus, etsi iam splendidissimus ille princeps eas perspectissimas sibi haberet, multoties enim vsum eius liberalissimè quàm plurimis concesserat, placuit mihi periculum facere in duabus columbis, quibus cùm arsenicum propinassem, illa cui mox rasuram cornu illius exhibueram, superuixit, cùm altera duarum tantùm horarum spatio extingueretur. Exhibuitque id postea sæpissimè, vbi metus erat suspitioue de veneno, contra funges, in exanthematibus, in febribus pestilentibus, cum felicissimo ferè semper successu, qualem ab omni genuino vnicornu sperare possumus, dummodo apto tempore & loco propinetur, & cum iudicio, recteque associatum cum vomitorijs, alijsque euacuantibus, vt periti medici facere assolent. Cæterùm tametsi tot veterum recentiorumque de pretiosissimi istius cornu proprietatibus authoritates sint rationibus experimentisque comprobatæ, vt vel quilibet ijs acquiescere debeat, tanta tamen humani generis est imbecillitas corruptelaque, vt & mille præterea de eo vanitates atque nugæ dicantur, & vulgò credantur, & olim etiam dictæ sint & creditæ apud Indos; cùm enim reges principesque suos cernerent tanti istiusmodi facere cornua, vt ex ijs sibi crateres facerent & ferè ex his solis biberent, nouas quotidiè ijs vires affinxere (vulgus enim opinionibus suis magis quàm rationibus duci solet,) cœperetque etiam credere & alijs prouulgare omnia illa mirabilia quæ tandem à Philostrato memoriæ tradita sunt, quod nempe ex istiusmodi poculo bibens, illa die nullo affectu præter naturam corripi possit, & ne ebrius quidem effici, sique vulnerari contingat, nullo dolore torqueri, nullis denique venenis, quæ nocendi causa inferantur, ostendi, & quod omnium maximum est, per medios ignes incolumes transire. Peruenitque fama isthæc vulgaris ad nostra tempora, & adhuc creditur: non esse necesse, vt intra corpus assumatur, vt alia antidota assolent, cæterum satis esse, si tantummodò portetur, aut præsens habeatur: hoc enim modo duo præstare, summa planè digna admiratione, illato nempe veneno sudorem emittere, & si vel aquæ vel vino immergatur, bullas excitare. Hæc itaque & similia alia cum de eo blaterent circumforanei, alijque homines vulgares, maximam illis suis fragmentis authoritatem conciliarunt, nam cùm in aqua aliove humore bulliant, etsi vel ossa sint vsta, vel lapides, vt ostendimus, ignaro tamen

Instrumenta medicorũ cornea.

Vnicornu felix successus.

Pretium vnicornu.

Vnicornu Pontificiũ.

Vnicornu Cardinalis Tridentini.

Superstitiones quæ dicuntur de vnicornu.

E F G H

A ro tamen vulgo, cui id indubitatum bonitatis syncceritatisque signum est, pro vero vnicornu obtrudunt, carissimeque venditant. Vt modò inter hasce, quas referunt, miraculosas facultates, suum quoque veritati locum assignemus, tres opus fuerit, dubitationes diluere, videlicet an verum sit, cornu hoc omni veneno resistere, si illato veneno sudet, aut in aqua aut vino bullas excitet, & quid denique tam enormibus pollicitationibus credi debeat. Quod ad primam dubitationem, equidem haud facilè defendi potest, vnicornu, aut quoduis aliud medicamentum siue antidotum omnibus venenis conferre posse: impossibile enim id esse videtur, & ab omni ratione alienum. Nam aut operabitur qualitatibus suis manifestis, vel proprietatibus occultis: si qualitatibus manifestis, vbi causa, quia calidum, proderit tantùm venenis frigidis, non autem calidis: sin proprietate occulta, operabitur vel per antipathiam, vel per sympathiam, atqui hanc vel illam habebit cum hoc, non cum illo veneno: alioqui namque si admittimus vnam eandemque rem aliarum rerum effectibus inuicem contrarijs aduersari, iam totius naturæ ordo inuertetur. Nihilominus etsi istiusmodi argumenta sint inuiolabilia, si tamen rectè intelligantur, non aduersabuntur, minimeque obstabunt, & vt paucis intercidatur controuersia, aliud fuerit dicere, antidotum naturaliter, & directiuè, vt vulgus loquitur, omni veneno aduersari, aliud tantoperè cor ipsum roborare, vt venenis omnibus resistere queat. Admittetur igitur argumentum, si dixerimus, nullum antidotum propria vi resistere omni veneno, calido scilicet, frigido, erodenti & calorem nostrum destruenti: contrà si dixerimus, antidotum naturaliter roborare cor, actioneque secundaria, vt loquuntur medici, efficaciam habere aduersus quodlibet venenum, id rationi minimè repugnabit. Torsit autem & veteres diu istiusmodi quæstio, & ab vtraque parte suæ afferebantur rationes, Mithridatiumque quod tunc cæteris præferebatur antidotis, parum efficaciæ habere arguebant aduersus morsus viperarum aliorumque animantium virulentorum, vt vel ideo theriacam excogitarit Andromachus celeberrimus tempore Neronis medicus, quam & olim multi, additis etiam elogijs, & Galenus quoque, & nostri denique temporis medici, tantam vim habere asserunt, roborandi nobilissimum istud viscus, vt omne venenum repellere possit. Quid ni itaque id de vnicornu dici posse concedemus? Quemadmodum n. quispiam egregiè vndique armatus, optimè se ab oppugnantibus tuetur, similiter ipsum cor hocce antidoto roboratum, à nullo veneno, siue id sit calidum siue frigidum oppugnari opprimique se sinit. Hoc ergo sensu intelligendum erit, cùm dicitur, vnicornu omni veneno resistere.

An omnibus venenis aduersari possit.

B *(in margin beside "dotum naturaliter...")*

Vt vnicornu omni veneno prodesse sit dicendū.

C (Probandum hic erat vnicornu cor roborare. Negat enim id Pareus, vt suprà scripsimus.) Altera quæstio erat, num vnicornu illato veneno sudorem, vel in humore bullas excitet: ad quam quod attinet, legi apud non paucos scriptores, & illos etiam, qui dari reuera id affirmant, à verò prorsus & ratione illud alienum videri, quandoquidem sudor fit ab intrinsero, & à potentia sensitiua ac vegetatiua, quod de vnicornu dici non potest: vel si tamen vulgo concedamus illud sudare, sudare dicemus per accidens, quo modo alia etiam læuia, vt vitrum, specula, marmora vel tantilla aëris humiditate infecta, sudorem emittere videntur, id quod manifestiùs adhuc euenire videmus in mensis, propter vapores qui à calidis & humidis obsonijs eleuantur. Falluntur tamen qui isthæc aduersus cornu nostrum obijciunt. Cùm enim vis atque efficacia rationum suarum in eo consistat, quod sudorem dicant animæ operationem esse, reique vitam habentis, inuerto ego hoc dictum, atque inquio, vnicornu caret vita, ideoque propriè dictum sudorem non edit, nec à principio mouetur intrinseco, sed quia læue est & frigidum, foris ab aëre & vaporibus exudationem sibi acquirit, quæ sudoris similitudinem obtinet, & sudoris nomenclaturam sibi vendicauit. Siue ergò ab occulta proprietate, siue à principio extrinseco, siue à qualitate veneni, quod aërem inficiens læuitatem ipsius cornu contaminare potest, quo modo nimirum à menstruata muliere inficitur speculum, siue ab occulta quauis alia causa fiat, parum refert, dummodo verum sit, quod vulgò de istiusmodi sudore fertur.

An illato veneno sudet aut humore bulliat.

Sudor vnde fiat.

Vnicornu vt sudare dicatur.

D Equidem Petrus de Abano quem Conciliatorem dicunt, in libro de venenis asserit, cornua cerastis similiter præsente veneno sudorem emittere, ideoque principes manubria cultrorum suorum inde conficere, & in mensa vsurpare. Idem quoque affirmant de iaspide quodam cineritij coloris, quem linguam serpentinam vulgò nuncupant, aut linguam viperinam, quam sagittæ modo efformatam principes inter alia pretiosiora hanc potissimùm ob causam asseruare obseruaui. Quamobrem omnino colligo id verè quoque vnicornu conuenire posse, cùm non sit reuera sudor, sed sudoris tantùm sibi nomen acquisiuerit. Eodem prorsus modo à ratione non est alienum, bullas præsente veneno excitare. Quamuis enim videamus facere omnia vsta siue ea sint cornua siue ossa, siue calx, lapides, alia, negatur tamen conclusio, ergo & vnicornu non id facit simpliciter: Imò verò non solùm id est verissimum, sed à multis etiam classicis scriptoribus signum habetur euidentissimum præcipuumque veri ac genuini vnicornu, quandoquidem videre est apud quosdam mercatores Parisienses præter integrum illud, quo de diximus, quædam fragmenta, quæ etsi non sint vsta, tamen vino imposita

Cerastis cornuum vis

Lingua serpentina.

An in humore bulliat illato veneno.

ſita bullas emittunt; Dicemus igitur vnicornu cum oſſibus vſtis commune eſſe, quod in humore bullait, ſed ab illis in hoc differre, quod illa niſi vſta, hoc id faciat ſimpliciter & minimè vſtum: quare etiam cognoſcimus manifeſtam ei ineſſe vim exiccandi, qua putredini egregiè reſiſtat, efficaciamque habere aduerſus lumbricos, venena, exanthemata, inſtar boli Armeni, aliorumque alexiteriorum, quibus ob ſimilem deſiccandi facultatem vtimur. Sed ſiue modò ſudet, ſiue non, id tamen, vt & alia quæ vulgò de eo dicuntur, credere non erit inutile, veritatique nullum affert præiudicium, & in primis intereſt rebus publicis, vt nemo mentis compos ea deinceps impugnauerit, ſed tolerauerit potius, & in gratiam principum admiſerit, quos æquum eſt, vt in hac vtili ſententia ſibipſis placeant; imò verò tenemur eandem diuulgare, vulgoq; perſuadere, vt eo modo multis metum incutiamus, proditos iri, ſi præſente vnicornu venenare aliquem aggrederentur. Hæc itaque omnia Baccius. (Ferdinandus Ponzettus falſum eſſe ſcribit, quod ſuperueniente veneno ſudet. Sudat fortaſſis (inquit Geſnerus) aliquando, vtpote ſolidum, durum & læue corpus, vt ſaxa etiam & vitra, vapore externo circa ea concreto: ſed hoc nihil ad venenum.) Cùm igitur tantopere inter ſe inuicem certent viri docti, & adhuc ſub iudice lis ſit, ego quæ de eo paſſim tradunt theologi, moralia myſticaque, nequaquam recitabo.

A



Vnicornu DVCIS MANTVÆ, nu. 1.

B

C

D



Vnicornu SIGISMVNDI REGIS POLONIÆ, nu. 2.

 E

DE ZEBRA INDICA.

CAP. VIII.

Zebra descriptio.



VI de Congi dicta regione scribunt, inter alia quadrupeda, vnum habere testantur, quod Zebra vocetur mulo per omnia simile, nisi quod partu fœcundum sit: fimbriatis autem lineatisque pilis miro aspectu videri. Etenim a dorsi spina ad ventrem vsque pictas habere lineas, triplici colore, nigras nempe, candidas ac fuluas, iusta proportione dispositis fimbrijs ac tres ferè digitos latis, figura quæ in libro Romæ impresso patet. Beluæ huiusmodi annuæ, vt aiunt, multiplices passim sunt, syluestres cunctæ, ac pernici cursu inclytæ, velocitate Zebræ in prouerbium Lusitanorum accepta. Cicurata Zebra in equi locum succedere posset, in F bello, vehendo, & trahendo, vt naturæ inde solicitudo circa necessaria considerari possit. At cùm terra hæc equis careat, ipsique incolæ cicurandæ Zebræ artem ignorent, boumque adiumentis vti nequeant, licet magna ijs in locis sint, homines beluarum vicem implent, qui per vicorum angulos dispositi, sellas variè subeunt, aut lecticas gestant, more qui in Romano libro imaginibus ostenditur. Iccirco quibus celeritas itineris necessaria est, subinde mancipia commutant, & velut veredis adiuti, quàm citissimè iter conficiunt. Fuerit fortassis mula fœcunda Aristotelis, de qua suo loco.

Usus.

Homines iumentorum vice vbi.

G

H

DE ELE-



DE ELEPHANTO. CAP. IX.

Ordinis Ratio.



OLIPEDIS cur inter quadrupeda primum locum aſsignauerimus, non vna à nobis ſuo loco reddita eſt ratio. Ea ſequatur Elephas & ipſe ſolipes potius, ſi pedes ſpectes, quàm digitatus: etſi enim vngula eius in digitos videatur efformari, hi tamen indiuiſi ſunt: ſi magnitudinem, eo nullum aliud vaſtius ac portentoſius rerum natura tulit: ſi animi dotes, ipſum dixeris genus humanum (quod ſanctius animal poëtæ canunt,) ab hoc bruto in omni vitę tenore ſi non ſuperatum, certè laceſsitum videri ac pari conditione decertare. In eo enim excellit elephas, quòd à ſe natura ſuggerente & morum & virtutum documentum præbeat, quod homines niſi doceantur, vix aſſequi poſſe videantur: Sed multa ſunt, quæ ab eo tanquam à morum idea homines de ſumere & imitari coacti fuerint. Eſt enim elephas ingenita munificentia nobilis, temperantia inſignis, æquitate ſumma conſpicuus, præcipuus declinator inſaniæ, vaniloquentiæ hoſtis, cultor pietatis, & ea celebris manſuetudine, vt alienam etiam crudelitatem abhorreat, contra minus validas feras pugnare dedignetur, in iram aut nunquam efferatur, niſi acerbitate iniqua, enormiq; aliqua iniuria concitatus, denique regalem ipſe animum, ne omnia hic accumulem, in omnibus referre videtur., hominis amantiſsimus item, heroque fideliſsimus, & acerrimus, vbi neceſſe eſt, protector, & qui hoſtes ab amicis optimè diſtinguit. Si verò corporis robur examines, cæteris iumentis longè præualet, trahendo, arando, onera ferendo; quamobrem ingens vbique terrarum elephantis eſt pretium, etiam apud Indos, vbi tamen copia: authoremque habeo Vartomannum, in quibuſdam regionibus pretium eius eſſe ducatos (denarios ſiue drachmas pondere nummi aurei) quingentos, in alijs mille, & alibi ad ſummum bis mille interdum: nec aliud ob pretium Indicas matronas, alioqui caſtiſsimas, quàm ob elephantem pudicitiam venalem habere reperio, idemque Vartomannus tradit, apud quoſdam pro ſummo haberi honore, ſi regem membro elephantino donauerint. Sed & ipſis elephantis diuerſis regibus, principibuſque ſæpenumerò donatos fuiſſe legimus. Sic Ludouicum Francorum Regem ſcribit Polydorus Virgilius dono miſiſſe anno 1256. Henrico tertio Anglorum Regi Elephantum, animal ſcilicet poſt hominum memoriam rariſſimè in Anglia viſum: & Emanuel Luſitaniæ Rex referente Oroſio anno 1513. Leoni X. P. O. M. miſit Elephantum Indicum miræ magnitudinis, qui non ſolùm Romæ (vbi homines poſt inclinatam Romanæ maieſtatis amplitudinem illud animal nunquam oculis aſpexerant) ſed quacumque gradum inſerebat, nemo circumfluentem vndique turbam admiratione obſtupefactam, ſubmouere poterat. Teſtatur etiam Sigonius Iſaacem Iudæum anno D. DCCCI. Regis Perſarum nomine ex Africa elephantem adduxiſſe, immanemque belluam vniuerſæ Italiæ ſpectaculo fuiſſe.

Homo ſanctius animal dictus. *Li. 16. Hiſt. Angl.* *Lib. 2.* *Lib. 4. de regno Italiæ*

F

G

ÆQVIVOCA. SYNONYMA. ETYMVM.

H



LEPHANTEM (inquit Iſidorus apud Vincentium Bellunenſem) à magnitudine corporis vocatum putant; eò quòd formam montis præferat. Græce enim mons elephon (forte ὁ λόφος, id eſt collis) dicitur. Ad quod etymum reſpexiſſe mihi videtur Oppianus, dum canit:

Φαίης κὲν ἰδὼν ἐλέφαντα, κορυφὴν ἐπὶ χέρσον ὁδεύειν
Vt ſi illum videas dum immania corpora verſat
Excelſi montis precera cacumina credas.

De Elephante autem monte hæc reperio apud Ortelium: Elephas mons ad Aualitum ſinum in Aethyopia ſub Aegypto, Ptolomæo authore. Eſt & mons elephas prope Hydaſpidem fluuium, vt tradit Plutarchus in libro de montium & fluuiorum nominibus: vbi & Solis montem deſcribit ad Indum fluuium, qui & ipſe elephas dictus fuit, quòd in eo elephas, qui Porum regem, ne contra Alexandrum Magnum arma ſumeret, monuerat, interierit. Etymologo autem ἐλέφας dicitur quaſi

Vnde dictus *Elephas mons.*

A tur quasi ἐλέβας: παρὰ τὸ ἐν ἕλῃ ἐπιβαίνειν τῇ θηλείᾳ; id est quòd in paludibus mas fœminam conscendere soleat: ἢ παρὰ τὸ ἐλεφαίρω τὸ βλάπτω. βλάπτικὸς γὰρ, id est, vel à noceo, lædo, damno afficio: est enim noxius. ἢ παρὰ τὸ ἑλίσσω, οἷον ἐλίφας, ὁ εἰλιγμένην ἔχων ῥῖνα. aut à voluendo aut vertendo, quòd narem habeat versatilem. ἢ παρὰ τὸ λευκὸς γίνεται λεύκας, καὶ τροπῇ καὶ πλεονασμῷ ἐλέφας, πάνυ γὰρ ἐστι λευκὸν τὸ ὀστοῦν αὐτοῦ: id est, aut ab albo colore per pleonasmum: valde enim album est eius os. Gesnerus elephantem ab Hebræorum dephil (de quo mox) deriuari arbitratur, id est ab ebore, siue dentium candore; quo modo elephas etiam inter belluas marinas dici videtur, dentium nimirum candore, ac præterea magnitudine elephantem referens, (vt notum est ex Plinio,) vsumque ad gladiorum manubria, vice eboris præbens. Galli Rohart vocant, alij rosmarum, alij morsum. Elephanti verò locustarum (astacorum potius) generis descripti ab eodem Plinio, nigri, pedibus quaternis bisulcis, brachijs præterea duobus (quæ chelæ dicuntur) binis articulis, singulisque forficulis denticulatis, à magnitudine sic mihi appellari videntur, vti & poculum quoddam tricongium, de quo Damoxenus in Autopenthünte, id est, in ipso lugente apud Athenæum: *Elephas marinus. Lib.9.c.5. & lib.32. cap. vlt.*

B
Εἰ δ' οὐχ ἱκανόν σοι, τῶν ἐλέφαντ' ἥκει φέρων *Lib.11.c.5. Elephas poculum.*
Ὁ παῖς, τί δ' ἐστι τοῦτο πρὸς θεῶν; Ῥυτὸν,
Δίκρουνον ἡλίκον τι τρεῖς χωροῦν χόας,
Ἀλκωνος ἔργον. προὔπιεν δέ μοι ποτὲ
Ἐν κυψέλοις ἡδέως. id est,
Idoneum nisi tibi elephantem puer
Ferat. Quid est hoc per Deos? est poculum
Magnum, choarum quod trium sit capax:
Alconis est opus, mihi quo præbibit
In Cypselis Adæus.

Meminit eiusdem poculi in supposititijs apud eundem Epinicus:
Καὶ τῶν ῥυτῶν τὰ μέγιστα τῶν ὄντων τρία. *Cap. 18.*
Πίνειν δεήσει τήμερον πρὸς κλεψύδραν
Κρουνιζόμενον, ἀμφότερα δ' διατίζομαι.
Ἔστι δ' ἐλέφας, ἐλέφαντα περιάγει ῥυτὸν
C Χωροῦντα δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι.
Ἐγὼ δὲ τοῦτο πέπωκα (τοῦτό γ' ἐκπέπωκα) πολλάκις,
Οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ, id est,
Maiora sunt ex his tria quæ præsentibus
Rhytis bibisse oportet hodie ad clepsydram
Torrentis instar aurigabor vtraque
Est autem elephas. Elephantos attrahit rhytum
Quod congios capit duos, elephas neque
Hauriret, ipse sæpius sed ebibi.
Elephante differs tu nihil.

Περίασας Hesychio & Varrino est elephas. Vt autem θὴρ pro Leone κατ' ἐξοχὴν, ita θηρία interdum de elephantis dici Suidas annotat. Lego in Plutarcho καὶ ὡς τῶν θηρίων τοὺς πύργους ἄνω, καὶ τὰς πόρφυρας εἶδον, ὥσπερ ἐν αὐτοῖς κόσμος εἰ μάχην ἀγομένοις, &c. id est, *& vbi ferarum, id est elephantorum turres sursum & purpuras viderunt, quod erat eorum ornamentum, cùm ad prælium ducebantur*; item in Polybio; θηρία μεμονωμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν: id est, *feræ Indorum* D *relictæ siue desertæ & nudæ.* Idemque denotatur de Latinorum bellua. Plinius: *Nondum pretio excogitato belluarum cadaueri.* In hoc tamen qui ex Terentio adfertur loco: *Eone es ferox quia habes imperium in belluas?* animaduertendum factam iam fuisse elephantorum mentionem. Martialis addidit colorem: *In Eumene. Fera.* *Bellua. Lib.6.33.*

Non aliter monstratur Athlas cum compare mulo (aliàs gibbo)
Quaque vehit similem bellua nigra Libyn.

Et aliàs simpliciter belluam dicit.

Nigro bellua nil negat magistro.

Plinio etiam pecus vocatur: *Qui cum elephante* (inquit) *congressus, gemino ictu pecudem exanimauit.* Martiali pecus Indicum lib. 5.

Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Nucesque primas, Liliumque non tectum.

Veteres, poëtæ potissimum boues Lucas vocabant: Lucretius:

Inde boues lucas turrito corpore, tætros *Boues lucæ.*

Anguina-

Anguimanos, belli docuerunt vulnera Pœni E
Sufferre.

Auſonius in epiſt. ad Tetrad.

In Hippolyto.

Cur me propinquum Satonorum mœnibus
Declinas, vt lucas boues,
Olim reſumpto praferoccis prælio
Fugit iuuentus Romula?

Seneca:

Amat inſani bellua Ponti Lucæque boues.

Vbi tamen quidam legunt, boues luci, id eſt, in ſylua incædua verſari ſoliti: doctiores verò pro elephantis accipiunt; ſenſumque eſſe inquiunt, maximas etiam quaſque belluas, tum in mari, vt cete, tum in terra, vt elephantos amore vinci: Vtitur eodem nomine etiam Silius Italicus in ſexto ſui operis:

Iam prouectus equo moderantem cuſpide Lucas
Maurum in bella boues ſtimulis maioribus ire,
Ac raptare iubet Libycarum armenta ferarum. F

Lib. 6. Boues Lucæ cur ſic dictæ.

Cur autem boues Lucæ dicantur, alij alias rationes reddunt. M. Varro in opera de lingua Latina opinionem refellit eorum, qui putant boues Lucas ſiue boues Lucos à Lucanis dictos, ab eo quòd Romani, cùm maximam quadrupedem quam ipſi haberent, vocarent bouem, in Lucania Pyrrhi bello primùm elephantos apud hoſtes vidiſſent, & eorum qui à Libycis dictas volunt. Ad extremum autem ait, ſe arbitrari, boues Lucas à luce potiùs dictas eſſe, quòd longè relucebant, propter inauratos regios clypeos, quibus eorum turres erant ornatæ. Plinius tamen prioribus illis aſſentiens ſic ſcribit: *Elephantos Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis viſos anno Vrbis cccclxxij.* Cuius ſententiæ etiam eſt Ioſephus Scaliger in appendice ad coniecturas ſuas in Varronem: Fortaſſe (inquit) & Scarabæi illi, quos vulgò in Gallia ceruos volantes vocamus, Lucæ dicti ſunt, non Lucani, vt eſt ſcriptum apud Plinium: Nam ait Lucanos vocari à Nigidio: quanquam, vt verum fatear, idem puto eſſe Lucam & Lucanum, quicquid refragatur Varro: nam Lucana armenta maxima & validiſſima olim in Italia fuerunt, teſte etiam Lucillio:

Lib. 8.

Li. 11. c. 28.

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent. G

Quo modo λουκαὶ βόες pro magnis apud Græcos, ita & Lucæ apud Romanos. Nam primis temporibus videntur Lucas non Lucanos populum illum dixiſſe. Quod autem opponit Varro, Vrſos non dici Lucas, ſed Lucanos, fruſtra eſt: nam etiam ſine adiectione vrſus dicitur: at bos, cùm ſignificat elephantem, non ſine adiectione dicitur, nam dicitur bos Luca. Hactenus Scaliger. Author verò adagiorum in adagio, *Larinum verbum*, tradit Latinos veteres Lucam dixiſſe pro grandi, & in adagio: *Prius Locuſta bouem pariet*, Lucas (inquit) Latini boues appellabant ob magnitudinem; haud ſcio ex quo authore. Iſidorus elephantem apud Indos à voce barrum vocari ſcribit, indeque etiam vocem eius barritum dici: alij verò barrum appellari volunt lingua Sabina; vnde & ebur appellatum putat Seruius tanquam à barro: & barrire quoque dicuntur elephanti à ſono per onomatopœiam, vt Feſtus author eſt. Punica verò lingua elephas nominatur Cæſar, vnde Cæſares poſtmodum dictos fuiſſe ait Alexander ab Alexandro, quòd auus C. Cæſaris elephantem occidiſſet, cuius ſymboli numiſma ſe habere profitetur Mantua Bonauidius Patauinus in analyſi variarum quæſtionum. At Feſtus, Cæſarem à cæſarie dictum eſſe ait, quia ſcilicet cum cæſarie natus eſt: alij etiam Cæſarum nomen aliunde deriuant. Accipiunt verò nonnunquam poëtæ dentes ipſos pro ipſiſmet animalibus, vt notum eſt ex hoc Martialis: H

Barrus. Lib. 12. c. 2.

Cæſar. Lib. 1. c. 9.

Lib. 13. Epi.

Pulcher adeſt onager, mitti venatio debet
Dentis erythræi, id eſt, elephantis.

Behemah.

Cap. 40.

Iam verò apud Hebræos behemah, quamuis beſtiam propriè, ſiue belluam ſignificet, ſunt tamen qui pecus, ſunt qui iumentum interpretantur. R. Moſes pro behemot (plurali numero) apud Iobum, commune vocabulum omnium iumentorum exponit: R. Abraham eodem in loco mirabile aliquod vel monſtroſum animal eſſe putat. Verba Iobi ſunt: *Ecce nunc behemoth, quem ego feci tecum:* Plerique (inquit Pagninus) tam noſtrorum, quàm Hebræorum elephantem eſſe exiſtimant, à mole corporis, qua cæteros quadrupedes ſuperat. Pluraliter effertur ad ingentem belluam ſignificandam, ſicut & Pſal. 73. 22. Se dicit fuiſſe apud Deum behemoth non beſtiam tantùm ſed inſtar plurium beſtiarum, vel ingentem beſtiam. Animæ facultatem quam ἀισθητικὴν, id eſt ſenſitiuam Græci dicunt, Iudæorum ſcriptores nepheſch habehemit dicunt, quaſi animam irrationalem dicas, vt per vocem behemah brutum omne intelligatur, Chaldæus in Deuteronomio pro

A mio pro behema generali vocabulo vertit beira, Arabs behiz, Persa behad, Septuaginta κτήνη. D. Hieronymus animal. Idem Chaldæus alibi, vbi Hebraicè Schen id est ebur, legitur, vocem phil vsurpat, & cum articulo dephil, vnde Græcos elephantis nomen traxisse Gesnerus retur. Author dictionarij trilinguis pro elephante quoque phil vsurpat, & pro ebore schen dephil. Schen quidem Hebræis aiunt simpliciter dentem significari: accipi verò per excellentiam pro ebore, id est elephanti dente. Arabicè elephas Cenalfa vocatur, in Decan & Guzarate ati, in Malauar amme in Canara azete, Aethiopibus ytembo: Italis elephante, leofante, vel (vt alij scribunt) lionfante: Hispanis elephante: Gallis & Belgis elephant, Germanis helfant, Anglis olifant, Illyricè sion. Cap. 14.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Forma. Descriptio.

B



ELEPHAS sui generis quadrupes, cum nullo alio similitudinem habere videtur. Triplex eius genus Philostratus & Aelianus esse tradunt, palustre, montanum & campestre. Esse autem palustrium elephantorum dentes liuidos, raros, tractuque difficiles, & in plerisque partibus eorum foramina: in alijs verò partibus quasi grandinis grana tumores quosdam insurgere, & arti minimè obtemperare: montanorum autem esse minores, verùm & sufficienter albos, & nihil in eis difficile reperiri: optimos verò omnium esse dentes campestrium elephantorum; maximos enim, albissimosque & sectu faciles, vt nullo labore in quamcumque manus voluerit partem deducantur: rursus elephantes in paludibus captos dementes leuesque esse ab Indis dici; montanos verò peruersos & insidiosos, & nisi alicuius rei indigeant, minimè erga homines fidos: Campestres autem benignos haberi & mansuetos & imitationis amatores. Scribit & Aloysius Cadamustus in suis nauigationibus in regno Senegæ Nigritarum elephantes syluestres quam plurimos, non domari, vt alijs in locis, ideoque gregatim, vt apud nos apros incedere, & vix cicures ibidem reperiri, maximè iuxta Gambram fluuium. Tanta denique in moribus harum belluarum penes loca differentia est, vt Libyci Indorum neque vocem, neque odorem ferre queant, sicuti ostendit Polybius agens de prælio, quo Ptolomæus cum Antigono dimicauit de Syriæ regno: *Verum maxima pars elephantorum (inquit) Ptolomæi prælium formidabat, quod plerumque accidere Libycis elephantis solet. Odorem enim & vocem Indorum non patiuntur: præterea magnitudinem & vires, vt mihi videtur, timentes, Indicos statim fugiunt, vti eò tempore accidit: subito enim in fugam conuersi & ordines suorum perturbantes, maximam in phalange Ptolomai stragem fecere.* Testatur & Plinius Indicos elephantos à Mauris timeri, nec contueri se audere quoniam maior Indicis sit magnitudo: quod Solinus sic repetijt: *Indicos elephantos Mauri timent, & quasi paruitatis suæ conscij aspernantur ab his videre.* Quanto autem equo Nysæo maior est Libycus elephas, tanto Libycis elephantis maiores Philostratus ait esse Indicos. Non sunt tamen in India omnes eiusdem magnitudinis: nam Solinus duo Indicorum elephantorum genera esse tradit: nobiliores indicari magnitudine, minores nothos dici. Quærendum igitur, num hi Aeliano Taxilæ vocẽtur: *Indici (inquit) elephanti nouem cubitorum altitudine, latitudine verò quinque habentur. Maximi illic qui Prasij appellantur: secundi verò ab his existimantur Taxila nuncupati.* An itaque Prasij illi sunt insulæ Maidegascar, quibus Indos cedere ex nauigatoribus scribit Scaliger? Sed & Solinus affirmat Taprobanam insulam Indicam ferre maiores multò elephantos, quàm ferat in continente India. Iam verò Strabo Onesicriti & aliorum testimonio, si latinam versionem sequamur, elephantos Libycos & maximos & valentissimos esse ait: Sed Græcè legitur, μείζους δὲ τῶν λιβυκῶν καὶ ἐρρωμενεστέρους, id est, Libycis maiores & robustiores, apparetque deesse vocem Ἰνδοὺς, quæ nisi addatur, sensus erit imperfectus. Quamuis autem Libycis Indi sint maiores, non propterea tamen Cicero priuatim de his intelligi debet, cùm elephanto belluarum nullam vastiorem esse scribit, sicut nec Plinius, dum ait: *Terrestrium maximum elephas*, & Oppianus magnitudinem eius admiratus:

Dentium varietas.

Ca. 29. & 43.

C

Lib. 5. Hist. Rom.

D

Horrenda sed enim membrorum bellua mole
Nititur, atque feras longè supereminet omnes,
Vt si illam videas dum immania corpora versat
Excelsi montis procera cacumina credas
Aut atrum cogi per flammea sidera nimbum,

Nn Qui

argento erat obductum; conueniensque profectò esse cornupetis illis Bacchi mancipijs, huiusmodi poculi genus. Non me latet interim multos viros doctissimos, vt Mercurialem lib. 1. Lect. Var. & Ioan. Langium in epistolis medicinalibus epist. 39. opinari, veteres corneis poculis vsos, quòd ea salubriora crederent, quam tamen sententiam non alio quàm Aeliani & Philostrati testimonio astruunt. Sed & veterum medicorum instrumenta fuerunt cornea. Cornibus enim liquores mensurabant, cornibus in scarificatione pro cucurbitulis modò ex aurichalco, vel etiam vitro conflatis, vtebantur; cornibus clysteria administrabant, teste Galeno lib. 1. & 2. de composit. medicament. & lib. 13. Meth.) Hisce historijs accedit medicorum experimentum, qui eo, cùm se offert occasio, feliciter vtuntur. Taceo interim multorum nomina, quia hoc in singulis desiderabam, vt rationem quare vterentur, reddidissent. Ferè autem omnes qui de venenis scribunt, & febribus pestilentibus, vsum eius commendant & approbant, atque inter alios doctissimus Marsilius Ficinus de eo agit primùm in libro de vita cælitus comparanda, vbi vires ei attribuit planè abditas & cælestes, quas pòst rursus astruit ex communi medicorum experimento in libro de antidotis aduersus pestem. Approbat id etiam Brasauolus, nisi me memoria fallit, dummodo verum ac genuinum nancisci liceat. Et à Matthiolo recensetur inter antidota aduersus venena; alij præterea, nominatimque Aloysius Mundella aduersus morsum canis rabidi, aliorumque animalium maleficorum, & vermes quoque, eorumque symptomata: nihil tamen audet asserere, quandoquidem id nunquam viderat. Haud prompto animo eodem vtuntur medici Romani propter genuini inopiam, & impensam: vnde etiam fit, quod id ferè nunquam præscribatur, nisi cùm ægri eo non amplius egent, vel ipsum iuuare amplius non potest. Tam ingens autem est huius cornu pretium, vt plane regia futura sit impensa, si quotidiè eo vti velimus. Superioribus annis mercatores quidam Germani venale vnum (ex ijs fortassis, quorum antea memini) Romam ad principes quosdam attulere, pretio nonaginta millium coronatorum. Iulius tertius, vt maximos illos imitaretur Imperatores, Antoninum, & Seuerum pharmacopæam erexit in Vaticano, pretiosissimis opulentans medicamentis, inter cætera etiam fragmentum mercatus est vnicornu duodecim millibus aureorum à mercatoribus quibusdam Epidaurijs; quo non semel Augustinus Ricchus Pontificius tunc temporis archiater felicissimè vtebatur, modò scrupuli, modò decem granorum pondere, ex vino si febris non aderat, sin aderat, ex aqua aliqua cordiali, multosque à grauibus & periculosis affectibus liberabat, quorum nonnulli hodieque sunt superstites. Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Tridentinus truncum possidet vnicornu pulcherrimè diuersis exornatum gemmis & auro, in quo omnes, vt antè quoque indicaui, notæ veri ac genuini vnicornu conspiciuntur, est enim natiuum ipsius cornu, quo capiti annectitur, principium, brachij humani crassitudine, foris pallidum, intus album, totum densum & eboris instar ponderosum: de cuius viribus, etsi iam splendidissimus ille princeps eas perspectissimas sibi haberet, multoties enim vsum eius liberalissimè quàm plurimis concesserat, placuit mihi periculum facere in duabus columbis, quibus cùm arsenicum propinassem, illa cui mox rasuram cornu illius exhibueram, superuixit, cùm altera duarum tantùm horarum spatio extingueretur. Exhibuitque id postea sæpissimè, vbi metus erat suspitioue de veneno, contra funges, in exanthematibus, in febribus pestilentibus, cum felicissimo ferè semper successu, qualem ab omni genuino vnicornu sperare possumus, dummodo apto tempore & loco propinetur, & cum iudicio, recteque associatum cum vomitorijs, alijsque euacuantibus, vt periti medici facere assolent. Cæterùm tametsi tot veterum recentiorumque de pretiosissimi istius cornu proprietatibus authoritates sint rationibus experimentisque comprobatæ, vt vel quilibet ijs acquiescere debeat, tanta tamen humani generis est imbecillitas corruptelaque, vt & mille præterea de eo vanitates atque nugæ dicantur, & vulgò credantur, & olim etiam dictæ sint & creditæ apud Indos; cùm enim reges principesque suos cernerent tanti istiusmodi facere cornua, vt ex ijs sibi crateres facerent & ferè ex his solis biberent, nouas quotidiè ijs vires affinxere (vulgus enim opinionibus suis magis quàm rationibus duci solet,) cœperetque etiam credere & alijs prouulgare omnia illa mirabilia quæ tandem à Philostrato memoriæ tradita sunt, quod nempe ex istiusmodi poculo bibens, illa die nullo affectu præter naturam corripi possit, & ne ebrius quidem effici, sique vulnerari contingat, nullo dolore torqueri, nullis denique venenis, quæ necendi causa inferantur, offendi, & quod omnium maximum est, per medios ignes incolumes transire. Peruenitque fama isthæc vulgaris ad nostra tempora, & adhuc creditur: non esse necesse, vt intra corpus assumatur, vt alia antidota assolent, cæterum satis esse, si tantummodò portetur, aut præsens habeatur: hoc enim modo duo præstare, summa planè digna admiratione, illato nempe veneno sudorem emittere, & si vel aquæ vel vino immergatur, bullas excitare. Hæc itaque & similia alia cum de eo blaterent circumforanei, alijque homines vulgares, maximam illis suis fragmentis authoritatem conciliarunt, nam cùm in aqua alioue humore bulliant, etsi vel ossa sint vsta, vel lapides, vt ostendimus, ignaro tamen

Instrumenta medicorum cornea.

Vnicornu felix successus.

Pretium vnicornu.

Vnicornu Pontificiũ.

Vnicornu Cardinalis Tridentini.

Superstitiones quæ dicuntur de vnicornu.

A ro tamen vulgo, cui id indubitatum bonitatis synceritatisque signum est, pro vero vnicornu obtrudunt, carissimeque venditant. Vt modò inter hasce, quas referunt, miraculosas facultates, suum quoque veritati locum assignemus, tres opus fuerit, dubitationes diluere, videlicet an verum sit, cornu hoc omni veneno resistere, si illato veneno sudet, aut in aqua aut vino bullas excitet, & quid denique tam enormibus pollicitationibus credi debeat. Quod ad primam dubitationem, equidem haud facilè defendi potest, vnucornu, aut quoduis aliud medicamentum siue antidotum omnibus venenis conferre posse: impossibile enim id esse videtur, & ab omni ratione alienum. Nam aut operabitur qualitatibus suis manifestis, vel proprietatibus occultis: si qualitatibus manifestis, verbi causa, quia calidum, proderit tantùm venenis frigidis, non autem calidis: sin proprietate occulta, operabitur vel per antipathiam, vel per sympathiam, atqui hanc vel illam habebit cum hoc, non cum illo veneno: alioqui namque si admittimus vnam eandemque rem aliarum rerum effectibus inuicem contrarijs aduersari, iam totius naturæ ordo inuertetur. Nihilominus etsi istiusmodi argumenta sint inuiolabilia, si tamen rectè intelligantur, non aduersabuntur, minimeque obstabunt, & vt paucis intercidatur controuersia, aliud fuerit dicere, antidotum naturaliter, & directiuè, vt vulgus loquitur, omni veneno aduersari, aliud tantopere cor ipsum roborare, vt venenis omnibus resistere queat.

An omnibus venenis aduersari possit.

B Admittetur igitur argumentum, si dixerimus, nullum antidotum propria vi resistere omni veneno, calido scilicet, frigido, erodenti & calorem nostrum destruenti: contrà si dixerimus, antidotum naturaliter roborare cor, actioneque secundaria, vt loquuntur medici, efficaciam habere aduersus quodlibet venenum, id rationi minimè repugnabit. Torsit autem & veteres diu istiusmodi quæstio, & ab vtraque parte suæ afferebantur rationes, Mithridatiumque quod tunc cæteris præferebatur antidotis, parum efficaciæ habere arguebant aduersus morsus viperarum aliorumque animantium virulentorum, vt vel ideo theriacam excogitarit Andromachus celeberrimus tempore Neronis medicus, quam & olim multi, additis etiam elogijs, & Galenus quoque, & nostri denique temporis medici, tantam vim habere asserunt, roborandi nobilissimum istud viscus, vt omne venenum repellere possit. Quid ni itaque id de vnicornu dici posse concedemus? Quemadmodum n. quispiam egregiè vndique armatus, optimè se ab oppugnantibus tuetur, similiter ipsum cor hocce antidoto roboratum, a nullo veneno, siue id sit calidum siue frigidum oppugnari opprimique se sinit. Hoc ergo sensu intelligendum erit, cùm dicitur, vnicornu omni veneno resistere.

Vt vnicornu omni veneno prodesse sit dicendu.

C (Probandum hic erat vnicornu cor roborare. Negat enim id Paræus, vt supra scripsimus.) Altera quæstio erat, num vnicornu illato veneno sudorem, vel in humore bullas excitet: ad quam quod attinet, legi apud non paucos scriptores, & illos etiam, qui dari reuera id affirmant, à verò prorsus & ratione illud alienum videri, quandoquidem sudor fit ab intrinsero, & à potentia sensitiua ac vegetatiua, quod de vnicornu dici non potest: vel si tamen vulgo concedamus illud sudare, sudare dicemus per accidens, quo modo alia etiam læuia, vt vitrum, specula, marmora vel tantilla aëris humiditate infecta, sudorem emittere videntur, id quod manifestiùs adhuc euenire videmus in mensis, propter vapores qui à calidis & humidis obsonijs eleuantur. Falluntur tamen qui isthæc aduersus cornu nostrum obijciunt. Cùm enim vis atque efficacia rationum suarum in eo consistat, quod sudorem dicant animæ operationem esse, reique vitam habentis, inuerto ego hoc dictum, atque inquio, vnicornu caret vita, ideoque propriè dictum sudorem non edit, nec à principio mouetur intrinseco, sed quia læue est & frigidum, foris ab aëre & vaporibus exudationem sibi acquirit, quæ sudoris similitudinem obtinet, & sudoris nomenclaturam sibi vendicauit. Siue ergo ab occulta proprietate, siue à principio extrinseco, siue à qualitate veneni, quod aërem inficiens læuitatem ipsius cornu contaminare potest, quo modo nimirum à menstruata muliere inficitur speculum,

An illato veneno sudet aut humore bulliat.

Sudor vnde fiat.

Vnicornu vt sudare dicatur.

D siue ab occulta quauis alia causa fiat, parum refert, dummodo verum sit, quod vulgò de istiusmodi sudore fertur. Equidem Petrus de Abano quem Conciliatorem dicunt, in libro de venenis asserit, cornua cerastis similiter præsente veneno sudorem emittere, ideoque principes manubria cultrorum suorum inde conficere, & in mensa vsurpare. Idem quoque affirmant de iaspide quodam cineritij coloris, quem linguam serpentinam vulgò nuncupant, aut linguam viperinam, quam sagittæ modo efformatam principes inter alia pretiosiora hanc potissimùm ob causam asseruare obseruaui. Quamobrem omnino colligo id verè quoque vnicornu conuenire posse, cùm non sit reuera sudor, sed sudoris tantùm sibi nomen acquisiuerit. Eodem prorsus modo à ratione non est alienum, bullas præsente veneno excitare. Quamuis enim videamus facere omnia vsta siue ea sint cornua siue ossa, siue calx, lapides, alia, negatur tamen conclusio, ergo & vnicornu non id facit simpliciter: Imò verò non solùm id est verissimum, sed à multis etiam classicis scriptoribus signum habetur euidentissimum præcipuumque veri ac genuini vnicornu, quandoquidem videre est apud quosdam mercatores Parisienses præter integrum illud, quo de diximus, quædam fragmenta, quæ etsi non sint vsta, tamen vino impo-

Cerastis cornuum vis

Lingua serpentina.

An in humore bulliat illato veneno.

ſita bullas emittunt; Dicemus igitur vnicornu cum oſſibus vſtis commune eſſe, quod in humore bulliat, ſed ab illis in hoc differre, quod illa niſi vſta, hoc id faciat ſimpliciter & minimè vſtum: quare etiam cognoſcimus manifeſtam ei ineſſe vim exiccandi, qua putredini egregiè reſiſtat, efficaciamque habere aduerſus lumbricos, venena, exanthemata, inſtar boli Armeni, aliorumque alexiteriorum, quibus ob ſimilem deſiccandi facultatem vtimur. Sed ſiue modò ſudet, ſiue non, id tamen, vt & alia quæ vulgò de eo dicuntur, credere non erit inutile, veritatique nullum affert præiudicium, & in primis intereſt rebus publicis, vt nemo mentis compos ea deinceps impugnauerit, ſed tolerauerit potius, & in gratiam principum admiſerit, quos æquum eſt, vt in hac vtili ſententia ſibipſis placeant; imò verò tenemur eandem diuulgare, vulgoq; perſuadere, vt eo modo multis metum incutiamus, proditos iri, ſi præſente vnicornu venenare aliquem aggrederentur. Hæc itaque omnia Baccius. (Ferdinandus Ponzettus falſum eſſe ſcribit, quod ſuperueniente veneno ſudet. Sudat fortaſſis (inquit Geſnerus) aliquando, vtpote ſolidum, durum & læue corpus, vt ſaxa etiam & vitra, vapore externo circa ea concreto: ſed hoc nihil ad venenum.) Cùm igitur tantopere inter ſe inuicem certent viri docti, & adhuc ſub iudice lis ſit, ego quæ de eo paſſim tradunt theologi, moralia myſticaque, nequaquam recitabo.

DE ZE-

A

B

C

D

Vnicornu DVCIS MANTVÆ, nu. 1.





Vnicornu SIGISMVNDI REGIS POLONIÆ, nu. 2.

DE ZEBRA INDICA.

CAP. VIII.

Zebra deſcriptio.



QVI de Congi dicta regione ſcribunt, inter alia quadrupeda, vnum habere teſtantur, quod Zebra vocetur mulo per omnia ſimile, niſi quod partu fœcundum ſit: fimbriatis autem lineatiſque pilis miro aſpectu videri. Etenim à dorſi ſpina ad ventrem vſque pictas habere lineas, triplici colore, nigras nempe, candidas ac fuluas, iuſta proportione diſpoſitis fimbrijs ac tres fere digitos latis, figura quæ in libro Romæ impreſſo patet. Beluæ huiuſmodi annuæ, vt aiunt, multiplices paſſim ſunt, ſylueſtres cunctæ, ac pernici curſu inclytæ, velocitate Zebræ in prouerbium Luſitanorum accepta. Cicurata Zebra in equi locum ſuccedere poſſet, in bello, vehendo, & trahendo, vt naturæ inde ſolicitudo circa neceſſaria conſiderari poſſit. At cùm terra hæc equis careat, ipſique incolæ cicurandæ Zebræ artem ignorent, boumque adiumentis vti nequeant, licet magna ijs in locis ſint, homines beluarum vicem implent, qui per vicorum angulos diſpoſiti, ſellas variè ſubeunt, aut lecticas geſtant, more qui in Romano libro imaginibus oſtenditur. Iccirco quibus celeritas itineris neceſſaria eſt, ſubinde mancipia commutant, & velut veredis adiuti, quàm citiſſimè iter conficiunt. Fuerit fortaſſis mula fœcunda Ariſtotelis, de qua ſuo loco.

Vſus.

Homines iumentorum vice vbi.

DE ELE-

A



B


C

D

DE ELE-

DE ELEPHANTO. CAP. IX.


Ordinis Ratio.



OLIPEDIS cur inter quadrupeda primum locum aſſignauerimus, non vna à nobis ſuo loco reddita eſt ratio. Ea ſequatur Elephas & ipſe ſolipes potius, ſi pedes ſpectes, quàm digitatus: etſi enim vngula eius in digitos videatur efformari, hi tamen indiuiſi ſunt: ſi magnitudinem, eo nullum aliud vaſtius ac portentoſius rerum natura tulit: ſi animi dotes, ipſum dixeris genus humanum (quod ſanctius animal poetæ canunt,) ab hoc bruto in omni vitæ tenore ſi non ſuperatum, certè laceſsitum videri ac pari conditione decertare. In eo enim excellit elephas, quòd à ſe natura ſuggerente & morum & virtutum documentum præbeat, quod homines niſi doceantur, vix aſſequi poſſe videantur: Sed multa ſunt, quæ ab eo tanquam à morum idea homines de ſumere & imitari coacti fuerint. Eſt enim elephas ingenita munificentia nobilis, temperantia inſignis, æquitate ſumma conſpicuus, præcipuus declinator inſaniæ, vaniloquentiæ hoſtis, cultor pietatis, & ea celebris manſuetudine, vt alienam etiam crudelitatem abhorreat, contra minus validas feras pugnare dedignetur, in iram aut nunquam efferatur, niſi acerbitate iniqua, enormiq; aliqua iniuria concitatus, denique regalem ipſe animum, ne omnia hic accumulem, in omnibus referre videtur., hominis amantiſsimus item, heroque fideliſsimus, & acerrimus, vbi neceſſe eſt, protector, & qui hoſtes ab amicis optimè diſtinguit. Si verò corporis robur examines, cæteris iumentis longè præualet, trahendo, arando, onera ferendo; quamobrem ingens vbique terrarum elephantis eſt pretium, etiam apud Indos, vbi tamen copia: authoremque habeo Vartomannum, in quibuſdam regionibus pretium eius eſſe ducatos (denarios ſiue drachmas pondere nummi aurei) quingentos, in alijs mille, & alibi ad ſummum bis mille interdum: nec aliud ob pretium Indicas matronas, alioqui caſtiſsimas, quàm ob elephantem pudicitiam venalem habere reperio, idemque Vartomannus tradit, apud quoſdam pro ſummo haberi honore, ſi regem membro elephantino donauerint. Sed & ipſis elephantis diuerſis regibus, principibuſque ſæpenumerò donatos fuiſſe legimus. Sic Ludouicum Francorum Regem ſcribit Polydorus Virgilius dono miſiſſe anno 1256. Henrico tertio Anglorum Regi Elephantum, animal ſcilicet poſt hominum memoriam rariſſimè in Anglia viſum: & Emanuel Luſitaniæ Rex referente Oroſio anno 1513. Leoni X. P. O. M. miſit Elephantum Indicum miræ magnitudinis, qui non ſolùm Romæ (vbi homines poſt inclinatam Romanæ maieſtatis amplitudinem illud animal nunquam oculis aſpexerant) ſed quacumque gradum inſerebat, nemo circumfluentem vndique turbam admiratione obſtupefactam, ſubmouere poterat. Teſtatur etiam Sigonius Iſaacem Iudæum anno D. DCCCI. Regis Perſarum nomine ex Africa elephantem adduxiſſe, immanemque belluam vniuerſæ Italiæ ſpectaculo fuiſſe.

Homo ſanctius animal dictus. *Li. 16. Hiſt. Angl.* *Lib. 2.* *Lib. 4. de regno Italiæ*

ÆQVIVOCA. SYNONYMA. ETYMVM.



LEPHANTEM (inquit Iſidorus apud Vincentium Bellunenſem) à magnitudine corporis vocatum putant; eò quòd formam montis præferat. Græcè enim mons elephon (fortè ὁ λόφος, id eſt collis) dicitur. Ad quod etymum reſpexiſſe mihi videtur Oppianus, dum canit:

Φαίης κὲν ἰδὼν ἐλέφαντα, κορυφὴν ἐπὶ χέρσον ὁδεύειν
Vt ſi illum videas dum immania corpora verſat
Excelſi montis precera cacumina credas.

Vnde dictus *Elephas mons.*

De Elephante autem monte hæc reperio apud Ortelium: Elephas mons ad Aualitum ſinum in Aethyopia ſub Aegypto, Ptolomæo authore. Eſt & mons elephas prope Hydaſpidem fluuium, vt tradit Plutarchus in libro de montium & fluuiorum nominibus: vbi & Solis montem deſcribit ad Indum fluuium, qui & ipſe elephas dictus fuit, quòd in eo elephas, qui Porum regem, ne contra Alexandrum Magnum arma ſumeret, monuerat, interierit. Etymologo autem ἐλέφας dicitur quaſi

A tur quaſi ἐλίβας: παρὰ τὸ ἐν ἕλει ἐπιβαίνειν τῇ θηλείᾳ; id eſt quòd in paludibus mas fœminam conſcendere ſoleat: ἢ παρὰ τὸ ἐλιφαίρω τὸ βλαπτω. βλαπτικὸς γὰρ, id eſt, vel à noceo, lædo, damno afficio: eſt enim noxius. ἢ παρὰ τὸ ἑλίσσω, οἷον ἐλίφας, ὁ ἑλιγμένην ἔχων ῥῖνα. aut à voluendo aut vertendo, quòd narem habeat verſatilem. ἢ παρὰ τὸ λευκὸς γίνεται λεύκας, καὶ τροπῇ καὶ πλεονασμῷ ἐλέφας, πάνυ γὰρ ἐστι λευκὸν τὸ ὀστοῦν αὐτοῦ: id eſt, aut ab albo colore per pleonaſmum: valde enim album eſt eius os. Geſnerus elephantem ab Hebræorum dephil (de quo mox) deriuari arbitratur, id eſt ab ebore, ſiue dentium candore; quo modo elephas etiam inter belluas marinas dici videtur, dentium nimirum candore, ac præterea magnitudine elephantem referens, (vt notum eſt ex Plinio,) vſumque ad gladiorum manubria, vice eboris præbens. Galli Rohart vocant, alij roſmarum, alij morſum. Elephanti verò locuſtarum (aſtacorum potius) generis deſcripti ab eodem Plinio, nigri, pedibus quaternis biſulcis, brachijs præterea duobus (quæ chelæ dicuntur) binis articulis, ſingulíſque forficulis denticulatis, à magnitudine ſic mihi appellari videntur, vti & poculum quoddam tricongium, de quo Damoxenus in Autopenthûnte, id eſt, in ipſo lugente apud Athenæum:

Elephas marinus. Lib. 9. c. 5. & lib. 32. cap. vlt.

B

Εἰ δ' οὐχ ἱκανόν σοι, τὸν ἐλέφαντ' ἥκει φέρων
Ὁ παῖς. τί δ' ἐστι τοῦτο πρὸς θεῶν; Ῥυτὸν,
Δίκρουνον ἡλίκον τι τρεῖς χωροῦν χόας,
Ἄλκωνος ἔργον. προὔπιεν δέ μοι ποτὲ
Ἐν Κυψέλοις Ἀδαῖος. id eſt,

Lib. 11. c. 5. Elephas poculum.

Idoneum niſi tibi elephantem puer
Ferat. Quid eſt hoc per Deos? eſt poculum
Magnum, choarum quod trium ſit capax:
Alconis eſt opus, mihi quo præbibit
In Cypſelis Adæus.

Meminit eiuſdem poculi in ſuppoſititijs apud eundem Epinicus:

Καὶ τῶν ῥυτῶν τὰ μέγιστα τῶν ὄντων τρία.
Πίνειν δεήσει τήμερον πρὸς κλεψύδραν
Κρουνιζόμενον, ἀμφότερα δ' οἰωνίζομαι.
Ἔστι δ' ἐλέφας, ἐλέφαντα περιάγει ῥυτὸν
Χωροῦντα δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι.
Ἐγὼ δὲ τοῦτο πέπωκα (τουτό γ' ἐκπέπωκα) πολλάκις.
Οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ, id eſt,

Cap. 10.

C

Maiora ſunt ex his tria quæ præſentibus
Rhytis bibiſſe oportet hodie ad clepſydram
Torrentis inſtar aurigabor vtraque
Eſt autem elephas. Elephantos attrahit rhytum
Quod congios capit duos, elephas neque
Hauriret, ipſe ſæpius ſed ebibi.
Elephante differs tu nihil.

Περίωσας Heſychio & Varrino eſt elephas. Vt autem θὴρ pro Leone κατ' ἐξοχὴν, ita θηρία interdum de elephantis dici Suidas annotat. Lego in Plutarcho καὶ ὡς τῶν θηρίων τοὺς πύργους ἄνω, καὶ τὰς πορφύρας εἶδον, ὅσπερ ἐν αὐτοῖς κόσμος εἰ μάχην ἀγομένοις, &c. id eſt, *& vbi ferarum, id eſt elephantorum turres ſurſum & purpuras viderunt, quod erat eorum ornamentum, cùm ad prælium ducebantur*; item in Polybio; θηρία μεμονωμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν: id eſt, *feræ Indorum relictæ ſiue deſertæ & nudæ*. Idemque denotatur de Latinorum bellua. Plinius: *Nondum pretio ex* D *cogitato belluarum cadaueri*. In hoc tamen qui ex Terentio adfertur loco: *Eone es ferox quia habes imperium in belluas?* animaduertendum factam iam fuiſſe elephantorum mentionem. Martialis addidit colorem:

In Eumene. Fera.

Bellua. Lib. 6. 33.

Non aliter monſtratur Athlas cum compare mulo (aliàs gibbo)
Quæque vehit ſimilem bellua nigra Libyn.

Et aliàs ſimpliciter belluam dicit.

Nigro bellua nil negat magiſtro.

Plinio etiam pecus vocatur: *Qui cum elephante* (inquit) *congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit.* Martiali pecus Indicum lib. 5.

Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Nuceſque primas, Liliumque non tectum.

Veteres, poëtæ potiſſimum boues Lucas vocabant: Lucretius:

Inde boues lucas turrito corpore, tætros

Boues lucæ.

Anguina-

Anguimanos, belli docuerunt vulnera Pœni E
Sufferre.

Auſonius in epiſt. ad Tetrad.

In Hippolyto.

Cur me propinquum Santonorum mœnibus
Declinas, vt lucas boues,
Olim reſumpto præferoceis prælio
Fugit iuuentus Romula?

Seneca:

Amat inſani bellua Ponti Lucæque boues.

Vbi tamen quidam legunt, boues luci, id eſt, in ſylua incædua verſari ſoliti: doctiores verò pro elephantis accipiunt; ſenſumque eſſe inquiunt, maximas etiam quaſque belluas, tum in mari, vt cete, tum in terra, vt elephantos amore vinci: Vtitur eodem nomine etiam Silius Italicus in ſexto ſui operis:

Iam prouectus equo moderantem cuſpide Lucas
Maurum in bella boues ſtimulis maioribus ire,
Ac raptare iubet Libycarum armenta ferarum. F

Lib. 6. Boues Lucæ cur ſic dictę. Cur autem boues Lucæ dicantur, alij alias rationes reddunt. M. Varro in opera de lingua Latina opinionem refellit eorum, qui putant boues Lucas ſiue boues Lucos à Lucanis dictos, ab eo quòd Romani, cùm maximam quadrupedem quam ipſi haberent, vocarent bouem, in Lucania Pyrrhi bello primùm elephantos apud hoſtes vidiſſent, & eorum qui à Libycis dictas volunt. Ad extremum autem ait, ſe arbitrari, boues Lucas à luce potiùs dictas eſſe, quòd longè relucebant, propter inauratos regios clypeos, quibus eorum turres erant ornatę. Plinius tamen prioribus illis aſ-

Lib. 8. ſentiens ſic ſcribit: *Elephantos Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis viſos anno Vrbis cccclxxij.* Cuius ſententiæ etiam eſt Ioſephus Scaliger in appendice ad coniecturas ſuas in Varronem: Fortaſſe (inquit) & Scarabæi illi, quos vulgò in Gallia ceruos volantes vocamus, Lucæ dicti ſunt, non Lucani, vt eſt ſcriptum apud Plinium: Nam ait Lucanos

Li. 11. c. 28. vocari à Nigidio: quanquam, vt verum fatear, idem puto eſſe Lucam & Lucanum, quicquid refragatur Varro: nam Lucana armenta maxima & validiſſima olim in Italia fuerunt, teſte etiam Lucillio:

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent. G

Quo modo Λαρινοὶ βόες pro magnis apud Græcos, ita & Lucæ apud Romanos. Nam primis temporibus videntur Lucas non Lucanos populum illum dixiſſe. Quod autem opponit Varro, Vrſos non dici Lucas, ſed Lucanos, fruſtra eſt: nam etiam ſine adiectione vrſus dicitur: at bos, cùm ſignificat elephantem, non ſine adiectione dicitur, nam dicitur bos Luca. Hactenus Scaliger. Author verò adagiorum in adagio, *Larinum verbum*, tradit Latinos veteres Lucam dixiſſe pro grandi, & in adagio: *Prius Locuſta bouem pariet*, Lucas (inquit) Latini boues appellabant ob

Barrus. Lib. 12. c. 2. magnitudinem; haud ſcio ex quo authore. Iſidorus elephantem apud Indos à voce barrum vocari ſcribit, indeque etiam vocem eius barritum dici: alij verò barrum appellari volunt lingua Sabina; vnde & ebur appellatum putat Seruius tanquam à barro: & barrire quoque dicuntur elephanti à ſono per onomatopœiam, vt Feſtus author eſt. Punica verò lingua elephas nominatur

Cęſar. Lib. 1. c. 9. Cæſar, vnde Cæſares poſtmodum dictos fuiſſe ait Alexander ab Alexandro, quòd auus C. Cæſaris elephantem occidiſſet, cuius ſymboli numiſmá ſe habère profitetur Mantua Bonauidius Patauinus in analyſi variarum quæſtionum. At Feſtus, Cæſarem à cæſarie dictum eſſe ait, quia ſcilicet cum cæſarie natus eſt: alij etiam Cæſarum nomen aliunde deriuant. Accipiunt verò nonnun- H

Lib. 13. Epi. quam poëtæ dentes ipſos pro ipſiſmet animalibus, vt notum eſt ex hoc Martialis:

Pulcher adeſt onager, mitti venatio debet
Dentis erythræi, id eſt, elephantis.

Behemah. Iam verò apud Hebræos behemah, quamuis beſtiam propriè, ſiue belluam ſignificet, ſunt tamen qui pecus, ſunt qui iumentum interpretantur. R. Moſes pro behemot (plurali numero) apud Io-

Cap. 40. bum, commune vocabulum omnium iumentorum exponit: R. Abraham eodem in loco mirabile aliquod vel monſtroſum animal eſſe putat. Verba Iobi ſunt: *Ecce nunc behemoth, quem ego feci tecum:* Plerique (inquit Pagninus) tam noſtrorum, quàm Hebræorum elephantem eſſe exiſtimant, à mole corporis, qua cæteros quadrupedes ſuperat. Pluraliter effertur ad ingentem belluam ſignificandam, ſicut & Pſal. 73. 22. Sic dicit fuiſſe apud Deum behemoth non beſtiam tantùm ſed inſtar plurium beſtiarum, vel ingentem beſtiam. Animæ facultatem quam αἰσθητικὴν, id eſt ſenſitiuam Græci dicunt, Iudæorum ſcriptores nepheſch habehemit dicunt, quaſi animam irrationalem dicas, vt per vocem behemah brutum omne intelligatur, Chaldæus in Deuteronomio pro

A mio pro behema generali vocabulo vertit beira, Arabs behiz, Persa behad, Septuaginta κτῆνη. D. Hieronymus animal. Idem Chaldæus alibi, vbi Hebraicè Schen id est ebur, legitur, vocem phil vsurpat, & cum articulo dephil, vnde Græcos elephantis nomen traxisse Gesnerus retur. Author dictionarij trilinguis pro elephante quoque phil vsurpat, & pro ebore schen dephil. Schen quidem Hebræis aiunt simpliciter dentem significari: accipi verò per excellentiam pro ebore, id est elephanti dente. Arabicè elephas Cenalfa vocatur, in Decan & Guzarate ati, in Malauar amme in Canara azete, Aethiopibus ytembo: Italis elephante, leofante, vel (vt alij scribunt) lionfante: Hispanis elephante: Gallis & Belgis elephant, Germanis helfant, Anglis olifant, Illyricè sion. Cap. 14.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Forma. Descriptio.

B



LEPHAS sui generis quadrupes, cum nullo alio similitudinem habere videtur. Triplex eius genus Philostratus & Aelianus esse tradunt, palustre, montanum & campestre. Esse autem palustrium elephantorum dentes liuidos, raros, tractuque difficiles, & in plerisque partibus eorum foramina: in alijs verò partibus quasi grandinis grana tumores quosdam insurgere, & arti minimè obtemperare: montanorum autem esse minores, verùm & sufficienter albos, & nihil in eis difficile reperiri: optimos verò omnium esse dentes campestrium elephantorum; maximos enim, albissimosque & sectu faciles, vt nullo labore in quamcumque manus voluerit partem deducantur: rursus elephantes in paludibus captos dementes leuesque esse ab Indis dici; montanos verò peruersos & insidiosos, & nisi alicuius rei indigeant, minimè erga homines fidos: Campestres autem benignos haberi & mansuetos & imitationis amatores. Scribit & Aloysius Cadamustus in suis nauigationibus in regno Senegæ Nigritarum elephantes syluestres quàm plurimos, non domari, vt alijs in locis, ideoque gregatim, vt apud nos apros incedere, & vix cicures ibidem reperiri, maximè iuxta Gambram fluuium. Tanta denique in moribus harum belluarum penes loca differentia est, vt Libyci Indorum neque vocem, neque odorem ferre queant, sicuti ostendit Polybius agens de prælio, quo Ptolomæus cum Antigono dimicauit de Syriæ regno: *Verum maxima pars elephantorum* (inquit) *Ptolomæi prælium formidabat, quod plerumque accidere Libycis elephantis solet. Odorem enim & vocem Indorum non patiuntur: præterea magnitudinem & vires, vt mihi videtur, timentes, Indicos statim fugiunt, vti eò tempore accidit: subito enim in fugam conuersi & ordines suorum perturbantes, maximam in phalange Ptolomæi stragem fecere.* Testatur & Plinius Indicos elephantos à Mauris timeri, nec contueri se audere quoniam maior Indicis sit magnitudo: quod Solinus sic repetijt: *Indicos elephantos Mauri timent, & quasi paruitatis suæ conscij aspernantur ab his videre.* Quanto autem equo Nysæo maior est Libycus elephas, tanto Libycis elephantis maiores Philostratus ait esse Indicos. Non sunt tamen in India omnes eiusdem magnitudinis: nam Solinus duo Indicorum elephantorum genera esse tradit: nobiliores indicari magnitudine, minores nothos dici. Quærendum igitur, num hi Aeliano Taxilæ vocētur: *Indici* (inquit) *elephanti nouem cubitorum altitudine, latitudine verò quinque habentur. Maximi illic qui Prasij appellantur: secundi verò ab his existimantur Taxilæ nuncupati.* An itaque Prasij illi sunt insulæ Maidegascar, quibus Indos cedere ex nauigatoribus scribit Scaliger? Sed & Solinus affirmat Taprobanam insulam Indicam ferre maiores multò elephantos, quàm ferat in continente India. Iam verò Strabo Onesicriti & aliorum testimonio, si latinam versionem sequamur, elephantos Libycos & maximos & valentissimos esse ait: Sed Græcè legitur, μάχας δὲ τῶν λιβυκῶν καὶ ἐρρωμενεστέρας, id est, Libycis maiores & robustiores, apparetque deesse vocem Ἰνδοὺς, quæ nisi addatur, sensus erit imperfectus. Quamuis autem Libycis Indi sint maiores, non propterea tamen Cicero priuatim de his intelligi debet, cùm elephanto belluarum nullam vastiorem esse scribit, sicut nec Plinius, dum ait: *Terrestrium maximum elephas*, & Oppianus magnitudinem eius admiratus:

Dentium varietas.

Ca. 29. & 43.

C

Lib. 5. Hist. Rom.

D

Horrenda sed enim membrorum bellua mole
Nititur, atque feras longè supereminet omnes,
Vt si illam videas dum immania corpora versat
Excelsi montis procera cacumina credas
Aut atrum cogi per flammea sidera nimbum,

E

Qui largos imbres tempestatesque refusas
Inferat agricolis, prolapsas ab æthere summo.

Quamobrem Cardanum, cùm non maiorem faciat elephantem, quàm vt homo erectus expansis manibus eum æquet, facetissime perstringit Scaliger, his verbis: Ergo bellatoris equi Calabri aures, inquit, non exuperet: quanquam, vt videas tuam loquendi legem, non expansis attinget, sed elatis manibus. Passa enim brachia nihil aliud, quàm passum efficiunt, id est, pedes quinq; siue palmos octo circiter. Quod sane ridiculum est. Vidi equidem vnum dentem me longè prolixiorem. Itaque Aloysius Mustus octonum pedum agnoscit longitudinem. Eorum quoque molem è pondere deprehendas. In Indicis historijs scriptum est, duos elephanti dentes pependisse pondo trecenta vigintiquinque. At tam paruum animal, quod septenos vix impleret pedes, verisimile non est, in mandibula inferiore tantum oneris gestare posse. Ex eius item vestigio cæteri corporis vastitatem coniectare licet. Obseruatum enim est: cuius linea dimetiens esset palmorum trium & pollicis. Quanta latitudo tergi in maximo equo rara est, aut nulla. Igitur senum denum pedum excedere proceritatem legimus apud eosdem nauigatores. Tam vasti dentis igitur ima cuspis quam in partem ictum infligeret? Deinde qui fieri posset, vt tam latum pectus tam paruæ cederet distantiæ, quanta a primore mandibula proficiscitur? Nam & eorum flexus & colli breuitas effecissent, vt aut pectori infigerentur, aut inter crura subtus ipsum pectus regerentur. Hæc & alia ille. F At Gillius etiam ad Cardinalem Armaignacum memorat mensum se esse Constantinopoli elephantis altitudinem quindecim pedum & semipedis: ab oculo ad extremum tergum vndecim pedes, ab oculo vsque ad extremam promuscidem octo pedes, quo loco cuiuslibet partis præterea mensuras exponit. Variam tamen eorum proceritatem esse, nam alios ad duodecimum, alios ad decimum tertium dodrantem excelsitate procedere, alios ad decimum quartum. Idem & Vartomannus scribit. Ait item Aloysius Cadamustus se elephantum vidisse, qui etsi perquam esset mediocris, plus tamen haberet carnis, quam tauri nostrates quinque. Indici nouem cubitorum altitudine sunt, vt Aelianus refert. In omni genere fœminis mares excelsiores sunt, vt Auicenna & nauigatores referunt. Causa modò tantæ ma-

Lib. 3. de part. cap. 2. gnitudinis est, vitæ protectio, vt tradit Aristoteles, vbi docet, cur quadrupedum alia cornibus sint prædita, alia non, & quæ ad corporis tutelam singulis natura concessit. *Quibus autem cornua* (inquit) *natura non dedit, eorum saluti præsidijs consuluit alijs, vt pernicitate corporis equis opitulata est, magnitudine camelis; magnitudinis enim exuperantia sufficit ad necem arcendam, quod camelis contingit, atque etiam melius elephantis.* Etsi vero tantæ molis animal sit elephas, auem tamen esse inquiunt multò maiorem, vtpote quæ eum vnguibus comprehensum in sublime abri- G

Cap. 65. piat. Ruch vocant in insula diui Laurentij siue Magascar. Quin & populos quosdam in India adeò proceros esse Solinus asserit, vt elephantos velut equos facillima insultatione transiliant. Differunt præterea a Libycis elephantis Indici, quoniam mares horum soli dentati sunt, cùm vterque Libycorum sexus dentibus sit præditus, vt Amyntianus tradit in libro de elephantis, (vt citant Scholia

Elephantes Aethiopici, vt ab Indis differant. in Pindarum) vbi etiam dicit, hoc Libycis cum Aethiopicis commune esse. Iam verò & à quibusdam Aethiopicis differunt colore. Indici enim nigri & murini coloris esse dicuntur, in Aethiopiæ autem quadam regione ad meridiem, siue vt Scaliger ait, ad torridam plagam, omnes albi. Vbi (inquit Scaliger) est subtilitas albedinem constare præter aliorum locorum naturam, in æstuosa regione. Quod vero ad colorem attinet, sunt & Afri siue Libyci nigri, & fortassis omnes præter il-

Color. los Aethiopicos, vnde poëtis elephantes nigri vocantur; Sidonius: *Vltima nigrantes incedunt præ-*
In Epo. Od. 12. *da elephanti.* Horatius: *Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?* Sic & de eisdem prius dictum
Lib. 6. erat: *It nigrum campis agmen.* Vnde etiam nigram belluam vocauit Martialis:

Non aliter monstratur Atlas cum compare mulo, H
Quæque vehit similem bellua nigra Libyn.

Dentes quales. Dentes habent vtrinque quatuor, quibus, vt ait Aristoteles, conficiunt cibum, atque in farinæ
Lib. 2. Hist. 6. speciem molunt. Duo eodem philosopho teste, præterea prominent grandes, eosque mares grandiores resimatosque habent; fœminæ minores, & contra quam mares; vergunt enim, inquit, deorsum pronique deuiant. Quod & Plinius sic breuiter transcripsit: *Elephanto dentes intus ad mandendum quatuor: præterque eos qui prominent, masculis reflexi, fœminis recti atque proni.* Addit autem Aristoteles, statim cùm natus est elephantus, dentes habere, cæterùm grandes illos non illico perspicuos obtinere. Istiusmodi duos exertos dentes præter elephantos, etiã aper habet, item Hippopotamus, vt Plinius tradit: Sunt tamen in apro situ cõtrario, huic enim in sublime feruntur, ele-

Apri dẽtes. phantis verò deorsum retorquentur. Differunt ætate: Iuuenculis enim candidiores & molliores, vt in omni animalium genere dentes, senibus grandiores, duriores, rubiores, nigriores: optimi ad opera quæq; in adultis. Quo modo autem dentes palustrium elephantorũ, montanorumq; & campestriũ differant, antea ex Philostrato dictũ est. Siti sunt istiusmodi dentes in superiore mandibula,

vt Varte-

A vt Vartomannus obseruauit, qui insuper tradit visos sibi in Sumatra insula duos dẽtes, qui ambo appenderint libras trecentas & triginta sex: libram autem quantã accipiat, non exprimit. Vidisse se & Aloysius Cadamustus scribit, aliquando elephantem occisum perquam mediocrem, cuius dentiũ amplitudo palmos ternos excedebat, eminebant ad duos palmos, verùm palmus, inquit, contectus carne maxillæ immergebatur, vt totus occultaretur, vt sunt aliorum radices dentium; & quoniam eorum senecta dentibus cognoscitur, aiebant argumento dentium amplitudinis feræ despicabilis, ipsum haud quaquam annosum fore, si conferretur alijs procerioribus, quorũ dentes tantæ sunt magnitudinis, vt vicem postium suppleant, & pro palis sæpes muniant teste Plinio, & vt Nigritæ referebant, nonnullis eo amplitudinis crescunt dentes, vt duodecim palmorum mensuram excedant. Plinij de dentium magnitudine verba sunt: *Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, qua confinis Aethiopiæ est, postium vicem in domicilijs præbere, sæpesq́ in ijs & pecorum stabulis pro palis elephantorum dentibus fieri Polybius tradit, authore Gulussa regulo.* Idem & Gillius memorat, sæpeque ad longitudinem decem pedum augescere. Innominatus quidam, cuius liber de terra sancta Italicus extat, scribit se vidisse dentem elephanti

Dentium situs. *Senecta dignotio.* *Dentium magnitudo.*

B à Veneto quodam mercatore ducatis sex & triginta emptum, longitudine dodrantum ipsius quatuordecim, crassitudine dodrantum quatuor; tanto pondere, vt humo tollere non potuerit. Sed & Sabellicum authorem habemus, fuisse Firmo, quem in Aegypto rebellantem Aurelianus vicit, duos elephantinos dentes tam enormi magnitudine, vt Aurelianus pro miraculo Romam deportandos curaret, eo consilio, vt dicunt, (inquit) vt si totidem ea magnitudine reperti essent, ex ijs Ioui sellam constitueret; horum autem longitudinem denum fuisse pedum. Iam verò quos nos dentes hucusque vocauimus, alij cornua vocant, vt constat ex hoc Plinij: *Prædam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis suis, quæ Iuba cornua appellat: Herodotus tantò antiquior, & consuetudo melius dentes.* Ipse vero alicubi, *Elephantos & Arietes* (inquit) *candore tantum cornibus assimulatos, in Santonum littore reciprocans destituit Oceanus.* Ad cuius loci declarationem sic scribit Massarius: Quoniam autem de ambabus belluis, scilicet elephantis & arietibus simul loquitur, dentes elephanti marini Plinius hic cornua videtur appellasse, ne si dentes dixisset, arietes, de quorum cornibus, non dentibus sermo est, ab appellatione cornuum exclusisse videretur. Nam si dentes elephantorum dixisset, opus fuisset, arietum quoque cornua expressisset: sed tolerabilius Plinio visum vtrisque animantibus seruiendo cornua appellare; quod alibi etiam hac de causa fe-

Eneid. 7. l. 7 *Lib. 8.* *Dentes, an cornua.* *Lib. 9.* *Plinij locus declaratus.*

C cisse videtur, dentes elephanti cornua impropriè nuncupando, vt libro decimoctauo, quando ait: *Atq; cum in arbores exacuant limentq́ cornua elephanti, & duro saxo rhinocerotes:* ne si dentes elephanti dixisset, rhinocerotes quod cornua non dentes exacuunt, similiter exclusisset. Sed quando de solis elephantis loquitur, dentes propiè appellat, vt libro octauo (vnde eius verba paulò antè recitaui.) Dentes quoque Aristoteles secundo de historia appellauit, & tertio de partibus animalium elephanto cornua negata dixit, quòd magnitudinis ipsius exuperantia ad necem arcendam sufficeret. Hucusque Massarius. Cæterùm præter Iubam, quem citat Plinius, fuit & Varronis opinio eadem; inquit enim: *Quos dentes multi dicunt, cornua sunt.* Idem & Aelianus postmodum credidit, qui & cornuum medullam in elephantis edendo esse tradit. Medullam autem habere scribunt Monachi in Mesuem. Et Oppianus elephantem inter cornuta animalia describit, & cur cornua, nam dentes dici debeant, edocet his versibus:

Lib. 3. de ling. Lat.

Deinceps immensos elephantes, Diua, canamus,
Cornibus armatos immanibus antè reflexis,
Namque duo tollunt ingentia spicula malis
Ad cælum, exertis omnino dentibus æqua,
D *Quæ vulgus resecans dentes existimat esse.*
Non sic appellare placet, sed cornua dici,
Cornea cum virtus illis videatur inesse:
Quanquam perpaucis (ni fallor) signa probantur.
Nam quæcunque feris tendit propago supernè,
In summis adnata genis, id nuncupo cornu.
Sin minus à malis vergat propago deorsum,
Dens appellari, non cornu debuit illa:
His verò gremium cornu radicibus altis
E cerebro deriuatis, primum arboris instar
Et fagi, capitis fulcitur vertice vasto.
Hinc varios trahit anfractus per tempora repens
Sub cute, tum malas subit, hinc apparet ab ore
Ardua contorquens apices ad sidera summos,

Pluribus hoc dentis fallacem prabuit anſam; E
Eſt tamen hoc multo quoque clarius argumentum:
Dens omnis rigidus manet intractabilis arte,
Non aſtus, non artificis ſolertia prodeſt.
Nam ſi dilatare velis, parere recuſat,
Si violare pares, in fruſta abrumpitur vltrò:
At validis curui fiunt è cornibus arcus,
Quæque illi dentes vocitant, ebor artus illa
Perpolit, exercet, varioſque reflectit in vſus.

Lib. 1. Eliz cor. Quæ argumenta Oppianus a Pauſania accepiſſe videtur, quicumque (inquit hic) elephantum oſ-
ſa, quod ex ore promineant, dentes potius quàm cornua eſſe putant, conſiderare debent alces ma-
Alcis cornua. res (fœminæ enim ijs carent) ſua habere cornua in ſupercilijs: Aethiopicos verò tauros in naſo ſi-
ta: vt non valde mirum ſit eadem elephanto ab ore prominere. Accedunt & hæc argumenta aſſer-
Tauri Aethiopici. tioni noſtræ: Cornua annorum circuitu animalibus quibuſdam decidunt & renaſcuntur, in quo
genere, vt ceruos & dorcades eſſe conſtat, ſic nos etiam elephantos ponimus: Dentes certè ani- F
malium adultorũ nulli ſolent renaſci. Quomodo igitur renaſcerentur hæc elephanti oſſa, ſi dentes,
non cornua eſſent? Sed igni etiã dentium natura non concedit, at cornua, vt boum, ſic elephantorũ,
ex rotundis fieri plana & in alios verti figuras vi ignis poſſunt. Hippopotamis & apris dentes exer-
tos inferior maxilla profert: at cornua non videmus ex maxillis naſci. (In Græco, inquit Geſne-
rus non legitur negatio, ſed videtur deeſſe, quamuis Cælius ſine negatione verterit; Gillius diſ-
ſimulanter prætcrijt,) Sciendum eſt autem cornua elephanti à temporibus ſuperne deſcendere, &
ita foras tendere: quod quidem non auritus ſed oculatus teſtis ſcribo. Nam cranium elephantis
accurrate conſideraui in Campania in templo Dianæ, quod triginta plurimum ſtadijs diſtat a Ca-
pua metropoli Campaniæ. Elephas itaque vt magnitudine & ſpecie corporis a cæteris animali-
Lib. 2. de vita Apollon. bus permultum differt, ſic diuerſum etiam & peculiarem ſibi cornuum habet exortum. Hæc ita-
que Pauſanias. E contrario modò Philoſtratus interprete Alemano Rhinuccino aduerſus eam
ſententiam refutatis Iubæ rationibus, ſic ſcribit: Iuba dentes elephantorum, cornua eſſe arbitra-
tur, eo quod a temporibus naſcantur: acuere autem ipſa elephantes dicuntur, *quod nulli alij in-
eſt* animalium, permanere eadem etiam quæ primitus naſcuntur, nec decidere, *ac rurſus naſci:*
ego autem his rationibus nequaquam aſſentior. Cornua enim etſi non omnium animalium, cer- G
uorum ſaltem decidunt, ac renaſcuntur: (Aelianus quoque in Mauritania vt quotannis ceruis, ſic
Cornua quibus animalibus. decimo quoque anno elephantis excidere dici ait:) aliorum quoque animalium nulli contingit, vt
dentes cæteris eminentiores quas ſannas vulgò dicimus, aut gemini etiam ſponte cadant, quod ſi
forte violentia quadam coacti ceciderint, non renaſcuntur: armorum inſtar natura maxillis illos
inſeruit. Inſuper cornua lineam quandam veluti torno impreſſam ſingulis annis circa radices ob-
ducunt: quod oues etiam, capræ, boueſque teſtantur: dens autem leuis polituſque oritur, & niſi
violenter frangatur, talis permanet, materiam enim ſubſtantiamque lapidis Parthici parere vi-
detur. Cornua inſuper ea tantum habent animalia quibus duplex bifidaque eſt vngula: Elephas
vero quinque habet vngulas, & plantam multipliciter ſciſſam, ne altius pedes imprimat, ſi quan-
do in humido ſolo forte conſtiterit: præterea natura cornutis omnibus animalibus perforata & in
medio vacua oſſa ſupponens, ſupra quæ extrinſecus cornu producitur: elephantorum autem ple-
na & per omnes partes ſimilia oſſa ſunt, quod ſi illud extrinſecus quis apertum inſpiciat, in medio
An mutentur. tenue foramen inueniet, ſicut in dentibus eſſe videmus. Nunquid verò iſtiuſmodi ſiue dentes ſi-
ue cornua mutentur, Cardanus incertum eſſe ait, & ſi mutantur, ſemel omnino tantùm mutari
Lib. 10. de ſubtil. neceſſe eſſe. Idem iſtiuſmodi inter Philoſtratum & Pauſaniam diſputationem pulchram quidem, H
ſed inutilem eſſe ait, ipſe tamen recitatis vtriuſque rationibus, duas pro Pauſania firmiores adij-
cit, primam quod elephantorum dentes teretes ſunt, exacteque rotundi, abſque acie, quod om-
Cardani de dentibus elephanti opinio. nibus (inquit) proprium eſt, nam dentes omnes mucronati ſunt, vt apri & canum & omnium
aliorum. Elephas etiam dentibus, vt dictum eſt, caret in anteriore parte, non ſolùm ſuperio-
re mandibula, ſed inferiore etiam, quod proprium eſt ſolis cornigeris animantibus. Elephan-
ti igitur cornua illa (inquit) erunt. Mox verò rationem primam dicentium cornua eſſe, adeò
ait eſſe abſurdam, vt oppoſita ſuppoſita aſſumant ad idem concludendum. Alter enim, ſcilicet
Iuba, vult nunquam mutari elephantorum dentes, Pauſanias vult mutari: nec ſi alterutrum
concedatur, quicquam concludere poteſt, cùm tam dentium quam cornuum quædam muten-
Cornua non omnia caua. tur, quædam nunquam, vt in cornibus cerui mutantur, boum non mutantur. Illud verò ſtu-
poris ingentis argumentum, quod Philoſtratus dicit, dentes elephantorum ob id mereri dentes
appellari, quòd ſolidi ſint, non inanes, vt cornua: primum quod non omnia cornua ſunt ina-
nia, imo pleraque ſolidiora, vt caprarum & ceruorum, inania ſunt boum & bubalorum.

 Deinde

A Deinde quod maius est, quodque illum arguit in scribenda illa fabella negligentem & oscitantem & nunquam ne dentem elephantis viderit, cuius semper maxima fuit copia; vt audeat dicere, elephantorum dentes, non esse intus vacuos, cùm manifestissimè sint vacui, at aprorum fulmina tota illa parte, quæ tempori inseruntur. Sed neque dentes omnes solidi sunt, quod ille præsupponit, cùm dentes, vt dixi aprorum, qui prominent tota illa parte, qua mandibulæ iunguntur, sint inanes & vacui. Itaque pudet iam tantæ stupiditatis illorum; tum verò quæsitum illud nullius propemodum vsus; & quod a substantia rei quærendum erat: nam duobus verbis res absolui potest. Constat enim esse dentes: nam substantia est alba, minimè perspicua, nec flecti sponte apta, sed si cogatur, rumpitur. Ecce quod habes quæsiti propriam dissolutionem, atque perutilem. At igne tamen ducitur, concedo; docebimus & igne ossa duci; sed non adeo faciliter, vt cornua. Hactenus Cardanus; cui etsi quidem etiam concedi potest, ebur verum, cùm in terram cadit, facilè frangi, non tamen propterea planè dentem vocabimus, cùm id arte deposita natiua duritie, mollescat, vt clarissimè testatur Ouidius, de statua loquens eburnea in puellam immutata:

Dentes non omnes solidi

Metam.

Tentatum (inquit) *mollescit ebur, positoque rigore*
Subsidit digitis, ceditque, vt Hymettia Sole
B *Cera remollescit.*

ψύξα vocatur ab Aetio, vt ait Gorræus, potus, in quo ebur aliquandiu maceratum ceræ instar emollescit, flexilisque in opus quodcumque domito rigore tractatur. Quamobrem cùm & situ, & natura à cæteris dentibus & cornibus differant, multa tamen verisque communia habeant, si quid ex vtrisque compositum esse dixero, nemo puto vitio daturus est; dentes tamen aptiùs quam cornua debere vocari. Siquidem ex poëtis antiquis, qui cornua vocant, vnicum tantùm in promptu habeo Martialem, de Aegle edentula, ideoque dentibus vtente eburneis:

Sic dentata sibi videtur Aegle, *Lib. 13.*
Emptis ossibus, Indicoque cornu.

Cæteri ferè dentes nuncupant. Iuuenalis:

Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes, *Sat. 11.*
Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu
Iam nimios capitique graues. Silius:
C *Nunc auri feruens, niuei nunc munera dentis.* *Lib. 16.*

Ouidius:

Dentes æquantur dentibus Indis.

Hoc enim, vt Plinij verbis vtar, solum ebur est. Sed & Virgilius dentes existimasse videtur, de eburnea porta, per quam Aeneas ab ipso emissus fingitur, loquens:

Eburnea porta.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.
His vbi tum natum Anchises, vnaque Sybillam
Prosequitur dictis, portaque emittit eburna.

Hunc enim locum exponens Seruius. Vult (inquit) intelligi falsa, quæ dixit. Physiologia verò hoc habet: Per portam corneam oculi significantur, quòd & cornei sint coloris & duriores cæteris membris, nam frigus non sentiunt, sicut etiam Cicero dixit in libris de natura deorum. Per eburneam verò portam os significatur à dentibus; & scimus quod quæ loquimur, falsa esse possunt, D & quæ videmus, sine dubio vera sunt, ideo Aeneas per eburneam emittitur portam. Est & alter sensus. Somnum cum cornu nouimus pingi, & qui scripserunt de somnijs, dicunt ea quæ secundum fortunam & personæ possibilitatem videntur habere effectum, & hæc vicina sunt cornu: vnde cornea vera fingitur porta, ea verò quæ supra fortunam sunt, & habent summum ornatum, vanamque iactantiam, dicunt falsa esse, vnde eburnea quasi ornatior porta fingitur. De vtilitate modò ac vsu horum siue dentium siue cornuum, quam præstant ipsi animanti, sic disserit Cardanus: Vt tutus esset à Leonibus, dentes illos effecit, nam cornua (in vertice capitis scilicet) inepta fuissent propter duas causas; tum quia coguntur collum inflectere, tum quia hostem non tam benè viderent: At colli flexura longitudinem expostulat: vt igitur esset robustissimum, collo breui opus fuit, ac minimè flexili: vnde & Leones ceruicem rarò ac parum flectunt. Estque id etiam signum in hominibus, si à natura sit, roboris & fortitudinis. Dentes igitur illos antè fixit vt essent robustissimi & commodi, non iam mandibulæ inferiori, imo nec superiori, sed temporibus inseruit. Nam mandibula sola inferior edendo mouetur, dentes superiores nunquam; quamuis plurimi hoc nec in seipsis aduertant. Si igitur dentes in inferiori mandibula fuissent insiti, robur ob illius

Porta cornea.

Dentium siue cornuum vtilitas.

Mandibula inferior edendo solùm mouetur, superior semper quiescit.

 ob illius

ob illius paruitatem habere non potuissent, & periculum luxationis in magno nisu attulissent, & comedendo mirum in modum fatigassent & tardassent elephantem. At quia materia dentium opus erat ad tam prægrandes dentes fingendos, sustulit dentes omnes anteriores tam superiores quam inferiores, vt ex his illos conficeret. At dentibus illis impediebatur, ne os in terram ex porrigere posset, simul ac breuitate colli, & quia dentibus anterioribus careret, ob id neque cibum ex terra, neque potum è fontibus haurire poterat, his omnibus longa ipsa proboscide & inani, & ad modum manus comprehendente omnia &c. succurrit. Hæc ergò ille. Huiusmodi proboscidem Græci similiter προβοσκίδα dicunt, Aristoteles verò μυκτῆρα, tum in historijs, tum in secundo de partibus id est, nasum, est enim elephanti nasus, seu potius pars à naso porrecta demissaque in terram versus: Potuit autem ita vocare aut quia ea nasi in omnibus animantibus appellatio est, aut quia inde sonum edit, vt μυκασμὸν, quocirca tubam quoque nostrum vulgus nominat. Vocatur autem proboscis, quòd ea ante se extensa pascatur, hoc est, cibum potumque ori admoueat. In Plinij codicibus recentioribus etiam promuscis legitur: & Cælius promuscidem à nobis vocari dicit, ratione qua h. quandoque transit in m. Vtitur autem & Vitruuius eo nomine, & Gaza in sua translatione. Satis autem constat a muscarum ligula dictam esse. Philostratus alijque Græci eadem ratione προνομαίαν, eandem partem vocant, quibus videlicet νέμεσθαι idem significat, quod βόσκειν id est pasci. Προνομαία (inquit Varinus) καὶ προβοσκὶς ἡ τοῦ ἐλέφαντος ῥίς, id est, Pronomæa & proboscis, est elephanti naris. Proboscis tamen in alijs quoque animantibus celebratur; quin & Athenæus author est, proboscida quidem & pronomæam elephantum esse, propriè tamen de musca & lolígine proferri, necnon & de sepia quoque, vt idem alicubi annotauit. De musca vsurpasse Lucianum constat, & Varro vt Nonius citat, se ericium inuenisse cum proboscide scribit. Cardanus examinans proboscidem elephantis, cum proboscide culicis, naturam ait, dum culicem conderet, meditatam fuisse elephantem, quamobrem mirè à Scaligero exagitatur his verbis: Nemo vnquam melius prouerbium expressit vetus. Quanquam haud è musca, sed è culice fecisti elephantum. Ais enim: Dum culicem natura conderet, elephantum meditatam. Vbi nescio, vter ineptior, tunè quem referre non pudeat; an ego quem refellere non pigeat. In pistrinum tamen quando meum me fatum impulit, molendum est. Quin etiam argutemur. Natura cùm elephantum meditaretur; eius formulam, quod & pictores & architecti solent, in culice proposuit, quasi ichnographiam, vt ectypum faceret. Muscæ promuscis propior elephanti manui est: quare super ea, non super culice, prisci prouerbium condidere: quin promuscis à musca ad elephanti nasum designandum translata credi potest. Quid elephanto cum bestiola tenuum crurum, quæ simul & valgia sunt & vaccia: quorum postrema longissima, contrà quam elephanto. Præterea promuscide pro manu & calice vtitur elephas, non pro ore, sicut culex. Similior elephanto sus: quam ob causam, vt opinor, stultissimus simul atque nequissimus impostorum omnium Mahomet; in arca Noæ, suem ortum ex elephanti stercore blaterat. Nihil alioquin elephanto infestius quàm sus. Eius enim stridore solo, quod facere tela nequeunt, in fugam vertitur. Macte culex Cardanice, cuius idea elephantus est. Iam te assertorem video Platonicorum exemplarium, Aristotelicis istis negatoribus, perniciem minitantem. Muscæ proboscidem ἐπιβοσκίδα vocat Philosophus in quarto de partibus. Aloysius Cadamustus à suillo rostro in hoc differre ait, quod elephanto proboscis volubilis est ad nutum, vt modò vibrare, modò retrahere possit. Adde quod, vt Gillius ait, intus concaua est, ex Oppiano nimirum, qui sic canit:

Promuscis.
Lib. 3. c. 30.
Pronomæa.
Proboscis quibus propria.
Exerc. 193. 5.

E

F

G

Τῶν δ᾽ ἤτοι (ὀφθαλμῶν) μεσσηγὺς ὑπερπροθέει μεγάλη ῥίς,
Λεπτή τε, σκολιή τε, προβοσκίδα ἣν καλέουσι
Κεῖνο θηρὸς ἔφυ παλάμη, χεῖρ τῇ θέλουσι
Ῥηϊδίως ὀρέγουσιν. id est,
Inter quæ (lumina) *porrecta canalis prominet ingens,*
Pertenuis, flexoque anfractu, dicta proboscis.
Quæ velut manus est illi, quaq; omnia prensat.

H

Habet (inquit Galenus) elephas, quo loco alijs est nasus, partem quandam pendentem, angustam ac longam, adeò vt ad terram pertingat. Hac pro manu vtitur, & extrema eius parte sic omnia tractat, atque ita rebus apprehendendis applicat, vt ne minima quidem numismata ipsum effugiant, quæ etiam sublata proboscide (sic eam partem vocant) rectori insidenti tradit. In fine perforata est, & animal ipsum per foramina illa velut per nares respirat. Postquam autem mortuo elephante vsque ad radicem partis ipsius dissecans, meatus quia foraminibus sursum feruntur, reperi non aliter quam in nobis exitum habere duplicem; vnum quidem qui ad ipsum cerebrum perueniebat, alterum autem in os perforatum, impensius adhuc naturæ artificium sum admiratus. Vbi autem etiam didici ipsum animal, cum fluuium aut lacum profundum traijcit, vt totum ipsius corpus demergatur, per sublatam in altum hanc proboscidem respirare, naturæ prudentiam intellexi,

Lib. 17. de vsu part. c. 1
Proboscidis descriptio, & vsus.

A intellexi, non in eo duntaxat, quòd partes omnes ipsius animalis pulchrè construxerit, sed quod
ipsum etiam eis vti docuerit. Hæc ille, ex Aristotele, ni fallor, apud quem similiter legimus: *Ha-
bet elephas talem tantamque narem, vt ea manus vice vtatur, quippe qui non nisi ad os illam admo-
uens & bibat & edat: suo etiam rectori eam erigit, atque offert: & arbores quoque eadem prosternit
& quoties immersus per aquam ingreditur, ea ipsa edita in sublime reflat atque respirat. Adunciuscu-
la parte sua postrema, naris hæc est, sed flecti non potest: cartilagine à enim, & proinde rigidiuscula
est.* Alibi rursus de eiusdem partis vsu ait: *Elephantis prolixæ, validæque nares augentur, eiusque vsus
idem qui manus; ea namque cibos tam siccos quam humidos colligunt, capiunt, & ad os admouent so-
li animantium omnium.* Et rursus: *Elephas prioribus pedibus non vtitur loco manuum sed nare sua.*
Quamobrem Cassiodorus eleganter & perquam appositè hanc partem, nasutam manum appel- *Li. 10. Var.*
lauit, Plinius aliquando simpliciter manum, vt cùm ait: *Mandunt ore: spirant & bibunt, odorantur-* *Manus*
que haud impropriè appellata manu; aliquando promanum. Manum autem etiam vocauit Cicero: *nasuta.*
Manus etiam (inquit) *data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant* *Lib. 2. de*
ad pastum. Præ cæteris verò appositissimè Lucretius elephantes inde anguimanos vocabat. probo- *nat. deor.*
scidem enim flectit, reflectit, contrahit, porrigit, lubricat & incuruat. Est enim tortilis, flexilis, *Lib. 2.*
B lubrica, volubilis serpentis in morem. Cur verò prominentem habeat istiusmodi promuscidem, *Lib. 6. c. 5.*
inter alios rationem etiam reddit D. Ambrosius in Hexamero, quia cùm sit eminentior cunctis, se
inclinare ad pascendum non potest: itaque promuscidis ad colligendum cibum vtitur ministerio.
Ea immani bestiæ largi potus infundit humorem, ideoque concaua est, quo ad restinguendam
tantæ beluæ sitim plenos lacus hauriat, aut collecto flumine possit vndare potantem. Similiter D.
Basilius quærens, quid sibi vult proboscis elephanti? Quoniam (inquit) tantæ molis hoc animal
& omnium terrestrium maximum ad stuporem admirationemque obuijs incutiendam productum
est, oportebat carnulentum esse, & obeso corpore distractum. Huic si grande pro rata membro-
rum inferiorum pedumque ratione exæquatum collum adiunctum fuisset, inatractabile penitus
esset exuperante pondere semper ad humum deuergens. Nunc autem caput quidem per colli pau-
cas admodum vertebras spinæ dorsi counitur. Proboscidem autem habet officium subeuntem,
munusque colli, qua plane tum pabulum sumere quam potum etiam adhaurire solet, & ad se sustol-
lere. At enim pedes ipsi sunt inarticulati, quo quasi columna couniti, vastam illam corporis mo- *Pedes.*
lem suffulciunt. Namque si artus tanto corpori sustinendo molliores & qui facile flecterentur, es-
C sent substrati; creberrima fierent emotiones articulorum, tera in humum modò genua inclinan-
te, modò se attollente ex humo. Neque enim alleuandæ tantæ moli satis essent. Nunc vero par-
uus talus pedi subijcitur elephanto, nec tamen in teretem figuram, neque in genu commissuram
dearticulatus est aut distinctus. Neque enim ad lapsum prona articulorum lentitudo carnulen-
tam illam tanti animalis molem ferre posset, tanta adeò contunditur copia carnium, vt continen-
ter intremiscat, ruinamque videatur interminare. Quæ cùm ita sint, opus elephanto fuit porre-
ctiore illo naso, qui ad pedes vsque demitteretur. Non vides in bellis, quod perinde ac turres
quædam animatæ vniuerso agmini viam muniunt ac prægrediuntur? At certè veluti colles qui-
dem concretione carnium condensati, intolerabili facto impetu constrictas constipatasque hostium
acies distringunt & dissecant? Quod si partes internæ minus decenti proportione responderent,
reliquæ moli corporis, nullo animal tempore persisteret. Arrianus in expeditione Alexandri tan- *Lib. 6.*
tam elephanto vim in proboscide esse ait, vt homines armatos tanquam flagello, implexos in su- *Vis in pro-*
blime attollat. Facilè verò eam amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuisse Plinius au- *boscide.*
thor est. Os, vt tradit Cadamustus, habent in pectore, atque hoc non proboscide sugunt, teste *Os.*
Aeliano & Aristotele, qui & linguam eis esse scribit perquam exiguam, atque interius positam *Lingua.*
D quàm sit in cæteris, ita vt vix eam videre possis. Cur autem talem natura fecerit, rationem hanc
attulit nobis Cardanus: At cùm lingua (inquit) sit ob dentes, elephas autem dentibus anterio-
ribus careat, lingua parua & intus recondita opus fuit, quoniam dentibus molaribus inseruire de-
buit. Simul si magna fuisset, impedimentum afferret, ne proboscis cibum vsque ad dentes mola-
res porrigeret. Sed quia opus erat ad vitæ longitudinem optima masticatione, & quia etiam ci-
bus à dentibus nullis anterioribus dissecari poterat, molares adeo robustos & tam commodè fa- *Oculi cur*
bricauit, vt quemadmodum testatur Aristoteles, cibum omnem confestim redigat in farinam. O- *exigui.*
culos habet magnos, sed pro tanti corporis portione exiguos, vt canit Oppianus:

——— *αὐτὰρ ὀφθαλμοὶ πελέθουσι*

Μείονες, ἢ κατὰ ἐκεῖνο δέμας, μεγάλοι περ ἐόντες.

——— *Et flammea lumina versat,*

Magna quidem, verùm pro tanto corpore parua.

Cassiodorus etiam oculos quidem paruos esse ait, sed grauiter se mouentes. Fuisse autem ele- *Lib. 10.*
phanto paruitatem oculorum datam idem Cardanus asserit, vt cùm non recondi possent, tutiores *Variar.*
forent

forent ab ictibus. Recondi autem non potuisse, quia à lateribus positi, non vidissent ea, quæ antè occurrerent: necessariumque fuisse, vt essent à lateribus, ne ob nixum dentium & proboscidis propinquitatem læderentur, atque ita animal ante senium cæcum efficeretur, tum maximè quia longissimæ vitæ futurum erat. Cumque ob robur podentes caput magnum efficere natura cogeretur, informe, vt ita dicam & sine rotunditate: qualiscumque enim additio ad ornamentum facta capiti, ipsum in immensum auxisset: ob id valde deforme caput habent elephantes. De capitis elephantis magnitudine & enormitate sic meminit Oppianus:

Capur cur deforme.

Ἄσπετον δὲ κάρηνον, Vertit interpres

In immensum caput ille gerens, & pondere vastum.

Aures. Strabo author est, spiramentum quoddam habere secundum tempora; per quod mas pingue quid emittit tempore coitus, & fæminæ tunc eundem meatum apertum esse. Aures quoque pro corporis portione exiguæ eodem Oppiano attestante. Qui eas dimensi sunt, quaquauersum geminì palmi magnitudine esse inquiunt, nec id vsque minores aut maiores, vt assolet, proceritate, sed pro magnitudine latas. Quidam obscurus author tradit, auriculas habere, quales draconum pinguntur, aut vespertilionum alis similes. Notum ex historia Romana locum esse iuxta aures, quo vulnerato facilè intereunt. *Iussit* (inquit Frontinus) *ferocissimum elephantem sub aure vulnerari.* Clarissimè Liuius: *Scalpro inter aures ictu mallei adacto interficiuntur.* Ea breuis via reperta est, ad tantam beluæ molem subitò conficiendam. Liuius id Hasdrubalis inuentum esse credidit.

Cap. 43. *Lib. 6. c. 30.* Est verò etiam vbi planè auribus carere dicuntur. Scribunt enim Solinus & Plinius apud Sambros Aethiopiæ populos nullam esse auritam quadrupedem; nec elephantos quidem. Quod tum ad soli dispositionem, tum ad cæli qualitatem referendum censent.

Cutis. Cutis in tantam duritiem solidatur, vt putes, inquit Cassiodorus, esse osseam. Hæc nullo transmittitur telo; nulla ferri acumine penetratur. Ideoque Persarum reges hanc beluam ad bella traxerunt, quæ & nullis ictibus pulsata cederet, & aduersarios sua mole terreret.

Lib. 17. Strabo author est pellibus pro clypeis vti Mauros, sed & Robertus Valturius loquens de Numidis, cum dixisset, eos scuta elephantorum corio extento ac durato habilia ac tuta gestare; bello inutilia indicat, eam esse eorum naturam tradens, vt acceptum imbrem tanquam spongia imbibant, & per hoc intractabilia repentino pondere fiant. Cur autem humorem sibi imbibant, ratio est, quia cutis eorum vlcerosis vallibus exaratur, vt loquitur Cassiodorus, siue vt Plinius, cancellata est, hoc est, quasi tessellatim efformata, vt exponit Stephanus Aqueus, siue lignorum transuersorum modo efformata contextaque. Ligna enim inter se modicis interuallis (inquit) in transuersum retis instar inuicem annexa, cancellos vocant: hinc cancellata cutis, quo diximus, modo compacta. Sic & Calepinus cancellatam cutem interpretatur, quibusdam cancellis distinctam, hoc est, tessellatim (inquit) quadratam, & in modum capitularum factam: sed & ipse Plinius vsum istiusmodi cutis assignans, similiter exponit; vt modò patebit. Ob eandem tamen corij duritiam homines in regno Pegu pellem elephantis, armorum loco ferunt. Hinc autem Lucanus de Sceua fortissimo illo Cæsariano loquens, qui vnico scuto omnes sustinuit Pompeianos, eum elephantino corio assimilauit appositissimè:

Lib. 7 de re mil. c. 7. *Scuta ex corio elephantis.* *Cancellata cutis.*

Par pelagi monstris, Libycæ sic bellua terræ
Cerulus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalentis mißile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas:
Viscera tuta latent penitus, citraque cruorem
Confixæ stant tela feræ, tot facta sagittis
Tot iaculis vnam non explent vulnera mortem.

Quamuis autem cutis duritie simpliciter commendetur, eà tamen in dorso, quàm in ventre durior est, vt idem Plinius, & ex eo Solinus testantur: *Durissimum* (inquiunt) *dorso tergus, ventres molles.* Pilosane setosaue, an nuda sit ipsa cutis, non satis clare ex authoribus colligas. Cardanus non solum nudam ait, sed etiam cur talis esse debuit, simul & durissima, rationem reddidit his verbis. Sed cum ibi maior copia sit harum infelicitatum (quæ fuit à muscis, crabronibus, alijsque istiusmodi insectis) quàm vt cauda & proboscide possit omnes excutere, simul etiam propter loca quædam, quæ neque cauda neque proboscis commodè potest attingere, his incommodis natura duobus modis succurrit, primùm cute cancellata, qua illas comprehensas collideret: secundum vt cutis esset durissima & crassissima, quod etiam ad arcendas iniurias aëris & ad securitatem tum leonum, tum aliorum grandiorum ferarum fuit non solùm vtilissimum, sed etiam necessarium. Quo factum est, vt tanta & tam dura cute non fuerit commodum edere pilos; nam materia pilorum in cutem translata duriorem illam efficit, & minus etiam erant pili ob id necessarij, qui tamen si adfuissent, magnum incommodum attulissent in aquis & paludibus versanti: vnde sic semel excusso tergore, totus nitet, & celerrimè siccescit. Quidam etiam obscurus elephantum totum

Cutis an pilosa.

nigrum

A nigrum esse scribit, & glabra cute, sine pilis, & Solinus nullas ei setarum hirsutias esse tradit, ex Plinio, qui cùm dixisset durissimum dorso tergus esse, ventres molles, addit, *setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum (namque id & tanta vastitas sentit,) sed cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo cùm extentis recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant. Hoc ijs pro cauda, pro iuba, pro villo est.* Alicubi verò cùm reprehendisset illos, qui subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putant, sed ea magis bruta esse, quibus crassior cutis est, subdit; *Elephantorum quoque corpora impenetrabiles setas habent, cùm tamen omnium quadrupedum subtilitas animi perhibeatur illis.* Hic vbi setas legitur, vetus lectio (inquit Hermolaus) erat sçacetias; quæ vox cùm sit deprauata, & Plinius lib. 8. neget setas elephantis vllas esse, fieri potest, vt scribendum sit, quasi setas; non enim setæ ibi sunt, sed quasi setæ. Nicolaus Leonicenus in opere de erroribus Plinij legit, elephanti quoque tergora impenetrabilia sagittis habent. Nam si elephanti durissimum (inquit) tergus habent, vt ille scribit, cur non idem sit sagittis impenetrabile, hoc est, cum difficultate penetrabile? Eodem ibidem teste Plinij patronus multò licentiùs (quàm Hermolaus nimirum) ex vno verbo duo fecit, hoc est, loco setas, scripsit pro setis, ita vt aliud (inquit) verbum supplere sit necessa-

Li. 11. c. 39.

Plinij locus consideratus

Lib. 3. c. 19.

B rium, si sensus debeat esse integer, sic legendum totum: Elephantorum tergora pro scutis homines habent, sed probandum erit ex historijs, homines non solùm ad gestanda propugnacula aliquando vsos fuisse in prælijs elephantis, sed etiam eorum tergora habuisse pro scutis; alioquin vt opinor, nemo tàm violentam admittet emendationem; Hæc Leonicenus, illius quem Plinij patronum vocat, correctione non intellecta, nam pro scutis dixit, id est quasi scutorum loco. Alij itaque pro setas legunt cetras, quod probo. Neque etiam verum esse puto, quod idem Leonicenus ait, Plinium, cùm elephanto nullum setarum tegumentum esse ait, Aristoteli contentire, nam etsi Aristoteles elephantum in quadrupedum genere minimè hirtum esse scripsit, tamen in quinto de generatione testatur elephantos & boues tenuiore quam sues pilo integi. Habet itaque pilos, id quod & Plinius alicubi ceu sui oblitus manifestò profitetur, quem locum miror ab alijs non animaduersum. *Indi (inquit) mirè gaudent longitudine eorum* (smaragdorum) *solosque gemmarum esse prædicant, quæ carere auro malint; ob id perforatos elephantorum setis religant.* Testaturque Cadamustus sese pilos ex elephante euulsisse, qui (inquit) nigricabant, & quasi duorum palmorum mensuram excedebant, erantque amplitudinis non contemnendæ. Quin Gillius quoque pi-

Lib. 2. Hist. cap. 1.

Lib. 33. c. 5.

Cap. 43.

C los eorum ex nouo orbe deportatos vidisse se profitetur, qui ad duorum palmorum magnitudinem procederent. Sed nec illud quoque omnino verum est, quod paullo ante ex eodem Plinio de cauda dicebamus, nullum in ea præsidium esse abigendo tædio muscarum. Nam pilis ea omnino non caret, vt scribit Vartomannus his verbis: Caudam habent similem bubalis, trium fortè dodrantum longitudine, paucis in extremitate pilis. Inuenio autem in descriptione Guineæ, istiusmodi caudis muscas ab idolis arcere mulieres. Malleolos posterioribus in his cruribus teste Aristotele possidet. Sed de crurum flexu alij aliter etiam tradunt; nam non solum authores obscuri elephantos crura sine nodis articulisque habere tradunt, & ossa solida & inarticulata, ideoque crura tibiasque flectere non posse, & si cadant, non posse surgere: hincque esse quod dormientes non recumbant; sed defessi magnis arboribus se applicent, verùm etiam classici nonnulli, vt Cassiodorus, ex antiquis Strabo, & Diodorus Siculus, vt in capiendi ratione dicemus. Genua, inquit Cælius, non flectunt, vti Ambrosius prodit; quia rigidiore crurum vsu opus fuit, quo velut columnis tanta posset membrorum moles fulciri: Calcaneum modò leuiter inflectunt, rigent cætera pedum à summo ad imum. Alias verò ita scribit: De communi animalium gressu prodit Aristoteles, diuturna hominum fama celebratum, elephantos nullo crurum inflexu moueri; quæ tamen

Cauda.

Lib. 4. c. 10.

Crura.

Lib. 16.

Lib. 4.

Lib. 4. c. 12.

Li. 13. c. 18.

D falsò confirmata sit, cùm id genus animalium inflexu vel in scopulis opertis, vel in clunibus adducto sese moueant. Quomodo autem crura flectat, docet Plinius his verbis: *In posterioribus elephanto articuli breues: Idem poplites intus flectit hominis modo, cætera animalia in diuersum,* ex Aristotele, qui elephantum, non vt aliqui retulerunt, agere scribit, sed considendo, crura inflectere: non posse tamen præ nimio pondere, vtrumque in latus æquilibrio quodam vergere; sed aut læuo incubare, aut dextro, aut eo in ipso habitu requiescere: flectere hunc certe suos posteriores poplites modo hominis: Et alias quoque cæteras quadrupedes, elephanto excepto, contrario modo quàm homines sua ait membra inflectere. Vartomannus ait articulos crurum non tam sublimes habere, vt aliæ animantes, sed humiliores terram versus. Sunt autem crura priora multò posterioribus longiora, vt idem philosophus meminit, necnon Plinius & Aelianus, & Oppianus:

Vt crura flectat.

——— Ποδῶν γε μὲν οὐκ ἶσα μέτρα:
Τοὶ δὴ πρόσθεν πολὺ πλεῖον ἀείρονται, id est,

Nec mensura pedum par est, siquidem altiùs antè
Exuperant multò, breuioraque crura videntur.

Cur

Cur pedes anteriores robustiores. Cur autem anteriores ei pedes maiores validioresque sint, rationem reddit Albertus. Pedes eiusdem cum equinis sunt rotunditatis, sed ampliores, vt planta, inquit Gillius, quoquo versum ad binos dodrantes accedat: Vartomanus rotunditatem eorum, magno orbi mensario assimilat; eos ex callo constare aiunt nigerrimo & amplissimo. *Lib. 2. tract. 1. c. 1.* *Pedes.* Aristoteles elephantem animal multifidum esse asserit, digitosque habere indiuisos, ac leuiter formatos, nec vngues omnino esse, singulis pedibus quinque haberi indiuisos & leuiter discretos: quæ omnia sic Plinius transcripsit: *Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto: huic enim informes, numero quidem quinque, sed indiuisi, ac leuiter discreti, vngulisque non vnguibus similes.* Aelianus hinc factum esse ait, vt animal sit minimè ad notandum habile. Cur verò quinque vngues habeant, & pedem multipliciter scissum, Gillius causam esse credit, ne si quando in humido solo constiterint, altiùs pedem imprimant. Aristoteles prioribus potissimum pedibus corporis pondus sustineri putat, nam cùm dixisset, elephantos non bisulcos, non solidos habere pedes, sed digitatos, sed quoniam (inquit) corporis magnitudo vasta, pondusque ingens est, ideo sustinendi tantummodo gratia pedes habent priores, nec ad vllum alium vsum vtiles, propter tarditatem flectendi atque ineptiam. *Lib. 2. Hist. 16.* Eodem teste Aristotele mammas duas habet, sed non in pectore, & paulò citra. *Lib. 2. Hist. 1.* *Mammæ.* Alias clariùs earum situm locumue indicat, inquiens, elephanto mammæ sunt sub armis duæ tam mari quàm fœminæ, perquam exiguæ, nec pro corporis vastitate, ita vt eas à latere conspicere propemodum nequeas. *Lib. 4. de partib. c. 10.* Et rursus alibi, elephas, inquit, duas tantùm habet mammas, easque sub armis: causa cur duas habeat? quòd vniprolis est; cur non inter femora? quòd multifidum est; nullum enim inter femora habet, cui pedes discreti in digitos sunt: cur suprà sub armis? quod in ijs quæ plures obtinent mammas, & primæ sunt, & plurimum hauriant lactis, quæ ea parte continentur. Argumento est quod scrofæ facere assolent: porcis enim editis primis, mammas præbent primas. Ergo cui vnum est, quod primum in lucem prodit, id primas habeat, necesse est. Primæ autem quæ sub armis habentur, elephas hac de causa duas, eodemque loco mammas habet. Quæ autem multiprola sunt, hæc toto ventre extuberant, &c. Plinius quoque isthæc quàm breuissimè reddidit, *Elephas*, inquit, *tantum mammas sub armis duas habet; nec in pectore, sed citrà in alis occultas. Nulla in feminibus digitos habentium.* *Genitalia.* De partibus generationi destinatis idem philosophus sic ait: Elephantus genitale equo simile habet, sed paruum, nec pro corporis magnitudine. Plinius genitalia auersa esse ait, auersosque coire. Testes item non foris conspicuos, sed intus circa renes conditos habet, quocirca initum celeriùs agit. Fœmina genitale, vt cæteræ, inter femora habet. Alibi etiam testes intus ad aluum necti tradit. Causam item aliàs reddit, cur testes intus occultarit natura, ob cutis suæ nimirum duritiem, cùm ex ea scrotum non possit fieri. Albertus tamen aliam rationem huius necessitatis adfert, asserens testes intus habere propter pondus sui corporis, idque vt sit velocioris coitus, addit autem etiam tempore coitus eos emittere, quod mihi verisimile non fit. *Lib. 2. de generat. c. 2.* Ctesiam testatur philosophus mentiri, ea quæ de huius animantis semine prodidit; id videlicet vsque adeo indurari siccescens, vt electro, id est succino simile efficiatur, quod nunquam fieri ipse existimat. *Ventres.* *Li. 11. c. 37.* *Pulmo.* Magis enim alterum altero semen esse terrenum necesse est, inquit, & præcipuè tale eorum est quorum in corpore multum materiæ terrenæ habetur: crassum autem albumque est spiritus mistione. Plinius elephanto quatuor ventres esse tradit, cætera suibus similia: pulmonem quadruplo maiorem bubulo. Cur verò quatuor ventres habeat, rationem nullam adfert. *Lib. 2. de Hist. 17.* Aristoteles verò quadrupeda, quibus tot ventres sunt, cornigera esse scribit, & ruminantia, sed vel ipso Plinio teste, non ruminant, quibus dentes sunt vtrimque: elephantis autem vtrimque quatuor dentes esse, præter duos illos magnos, ex Aristotele notum est: *Li. 10. c. 37.* *Intestina.* qui elephanto intestinum ita sinuosum (συμφύσεις ἔχον) vt aluos habere quatuor videatur, scribit, inque hoc etiam cibum reperiri: *Li. 2 hist. 5.* nullum enim conceptaculum cibi aliud separatim adesse. *Lib. 2. de generat. c. 7.* Galenus intestinum eius latissimum dicit, & equo simillimum. *Exta.* Exta quoque eidem suillis proxima esse ait, sed maiora. *Iecur.* Iecur enim quadruplo maius esse bubulo, & reliqua pari ratione, excepto liene; hunc enim ex proportione esse minorem. Plinius verò pulmonem, vt citauimus, non iecur bubulo quadruplo maiorem facit. *Fel.* De situ fellis discrepant veteres. Aelianus non ad iecur, sed ad pectus situm habere dici tradit. *Li. 2. hist. 15* Aristoteles verò iecur quidem sine felle esse asserit; incisa tamen parte, qua fel adhærere solet, humorem felleum effluere plus minus. *Lib. 6. de administ. anatom. c. 8.* E contrario Galenus: quæ, inquit, iecur habent, ijs & lien omnino inest, & meatus bilis receptores: etsi vesicam, quæ amaram bilem colligit, haud omnibus ideo concesserit natura. Non tamen vera dicunt, qui de omnibus ea carentibus scripsere, quemadmodum & Mesitheus de elephanto prodidit: huic siquidem & vesica in iecore inest, proportionalem toti visceri magnitudinem obtinens. *Cor.* *Lib. 7. de admin. anat. ca. 10.* Docet item Galenus, quomodo ex elephanti dissecti corde magnum os exemerit; & quòd duos tantùm ventriculos cor eius habeat, contra Aristotelem, qui magnis animantibus tres attribuit. Clarior, inquit, in magnis cordibus est speculatio, quoniam & ipsius os, quod magnis inesse animalibus arbitrantur, atq; his non omnibus,

etiam

A etiam alijs omnibus inest, haud tamen os vniuersis, sed chartilago. Sic enim in totum se habet in cunctis animantibus: & membranæ, quas trisulcas diximus appellari, & arterialium vasorum radix substantiæ duræ omnino appensa est, sed non in omnibus æque dura, quoniam in minutis leuiter cartilaginosa est, in grandioribus exacta cartilago, in valde grandibus cartilago ossea; & quanto animantis genus corporis mole vastius fuerit, tanto plus osseæ substantiæ chartilago sortita est. Et in maximis, vbi plus osseæ substantiæ gignitur, conuenit ipsam tum appellare os cartilagineum, non cartilaginem osseam. Quod enim in his animalibus producitur, nō cartilaginis adhuc exactæ naturam, sed corporis ex neruo & chartilagine conflati repræsentat. Nullum verò miraculū est in minutis ipsum animantibus consectionum rudes penitus ignorare, cùm & in grandioribus frequenter ipsos lateat. At quid dico in grandioribus? Nuper elephanto maximo Romæ iugulato, plerique medici ad ipsius dissectionē conuenerāt, discendi gratia duosne cor haberet vertices, an vnū; & vētriculosne duos an tres. Ego autē vel ante ipsius consectionē asserebam eandem cordis structurā, cum alijs omnibus animaliū aërem spirantiū inuentum iri: quæ etiam ipso diuiso apparuerunt. Item os ipsius sine negocio reperi, vnà cum familiaribus digitos admolitus: at inexercitati sperantes id, quod in alijs animantibus apparet, ita in magno se inuenturos, ne elephanti quidem cor os habere putabant. Ego autem ostensurus ipsis eram, nisi familiares tiluissent, quod attonitos illos ac sensus expertes propter loci ignorantiam conspicerent, & cum adhortarentur, vt indicarem, subticui. Corde verò a Cæsaris coquis exempto, misi aliquem ex familiaribus in huiusmodi exercitatis rogatum coquos, vt os ipsius eximi sinerent, atque sic factum est. Seruatur idem apud nos etiam hodie eximiæ adeo magnitudinis, vt ab ijs qui intuentur, nullo modo credi queat tantum os medicos latuisse. Ita sanè & maxima in animantibus particularum inexercitatis ignorantur. Ac miri nihil est, si etiam in alijs multis (quod ad anatomen spectat) Aristoteles errauerit, qui triplicem sinum cor habere in magnis animalibus existimat, &c. Ex qua item elephantini cordis dissectione etiam innotescit, quod de duplici corde nonnulli somniarunt, cuius sic meminit Aelianus: *Duplici tum corde, tum sensu animi elephantus esse dicitur, & altero quidem ira incendi, altero mitigari & lenire Maurorum sermonibus peruagatum.* Atque hactenus de partibus cùm internis, tum externis elephantis. Addo & integram descriptionem, eamque ex Cardano, & aliam ex Goropio Becano. Altitudo (inquit Cardanus, multa philosophica in sua descriptione referens, & quæ ad superiorum declarationem etiam pertinent,) tanta erat, vt homo erectis manibus non attingeret dorsum & erat iuuenculus. (Scaliger hinc nunquam Cardano visum elephantem obijcit.) Crassities duorum boum: sed adultis & maximis (nam & in his, velut equis, alijsque animalibus non exiguum discrimen secundum regiones & stirpes,) pro xxv. quandoque bobus corporis moles est. Altitudo maximis vsque ad decem cubitos, quod facile est etiam coniectari ex dentium magnitudine; huic enim cum tactus esset, dentes cubitum cum dimidio non excedebant, cum tamen viderim ego non semel qui fermè sex cubitos vel incurui æquarent: qui si recti fuissent, longiores planè fuissent septem cubitis. Narrat enim Ludouicus Vartomannus vidisse duos, qui pondus ccxxv. librarum æquabant. Potest vnusquisque secum reputare, quanta debuerit esse animalis illius magnitudo. Sed ad ordinem reuertor. Longitudo elephantis minimè altitudini respondet. Est enim multò altior, quàm pro longitudinis ratione. Crura habet teretia, ac ad columnarum modum, atque in his iuncturas. Coxę rectæ descendunt, nec in anteriorem partem, vt bobus exporriguntur: hocque ideo contingit, quòd iuncturæ genuum sunt æquales, atque adeo æquales, vt nisi flectere crura videas, iunctura carere credas. Inde natam existimo opinionem, quòd iuncturis careant: quam suspicionem auxit illius incessus; nam distentis cruribus, ac si iuncturis omnino careat, ambulat. Sunt autem illius crura anteriora posterioribus longiora. Porrò incessus ille cruribus distentis, maximi roboris argumentum est; & causa velocioris incessus: nam difficilius mouetur, quod à longiore spatio, vt in hastis, quæ difficiliùs mouentur ex imo, quam ex medio: & æqualis angulus tantò maius spacium intercipit, quanto cruris suprema pars à genu ipso longiùs destiterit. Pedes rotundi in quinque digitos diuisi, sed diuisio ea obscura est. Sunt autem plani & absque munimento vllo, vnde excogitata ratio secandi pedes securibus a Romanis: sunt enim lati, vt orbes plumbei quibus ad vescendum vtimur. Masculus maximum habet membrum genitale, quod fermè vsque ad terram attingit, licet alij hoc negent. Fœminæ duæ mammæ tantùm, atque adeo paruæ, vt sub alis latitent. Cauda vt Suis pro ratione, sed fermè absque pilis vllis, & prælonga, adeo vt à terra imum eius ne palmo distet. Cutis quoque, imo corium durissimum & similiter absque pilis, ratissimus enim est, vt vnus aut alter hinc inde colligatur; cancellis verò toto contexta videtur. Pilosus est dorsi suprema parte; quæ etiam aliqualiter iuxta renes in gibbam ascendit; & auribus ipsis, quæ prægrandes sunt, ac quasi duorum palmorum, absque forma aurium, sed quasi quadratæ sunt: his in duobus locis frequens pilus est, ac vt cæteris animalibus. Color toti corpori vnus, scilicet fuscus cinereo immixtus, ita vt non alter ab altero distingui queat. Collum breue. Caput vix à collo

Elephantis anatome. *Aristotelis error.* *Cor duplex.* *Elephanti integra descriptio.* *Magnitudo.* *Dentium magnitudo.* *Longitudo.* *Crura.* *Coxa.* *Incessus.* *Pedes.* *Penis.* *Mammæ.* *Cauda.* *Cutis.* *Pili.* *Color.* *Caput.* *Collum.*

à collo distinguitur. Oculi valde parui, sed tamen acutè cernit. E suprema parte frōtis nasus exporrigitur, non vt in alijs animalibus iunctus capiti, sed disiunctus, qui vsq; ad terrā exporrigitur, vt tāta sit fermè eius longitudo, quanta animalis altitudo: proboscidē vocant, aliqui etiā promuscidē, pleriq; manum. Hanc, vt dixi, nariū loco esse nemo dubitat, postquā diuisa est, vt naris, & ea respirat elephas, atq; odorat. Imum eius quasi porci nasus, color, rotunditas, diuisio. Sed substantia proboscidis multū a nasi substantia differt: vsus verò multiplex. Nam tota neruea est & coreacea, adeo vt eam colligat atq; remittat, quomodo libet: breuē enim quandoq; adeo facit, vt vix cubitū superet, atq; tunc latissima est: quandoque verò ita extendit, vt angusta descendat ad terram, non crassior fermè humano brachio: est tamen mollioris substantiæ, quam reliqua cutis, atque ideo Romani præscindere eam aggrediebantur. Circumuoluit eam vndique, atque maxima cum celeritate: si bibit, ea haurit potum, cibum quoque capit, & in os mittit, nam promuscide non edit, sed ore: nec ore edere aut bibere potest absque promuscide. Os itaque latitat sub capite, simile ori Suis: sed dentibus omnibus tam superioribus quam inferioribus caret, nudasque habet gingiuas, nec vllos habet alios dentes, quàm molares, quibus edit, & duos illos prælongos, qui altrinsecus prominent, è mandibula nasi superiore, & versus terram descendentes, proboscidemque in medio habentes. Atque hi ita descendunt, vt caua dentis pars anterior sit: quæ verò animal respicit, gibba. Ideoq; acies ipsa sursum respicit, vt si caput eleuet, facilè in sinu dentium possit trabem aut transuersum hominem sustinere. Porrò proboscidi tantum roboris inest, vt arbores quas viginti homines euertere nequeunt, proboscide circundata vno vel altero ictu prosternant. Hæc & plura Cardanus. Goropius quoque visum Antuerpiæ elephantum masculum, sed octo duntaxat annorum delineat, in quo omnia Aristotelis descriptioni egregiè consentire ait; nisi quod virgam genitalem non infra corporis magnitudinem habere videretur, quod Cardano consentit. Fuisse autem corporis longitudinem, per directum à sincipite ad caudæ exortum acceptam octo pedum, cui altitudo quoque responderet, à terra ad summum dorsi computata, ita vt par longitudo & altitudo esset. Huius mensuræ ab imo ventre ad summum dorsi corporis diametrum, inquit, continebat: reliquum pedibus & cruribus tribuebatur: frons quadrata ab oculo ad summum sui duos pedes habebat, vt hinc de cerebro & ingenio liceat arbitrari: ab oculis item ad extremum promuscidis, quatuor pedes numerabantur, qua tam commodè vtebatur, vt nummos in terram proiectos tolleret, atque sessori suo porrigeret: scutellam quoque vino plenam ita ab humo eleuaret, vt citra effusionem sessori daret ebibendam: atque eadem sibi vna vice plures quàm sedecim vini libras bibendas infunderet, quod toties iterabat, vt mensuram potus ab Aristotele proditam facilè æquaturus videretur. Coxæ ad mediam vsque flexionem genuum ad duos pedes tenebant. A genu ad imam flexionem, pes ferè vnus cum triente. Calcis siue plantæ imæ diametrus, pedis vnius, & duorum paulò plus minus, digitorum erat. Cauda valde glabra, porcinę similis pendebat, sub qua pellis inter crura tam laxa erat, vt subligaculis nauticis, quibus nunc etiam, Moria ridente, nobiles vtuntur, simillima prorsus esset. Dentium exertorum longitudo pedum duorum erat & dimidiati. Quæ de ingenio feruntur, omnia verissima in eo comperiebantur &c.

Proboscis. *Os.* *In Giganto machia. li. 2.* *Longitudo & altitudo.* *Front.* *Promuscie.* *Coxæ* *Cauda.*

E F G

L O C V S.



PROPRIVM (inquit Aelianus ex Aristotele,) elephantorum est naturæ, roscida & palustria amare & amnes amplecti, vbi versari maximè student, vnde etsi fluuiatiles non sint, riparios dicere possumus. Plinius quoque gaudere amnibus maximè tradit, & circa fluuios vagari, sed propter magnitudinem nare non posse. Aristoteles verò non simpliciter, non nare posse ait, sed non satis posse propter pondus sui corporis. Adhæc non vbique talia loca amant, sed in calidioribus tantùm regionibus, frigoris enim admodum impatientes sunt, teste Aristotele, quo fit, vt in India maxime & Africa inueniantur, quæ regiones sunt calidissimæ: Indi autem multo robore & mole corporis antecellunt, quia India aquis abundat: Africa autem aridior est. Indiam sanè plurimos maximosque elephantes habere robore & magnitudine præstantes, præter Diodorum Siculum, alij etiam passim testantur. Cedrenus tam copiosos ibi ac numerosos haberi scribit, vt armenta tota simul pascantur: quod & Lucretius cecinit:

Quæ loca ament. *Li. 9. Hist. ca. 46.* *Cur in India & Africa.* *Lib. 2.* H

Nam quod rara vides magis esse animalia quædam,
Fœcundamq; minus naturam cernis in illis,
At regione locoque alio, terrisque remotis,
Multa licet genere esse in eo, numerumque repleri:
Sicut quadrupedum cum primis esse videmus

In genere

A *In genere anguimanos elephantes, India quorum*
Millibus è multis vallo munitur eburno,
Vt penitus nequeat penetrari, tanta ferarum
Vis est; quorum nos perpauca exempla videmus.

Solinus author est Indos omnes, qui regia præditi sunt potestate, non sine maximo elephantorum numero, militarem agitare disciplinam. Sed præstat reges, regionesq; tum has, tum alias enumerare. Nouissima gente Gangaridum Calingarum regio, Parthalis appellatur (inquit Plinius de Indiæ gentibus loquens,) Regi LXX. millia peditum, equites mille, elephanti DCC. in procinctu bellorum excubant. Insula in Gange est amplæ magnitudinis, gentem continens vnam, Mogodalicam nomine. Vltra siti sunt Modubæ, Molindæ, vbere cum oppido eiusdem nominis magnifico, Galmodroesi, Preti, Calissæ, Sasuri, Pasfalæ, Colubæ, Orxulæ, Abali, Taluctæ. Rex horum peditum L. millia, equitum tria millia, elephantos CCCC. in armis habet. Validior deinde gens Andaræ plurimis vicis, triginta oppidis, quæ muris turribusque muniuntur, regi præbet peditum C. M. equitum II. M. elephantos mille. Sed omnium in India propè, non modò in hoc tractu, potentia claritateque antecedunt Prasij, amplissima vrbe ditissimaque Palibrota: Vnde quidam ipsam gentem Palibrotos vocant, imo verò tractum vniuersum à Gange. Regi eorum peditum sexcenta M. equitum XXX. M. elephantorum IX. millia: per omnes dies stipendiantur: vnde coniectatio ingens opum est. Hæc itaque Plinius, quæ Solinus ferè omnia repetijt. Vbi & Caucasus mons est, elephantos esse ex hoc Philostrati constat: Montem transgressis viri occurrerunt, qui elephantis vehebantur. Hi autem sunt qui regionem colunt inter Caucasum montem & fluuium Cophenam iacentem, homines planè inculti, & armentorum equites, curatoresque. Plinius Indi fluuij è iugo Caucasi montis orti, accolas recensens, cùm dixisset gentes montanas inter eum & Iomanem Cesos, Cetribonos syluestres esse: deinde, inquit, Megallæ, quorum regi quingenti elephanti, peditum equitumque numerus incertus: Chrysæi, Parasangæ, Asangæ tigri fera scatentes. Armant peditum XXX. mil. elephantos CCC. equites DCCC. Et mox: Ab his (qui Capitaliam montem accolunt,) Oraturæ, quorum regi elephanti quidem decem, sed amplæ vires peditum: Varetatæ qui sub rege elephantos non alunt, fiducia equitum peditumque: Odonboctæ, Salabastræ, Horatæ vrbe pulchra, fossis palustribus munita, per quas crocodili, humani corporis auidissimi, aditum nisi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automola, impositum litori quinque amnium in vnum confluente concursu, emporio nobili. Regi eorum elephanti M. CCCCCC. peditum CL. M. equitum quinque M. Pauperior Charmarum rex elephantos LX. paruasque reliquas vires habet. Ab ijs gens Pandæ, sola Indorum regnata fœminis. Vnam Herculi sexus eius genitam ferunt, ob idque gratiorem perpetuo regno donatam. Ab ea deducentes originem imperitant CCC. oppidis, peditum CL. M. elephantis quingentis. Idem Plinius in Taprobane insula (quam in India omnium maximam esse ferunt) fessa venatione absumi testatur, gratissimam autem eam tigribus elephantisque constare. Aliàs etiam ex Onesicrito classis Alexandri Magni præfecto, elephantos in Taprobane insula maiores bellicosioresque quàm in India gigni scribit. Aelianus verò etiam in hac celeberrima insula permultorum & valdè grandium elephantorum pastiones vigere inquit: hosque insulanos elephantos, animi robore & virtutis indole & corporis magnitudine, eis qui in continenti degunt, præstantiores existimari, ideoque magnis nauibus in continentem transportatos Calingarum regi (de quo suprà) vendi, vnde etiam est, quod hæc insula Alexandro, qui Lychnus cognominatus est, πληθυῖα dicatur εὐφόρων ἐλεφάντων. Vartomannus eam nunc Sumatram dici conijcit, quoniam hic multi & maximi habeantur elephantes. Sed & Ioannes Metellus in Zeilana insula maximos & optimos omnium totius Indiæ, summique ingenij & quibus reliquos obedientes esse ferunt, elephantes progenerari scribit; quod nomen cùm apud antiquos etiam non inueniatur, superiori insulæ fortassis conuenire potest. Inuenio verò apud Orosium Indiæ insulam Zeilandam, quam Ptolomæo Cori dictam conijcit, esse admodum fertilem, & non solùm varijs frugibus abundantem, verùm & herbis & plantis odore mirifico redolentibus egregiè vestitam, quæ sine vlla cultura proueniunt; miram elephantorum copiam nutrire: quæ autem & hæc sit, non explicat. Idem aliàs etiam refert Siamensem regē in India duodecim millia elephantorum habere dici, è quibus quatuor millia semper ad subitos bellorum casus armata sint. His addam, quæ in libris nauigationum in Indiam obseruaui. Plurimi sunt in regno Pegù, & in Carangora regione: Quinquaginta millia sub imperio regis regni Mogor, totidemque millia equorum: plena est Bornay insula, vt ait Franc-Lopez. Vartomannus in Monzambrich insula armenta eorū se offendisse ait, & in Bonamotapa Ioan. de Baros. Lego & apud Paulum Venetū conuenire ad insulā Zanzibar multos mercatores eboris emēdi causa, nā plurimos ibi esse elephantes. Christiani qui vrbē Calechut incolunt, equitāt elephantes, inquit Cadamustus, quoniā ea regio ijs abundat. Rex cùm aliquò tēdit, trahit secū innumeram peditū multitudinem, nōnulli verò

Populi & regiones Indorum elephantis abundantes. *Lib. 6. c. 19.* *Cap. 65.* *Lib. 6. c. 22.* *Lib. 6. c. 20.* *Lib. 6. c. 22.* *Maximi & optimi vbi.* *Lib. 4. rer. Emanuel.* *Lib. 7.* *Lib. 3. c. 41.* *Cap. 58.* *Regis Calecuthensium magnificentia.*

(B, C, D: marginal section letters)

elephantis vecti, regem concomitantur: rex verò humeris hominum nobilium fertur. Additque E
etiam potiſſima illius regionis animalia eſſe elephātos: vendi tamen ingēti pretio: alios in exercitu
Elephantorū ad bella ducere elephantorum M. DCCC. alios pauciores: Fuiſſe autem Indis etiam olim in ma-
honor. ximo pretio elephantos, inter alios Arrianus docet libro rerum Indicarum. Vehuntur, inquit, ple-
riq; Indi camelis, equis & aſinis. Regium enim apud Indos eſt elephāto vehi: proximus huic honor
quaternis equis, tertius camelis, vno equo vehi vile eſt. Mulieres apud eos caſtæ admodum ſunt,
neque vlla mercede, quam elephanti corrumpi ſe patiuntur: Elephantum danti copiā ſui faciunt,
neq; hoc turpitudini vertitur, ſi elephanti mercede adducta mulier conſuetudinem cum quoquā
Lib.8.c.11. habeat: quin potius honorificum ſibi ducunt, formæ ſuæ pulchritudinem elephanto dignam habe-
Africa. ri. Atq; hactenus de India. Plinius cùm dixiſſet Indiam elephantes ferre, ſubiungit: item Africa
Lib.5.c.24. vltra Syrticas ſolitudines, & in Mauritania: Aethiopes quoq; & Troglodytæ. Alias, pòſt Syrtes
Cap.1. (inquit) in Africa excipiunt ſaltus repleti ferarum multitudine, & introrſum elephantorum ſolitu-
Lib. 6. dines. Et ante: Mauritaniæ oppidum eſt Sala eiuſdem nominis fluuio impoſitum, iam ſolitudini-
bus vicinum, elephantorumque gregibus infeſtum. De elephantis Afris & Mauris plenæ ſunt Ro-
manorum hiſtoriæ. Hinc Africam frumento & ebore abundans vocat Claudianus:
Lib.1.c.25. *Tum ſpicis & dente comas illuſtris eburno Et calido rubicunda die ſic Africa fatur.* F
Celebratur & Libya. Hermippus apud Athenæum:
Sat. 10. *Plurimus eſt elephas Libycis demiſſus ab oris.*
Necnon Getulia, à qua Getulus cognominatur Iuuenali.
O qualis facies & quali digna tabella, Cum Getula ducem portaret bellua luſcum, id eſt Hannibalem.
Lib. 4. Similiter & Marmaricum dicunt, à Marmarica regione Africæ Nilo proxima teſte Ptolomæo, ab
occaſu Cyrenaica prouincia, à Septentrione Aegyptiaco pelago terminata, ab Oriente Aegyptum
habens, ab Aegypto interioris Libyæ partem, quæ Aegypto conterminа eſt. Hodiè Barcha dici-
tur. Plinius Mareotidem vocat, incolas ipſos Marmaridas. Vtitur eo epitheto Sidonius:
Lib.5.c.6. *Nam ſi qua arboreas trabes refractis Roſtris Marmarici dedere barri.*
Samnes traditur teſte eodem Plinio, oppidum Libyæ circa Nilum, ad Africæ latus, vnde elephā-
ti incipiant. Qui proximos Athlanti monti Mauritaniæ ſaltus inhabitant, refertos elephantorum
ferarumq; & ſerpentium omni genere Canarios appellari Suetonius Paulinus citante eodem tra-
dit, & prope Athon montem incolas elephantis vehi apud Philoſtratum legitur. In eadem Mauri-
Lib.2.c.29. tania oppidum eſt Sala, iam ſolitudinibus vicinum, elephantorumq; gregibus infeſtum: ex eodem G
Plinio. Symbari populi ſunt feri inter Arabiæ montes & Nilum incolentes, elephantorumq; vena-
Lib.6.c.30. tu victitantes, vt ex Plinio citat Calepinus, ſed Plinius: Inter montes & Nilum, inquit, Symbari
ſunt, Phalanges, in ipſis verò montibus Aſachæ multis nationibus. Abeſſe à mari dicuntur dierum
quinq; itinere. Viuunt elephantorum venatu. Tingitana prouincia Mauritaniæ, qua porrigitur ad
internum mare exurgit montibus ſeptē, qui à ſimilitudine fratres appellati freto imminent. Hi mō-
Lib.5.c.2. tes (verba ſunt Solini) elephantis frequentiſſimi ſunt. Plinius verò Tingitaniam prouinciam mon-
Lib.9.c.9. toſam eſſe ait ab Oriente, & ferre elephantos. Leo Baptiſta Albertus in opere ſuo de re ædificatoria
tradit, ab Appiano Alexandrino ſcriptum eſſe, apud Carthaginem ſtabula fuiſſe elephantorum tre-
centa, & equorū quadringenta. Mons quidam Arabiæ in mare expoſitus, elephas vocatur, vt Stra-
Lib.16. bo ait, neſcio an ab elephantorum copia, vel figura. Aethiopiam modò ait Herodotus interprete
Lib.3. Valla vaſtos ferre elephantos prominentibus vtrimq; dentibus, ſed Græcè legitur tantùm ἐλέφαν-
τας ἀμφιλαφέας, id eſt magnos, ſiue conſpicuos. Teſtaturq; ibidem Aethiopes Perſis vſq; ad ſuam
memoriam tributi nomine pendiſſe, binos ſemodios auri rudis, ducentos faſces ebeni, quinoſque
Lib.12.c.4. Aethiopes pueros, & vicenos grandes elephantorum dentes. Quod Plinius ſic repetit de ebeno lo-
quens: *Herodotus eam Aethiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem regibus Perſidis è materiè eius cente-* H
nas phalangas tertio quoq; anno penſitaſſe Aethiopas cum auro & ebore, prodendo. Non omittendum id
quoq;, vicenos dentes elephantorum grandes, quoniam ita ſignificauit, Aethiopas eadem cauſa pendere
Lib.6.c.29. *ſolitos.* In Aethiopia Ophiophagorum, vt idem Plinius prodidit, Ptolomæo Philadelpho Aegy-
ptiorum rege condita eſt venatus elephantorum, ob id epitheras cognominata: Et mox: Inſula
Daphnidis, oppidum Adulitōn. Aegyptiorum hoc ſerui profugi condiderunt. Maximum hic em-
porium Troglodytarum, etiam Aethiopum. Abeſt à Ptolomaide quinque dierum nauigatione.
Lib. 16. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria &c. Philothera eſt He-
roum vrbs, inquit Strabo, nauiganti iuxta Troglodyticam à ſorore ſecūdi Ptolomæi appellata, Sa-
tyri opus, qui ad Troglodyticam & elephantū venationē perſcrutandā miſſus eſt: Et rurſus: Arabij
ſinus pars quę Troglodyticam ſpectat, ad dexteram eſt, vbi nauigantibus ab Heroum vrbe vſq; ad
elephantū venationē & Ptolomaidem, ſtadiorū ſunt nouē millia ad meridiē & pabulū ad Orientem.
Et alibi eodem etiam libro: Poſt Stratonis inſulam ſequitur portus Saba, & elephantum venatio.
Et paulò pòſt: Vlterius eſt vrbs Daraba, & elephantum venatio, quæ ad puteum nominatur, cam

A Elephantophagi habitant (à quibus quomodo elephanti capiantur, suo loco recitabo.) Sunt & aliæ quædam elephantum venationes & vrbes ignobiles &c. Alicubi & Licham elephantum venationem esse ait. Sunt & Asachæi Aethiopum populi, qui captos venatibus elephantos deuorant, vt scribũt Solinus & Plinius, qui Asachas quoque alicubi legit pro eisdem. Iam verò apud Hesperios *Lib. 16.* Aethiopes elephantes nascuntur, & qui rhizes vocantur, magnitudine & pugnandi viribus elephantos referentes, vt ex Iphicrate Strabo recitat.

NATVRA. MORES. INGENIVM. DOCILITAS.



ELEPHANTI, inquit Plinius, gregatim semper ambulant, minimè ex omnibus soliuagi. Quamuis autem amnibus, vt ex eodem & Aristotele diximus, gaudeant, & circa fluuios vagentur, ab aquis tamen summoperè abhorrent, id quod *Aquam timere.* B illorum in primis exemplo docemur, quos Hannibal secum in Italiam traxit. Re- *Lib. 17.* fert enim Frontinus vaferrimum illum, reiq; militaris peritissimum ducem, cùm *Hannibalis astus.* ad Rhodanũ transeundũ elephantos non posset pellere, & nauium aut materierũ, quibus rates construerentur, copiam non haberet, iussisse ferocissimũ elephantũ sub aure vulnerari, & eum qui vulnerasset, transnatato statim flumine procurrere: elephantum itaq; exasperatum ad persequendum authorem doloris sui, (sunt enim vt mox patebit, vindictæ auidissimi) tranauisse amnem, & reliquis idem audendi dedisse exemplum. Polybius verò ratibus quidem ab Hanniba- *Lib. 3. hist. Rom.* le traiectos fuisse tradit; ab aquis tamen sibi metuere elephantos etiam innuit. Elephantorum traijciendorum, inquit, consilium fuit huiusmodi: Compluribus paratis ratibus, duas inuicem copulatas à terra in amnem porrigebant, latas pedes quinquaginta: his alias duas à parte ripæ adijciebãt, quas vt secunda aqua deferentur, compluribus retinaculis validis ad arbores parte ripæ superiori eminentes alligabant. Erat earum longitudo ad ducentos pedes: posthæc alias duas rates, quæ reliquis longè maiores erant, extremis illis leuiter annectebãt, qua haud difficulter solui possent. Ab his pendebant funes aliqui, quibus ab actuarijs nauibus, postquam dissolutæ à cæteris ratibus essent, trahi in vlteriorem ripam valerent. Postremò eas omnes humo tegebant, vt beluæ per eas sine pauore C veluti per solum progrederentur. Hoc apparatu facto elephanti, qui Indis vbique præterquam in vndis, parere consueuerant, per stabilem ratim tanquam per viam prægredientibus duabus fœminis agebãtur. Qui vbi in extremas rates applicati transgressi essent, extemplo resolutis, quibus leuiter annexæ erant, vinculis, ab actuarijs nauibus pertrahebantur, nihil sane trepidantes, donec continenti agebantur. Vbi verò soluta à cæteris rate in altum se vehi cernebant, vndique capti, cedentibus ab aqua extremis, aliquantum turbationis edebant. Quietem tamen timor ipse faciebat, omni ex parte aquam circumspicientibus feris. Ita primis expositis, alij deinde repetiti, traiectique sunt. Quidam timore sæuientes, in flumen deciderunt, qui tamen peremptis rectoribus incolumes euaserunt: siquidem & pondere ipso stabiles & magnitudine prominentium extra narium, quibus emittere, si quid ebiberant, ac respirare poterant, pedetentim vadis progressi, ad vlteriorem ripam recti peruenerunt. Hæc Polybius, cui Liuius subscribere videtur. Cum enim dixisset elephantorũ traijciendorum varia consilia fuisse se credere, quoniã varia est rei actæ memoria, quosdam ait con- *Lib. 21.* gregatis ad ripam elephantis, tradere ferocissimum ex ijs irritatum à rectore suo, cùm refugientem eum in aquam natantem sequeretur, traxisse gregem, vt quemq; timentem altitudinem destitue- D rat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente: magis, inquit, constat ratibus traiectos, id vt tutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius est. Ratem vnam ducentos longã pedes, quinquaginta latam, à terra in amnem porrexerunt; quam ne secunda aqua deferretur, pluribus retinaculis validis parte superiore ripę religatam, pontis in modum, humo iniecta constrauerunt, vt belluæ audacter, velut per solum ingrederentur: altera ratis æque lata, longa pedes centũ, ad traijciendum flumen apta, huic copulata erat, & cum elephanti per stabilem ratem, tanquam viam, prægredientibus fœminis acti, in minore applicata transgressi sunt, ea extemplo resolutis, quibus leuiter annexa erat, vinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahebatur. Ita primis expositis, alij deinde repetiti ac traiecti sunt: nihil sanè trepidabant, donec continente velut ponte agerentur: primis erat pauor, cùm soluta ab cęteris rate in altum raperentur: ibi vrgẽtes inter se, sedẽtibus extremis ab aqua trepidationẽ aliquantulũ edebant, donec quietẽ ipse timor circũspicientibus aquã fecisset: excidêre etiam sæuientes quidã in flumen: sed põdere ipso stabiles, deiectis rectoribus, quęrendis pedetatim vadis in terrã euasere. Aelianus tradit, in naues immitti, põte vtrimq; ramis frõdescentibus adũbrato ad fallenda istiusmodi animalia: hoc enim ipsum cũ videt se

Euripus cur in ludis Cæſaris factus. per terram, quia eis hæc mare videndi facultatẽ adimāt, etiā nūc iter facere arbitrari. Lego & apud Plinium elephantos Puteolis aquarum metu auerſis veſtigijs è naui abijſſe: Quãobrem Beroaldus noſter Euripium in Circo additum fuiſſe exiſtimat, id eſt tenuem aquarum fluuium in Euripi ſpeciem deductum, ludis videlicet Cæſaris, in quibus elephanti, vt ſuo mox loco dicetur, viceni pugnarunt. *Lib 8.c.7.* Attamen L. Cælius Metellus iunctis dolijs per Siculum mare eos tranſmiſit, cùm naues deeſſent. *Cur aquam timeant.* Cauſa modò cur aquam timeant, duplex, ni fallor, ſtatui poteſt. cùm quòd nandi imperiti corpuſq; ad id ineptum habeant. (Nare, inquit Plinius ex Ariſtotele, propter magnitudinem corporis non poſſunt, non vt Aelianus ait, quia digiti pedū indiuiſi ſunt & leuiter diſcreti, quia & equus ſimiliter non nataret,) tum ob viſam in aqua tanquam in ſpeculo imaginem propriam. Hac enim conſpecta ſupra modum perturbari ac perhorreſcere, inde conſtat, quod niſi turbidam bibunt: atq; hinc Indorum populi, ſi quos fluuios cum his tranare parant, illunes nubilaſque noctes obſeruare conſueuerunt. *Vt per aquā incedant.* Interdiu tamen etiam flumina tranſmittere, quaque ſolertia in traijciendo vtantur, ſubinde recitabo. Cùm autem incedunt per aquam, eatenus mergi ſcribit Ariſtoteles, quatenus eius promuſcis ſuperat: reflat enim (inquit) per eam, & ſpiritum accipit & reddit. Hyemis ac frigoris eodem teſte impatiens hoc animal eſſe dicitur, quare niſi in calidiſſimis locis reperiri oſtendimus, nunquid autem multis morbis obnoxij ſint, vt Strabo ait, an præter alui inflationem nullum aliud malum ſentiant, vt vulgò dici philoſophus annotauit, proprio loco indagabimus. *Fæmina an mas robuſtior.* Fæminam mare multò robuſtiorem, alacriorem, magiſque magnanimam eſſe; fæminaſq; quaſdā in hoc genere planè viriles eſſe Vartomannus teſtatur: & Gillius aſſerit, non modò fæminas maribus ferociores, ſed ad onerum vectiones etiam fortiones exiſtimari. Cæterùm vtriq; refragantur Ariſtoles & Plinius. Differunt, inquit ille, inter ſe elephantes mirum in modum robore atque animo. Sunt apud Indos in vſu rei bellicæ, non ſolùm mares, ſed etiam fæminæ: veruntamen fæminæ pauciores ſunt, & longè timidiores. *Robur.* Quantùm autem ad vires; nūquam ſe Cato apud Ciceronem ait, cùm adoleſcens eſſet, vires tauri aut elephanti deſideraſſe, quod dubio procul indicat, inter bruta tauros & elephantos viribus alia omnia antecedere. Sanè vnus animalium omnium, vt maximus, ita & robuſtiſſimus eſſe videtur. Euertit, vt refert Ariſtoteles, ædificia, dentes admouens magnos: palmas verò ſua fronte impellit, donec declinet, tum pedibus inculcās proſternit in terram. Oppianus ſcribit ſylueſtres elephantes, fagos, oleaſtros, & palmas dentibus ſubuertere radicitus: ſed verſus eius Latinè redditos recitabo: *Nonnunquam ingenti perterret robore ſyluas,*

Deijciens altas concuſſo ſtipite fagos, *Excelſaſq; ſolo palmas radicitus æquans*
Atq; oleaſtros & quercus, alnoſq; fatigans, *Tales in ſyluis elephas dat corpore ſtrages.*

Lib.4.c.10. Vartomannus vidiſſe ſe teſtatur ab elephanto arboris truncum proſterni, tantæ quidem vaſtitatis, vt ipſi viginti quatuor ſimul mouere illū non poſſent: præterea ternos elephātos maximam Liburnicam in ſiccum pertrahere. Dum ego, inquit, apud Canonor vrbem agerem, nonnulli Mahumetani hunc in modum nauem in ſiccum trahebant, ſeruata Chriſtianorum conſuetudine, verſa naui. Expoſita prora verſus continentem, ſubiectis ternis trabibus, tres elephanti genibus innixi, capiteque in humum connixo nauigium in terram trahunt. Strabo Libycos elephantos maximos eſſe ait, & valentiſſimos, qui ſolo rictu propugnacula deijciant, & arbores radicitus euellant, in poſteriores pedes erecti: ſed quantum proboſcide valeant, partim dictum eſt, partim deinceps ſuis locis dicetur: ſicuti etiam de turribus, quas armatis hominibus onuſtas dorſo ferunt. *Pugna mutua.* Pugnant inter ſe vehementer, vt tradit Ariſtoteles, & dentibus alter alterum ferit, qui autem victus fuerit, adeò animū amittit, vt ne vocem quidem victoris toleret. *Pudor.* Plinius mirum namq; ait pudorem eſſe, victumq; vocem fugere victoris, terram ac verbenas porrigere. Herbam autem victori à victo tradi ſolitam, vel ex prouerbio conſtat. Antipater author eſt duos Antiocho regi in bellicis vſibus celebres etiam cognominibus fuiſſe Aiacem & Patroclum. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioqui dux agminis ſemper. Tum pronunciatum eius fore principatum qui tranſiſſet, auſumq; Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur, inædia mortem ignominiæ prætulit. *Ignominiæ vindicta.* Eſt tamen quando pro illata ignominia fortiſſimè pugnā ineunt, vt ex iſtiuſmodi hiſtoria, quæ apud Aelianum legitur, innoteſcit: Elephantum quamuis rarò amare ferunt, quoniam libidinum moderatione temperatus ſit: tamē ipſe illud admirabile, amore plenum audiui, quod conſequitur: Vir venandi elephantos haud imperitus, ſcribit ſe, cùm ab Imperatore Romano cum poteſtate in Mauritaniam ad venandos elephantos allegatus eſſet, ex elephantino genere, adoleſcentē formoſam vidiſſe coëuntem cū elephanto & adoleſcente & pulchro: alterùm verò ſeniorē, quia huius ſiue amator ſiue maritus eſſet, vt ſe ſpretū, ignominiæ loco hoc tuliſſe, quare acriter animo incitatū impetum feciſſe, vt nihil propius factum fuerit, quàm nos, inquit, omnes perderet, ſicque incurriſſe in illum riualem ſuum, pugnamq; edidiſſe tanquam eum qui de amica ſibi erepta doloribus acerrimis premitur, adeoque infeſtis animis vtrumque cum altero pugnam commiſiſſe, vt ex impetu cornibus ambo mutilarentur. Neutrum ideo non vieiſſe, quod multa ver-

A tâ verberatione eos venatores distraxerint. Postea autem quàm amissis armis in posterum inutiles ad conterendam quasi manum inter se facti essent, riualitatem amantium conquieuisse. Hæc ille. Equidem & apud alios quoque elephantos læsos, legimus non solùm offensam meminisse, sed & longo tempore pòst iniuriam vindicare. Narrat Christophorus Acosta in lib. de aromatibus Indię, cùm miles quidam in vrbe Cochin, cocci siue Indicæ nucis putamine domesticum elephantum petijsset, eumque in fronte attigisset: elephantum putamen collegisse, & cùm eo tempore iniuriam vlcisci minimè posset, in os recondisse, donec elapsis aliquot diebus militẽ in platea quadam deambulantem conspiceret, tum demum promuscide nucis putamen ore exemisse, militique viciniorem factum, in ipsum coniecisse, deinde abisse, veluti lætum, quòd iniuriam sibi illatã vltus esset. Quomodo verò cauponis fraudem vlciscatur his verbis ostẽdit D. Ambrosius: Ferunt promuscide haurire aquæ plurimum, eosdem tamen ad sedandam sitim moderato potu esse contentos: sed si fortè ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes, replere concauum promuscidis, non vt bibant, sed effundant, atq; ita momentarijs inundationibus irrigare eius tabernam. Iam verò non solùm illatam sibi ipsi iniuriam vindicat, sed & hero suo, siue magistro aut altori, cuius compendia, vt vtar verbis Cassiodori, sua putat alimenta, quamobrem motu corporis ab diuersis postulat, quod ei porrigat; quodsi autem aliquis præbere, inquit, contempserit postulata, vesicæ collectaculo patefacto, tantam dicitur alluuionem egerere, vt in eius penatibus quidam fluuius videatur intrasse, contemptum vindicans de fœtore. Miles quidam in vrbe Cochin referente eodem Acosta elephãto suum rectorem iniuria affecisse visus est, quòd ei in via minimè cedere voluisset, eam iniuriam vlcisci cupientem rector vetuit. Post aliquot dies ministeria aliquot in litore Mangate fluminis (quod vrbem Cochin alluit) absente suo rectore obiens, militem cum alijs quibusdam sermones conferentem conspicit, promuscide eum corripit, nec eorum, qui ipsum rogabant, vt militem dimitteret, voces moratus, aliquoties flumine mersit, subinde eum in altum subleuans, & aquam qua madebat, defluere sinens: deinde cùm iniuriam suo rectori illatam probe vltus sibi visus esset, militem quo comprehenderat loco, denuo in pedes sistit. Insignis equidem & nunquam satis prædicanda elephantorum est erga rectores gratitudo, beneficiorumque memoria. *Officia* (inquit Seneca) *etiam feræ sentiunt, nec vllum tam insuetum animal est, quod non cura mitiget, & in amorem suum vertat. Elephantorum feritatem vsq; in seruile obsequium demeretur cibus: adeò etiam quæ extra intellectũ atq; æstimationem beneficij sunt posita, assiduitas tamen meriti pertinacis euincit.* Strabo author est à quibusdam elephantis aurigas suos, qui in certamine ceciderant, ex prælio exemptos, alios ab alijs seruatos, cùm anterioribus pedibus vtero suo subiectos seruassent: quodsi verò quem ex curatoribus per iram interfecerint, adeo illum desiderare, vt prę mœrore à cibo abstineant, interdum etiam ad mortem obdurent. Sed & Arrianus testatur a nonnullis rectores suos in bello cæsos, sublatos ad sepulturam delatos esse, ab alijs iacentes propugnatos, aliquos pro sessoribus lapsis sese obiecisse, quosdam cùm per iram rectorem suum occidissent, pœnitentia & mœrore se confecisse. Elegans in primis de elephante rectorem suum nunquam deserente, sed & protegente ac vindicante historia refertur ab Aeliano: Indorum rex ab Indo quodam sibi munere mitti elephantem poposcerat, is cùm eum miro amore diligeret, negauit se daturum, ac cum elephante perfugit in desertissimam regionem. Rex ferens istud ægrè ad eum insequendum misit, qui bestiam Indi auferrent: aggressi igitur qui missi fuerant, vt cõprehenderent, homo quidem lapidibus eos appetebat, elephantus verò, vti insigni iniuria accepta, impetum illorum repellebat: occumbente tandem ictibus altore & ductore suo, elephantus more hominum armis se acerrimè tuentium pro suo nutritio pugnauit, tùm etiam ex inuadentibus partem occidit: partem in fugam dedit, atq; nutritium promuscide circũplexus, ad stabula portauit, ac tanquam amicus permansit fidelis amico etiam defuncto. Cum D Pyrrhus vrbem Argos irrupisset, elephantem ait Baptista Campofulgosus inter alios vnum Victoris cognomento, in vrbis porta, magistrum a quo regebatur, mortuum præsensisse, eiusq; rei dolore percitum, sine discrimine amicos hostesq; vrgendo inter hostes progressum, prius non destitisse, quam magistri corpus adinuenisset: captumq; proboscide ac dentibus retrò in tutum ab hostibus locum intulisset. Porum Indorum regem cùm Macedones spoliare vellent, tum bellua inquit Sabellicus, iterum sæuiens, hostem procul destinebat, leuatumq; humo regem, proboscide suo tergo imposuit. At Plutarchus in libro de solertia animalium ait; Poro illo vulneribus confecto, elephantum sensim ac leniter multa spicula promuscide retraxisse, & ipsum iam malè affectum, non prius tamen procubuisse, quàm sentiret regem exanguem delabi, tum demum, ne corrueret, paulatim se demisisse, vt rex commodiùs se ad solum inclinare posset. Accidisse in Goa, in qua legati regis Lusitaniæ, qui regiam potestatem obtinent, degere solent, narrat Acosta, vt vnus ex elephantis, qui istic erat ad regis seruitia, furore correptus, vincula & catenas (nam solent, inquit, ferreis catenis constringi, & loco quodam concludi, donec morbo liberentur) disrumperet & per vrbem vagaretur, fugientibus verò omnibus, mancipium quoddam in vlnis

Lib. de Elia & ieiunio c. 17.

Lib. 10. Variar.

Amor erga rectorem.

Lib. 1. de benefic. c. 3.

Lib. 15.

Lib. 5. c. 44.

Li. 5. exempl.

Enneid. 4. lib. 6.

Etiã furiens homini amicus.

filiolum geſtans in platea obuium habuit, quod conſpecto elephanto exterritum, ad ſuas ædes celeri curſu confugit, quas vt aperiret, filiolum humi ante ianuam exponit, moxque ædes ingreſſum ianuam occludit, præ metu filioli oblitum; elephas puerum conſpiciens, promuſcide leniter ſubleuans, in proximum humile tectum, quòd e regione iſtarum ædium erat, collocat, atq; aſpicit, an puer iſtic ſine damno conſiſtere queat: deinde furibundus vlterius progreditur. Beneficij memorem, tametſi furens, ſeſe oſtendit hic elephas, qui puerum non necauit, ſed agnouerit filiolũ eſſe eius mulieris, quæ eas ædes inhabitabat, quæq; illi & alijs domeſticis elephantis, quotieſcumque iſtac tranſirent, panem, aut fructus dare ſolita erat: nam huiuſmodi cibos & alia edulia ante ſuas ædes venalia exponebat. Aliud denique gratitudinis exemplum refert idem Acoſta. In eiuſdem vrbis foro, inquit, vagabatur huiuſmodi furijs agitatus elephas: vir quidam æger effugere cupiens, pronus cadit, elephas minimè ei nocens promuſcide comprehendit & in ſcamno quodam deponit. Aiebat hic vir eodem loco, illi ipſo elephanto, antequam in morbum incideret, magnum quendam fructum Iaca incolis appellatum ſua manu præbuiſſe. Apparet autem naturaliter elephantes hominibus amicos eſſe, idque veteres etiam credidiſſe, manifeſtiſſimè nos docet Cicero, dum ait: *Atque opinio eiuſmodi eſſe quandam illi belluæ cum genere humano ſocietatem.* Scribit Cadamuſtus hominem, niſi lædatur, non lædere, vbi verò eum lædit, proboſcide ceu manu comprehenſum iacere in ſublime vltra arcus iactum. Philoſtratus ait, vbi ſemel ad hominem adſueſcit, ab eo omnia pati, ex eoque morum ſimilitudinem in ſe transferre, neque aliter quàm paruos canes ex hominis manu gaudere cibum ſumere, atque ad ſe accedentem promuſcide complecti, cumque caput intra fauces immittere facilè tam diu pati, quoad homini libitum fuerit: hoc enim in eorum paſtoribus nos fieri obſeruare. At dicetis ollaris omnino, & ventris cauſa eſt iſtiuſmodi amicitia, nec aliam eſſe nobis innuit Plutarchus in libro de ſolertia animalium, nam cùm dixiſſet ſolum delphinum hominem amare, vt homo eſt, ſubijcit: terreſtrium animalium alia nullum hominem, manſuetiſſima tantùm vtilitatis gratia eos, a quibus aluntur, vt canis, equus, elephas. Cæterùm tametſi rectores præ cæteris amare facilè admiſerim, cum cæteris tamen occultam quandam amicitiam eſſe, vel ex eo conſtare poteſt, quod etiam cum furiunt & inſaniunt (quò tempore quéuis vt inimicum accipientes, proterere, proculcare & proſternere Appianus Alexandrinus tradit, & ob hanc cauſam a quibuſdam communes hoſtes eſſe appellatos;) ſeruaſſe nonnullos ſint viſi. Apud vrbem Cochin quidam elephas referente Chriſtophoro Acoſta, furijs huiuſmodi agitatus in lacuna quadam hærebat, ad quam cùm fortè acceſſiſſent nonnulli pueri, elephante conſpecto omnes diffugerunt præter vnum, qui iſtic perſtitit: cum accedit elephas adblandiens quodammodo & promuſcide demulcens, leniter eum corripit, ſuo que dorſo imponit, & per lacunam expatiatur, deinde illum reponit, quo apprehenderat loco, veluti lætabundus. Cùm ea quæ ipſi accidiſſent, puer narraret, multi viri eum comitati ſunt, ſed procul à lacuna remanentes, arbores conſcenderunt, vt è tuto ſpectarent, quid ageretur. Puerum propius accedentem elephas velut antè corripit, dorſoque imponit & expatiatur. Id ſæpius à puero eſt repetitum, donec blandis verbis (quemadmodum edoctus fuerat) elephantum denuo manſuetum redderet & in vrbem pelliceret. Quantopere autem puellos amet, docemur ex alia hiſtoria, quam Athenæus ex libro vigeſimo Phylarchi recitat: Cum hoc, inquit, elephante fæmina elephas nutriebatur, quam appellabant Niceam. Huic elephanti cùm miniſtrabat Indi mulier filium ſuum qui tum trigeſimum diem agebat, appoſuit. Poſtea verò mortua muliere miro quodam amore pueri belua capta fuit, neque enim ſeorſum eſſe ab infante patiebatur, ac niſi puerum videret, moleſtè ferebat admodum. Cùm igitur nutrix ipſum infantem lacte ſaturauiſſet, illum inter pedes ferè in ſcapha ponere conſueuerat, quod niſi feciſſet, elephas pabulum capere nolebat, ac poſtea per totum diem calamis ac pabulis ſibi appoſitis eo præſente veſcebatur. Cum dormiret infans, muſcas abigebat, vbi verò lugeret, ſcapham promuſcide motabat, puerumque dormire faciebat ſæpius. Sed & Aelianus indicaturus, quàm memoria ſint bona, quamque diligenter præceptum officij aduerſus præcipientes teneant, quam ſimul eorum qui quippiam eis committunt, vel expectationem vel fidem non fallant, diſertiſſimè eandem hiſtoriam enarrat, cùm Antigonus (inquit) Megarenſem vrbem obſideret, mulier ſimul cum vno de elephantis bellatoribus verſabatur, hæc enim illius qui elephantum aleret vxor, infantem puerum pepererat, quem huic elephanto, lingua vtens Indica, quam elephanti intelligunt, credidit: Vt verò is primum ſibi creditus eſt, illum diligebat, & cuſtodiebat, exque eo proximè adiacente magnam voluptatem capiebat; cùm ploraret, oculos tum auertebat, tùm verò ab eo dormiente muſcas abigebat. Arundines ei pro pabulo objciebantur, quas & omnem cibum, niſi puer adeſſet, reijciebat. Nutrix igitur neceſſe habebat poſteaquam cum lacte compleuiſſet, elephanto curatori apponere, vel omnino elephantus non parum iracundia incitabatur, ac nonnunquam in verbera erumpebat. Interdum etiam cùm vagiret infans, cunas vbi iaceret, mouebat: ſicque eidem ipſi ex hoc motu oblectamenta & ſolatia ſicut nutrix, afferre ſolebat.

Marginal notes: Beneficij memoria. — Amicos eſſe homini. — Lib. 7. Epi. 1. Cap. 29. — Lib. de bello Hiſp. — Vt puellos ament. — Memoria.

Margin letters: E, F, G, H

A solebat. Capitur verò etiam amore puellarum. Plutarchus in prænominato libro, cùm dixisset, amores multorum animantium existere, alios sæuos & furiosos; alios habentes non inhumanam elegantiam, neque inuenustam consuetudinem, talem ait fuisse amorem Alexandriæ elephanti, riualem se Aristophani Grammatico exhibentis. Amabant enim ambo puellam corallas vendentem, & non minus euidenter elephas. Nam per forum pomarium transiens semper ei poma adferebat, diuque adstabat, proboscideque manus instar intra vestem inserta pectus sensim contrectabat. Meminit eiusdem amoris Plinius: *Traditur*, inquit, *vnus amasse quandam in Aegypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter electam putet, mirectur gratam Aristophani celeberrimo in arte Grammatica.* Præter hanc aliam quoque mulierem corollas similiter vendentem in Antiochia Syriæ vrbe cicurem elephantum amasse aiunt, de quo sic narrat Aelianus, qui alicubi etiam mulieris forma non solùm capi hoc animal tradit, sed & hebescens ad eius pulchritudinem, remittere furorem animi sui. Hunc audio, cùm ad pastiones iret, mulierem corollas vendentem, cùm quàm suauissimè aspexisse, tùm verò etiam quàm libentissimè in illius aspectu acquieuisse, atque huius faciem promuscide tersisse, suauiterque contrectando illi blanditum fuisse: mulierem vicissim ex

Puellas amat.

B suo artificio illecebras amatorias, corollas videlicet ad tempus ita contexuisse, vt cotidiè illi quidem sumere operæ pretium, huic verò etiam opus largiri esset. Postea autem quàm mulier excessit è vita, elephantus nec pristinæ consuetudinis compos, nec quam amaret, amplius mulierem videns, tanquam amans qui amasiam amiserit, sic eam desiderabat, animoque incitabatur, ac qui antè mansuetus fuisset, humanitate expulsa feritatem induebat, tanquamque homines ex tristitia ac mœrore laborantes, de potestate animi exeunt, sic is furens ferebatur. Tradit insuper Plinius authoritate Iubæ vnguentariam ab elephante dilectam: additq; omnium amoris fuisse argumenta, gaudium à conspectu, blanditiasque inconditas, stipesque quas populus dedisset, seruatas & in sinum effusas: Nec mirum, esse amorem, quibus sit memoria. Ex his itaque quæ hucusque dicta sunt, elephantum constat hominum consuetudine vnicè sibi exoptare, illique in omnibus, modò blandiùs compellatur, nec acerbiùs instes, obsequi, atque ad quoduis paratum esse eisdem suis quibusque locis constat. Timent tamen etiam naturaliter hominem, si verum est, quod scribit Plinius: *Mirum*, inquit, *in plerisq. animalium scire, quare petantur, sed & per cuncta quid caueant. Elephas homine obuio forte in solitudine & simpliciter oberrante, clemens placidusq. etiam demonstrare viam creditur. Idem vestigio hominis animaduerso, priusquam homine, intremiscere insidiarum me-*

Unguentariam amasse

Vt & cur hominem timeant.

C *tu, subsistere ab olfactu circumspectare, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, nuncio simili vsque ad extremum, & tunc agmen circumagi, & reuerti, aciemque dirigi; adeò omnium odori durare virus illud maiore ex parte, ne nudorum quidem pedum.* Amant igitur homines, sed insidias eorumdem timent, libertatis amore, quem mansuefacti etiam conseruant; Noctu enim suam seruiendi conditionem deplorare dicuntur, (vt ex Philostrato Gyllius refert,) non contento barritu, quo sæpe alias vtuntur, sed luctuosa vocis suppressione miserabiliter immurmurantes. Quodsi quis ita occultè gementi & lamentanti interuenit, verecundia quadam moti, querelis suis moderantur & gemitus facere desistunt. Alioqui etiam malè ab hominibus habiti, clementer admodum iniuriam vindicant, cum aliàs vindictę sint studiosissimi. Plutarchus interprete Pet. Gyllio, affert elephantum Romæ, vnum ex pueris, qui promuscidem eius stilis pupugissent, sublimem corripuisse, vt statim in sublime, quantum maximè posset, iacularetur. (Comprehensum autem vbi lacessitus est ad teli iactum aliàs iaculari, vt sæpe antequam terram contigerit, moriatur, idem Gyllius tradit,) At enim sublato eorum, qui aderant clamore, sensim & moderatè rursus humi deposuisse, existimantem tanto metu iniecto, satis illum pœnarum dedisse: vbi pro his verbis, vbi statim eum in sublime iacularetur, Græcè legitur, ἐπίδοξος ἦν ἀποσφενδονήσειν:

Libertatis amor:

Vt iniurias vindicent.

Lib. vita animal.

D Grynæus verò simplicius vertit, arreptum atque sublatum confecturus videbatur. Celebrat verò inter cæteros elephantorum erga genus humanum clementiam Seneca his verbis: *Ferarum clementia nec generosarum quidem præmordere & vrgere proiectos. Elephantes leonesque transeunt, quem impulerunt.* Ostendunt eandem quoque clementiam erga imbecilliora animantia, vt apud Solinum legimus: *Inest illis* (inquit) *clementiæ bonum, quippe si per deserta vagabundum hominem fortè viderint, ductus vsque ad notas vias prebent: vel si confertis pecoribus occursitent, itinera sibi blanda & placida manu faciunt, ne quod obuiam animal interimant.* Atque hinc est quod clemens passim à poëtis nuncupetur, & placidus. Fabulosa itaque scribere Gabinium Romanorum scriptorem Strabo asserit, cùm dicit elephantos cum hominibus certare, & speculatores præmittere, & cùm illos viderint, fugere: cumque vulnera acceperint, ramos vel herbam, vel puluerem supplices prætendere, etiamsi de venatoribus isthæc intelligantur, nam vt testatur Philostratus, in venationibus sibi mutuò ferunt auxilium, ita vt si quis eorum labore deficiat, alter pro eo se opponat. Aelianus ait, cùm à venatoribus, tanquam milites in bello, funduntur & fugantur, non alios ab alijs separatim, sed omnes simul & communiter in fugam se dare, ac simul inter se prementes

Lib. 1. de clement.

Clementia erga homines.

Lib. 17.

Amor mutuus.

Lib. 2. c. 13.

ad grega-

ad gregales suos adhærescere. Horum autem qui iam sunt firmata ætate & integra, reliquos sic circumcludere, tanquam pugnacissimos propugnatores totum agmen circumimunire: qui verò longiùs sunt ætate prouecti, atque matres sub se quasque suos pullos ita occultare, vt perraro hi paruuli videantur subtermedium obtinere locum. Hæc ille, ex quo forte Tzetzes: Amor (inquit) mutuus intercedit; & cùm fugiunt venatores, robusti & florentes ætate, extrema tenent, in medio verò vetulos & matres cum pullis recipiunt. Sed de istiusmodi militaris rei peritia post. Scribit idem Aelianus nunquam elephantum a reliquorum agmine secerni, nisi aut filiorum suorum aut ægrotantium causa: pro his nimirum nihil non molientem, inexpugnabilem manere. Ait item pullos suos adhuc à partu recentes, nunquam deserere: at sane in illis a periculo tuendis constantissimè permanere, priusque animam amittere, quàm suos catulos deserant. Aliàs rursus quantus matrum in hoc genere in sobolem suam sit amor, multis (inquit) etiam aliundè argumentis constat, hoc verò præcipuè: Cùm in foueam pullum suum incidisse mater perspexisset, ne minimam quidam moram interposuit, nec eius cursum vlla ad pullum consequendum segnitia tardauit, quin vehementi dolore affecta, quanto maximo posset incitato cursu, in delapsum filium præceps ageretur, amboque eodem casu morte occumberent: hic quidem materno pondere pressus contereretur, illa verò præcipitata, caput diffringeret. Sed hæc fæminis potissimum adscribendum fuerit: nam maribus vix sobolis curam esse aiunt. Ait denique Aelianus cùm sunt in catulorum metu, infestissimos esse. Cùm videret Apollonius elephantos Indum flumen transeuntes (erant autem circiter triginta, & duce vtebantur eo, qui inter ipsos minimus erat: maiores verò ipsorum super dentium eminentias teste Philostrato, pullos gestabant, promuscide tanquam vinculo ipsos complectentes) hæc inquit, o Damis nullo iubente ex ipsis naturali quadam prudentia ac sapientia faciunt. Vides enim quo facto sarcinarum vectores imitati suos deferant pullos, vinculis (ne fortè cadant) eos complexi. Video inquit Damis prudenter sapienterque ipsos operari. Quid igitur sibi vult insana quorundam solicitudo inaniter quærentium, naturalisne sit an non erga filios beneuolentia? hoc enim etiam elephanti clamant à natura ipsis talem beneuolentiam datam. Neque enim id sicut alia quædam ab hominibus didicere. Hi namque cum hominibus non vixerunt, sed natura ducuntur, vt ament quod pepererunt, propterea illis prouident, eosque nutriunt, &c. Cæterùm vt ad amorem, quo totum suum genus prosequuntur, reuertamur, societatis tuendæ ac prudentiæ etiam exempla Iuba referente Plutarcho scribit ab elephantis exhiberi. Venatores enim fossas, quas ad ipsos capiendos faciunt, leuibus sarmentis & terra vili iniecta obtegunt. Cum ergò elephantorum vnus (nam multi simul ambulant) in fossam incidit, reliqui materiam congerunt, & lapides ingerunt, vt illapsus facile exire possit. Clemens Alexandriuus verò, cùm dixisset Platonem existimasse, rationis expertium animantium dialectos esse, quæ sunt eiusdem generis: Cùm itaque in cœnum, inquit, ceciderit elephas & clamauerit, præsens aliquis alius id contemplatus reuertit paulò pòst, & secum ducit gregem elephantum & eum seruat, qui ceciderat. Ait Aelianus eum qui prius aliquam prædam (cibum videlicet,) repererit, regredi, vt & suos gregales aduocet, & in prædę communionem deducat. Bartholomæus cognomento Anglicus scribit meminisse se legisse de elephante in libro physiologi, elephantem esse animal, quod magnitudine inter omnia animalia quadrupedia præcellit, intellectu & memoria multum vigens: nam elephantes inter alia eorum facta nunquam dormiendo totaliter se inclinare, sed quando fessi sunt arbori & maximè palmæ quietis gratia accubare, eorum verò quieti homines insidiantes occultè arborem concauare, elephantes autem sese applicantes, fraudis ignari, pondere corporis arborem dum prosternunt, ipsi simul prosternuntur, ac succumbunt, & cùm casum suum cognoscant irreparabilem, barrire ac rugire, moxque eo exaudito iuuentutem elephantorum accurrere, & paulatim seniores pro viribus, vt surgant, & à lapsu releuentur, elaborare. Quondam profectò elephantos dormituros non recumbere, defessos verò arboribus magnis se applicare, hisque succisis cùm cadunt, surgere non posse, alij etiam crediderunt, eiusdemque rei rationem assignarunt: quæ nunquid vera sit suo loco ventilabimus. Iam verò cadauera etiam sui generis sepeliunt, quod Aelianus & Tzetzes tradunt; quorum ille Aethiopum ait sermonibus peruagatum esse, elephantum, cùm alterùm perspexerit mortuum, non præterire, quin humum promuscide haustam, velut sanctam & mysticam inijciat, communemque naturam miseratum, mortuo parentare, ne quid aliquid impiè committat: nam hoc quidem ipsum non agere, execrabile ducere. Parentes iam senio confectos iuniores & honorant, & alunt insuper, ijsdem testantibus. Sed verba Aeliani recitabo: Aetate affectis iuniores de legitimo cibo cedunt, eosdemq; summa etiā obseruantia colunt, & à periculis seruant. In fossam delapsos iniectis fruticum fascibus subtrahunt, quibus tanquam scalis senectute graues ascendentes, liberantur. Et rursus: Iuniores, vel labores vel pericula suscipiunt, & antecedentibus ætate, de cibo & potione concedunt, propter obseruantiam per quam cultu quodam & honore natu maiores dignandos existimant. Nunquam enim neque ex senectute

Amor erga fœtus. | Lib. 2. c. 7. | Lib. de solert. animal. | Li. 18. c. 44 | Cadauera sepeliunt. | Parentes venerantur. | E F G H

A senectute infirmum, neque eum qui morbo teneatur, sui gregales deserunt, sed & fidissimi ei permanent, eiusque cùm cæteris in rebus student incolumitati, tùm verò etiam si ipsi insectatione vrgeantur, pro eo propugnant, & saucios & fessos curant: ac integri à vulneribus hastas & iacula è corpore sauciorum, tanquam chirurgi periti extrahunt, vt ne homines quidem scientiùs. Quanta autem cum iustitiæ obseruatione se cum socijs suis gerant, Gyllius se suis deprehendisse oculis asserit. Quam iustum (inquit) animal sit elephas, cùm ex alijs illius actis deprehendi, tùm ex eo quod non semel vidi. Cùm equi vicini auenam & fœnum edisset, postea ex sacco, quem fortè in angulo stabuli inuenit, promuscide auenam iterum & sæpius deportauit, equoque obiecit edendam, similiter fœnum sibi datum promuscide comprehendens equo obtulit, sensimque gradiens, ne equum terreret, equique fœnum oblatum comedentis supra dorsum promuscidem posuit, ei blandiens. Sed & Antipater diuinationem quandam iustitiæ elephantis inesse tradit, vt Plinius annotauit. Nam cùm Bochus rex triginta elephantis, totidem in quos sæuire instituerat, stipitibus alligatos obiecisset, procursantibus inter eos qui lacesserant, non potuisse effici, vt crudelitatis alienæ ministerio fungerentur. Homines verò Christiani id diuino nutu factum dicerent, nam B & Iosephus tradidit Ptolomæum Physconem, mortuo patre Ptolomæo Philometore, cùm Cleopatram matrem vnà cum filijs regis imperij occupandi ergò expellere conaretur, Onias verò Iudæus Philometoris dux bellum pro Cleopatra susciperet, omnes Iudæos in oppidis comprehensos cum filijs & vxoribus nudos atque vinctos elephantis vino ebrijs conculcandos obiecisse: elephantos verò diuina vi agitatos, Iudæis illæsis impetu in spectatores regis amicos facto, multos ex ipsis interimisse. Contrà transfugas & delinquentes omnes cum L. Paulus Aemilius Persa rege deuicto obiecisset, conculcando obtriuerunt, vt scribit Valerius Maximus. Estq; certe admirandum, vt in elephanto cuius curam ipse per longissima itinera habuerat, Gillius obseruauit, quod ignotos homines, leues, insolentes, petulantes, ad se accedentes internoscit à moderatis & grauibus. Inter cæteros autem malos ac improbos, mœchos adulterosque adeo odit, vt de eis pœnas sumat. Quantopere autem aduersetur adulteria, pulcherrimis aliquot historijs docet Aelianus: Elephas quidam (inquit alicubi) cùm vxorem sui domitoris & altoris stuprari manifestò deprehendisset, ambos & eum qui stuprum inferebat, & eam quacum id faciebat, interfecit, & in stragulis constupratis & lecto adulterato reliquit: Vt verò primùm elephanti rector venisset, & manifestò nefarium facinus, & huius vindicem cognouit. Hoc quidem factum ab India ad nos huc manauit. At C Romæ aliud simile euenisse audio; præterquam quod addunt, ibi elephantum non vtrumque modò occidisse, sed & stragula veste eos texisse, & nutritio aduenienti stragulam reiecisse, & retexisse, & proximè inter se iacentes demonstrasse. Ita ille tum facile iniuriam illatam sibi fuisse intellexit, tum etiam maximè facinus liquebat, vbi cornu quo ipsos confecisset, cruentum perspexit. Et rursus. Cùm quidam cicuris elephanti moderator, coniugem non illam quidem amabilem, sed sanè diuitem haberet, amoris oculos primùm ad aliam adiecit: deinde eam vxorem ducere studens, alteram priorem strangulauit, ac propè ab elephanti præsepi homo præcipiti consilio non defodit modò, sed alteram quam amaret, in matrimonium duxit. Elephantus autem cùm tanti facinoris conscientia incitatus, tùm verò suapte natura a malis abhorrens, nouam vxorem eo perduxit, vbi humata altera iaceret, cadauerque dentibus refodiens & denudans, quæ dicere nequiret, ex ipsis operibus mulieri hæc ostendere conabatur; eam edocens, quibus moribus esset præditus is, cui ipsa nupsisset. Hactenus Aelianus. Videamus modò num elephantes, qui tantopere mœchos mœchasque puniunt, ipsi inter se castitatis sint studiosi. Equidem Plinius & Solinus adulteria ignorari ab ipsis profitentur, nec vlla propter fœminas inter ipsos prælia esse, vt fit in cæteris animalibus, quibus etiam pernicialia sunt, non quia, inquiunt, desit illis amoris vis: de qua sic D Aelianus, cùm libidinis furore ardent, incursu parietes euertunt, & similiter ac aries frontis vi atque impressione palmas prosternunt. Ait verò etiam Aristoteles ad coitum ita efferari solere, vt apud Indos ijs haudquaquam permitti initium vulgò dicatur: quoniam libidine agitati casas prosternant male conditas, pluraque alia incommoda faciant. Ab omni tamen immoderata libidine castissimos esse idem Aelianus affirmat: nunquam enim neque vt constupratores, neque vt item valde lasciuos societatem Veneris cum fœmina facere, sed tanquam generis successione carentes, liberis procreandis dare operam, sic hos, sua stirps vt non deficiat, complexu venereo iungi: neque id sanè plusquam semel in vita, & eo duntaxat tempore, cùm se iniri fœminæ patiuntur. Idem etiam alicubi tradit, vt quisque vxorem impleuit, eam non amplius attingere, id quod etiam Aristoteles asseruit. Nicolaus Lyrensis tùm in Mattheum cap. 19. tùm in priorem D. Pauli epistolam ad Corinthios, scribit elephantem nunquam inire matrem suam, vt citat Tiraquellus de lege connubij 7.47. & cùm id obuelato capite fecisset, prorigam interimisse. Estque in ipso coitu pudor ac verecundia. Coituri enim petunt solitudines, inquit Aristoteles, sed præcipuè secus flumina & qua pasci consueuerunt: id quòd Vartomannus etiam profitetur. Apertè ac palam inquit Aelianus,

Iustitia.

Diuinatio.

Lib. 1. contra Appionem.

Lib. 1. c. 1.

Homines malos à bonis dignoscit

Adulteria vt oderit.

Castitas.

Amoris vis.

Aelianus, in aliorum oculis non coëunt, sed secedentes, aut sese in arbores densas & frequentes E
occultant, aut in concauum locum & profundum, ad occultandos eos facultatem habentem, se abdunt. Meminit & Plinius quam breuissimè, inquiens: *Pudore nunquam nisi in abdito coëunt.* Quamuis verò & pudor iste sit in coitu, & insignis in libidine moderatio, tamen ipse (inquit Aelianus) illud admirabile, amore plenum audiui, quod consequitur. Vir venandi elephantos haud imperitus scribit se, cùm ab Imperatore Romano cum potestate in Mauritaniam ad venandos elephantos ablegatus esset, ex elephantino genere, adolescentem formosam vidisse, coëuntem cum elephanto & adolescente & pulchro; alterum verò seniorem, quia huius siue amator, siue maritus esset, vt se spretum vidit, ignominiæ loco hoc tulisse, quare acriter animo incitatum impetum fecisse, vt nihil propius factum fuerit, quam nos, inquit, omnes perderet, sicque incurrisse in illum formosum nuptiarum, pugnamque edidisse tanquam eum, qui de amica sibi erepta doloribus acerrimis premitur: adeoque infestis armis vtrumque cum altero pugnam commisisse, vt ex impetu ambo cornibus mutilarentur. Neutrum ideo non vicisse, quod multa verberatione eos venatores distraxerint. Postea autem quam amissis armis in posterum inutiles ad conferendam quasi manum inter se facti essent, riualitatem amantium conquieuisse. Hæc ille, indicans, nisi mutilati cornibus F
fuissent, riuales in perpetua lite pugnaque permansuros, cùm insita sit his feris natiua quædam gloriæ cupiditas, cuius causa interdum mira alia facinora præstare conspiciuntur. Refert Christophorus Acosta in litore vbi Goa vicino quendam crepuisse medium, dum solus magnum æneum tormentum bellicum subleuare cupit, quoniam ipsius rector grauibus verbis obiurgasset & contumelia affecisset, ostendens ei duos elephantos iuniores aduentantes illius ænei tormenti tollendi gratia. Mirum modo etiam est, quantopere patriam ament. Aelianus refert, abstractos à suis sedibus patrijs, quamuis vinculis primùm & fame, deinde varijs ciborum blandimentis mansuefacti sint, tanta tamen naturalis soli illecebra teneri, vt patriæ memoria eis obscurari & euanescere nequeat: quare cum horum plerosque grauissimo mœrore suscepto confici, tùm verò quosdam ex his vberrimè flentes (vt Tzetzes etiam scribit) tantam lachrymarum vim profundere, vt oculorum sensibus capiantur. Quin, si Plinio credimus, alienæ quoque regionis intellectu creduntur maria transituri non ante naues conscendere, quam mutati rectoris iureiurando de reditu. Certè id quoque asserit Solinus: maria (inquit) transmeaturi naues non prius subeunt, quam de reditu illis sacramentum luatur. Cum quinque dierum spatio in theatro Pompeij quingenti Leones conficerentur, elephantique octodecim cum armatis depugnantes, partim in ipsa pugna, partim G
paulò pòst morirentur, populus teste Dione aliquos etiam inuito Pompeio miseratus est, cùm vulnerati a pugna destitissent, circumeuntesque ad cœlum proboscidibus lamentarentur, ita vt sermoni occasionem præberent, non id ab ipsis temerè aut casu fieri, sed iusiurandum quo persuasi ab Africa traducti erant, implorantibus, suique vindictam deos poscentibus. Fertur enim (inquit Dion) haud prius eos in naues ingressos esse, quàm à ducentibus iuramento sibi cautum esset de omni iniuria. Id verum sit, necne, non scio. Certè hoc quoque memoriæ proditum est, præterquam quod elephanti sermonem patrium percipiunt, rerum quoque eos cœlestium intelligentia esse præditos. Hinc in nouilunijs, antequam in conspectum hominibus Luna perueniat, eos ad aquam perennem accedere, eaque sese lustrare. Sed hac de re postea; Quod verò nisi magnis persuasi pollicitationibus naues ascendant, transfretarique sese sinant, Pierius Valerianus verissimum esse ostendit hac historia. Minime hoc loco, inquit, dissimulandum, quod super eiusdem Hannonis (sic elephanto erat nomen) ingenio Michael Syluius regis sui ad summum Pontificem orator, summæ, vt nosti, integritatis fideique sanctissimæ, atque alij narrauere, remque multorum testimonio comprobauere. Cùm destinasset Emanuel rex eum Romam Pontifici Maximo donum ire, naui quam inscenderet, iam instructa parataque ad profectionem, nullo vnquam pacto per aliquot dies fieri potuisse, vt Hanno vel duci se ad nauim, vel si quo modo adductus fuisset, eam vellet inscendere, vsqueadeo auersabundus profectionem huiusmodi reformidabat. Cumque rex H
ea re super solicitus admodum esset, magnisque pollicitationibus vnumquemque inuitaret, qui deducendi asportandique Hannonis negocium suscepissent, neque quisquam nomen profiteretur suum, insusurratum est demum regijs auribus, eius belluæ magistri dolo hæc fieri, quippe qui puellæ cuiusdam amore perditus, ægrè ferret, se in tam longinquas regiones ablegari, proindeque Hannoni persuasisset, ne se adduci pateretur abuehendum: quippe eum in loca sterilia, inamœna & barbara, vbi ludibrio contumelijsque omnibus, tanquam hosticæ terræ animal afficeretur, neque victui, neque ornatui eius vel necessaria, vel commoda suffectura: longum adhæc iter & incommodum, & vastum maris æquor arandum, vt satius esset, in qua tunc erat terra quàm primùm contrucidari, quàm per tot viarum difficultates, ad ærumnosissimam denique vitam peruenire. Rex hac re cognita magistrum Hannonis ad se quàm primùm accersiri iubet, seque dolos eius compertos dicit, ageret itaque vt intra triduum Hanno in nauim imponeretur, idque ni properè fie-

Zelotypia.

Gloria cupiditas.

Amor patriæ.

Lib. 39.

Lib. 2. Hieroglyph.

A pertſieret, interminatus eſt actutùm ſe hominem extremo ſupplicio affecturum, vt alijs exemplo eſſet, qui mandatis regijs fucum facere auſi eſſent. Hac regis aſperitate territus elephanti magiſter, cùm nullam in cunctatione ſalutem intueretur, diſcipulam belluam aggreditur, docet ſe maleuolorum quorundam fraude ſubornatum, qui & felicitati vtriuſque inuiderent, & regi optimo malè obtemperantes eſſent; longe autem ſecus ſe rem habere, quam illi mentiti eſſent. Siquidem non ad immania & efiera loca profecturi erant, ſed ad vrbem orbis terrarum dominam, amœno loco ſitam, vbi rerum deliciarumque omnium, quotquot vel auidiſſimi cuiuſque cupiditate expeti poſſent, copia fertiliſſima redundaret. Ibi eſſe principem, cui totus penè terrarum orbis aſſurgeret: apud quem is in delicijs habendus eſſet, & tanquam Luſcimæ pullus, lautitiarum, blanditiarumque affluentia nutricandus: proinde bono animo eſſet, ſeſeque primo quoque tempore lætus & alacer nauem inſcenderet, affuturos nauigationi deos, & curſum omnem incredibili felicitate proſecuturos. Ita Hannonem ab eodem magiſtro in aliam ſententiam deductum, vbi ſigna data ſunt, vltrà nauem conſcendiſſe, neque vlla vnquam imperia toto itinere detrectaſſe. Quod verò hiſtoricus Dion pergere elephantes ad aquam perennem (πρὸς ὕδωρ ἀενὸν) ait, Cælius conſiderandum relinquit, an Plinius ἀενον ex authore aliquo ceu proprium nomen tranſtulerit, qua voce deprauata Anulum librarij ſcripſerint. Dignum, inquit, perpenſione, quod ſcribit Plinius, elephantos in Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen Anulo, miſceſcente Luna noua, deſcendere, ibique ſe purificantes aqua circumſpergi. At hiſtoricus Dion pergere elephantes ait πρὸς ὕδωρ ἀενὸν, id eſt perennem aquam. Verba Plinij hæc ſunt: *Anthores ſunt in Mauritania ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen eſt Anulo* (alias Amilo) *niteſcente Luna noua greges eorum deſcendere, ibique ſe purificantes ſolemniter aqua conſpergi, atque ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti, vitulorum fatigatos præ ſe ferentes.* Sane Solinus, alias ſimia Plinij nulla vel Amili vel Anuli facta mentione, *Luna*, inquit *gregatim amnes petunt, mox aſperſi liquore, Solis exortum motibus, quibus poſſunt, ſalutant, deinde in ſaltus reuertuntur.* Hinc illud Sannazari:

Religio. *Li. 13. c. 18.*

B

Dimmi qual fera è di ſi mente humana
Che s'ingenocchi al raggio della Luna?
E per purgarſi ſcende à la fontana?

Verebar autem, ne illud pro Solis legendum eſſet Lunæ, ſed vtrumq; ſydus ab elephantis venerari idem Plinius tradit. *Religio illis*, inquit, *ſyderum quoq., Soliſq. ac Lunæ veneratio.* Et Iuba quoq; referente Plutarcho ſcribit elephantos dijs vota facere, cùm ſe nemine docente mari luſtrent, ſolemque orientem adorent, proboſcide manus loco ſurſum erecta. Itaque etiam hoc animal dijs eſſe cariſſimum, vt Ptolomæus Philopater teſtatum fecit. Idem & Aelianus ſcribit, qui præterea ab interlunio recreſcente Luna, elephantos ait ſe intellexiſſe, quadam naturæ recondita notione, ex ſylua primùm, vbi paſcuntur, ramos decerpere, eoſque deinde ſublimes ferre, tùm verò ipſos ad Lunam ſuſpicere, ac leuiter mouere, tanquam ſupplicationem quandam Lunæ prætendentes, vt ipſa vt propitia exiſtere velit. Adhæc Plinius aſſerit viſos eſſe, cùm feſſi ſunt ægritudine, quando videlicet & illas moles infeſtant morbi, herbas ſuſpinos in cælum iacere, veluti tellure precibus alligata: (aliàs allegata.) Aelianus autem id eos moribundos facere ſcribit, eum etiam ad ſe ſermonem permanaſſe inquiens, elephantos cùm ex vulnere ſiue id in bello, ſiue in venatione acceperint, vicini ſunt ad moriendum, aut obuiam herbam, aut fortuitò obiectum puluerem alleuantes, in cælum ſuſpicere, eumque puluerem herbamue iacere, & ſimul voce ſua propria lamentari, & miſerabiliter ſupplicare, tanquam Deum ob ea, quæ iniuſte & indignè ſuſtinent, obteſtantes. Attamen idem hoc in ægritudine aliqua facere, veriſimile eſt. Sunt enim teſte Strabone multis morbis obnoxij elephantes, iiſque curatu prorſus difficilibus, & iuxta ſenſum humanum intellectum habent, memoria pollent, & ſyderum ſeruant religionem & venerationem, vt Plinius ait: multaque alia quod ad ſolertiam, indolem, docilitatemque cum homine communia habere ex ijs quæ deinceps dicentur, patebit. Tantam autem huic belluæ cum genere humano ſocietatem, tamque propè accedere ad hominis ingenium recentiores aſſerunt, vt Cicero, inquiunt, non vereatur affirmare, non paruam nationem hominum ſenſu ac ingenio eſſe multò inferiorem. Ego quidem hoc apud Ciceronem non reperio. Dicit tamen elephanto belluarum nullam prudentiorem eſſe, quamuis figura nulla ſit vaſtior. Et aliàs nos ait elephantorum acutiſſimis ſenſibus ad vtilitatem noſtram abuti. Teſtatur verò etiam Vattemannus ſe quoſdam vidiſſe elephantos, qui prudentiores ſibi videbantur, quàm quibuſdam in locis homines. Multa in primis de miro belluæ ingenio Plinius. Non ſolùm enim omnium quadrupedum ſubtilitatem animi præcipuam illis perhibet ſcribit, ſed aliàs etiam animal eſſe ait proximum humanis ſenſibus: quippe intellectum illis eſſe patrij ſermonis, & imperiorum obedientiam, officiorumque quæ didicere memoriam: amoris & gloriæ voluptatem: imo verò etiam quæ in homine rara, probitatem, prudentiam, æquitatem. Sed & Ariſtoteles elephantos ſenſu plurimum valere aſſeuerat, & reliqua ſagacitate ingenij excellere:

Lib. de ſolert. animal.

C

Lib. 5. c. 49.

D

Societas cū genere humano. *Lib. de diuinat.* *Lib. 2.* *Ingenium.*

elephantis vecti, regem concomitantur: rex verò humeris hominum nobilium fertur. Additque E
etiam potiſſima illius regionis animalia eſſe elephãtos: vendi tamen ingẽti prętio: alios in exercitu
Elephantorũ honor. ad bella ducere elephantorum M. DCCC. alios pauciores: Fuiſſe autem Indis etiam olim in maximo pretio elephantos, inter alios Arrianus docet libro rerum Indicarum. Vehuntur, inquit, pleriq; Indi camelis, equis & aſinis. Regium enim apud Indos eſt elephãto vehi: proximus huic honor quadrigis equis, tertius camelis, vno equo vehi vile eſt. Mulieres apud eos caſtæ admodum ſunt, neque vlla mercede, quam elephanti corrumpi ſe patiuntur: Elephantum danti copiã ſui faciunt,
Lib.8.c.11. neq; hoc turpitudini vertitur, ſi elephanti mercede adducta mulier conſuetudinem cum quoquã
Africa. habeat: quin potius honorificum ſibi ducunt, formæ ſuæ pulchritudinem elephanto dignam haberi. Atq; hactenus de India. Plinius cùm dixiſſet Indiam elephantes ferre, ſubiungit: item Africa
Lib.5.c.4. Cap.1. vltra Syrticas ſolitudines, & in Mauritania: Aethiopes quoq; & Troglodytæ. Alias, pòſt Syrtes (inquit) in Africa excipiunt ſaltus repleti ferarum multitudine, & introrſum elephantorum ſolitu-
Lib. 6. dines. Et ante: Mauritaniæ oppidum eſt Sala eiuſdem nominis fluuio impoſitum, iam ſolitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus infeſtum. De elephantis Afris & Mauris plenæ ſunt Romanorum hiſtoriæ. Hinc Africam frumento & ebore abundantem vocat Claudianus:

Lib.1.c.25. *Tum ſpicis & dente comas illuſtris eburno Et calido rubicunda die ſic Africa fatur.* F

Celebratur & Libya. Hermippus apud Athenæum:

Sat. 10. *Plurimus eſt elephas Libycis demiſſus ab oris.*

Necnon Getulia, à qua Getulus cognominatur Iuuenali.

O qualis facies & quali digna tabella, Cum Getula ducem portaret bellua luſcum, id eſt Hannibalem.

Lib. 4. Similiter & Marmaricum dicunt, à Marmarica regione Africæ Nilo proxima teſte Ptolomæo, ab occaſu Cyrenaica prouincia, à Septentrione Aegyptiaco pelago terminata, ab Oriente Aegyptum habens, ab Aegypto interioris Libyæ partem, quæ Aegypto contermina eſt. Hodiè Barcha dici-
Lib.5.c.6. tur. Plinius Mareotidem vocat, incolas ipſos Marmaridas. Vtitur eo epitheto Sidonius:

Nam ſi qua arboreas trabes refractis Roſtris Marmarici dedere barri.

Samnes traditur teſte eodem Plinio, oppidum Libyæ circa Nilum, ad Africæ latus, vnde elephãti incipiant. Qui proximos Athlanti monti Mauritaniæ ſaltus inhabitant, refertos elephantorum ferarumq; & ſerpentium omni genere Canarios appellari Suetonius Paulinus citante eodem tradit, & prope Athon montem incolas elephantis vehi apud Philoſtratum legitur. In eadem Mauri-
Lib.2.c.29. tania oppidum eſt Sala, iam ſolitudinibus vicinum, elephantorumq; gregibus infeſtum: ex eodem G Plinio. Symbari populi ſunt feri inter Arabiæ montes & Nilum incolentes, elephantorumq; vena-
Lib. 6.c.30. tu victitantes, vt ex Plinio citat Calepinus, ſed Plinius: Inter montes & Nilum, inquit, Symbari ſunt, Phalanges, in ipſis verò montibus Aſachæ multis nationibus. Abeſſe à mari dicuntur dierum quinq; itinere. Viuunt elephantorum venatu. Tingitana prouincia Mauritaniæ, qua porrigitur ad
Lib.5.c.2. internum mare exurgit montibus ſeptẽ, qui à ſimilitudine fratres appellati freto imminent. Hi mõ-
Lib.9.c.9. tes (verba ſunt Solini) elephantis frequentiſſimi ſunt. Plinius verò Tingitaniam prouinciam montoſam eſſe ait ab Oriente, & ferre elephantos. Leo Baptiſta Albertus in opere ſuo de re ædificatoria tradit, ab Appiano Alexandrino ſcriptum eſſe, apud Carthaginem ſtabula fuiſſe elephantorum trecenta, & equorũ quadringenta. Mons quidam Arabiæ in mare expoſitus, elephas vocatur, vt Stra-
Lib.16. bo ait, neſcio an ab elephantorum copia, vel figura. Aethiopiam modò ait Herodotus interprete
Lib. 3. Valla vaſtos ferre elephantos prominentibus vtrimq; dentibus, ſed Græcè legitur tantùm ἐλέφαντας ἀμφιλαφέας, id eſt magnos, ſiue conſpicuos. Teſtaturq; ibidem Aethiopes Perſis vſq; ad ſuam memoriam tributi nomine pendiſſe, binos ſemodios auri rudis, ducentos faſces ebeni, quinoſque
Lib.12.c.4. Aethiopes pueros, & vicenos grandes elephantorum dentes. Quod Plinius ſic repetit de ebeno loquens: *Herodotus eam Aethiopiæ intelligi maluit in tributi vicem regibus Perſidis è materie eius centenas phalangas tertio quoq; anno penſitaſſe Aethiopas cum auro & ebore, prodendo. Non omittendum id* H *quoq;, vicenos dentes elephantorum grandes, quoniam ita ſignificauit, Aethiopas eadem cauſa pendere*
Lib.6.c.29. *ſolitos*. In Aethiopia Ophiophagorum, vt idem Plinius prodidit, Ptolomæo Philadelpho Aegyptiorum rege condita eſt venatus elephantorum, ob id epitheras cognominata: Et mox: Inſula Daphnidis, oppidum Aduliton. Aegyptiorum hoc ſerui profugi condiderunt. Maximum hic em-
Lib. 16. porium Troglodytarum, etiam Aethiopum. Abeſt à Ptolomaide quinque dierum nauigatione. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria &c. Philothera eſt Heroum vrbs, inquit Strabo, nauiganti iuxta Troglodyticam à ſorore ſecũdi Ptolomæi appellata, Satyri opus, qui ad Troglodyticam & elephantũ venationẽ perſcrutandã miſſus eſt: Et rurſus: Arabij ſinus pars quę Troglodyticam ſpectat, ad dexteram eſt, vbi nauigantibus ab Heroum vrbe vſq; ad elephantũ venationẽ & Ptolomaidem, ſtadiorũ ſunt nouẽ millia ad meridiẽ & pabulũ ad Orientem. Et alibi eodem etiam libro: Poſt Stratonis inſulam ſequitur portus Saba, & elephantum venatio. Et paulò pòſt: Vlterius eſt vrbs Daraba, & elephantum venatio, quæ ad puteum nominatur, cam

Elephan-

A Elephantophagi habitant (à quibus quomodo elephanti capiantur, suo loco recitabo.) Sunt & aliæ quædam elephantum venationes & vrbes ignobiles &c. Alicubi & Licham elephantum venationem esse ait. Sunt & Asachæi Aethiopum populi, qui captos venatibus elephantos deuorant, vt scribũt Solinus & Plinius, qui Asachas quoque alicubi legit pro eisdem. Iam verò apud Hesperios Aethiopes elephantes nascuntur, & qui rhizes vocantur, magnitudine & pugnandi viribus elephantos referentes, vt ex Iphicrate Strabo recitat. *Lib. 16.*

NATVRA. MORES. INGENIVM. DOCILITAS.

ELEPHANTI, inquit Plinius, gregatim semper ambulant, minimè ex omnibus solivagi. Quamuis autem amnibus, vt ex eodem & Aristotele diximus, gaudeant, & circa fluuios vagentur, ab aquis tamen summoperè abhorrent, id quòd B illorum in primis exemplo docemur, quos Hannibal secum in Italiam traxit. Refert enim Frontinus vaferrimum illum, reiq; militaris peritissimum ducem, cùm ad Rhodanũ transcundũ elephantos non posset pellere, & nauium aut materierũ, quibus rates construerentur, copiam non haberet, iussisse ferocissimũ elephantũ sub aure vulnerari, & cum qui vulnerasset, transnatato statim flumine procurrere: elephantum itaq; exasperatum ad persequendum authorem doloris sui, (sunt enim vt mox patebit, vindictæ auidissimi) tranauisse amnem, & reliquis idem audendi dedisse exemplum. Polybius verò ratibus quidem ab Hannibale traiectos fuisse tradit; ab aquis tamen sibi metuere elephantos etiam innuit. Elephantorum traijciendorum, inquit, consilium fuit huiusmodi: Compluribus paratis ratibus, duas inuicem copulatas à terra in amnem porrigebant, latas pedes quinquaginta: his alias duas à parte ripæ adijciebãt, quas vt secunda aqua deferentur, compluribus retinaculis validis ad arbores parte ripæ superiori eminentes alligabant. Erat earum longitudo ad ducentos pedes: post hæc alias duas rates, quæ reliquis longè maiores erant, extremis illis leuiter annectebãt, qua haud difficulter solui possent. Ab his pendebant funes aliqui, quibus ab actuarijs nauibus, postquàm dissolutæ à cæteris ratibus essent, trahi in vlteriorem ripam valerent. Postremò eas omnes humo tegebant, vt beluæ per eas sine pauore C veluti per solum progrederentur. Hoc apparatu facto elephanti, qui Indis vbique præterquam in vndis, parere consueuerant, per stabilem ratim tanquam per viam prægredientibus duabus fœminis agebãtur. Qui vbi in extremas rates applicati transgressi essent, extemplo resolutis, quibus leuiter annexæ erant, vinculis, ab actuarijs nauibus pertrahebantur, nihil sanè trepidantes, donec continenti agebantur. Vbi verò soluta à cæteris rate in altum se vehi cernebant, vndique capti, cedentibus ab aqua extremis, aliquantum turbationis edebant. Quietem tamen timor ipse faciebat, omni ex parte aquam circumspicientibus feris. Ita primis expositis, alij deinde repetiti, traiectique sunt. Quidam timore sæuientes, in flumen deciderunt, qui tamen peremptis rectoribus incolumes euaserunt: siquidem & pondere ipso stabiles & magnitudine prominentium extrà narium, quibus emittere, si quid ebiberant, ac respirare poterant, pedetentim vadis progressi, ad vlteriorem ripam recti peruenerunt. Hæc Polybius, cui Liuius subscribere videtur. Cum enim dixisset elephantorũ traijciendorum varia consilia fuisse se credere, quoniã varia est rei actæ memoria, quosdam ait congregatis ad ripam elephantis, tradere ferocissimum ex ijs irritatum à rectore suo, cùm refugientem eum in aquam natantem sequeretur, traxisse gregem, vt quemq; timentem altitudinem destitue- D rat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente: magis, inquit, constat ratibus traiectos, id vt tutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius est. Ratem vnam ducentos longã pedes, quinquaginta latam, à terra in amnem porrexerunt; quam ne secunda aqua deferretur, pluribus retinaculis validis parte superiore ripę religatam, pontis in modum, humo iniecta constrauerunt, vt belluæ audacter, velut per solum ingrederentur: altera ratis æquè lata, longa pedes centũ, ad traijciendum flumen apta, huic copulata erat, & cum elephanti per stabilem ratem, tanquam viam, prægredientibus fæminis acti, in minore applicata transgressi sunt, ea extemplo resolutis, quibus leuiter annexa erat, vinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahebatur. ita primis expositis, alij deinde repetiti ac traiecti sunt: nihil sanè trepidabant, donec continente velut ponte agerentur: primis erat pauor, cùm soluta ab cęteris rate in altum raperentur: ibi vrgẽtes inter se, sedẽtibus extremis ab aqua trepidationẽ aliquantulũ edebant, donec quietẽ ipse timor circũspicientibus aquã fecisset: excidêre etiam sæuientes quidã in flumen: sed põdere ipso stabiles, deiectis rectoribus, quęrendis pedetatim vadis in terrã euasere. Aelianus tradit, in naues immitti, põte vtrimq; ramis frõdescentibus adũbrato ad fallenda istiusmodi animalia: hoc enim ipsum cũ vidẽt se

Aquam timere. *Lib. 17.* *Hannibalis astus.* *Lib. 3. hist. Rom.* *Lib. 21.*

Euripus cur in ludis Caſaris factus. per terram, quia eis hæc mare videndi facultatē adimāt, etiā nūc iter facere arbitrari. Lego & apud Plinium elephantos Puteolis aquarum metu auerſis veſtigijs è naui abijſſe: Quā obrem Beroaldus noſter Euripium in Circo additum fuiſſe exiſtimat, id eſt tenuem aquarum fluuium in Euripi ſpeciem deductum, ludis videlicet Cæſaris, in quibus elephanti, vt ſuo mox loco dicetur, viceni pugnarunt. Attamen L. Cælius Metellus iunctis dolijs per Siculum mare eos tranſmiſit, cùm naues deeſſent. *Lib 2.c.7.* *Cur aquam timeant.* Cauſa modò cur aquam timeant, duplex, ni fallor, ſtatui poteſt, cùm quòd nandi imperiti corpuſq; ad id ineptum habeant. (Nare, inquit Plinius ex Ariſtotele, propter magnitudinem corporis non poſſunt, non vt Aelianus ait, quia digiti pedū indiuiſi ſunt & leuiter diſcreti, quia & equus ſimiliter non nataret,) tum ob viſam in aqua tanquam in ſpeculo imaginem propriam. Hac enim conſpecta ſupra modum perturbari ac perhorreſcere, inde conſtat, quod niſi turbidam bibunt: atq; *Vt per aquā incedant.* hinc Indorum populi, ſi quos fluuios cum his tranare parant, illunes nubilaſque noctes obſeruare conſueuerunt. Interdiu tamen etiam flumina tranſmittere, quaque ſolertia in traijciendo vtantur, ſubinde recitabo. Cùm autem incedunt per aquam, eatenus mergi ſcribit Ariſtoteles, quatenus eius promuſcis ſuperat: reflat enim (inquit) per eam, & ſpiritum accipit & reddit. Hyemis ac frigoris eodem teſte impatiens hoc animal eſſe dicitur, quare niſi in calidiſſimis locis reperiri oſtendimus, nunquid autem multis morbis obnoxij ſint, vt Strabo ait, an præter alui inflationem nullum aliud malum ſentiant, vt vulgò dici philoſophus annotauit, proprio loco indagabimus. Fæminam *Fæmina an mas robuſtior.* mare multò robuſtiorem, alacriorem, magiſque magnanimam eſſe; fæminaſq; quaſdā in hoc genere planè viriles eſſe Vartomannus teſtatur: & Gillius aſſerit, non modò fæminas maribus ferociores, ſed ad onerum vectiones etiam fortiones exiſtimari. Cæterùm vtriq; refragantur Ariſtoles & Plinius. Differunt, inquit ille, inter ſe elephantes mirum in modum robore atque animo. Sunt apud Indos in vſu rei bellicæ, non ſolùm mares, ſed etiam fæminæ: veruntamen fæminæ paucio- *Robur.* res ſunt, & longè timidiores. Quantùm autem ad vires; nūquam ſe Cato apud Ciceronem ait, cùm adoleſcens eſſet, vires tauri aut elephanti deſideraſſe, quod dubio procul indicat, inter bruta tauros & elephantos viribus alia omnia antecedere. Sanè vnus animalium omnium, vt maximus, ita & robuſtiſſimus eſſe videtur. Euertit, vt refert Ariſtoteles, ædificia, dentes admouens magnos: palmas verò ſua fronte impellit, donec declinet, tum pedibus inculcās proſternit in terram. Oppianus ſcribit ſylueſtres elephantes, fagos, oleaſtros, & palmas dentibus ſubuertere radicitus: ſed verſus eius Latinè redditos recitabo: *Nonnunquam ingenti perterret robore ſyluas,*

Deijciens altas concuſſo ſtipite fagos, *Excelſaſq; ſolo palmas radicitus æquans*
Atq; oleaſtros & quercus, alnoſq; fatigans, *Tales in ſyluis elephas dat corpore ſtrages.*

Lib.4.c.10. Vartomannus vidiſſe ſe teſtatur ab elephanto arboris truncum proſterni, tantæ quidem vaſtitatis, vt ipſi viginti quatuor ſimul mouere illū non poſſent: præterea ternos elephātos maximam Liburnicam in ſiccum pertrahere. Dum ego, inquit, apud Canonor vrbem agerem, nonnulli Mahumetani hunc in modum nauem in ſiccum trahebant, ſeruata Chriſtianorum conſuetudine, verſa naui. Expoſita prora verſus continentem, ſubiectis ternis trabibus, tres elephanti genibus innixi, capiteque in humum connixo nauigium in terram trahunt. Strabo Libycos elephantos maximos eſſe ait, & valentiſſimos, qui ſolo rictu propugnacula deijciant, & arbores radicitus euellant, in poſteriores pedes erecti: ſed quantum proboſcide valeant, partim dictum eſt, partim deinceps ſuis locis dicetur: ſicuti etiam de turribus, quas armatis hominibus onuſtas dorſo ferunt. Pugnant inter ſe ve- *Pugna mutua.* hementer, vt tradit Ariſtoteles, & dentibus alter alterum ferit, qui autem victus fuerit, adeò animū *Pudor.* amittit, vt ne vocem quidem victoris toleret. Plinius mirum namq; ait pudorem eſſe, victumq; vocem fugere victoris, terram ac verbenas porrigere. Herbam autem victori à victo tradi ſolitam, vel ex prouerbio conſtat. Antipater author eſt duos Antiocho regi in bellicis vſibus celebres etiam cognominibus fuiſſe Aiacem & Patroclum. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioqui dux agminis ſemper. Tum pronunciatum eius fore principatum qui tranſiſſet, auſumq; Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notaba- *Ignominiæ vindicta.* tur, inædia mortem ignominiæ prætulit. Eſt tamen quando pro illata ignominia fortiſſimè pugnā ineunt, vt ex iſtiuſmodi hiſtoria, quæ apud Aelianum legitur, innoteſcit: Elephantum quamuis rarò amare ferunt, quoniam libidinum moderatione temperatus ſit: tamē ipſe illud admirabile, amore plenum audiui, quod conſequitur: Vir venandi elephantes haud imperitus, ſcribit ſe, cùm ab Imperatore Romano cum poteſtate in Mauritaniam ad venandos elephantos allegatus eſſet, ex elephantino genere, adoleſcentē formoſam vidiſſe coëuntem cū elephanto & adoleſcente & pulchro: alterùm verò ſeniorē, quia huius ſiue amator ſiue maritus eſſet, vt ſe ſpretū, ignominiæ loco hoc tuliſſe, quare acriter animo incitatū impetum feciſſe, vt nihil propius factum fuerit, quàm nos, inquit, omnes perderet, ſicque incurriſſe in illum riualem ſuum, pugnamq; edidiſſe tanquam eum qui de amica ſibi erepta doloribus acerrimis premitur, adeoque infeſtis animis vtrumque cum altero pugnam commiſiſſe, vt ex impetu cornibus ambo mutilarentur. Neutrum ideo non viciſſe, quod multa ver-

A ta verberatione eos venatores distraxerint. Postea autem quàm amissis armis in posterum inutiles ad conferendam quasi manum inter se facti essent, riualitatem amantium conquieuisse. Hæc ille. Equidem & apud alios quoque elephantos læsos, legimus non solùm offensam meminisse, sed & longo tempore pòst iniuriam vindicare. Narrat Christophorus Acosta in lib. de aromatibus Indiæ, cùm miles quidam in vrbe Cochin, cocci siue Indicæ nucis putamine domesticum elephantum petijsset, eumque in fronte attigisset: elephantum putamen collegisse, & cùm eo tempore iniuriam vlcisci minimè posset, in os recondisse, donec elapsis aliquot diebus militē in platea quadam deambulantem conspiceret, tum demum promuscide nucis putamen ore exemisse, militique viciniorem factum, in ipsum coniecisse, deinde abisse, veluti lætum, quòd iniuriam sibi illatā vltus esset. Quomodo verò cauponis fraudem vlciscatur his verbis ostēdit D. Ambrosius: Ferunt promuscide haurire aquæ plurimum, eosdem tamen ad sedandam sitim moderato potu esse contentos: sed si fortè ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes, replere concauum promuscidis, non vt bibant, sed effundant, atq; ita momentarijs inundationibus irrigare eius tabernam. Iam verò non solùm illatam sibi ipsi iniuriam vindicat, sed & hero suo, siue magistro aut altori, cuius compendia, vt vtar verbis Cassiodori, sua putat alimenta, quamobrem motu corporis ab diuersis postulat, quod ei porrigat; quodsi autem aliquis præbere, inquit, contempserit postulata, vesicæ collectaculo patefacto, tantam dicitur alluuionem egerere, vt in eius penatibus quidam fluuius videatur intrasse, contemptum vindicans de fœtore. Miles quidam in vrbe Cochin referente eodem Acosta elephāto suum rectorem iniuria affecisse visus est, quòd ei in via minimè cedere voluisset, eam iniuriam vlcisci cupientem rector vetuit. Post aliquot dies ministeria aliquot in litore Mangate fluminis (quod vrbem Cochin alluit) absente suo rectore obiens, militem cum alijs quibusdam sermones conferentem conspicit, promuscide eum corripit, nec eorum, qui ipsum rogabant, vt militem dimitteret, voces moratus, aliquoties flumine mersit, subinde eum in altum subleuans, & aquam qua madebat, defluere sinens: deinde cùm iniuriam suo rectori illatam probe vltus sibi visus esset, militem quo comprehederat loco, denuo in pedes sistit. Insignis equidem & nunquam satis prædicanda elephantorum est erga rectores gratitudo, beneficiorumque memoria. *Officia* (inquit Seneca) *etiam feræ sentiunt, nec vllum tam insuetum animal est, quod non cura mitiget, & in amorem suum vertat. Elephantorum feritatem vsq; in seruile obsequium demeretur cibus: adeò etiam quæ extra intellectū atq; æstimationem beneficij sunt posita, assiduitas tamen meriti pertinacis euincit.* Strabo author est à quibusdam elephantis aurigas suos, qui in certamine ceciderant, ex prælio exemptos, alios ab alijs seruatos, cùm anterioribus pedibus vtero suo subiectos seruassent: quodsi verò quem ex curatoribus per iram interfecerint, adeo illum desiderare, vt prę mœrore à cibo abstineant, interdum etiam ad mortem obdurent. Sed & Arrianus testatur a nonnullis rectores suos in bello cæsos, sublatos ad sepulturam delatos esse, ab alijs iacentes propugnatos, aliquos pro sessoribus lapsis sese obiecisse, quosdam cùm per iram rectorem suum occidissent, pœnitentia & mœrore se confecisse. Elegans in primis de elephante rectorem suum nunquam deserente, sed & protegente ac vindicante historia refertur ab Aeliano: Indorum rex ab Indo quodam sibi munere mitti elephantem poposcerat, is cùm eum miro amore diligeret, negauit se daturum, ac cum elephante perfugit in desertissimam regionem. Rex ferens istud ægrè ad eum insequendum misit, qui bestiam Indi auferrent: aggressi igitur qui missi fuerant, vt cōprehenderent, homo quidem lapidibus eos appetebat, elephantus verò, vti insigni iniuria accepta, impetum illorum repellebat: occumbente tandem ictibus altore & ductore suo, elephantus more hominum armis se acerrimè tuentium pro suo nutritio pugnauit, tùm etiam ex inuadentibus partem occidit: partem in fugam dedit, atq; nutritium promuscide circūplexus, ad stabula portauit, ac tanquam amicus permansit fidelis amico etiam defuncto. Cum Pyrrhus vrbem Argos irrupisset, elephantem ait Baptista Campofulgosus inter alios vnum Victoris cognomento, in vrbis porta, magistrum à quo regebatur, mortuum præsensisse, eiusq; rei dolore percitum, sine discrimine amicos hostesq; vrgendo inter hostes progressum, prius non destitisse, quam magistri corpus adinuenisset: captumq; proboscide ac dentibus retrò in tutum ab hostibus locum intulisset. Porum Indorum regem cùm Macedones spoliare vellent, tum bellua inquit Sabellicus, iterum sæuiens, hostem procul destinebat, leuatumq; humo regem, proboscide suo tergo imposuit. At Plutarchus in libro de solertia animalium ait; Poro illo vulneribus confecto, elephantum sensim ac leniter multa spicula promuscide retraxisse, & ipsum iam malè affectum, non prius tamen procubuisse, quàm sentiret regem exanguem delabi, tum demum, ne corrueret, paulatim se demisisse, vt rex commodiùs se ad solum inclinare posset. Accidisse in Goa, in qua legati regis Lusitaniæ, qui regiam potestatem obtinent, degere solent, narrat Acosta, vt vnus ex elephantis, qui istic erat ad regis seruitia, furore correptus, vincula & catenas (nam solent, inquit, ferreis catenis constringi, & loco quodam concludi, donec morbo liberentur) disrumperet & per vrbem vagaretur, fugientibus verò omnibus, mancipium quoddam in vlnis

Lib. de Elia & ieiunio c. 17.

Lib. 10. Variar.

Amor erga rectorem.

Lib 1. de benefic. c. 3.

Lib. 15.

Lib. 5. c. 44.

Li. 5. exempl.

Enneid. 4. lib. 6.

Etiā furiens homini amicus.

filiolum gestans in platea obuium habuit, quod conspecto elephanto exterritum, ad suas ædes celeri cursu confugit, quas vt aperiret, filiolum humi ante ianuam exponit, moxque ædes ingressum ianuam occludit, præ metu filioli oblitum; elephas puerum conspiciens, promuscide leniter subleuans, in proximum humile tectum, quòd è regione istarum ædium erat, collocat, atq; aspicit, an puer istic sine damno consistere queat: deinde furibundus vlterius progreditur. Beneficij memorem, tametsi furens, sese ostendit hic elephas, qui puerum non necauit, sed agnouerit filiolũ esse eius mulieris, quæ eas ædes inhabitabat, quæq; illi & alijs domesticis elephantis, quotiescumque istac transirent, panem, aut fructus dare solita erat: nam huiusmodi cibos & alia edulia ante suas ædes venalia exponebat. Aliud denique gratitudinis exemplum refert idem Acosta. In eiusdem vrbis foro, inquit, vagabatur huiusmodi furijs agitatus elephas: vir quidam æger effugere cupiens, pronus cadit, elephas minimè ei nocens promuscide comprehendit & in scamno quodam deponit. Aiebat hic vir eodem loco, illi ipso elephanto, antequam in morbum incideret, magnum quendam fructum Iaca incolis appellatum sua manu præbuisse. Apparet autem naturaliter elephantes hominibus amicos esse, idque veteres etiam credidisse, manifestissimè nos docet Cicero, dum ait: *Atque opinio eiusmodi esse quandam illi belluæ cum genere humano societatem.* Scribit Cadamustus hominem, nisi lædatur, non lædere, vbi verò eum lædit, proboscide ceu manu comprehensum iacere in sublime vltra arcus iactum. Philostratus ait, vbi semel ad hominem adsuescit, ab eo omnia pati, ex eoque morum similitudinem in se transferre, neque aliter quam paruos canes ex hominis manu gaudere cibum sumere, atque ad se accedentem promuscide complecti, cumque caput intra fauces immittere facile tam diu pati, quoad homini libitum fuerit: hoc enim in eorum pastoribus nos fieri obseruare. At dicetis ollaris omnino, & ventris causa est istiusmodi amicitia, nec aliam esse nobis innuit Plutarchus in libro de solertia animalium, nam cùm dixisset solum delphinum hominem amare, vt homo est, subijcit: terrestrium animalium alia nullum hominem, mansuetissima tantùm vtilitatis gratia eos, a quibus aluntur, vt canis, equus, elephas. Cæterùm tametsi rectores præ cæteris amare facilè admiserim, cum cæteris tamen occultam quandam amicitiam esse, vel ex eo constare potest, quod etiam cum furiunt & insaniunt (quò tempore quemuis vt inimicum accipientes, protererе, proculcare & prosternere Appianus Alexandrinus tradit, & ob hanc causam a quibusdam communes hostes esse appellatos;) seruasse nonnullos sint visi. Apud vrbem Cochin quidam elephas referente Christophoro Acosta, furijs huiusmodi agitatus in lacuna quadam hærebat, ad quam cùm fortè accessissent nonnulli pueri, elephante conspecto omnes diffugerunt præter vnum, qui istic perstitit: cum accedit elephas adblandiens quodammodo & promuscide demulcens, leniter eum corripit, suoque dorso imponit, & per lacunam expatiatur, deinde illum reponit, quo apprehenderat loco, veluti lætabundus. Cùm ea quæ ipsi accedissent, puer narraret, multi viri eum comitati sunt, sed procul à lacuna remanentes, arbores conscenderunt, vt è tuto spectarent, quid ageretur. Puerum propius accedentem elephas velut antè corripit, dorsoque imponit & expaciatur. Id sæpius à puero est repetitum, donec blandis verbis (quemadmodum edoctus fuerat) elephantum denuo mansuetum redderet & in vrbem pelliceret. Quantoperè autem puellos amet, docemur ex alia historia, quam Athenæus ex libro vigesimo Phylarchi recitat: Cum hoc, inquit, elephante fæmina elephas nutriebatur, quam appellabant Niceam. Huic elephanti cùm ministrabat Indi mulier filium suum qui tum trigesimum diem agebat, apposuit. Postea verò mortua muliere miro quodam amore pueri belua capta fuit, neque enim seorsum esse ab infante patiebatur, ac nisi puerum videret, molestè ferebat admodum. Cùm igitur nutrix ipsum infantem lacte saturauisset, illum inter pedes ferè in scapha ponere consueuerat, quod nisi fecisset, elephas pabulum capere nolebat, ac postea per totum diem calamis ac pabulis sibi appositis eo præsente vescebatur. Cum dormiret infans, muscas abigebat, vbi verò lugeret, scapham promuscide motabat, puerumque dormire faciebat sæpius. Sed & Aelianus indicaturus, quàm memoria sint bona, quamque diligenter præceptum officij aduersus præcipientes teneant, quam simul eorum qui quippiam eis committunt, vel expectationem vel fidem non fallant, disertissimè eandem historiam enarrat, cùm Antigonus (inquit) Megarensem vrbem obsideret, mulier simul cum vno de elephantis bellatoribus versabatur, hæc enim illius qui elephantum aleret vxor, infantem puerum pepererat, quem huic elephanto, lingua vtens Indica, quam elephanti intelligunt, credidit: Vt verò is primum sibi creditus est, illum diligebat, & custodiebat, exque eo proximè adiacente magnam voluptatem capiebat; cùm ploraret, oculos tum auertebat, tùm verò ab eo dormiente muscas abigebat. Arundines ei pro pabulo obijciebantur, quas & omnem cibum, nisi puer adesset, reijciebat. Nutrix igitur necesse habebat posteaquam eum lacte compleuisset, elephanto curatori apponere, vel omnino elephantus non parum iracundia incitabatur, ac nonnunquam in verbera erumpebat. Interdum etiam cùm vagiret infans, cunas vbi iaceret, mouebat: sicque eidem ipsi ex hoc motu oblectamenta & solatia sicut nutrix, afferre solebat.

Beneficij memoria.

Amicos esse homini.

Lib. 7. Epi. 1. Cap. 19.

Lib. de bello Hisp.

Vt puellos amans.

Memoria.

A solebat. Capitur verò etiam amore puellarum. Plutarchus in prænominato libro, cùm dixisset, amores multorum animantium existere, alios sæuos & furiosos; alios habentes non inhumanam elegantiam, neque inuenustam consuetudinem, talem ait fuisse amorem Alexandriæ elephanti, riualem se Aristophani Grammatico exhibentis. (*Puellas amat.*) Amabant enim ambo puellam corallas vendentem, & non minus euidenter elephas. Nam per totum pomarium transiens semper ei poma adferebat, diuque adstabat, proboscideque manus instar intra vestem inserta pectus sensim contrectabat. Meminit eiusdem amoris Plinius: *Traditur*, inquit, *vnus amasse quandam in Aegypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter electam putet, miretur gratam Aristophani celeberrimo in arte Grammatica.* Præter hanc aliam quoque mulierem corollas similiter vendentem in Antiochia Syriæ vrbe cicurem elephantum amasse aiunt, de quo sic narrat Aelianus, qui alicubi etiam mulieris forma non solùm capi hoc animal tradit, sed & hebescens ad eius pulchritudinem, remittere furorem animi sui. Hunc audio, cùm ad pastiones iret, mulierem corollas vendentem, cùm quam suauissimè aspexisse, tùm verò etiam quam libentissimè in illius aspectu acquieuisse, atque huius faciem promuscide tersisse, suauiterque contrectando illi blanditum fuisse: mulierem vicissim ex suo artificio illecebras amatorias, corollas videlicet ad tempus ita contexuisse, vt cotidiè illi quidem sumere operæ pretium, huic verò etiam opus largiri esset.

B Postea autem quam mulier excessit è vita, elephantus nec pristinæ consuetudinis compos, nec quam amaret, amplius mulierem videns, tanquam amans qui amasiam amiserit, sic eam desiderabat, animoque incitabatur, ac qui antè mansuetus fuisset, humanitate expulsa feritatem induebat, tanquamque homines ex tristitia ac mœrore laborantes, de potestate animi exeunt, sic is furens ferebatur. Tradit insuper Plinius authoritate Iubæ vnguentariam ab elephante dilectam: additq; omnium amoris fuisse argumenta, gaudium à conspectu, blanditiasque inconditas, stipesque quas populus dedisset, seruatas & in sinum effusas: (*Vnguentariam amasse.*) Nec mirum, esse amorem, quibus sit memoria. Ex his itaque quæ hucusque dicta sunt, elephantum constat hominum consuetudine vnicè frui exoptare, illique in omnibus, modò blandiùs compellatur, nec acerbiùs instes, obsequi, atque ad quoduis paratum esse eisdem suis quibusque locis constat. Timent tamen etiam naturaliter hominem, si verum est, quod scribit Plinius: (*Vt & cur hominem timeant.*) *Mirum*, inquit, *in plerisq. animalium scire, quare petantur, sed & per cuncta quid caueant. Elephas homine obuio fortè in solitudine & simpliciter oberrante, clemens placidusq. etiam demonstrare viam creditur. Idem vestigio hominis animaduerso, priusquam homine, intremiscere insidiarum metu,*

C *subsistere ab olfactu circumspectare, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, nuncio simili vsque ad extremum, & tunc agmen circumagi, & reuerti, aciemque dirigi: adeò omnium odori durare virus illud maiore ex parte, ne nudorum quidem pedum.* Amant igitur homines, sed insidias eorumdem timent, libertatis amore, quem mansuefacti etiam conseruant; (*Libertatis amor:*) Noctu enim suam seruiendi conditionem deplorare dicuntur, (vt ex Philostrato Gyllius refert,) non contento barritu, quo sæpe alias vtuntur, sed luctuosa vocis suppressione miserabiliter immurmurantes. Quodsi quis ita occultè gementi & lamentanti interuenit, verecundia quadam moti, querelis suis moderantur & gemitus facere desistunt. Alioqui etiam male ab hominibus habiti, clementer admodum iniuriam vindicant, cum aliàs vindictę sint studiosissimi. (*Vt iniurias vindicent.*) Plutarchus interprete Pet. Gyllio, affert elephantum Romæ, vnum ex pueris, qui promulcidem eius stilis pupugissent, sublimem corripuisse, vt statim in sublime, quantum maximè posset, iacularetur. (*Lib. vita animali.*) (Comprehensum autem vbi lacessitus est ad teli iactum aliàs iaculari, vt sæpe antequam terram contigerit, moriatur, idem Gyllius tradit,) At enim sublato eorum, qui aderant clamore, sensim & moderatè rursus humi deposuisse, existimantem tanto metu iniecto, satis illum pœnarum dedisse: vbi pro his verbis, vbi statim cum in sublime iacularetur, Græcè legitur, ἐπίδοξος ἦν ἀπολυμαντι-

D κὸν: Grynæus verò simplicius vertit, arreptum atque sublatum conjecturus videbatur. Celebrat verò inter cæteros elephantorum erga genus humanum clementiam Seneca his verbis: (*Lib. 1. de clement.*) *Ferarum clementia nec generosarum quidem præmordere & vrgere proiectos. Elephantes leonesque transeunt, quem impulerunt.* Ostendunt eandem quoque clementiam erga imbecilliora animantia, vt apud Solinum legimus: (*Clementia erga homines.*) *Inest illis* (inquit) *clementia bonum, quippe si per deserta vagabundum hominem fortè viderint, ductus vsque ad notas vias prebent: vel si confertis pecoribus occursitent, itinera sibi blanda & placida manu faciunt, ne quod obuiam animal interimant.* Atque hinc est quod clemens passim à poëtis nuncupetur, & placidus. Fabulosa itaque scribere Gabinium Romanorum scriptorem Strabo asserit, cùm dicit elephantos cum hominibus certare, & speculatores præmittere, & cùm illos viderint, fugere: cumque vulnera acceperint, ramos vel herbam, vel puluerem supplices prætendere, etiamsi de venatoribus isthæc intelligantur, (*Lib. 17.*) nam vt testatur Philostratus, in venationibus sibi mutuò ferunt auxilium, ita vt si quis eorum labore deficiat, alter pro eo se opponat. (*Amor mutuus.*) (*Lib. 2. c. 18.*) Aelianus ait, cùm à venatoribus, tanquam milites in bello, funduntur & fugantur, non alios ab alijs separatim, sed omnes simul & communiter in fugam se dare, ac simul inter se prementes ad grega-

ad gregales suos adhærescere. Horum autem qui iam sunt firmata ætate & integra, reliquos sic circumcludere, tanquam pugnacissimos propugnatores totum agmen circummunire: qui verò longiùs sunt ætate prouecti, atque matres sub se quasque suos pullos ita occultare, vt perraro hi paruuli videantur subtermedium obtinere locum. Hæc ille, ex quo fortè Tzetzes: Amor (inquit) mutuus intercedit; & cùm fugiunt venatores, robusti & florenres ætate, extrema tenent, in medio verò vetulos & matres cum pullis recipiunt. Sed de istiusmodi militaris rei peritia pòst. Scribit idem Aelianus nunquam elephantum à reliquorum agmine secerni, nisi aut filiorum suorum, aut ægrotantium causa: pro his nimirum nihil non molientem, inexpugnabilem manere. Ait item pullos suos adhuc à partu recentes, nunquam deserere: at sanè in illis à periculo tuendis constantissimè permanere, priusque animam amittere, quàm suos catulos deserant. Aliàs rursus quantus matrum in hoc genere in sobolem suam sit amor, multis (inquit) etiam aliundè argumentis constat, hoc verò præcipuè: Cùm in foueam pullum suum incidisse mater perspexisset, ne minimam quidam moram interposuit, nec eius cursum vlla ad pullum consequendum segnitia tardauit, quin vehementi dolore affecta, quanto maximo posset incitato cursu, in delapsum filium præceps ageretur, amboque eodem casu morte occumberent: hic quidem materno pondere pressus contereretur, illa verò præcipitata, caput diffringeret. Sed hæc fœminis potissimum adscribendum fuerit: nam maribus vix sobolis curam esse aiunt. Ait denique Aelianus cùm sunt in catulorum metu, infestissimos esse. Cùm videret Apollonius elephantos Indum flumen transeuntes (erant autem circiter triginta, & duce vtebantur eo, qui inter ipsos minimus erat: maiores verò ipsorum super dentium eminentias teste Philostrato, pullos gestabant, promuscide tanquam vinculo ipsos complectentes) hæc inquit, o Damis nullo iubente ex ipsis naturali quadam prudentia ac sapientia faciunt. Vides enim quo facto sarcinarum vectores imitati suos deferant pullos, vinculis (ne fortè cadant) eos complexi. Video inquit Damis prudenter sapienterque ipsos operari. Quid igitur sibi vult insana quorundam solicitudo inaniter quærentium, naturalisne sit an non erga filios beneuolentia? hoc enim etiam elephanti clamant à natura ipsis talem beneuolentiam datam. Neque enim id sicut alia quædam ab hominibus didicere. Hi namque cum hominibus non vixerunt, sed natura ducuntur, vt ament quod pepererunt, propterea illis prouident, eosque nutriunt, &c. Cæterùm vt ad amorem, quo totum suum genus prosequuntur, reuertamur, societatis tuendæ ac prudentiæ etiam exempla Iuba referente Plutarcho scribit ab elephantis exhiberi. Venatores enim fossas, quas ad ipsos capiendos faciunt, leuibus sarmentis & terra vili iniecta obtegunt. Cum ergò elephantorum vnus (nam multi simul ambulant) in fossam incidit, reliqui materiam congerunt, & lapides ingerunt, vt illapsus facilè exire possit. Clemens Alexandriuus verò, cùm dixisset Platonem existimasse, rationis expertium animantium dialectos esse, quæ sunt eiusdem generis: Cùm itaque in cœnum, inquit, ceciderit elephas & clamauerit, præsens aliquis alius id contemplatus reuertit paulò pòst, & secum ducit gregem elephantum & eum seruat, qui ceciderat. Ait Aelianus eum qui prius aliquam prædam (cibum videlicet,) repererit, regredi, vt & suos gregales aduocet, & in prædę communionem deducat. Bartholomæus cognomento Anglicus scribit meminisse se legisse de elephante in libro physiologi, elephantem esse animal, quod magnitudine inter omnia animalia quadrupedia præcellit, intellectu & memoria multum vigens: nam elephantes inter alia eorum facta nunquam dormiendo totaliter se inclinare, sed quando fessi sunt arbori & maximè palmæ quietis gratia accubare, eorum verò quieti homines insidiantes occultè arborem concauare, elephantes autem sese applicantes, fraudis ignari, pondere corporis arborem dum prosternunt, ipsi simul prosternuntur, ac succumbunt, & cùm casum suum cognoscant irreparabilem, barrire ac rugire, moxque eo exaudito iuuentutem elephantorum accurrere, & paulatim seniores pro viribus, vt surgant, & à lapsu releuentur, elaborare. Quondam profectò elephantos dormituros non recumbere, defessos verò arboribus magnis se applicare, hisque succisis cùm cadunt, surgere non posse, alij etiam crediderunt, eiusdemque rei rationem assignarunt: quæ nunquid vera sit suo loco ventilabimus. Iam verò cadauera etiam sui generis sepeliunt, quod Aelianus & Tzetzes tradunt; quorum ille Aethiopum ait sermonibus peruagatum esse, elephantum, cùm alterùm perspexerit mortuum, non præterire, quin humum promuscide haustam, velut sanctam & mysticam inijciat, communemque naturam miseratum, mortuo parentare, ne quid aliquid impiè committat: nam hoc quidem ipsum non agere, execrabile ducere. Parentes iam senio confectos iuniores & honorant, & alunt insuper, ijsdem testantibus. Sed verba Aeliani recitabo: Aetate affectis iuniores de legitimo cibo cedunt, eosdemq; summa etiã obseruantia colunt, & à periculis seruant. In fossam delapsos iniectis fruticum fascibus subtrahunt, quibus tanquam scalis senectute graues ascendentes, liberantur. Et rursus: Iuniores, vel labores vel pericula suscipiunt, & antecedentibus ætate, de cibo & potione concedunt, propter obseruantiam per quam cultu quodam & honore natu maiores dignandos existimant. Nunquam enim neque ex

senectute

Margin notes: *Amor erga fœtus.* — *Lib. 2. c. 7.* — *Lib. de solert. animal.* — *Li. 18. c. 44* — *Cadauera sepeliunt.* — *Parentes venerantur.*

A senectute infirmum, neque eum qui morbo teneatur, sui gregales deserunt, sed & fidissimi ei permanent, eiusque cùm cæteris in rebus student incolumitati, tum verò etiam si ipsi insectatione vrgeantur, pro eo propugnant, & saucios & fessos curant: ac integri à vulneribus hastas & iacula è corpore sauciorum, tanquam chirurgi periti extrahunt, vt ne homines quidem scientiùs. Quanta autem cum iustitiæ obseruatione se cum socijs suis gerant, Gyllius se suis deprehendisse oculis asserit. Quam iustum (inquit) animal sit elephas, cùm ex alijs illius actis deprehendi, tùm ex eo quod non semel vidi. Cùm equi vicini auenam & fœnum edisset, postea ex sacco, quem forte in angulo stabuli inuenit, promuscide auenam iterum & sæpius deportauit, equoque obiecit edendam, similiter fœnum sibi datum promuscide comprehendens equo obtulit, sensimque gradiens, ne equum terreret, equique fœnum oblatum comedentis supra dorsum promuscidem posuit, ei blandiens. Sed & Antipater diuinationem quandam iustitiæ elephantis inesse tradit, vt Plinius annotauit. Nam cùm Bochus rex triginta elephantis, totidem in quos sæuire instituerat, stipitibus alligatos obiecisset, procursantibus inter eos qui lacesserant, non potuisse effici, vt crudelitatis alienæ ministerio fungerentur. Homines verò Christiani id diuino nutu factum dicerent, nam

Iustitia.

Diuinatio.

B & Iosephus tradidit Ptolomæum Physconem, mortuo patre Ptolemæo Philometore, cùm Cleopatram matrem vnà cum filijs regis imperij occupandi ergò expellere conaretur, Onias verò Iudæus Philometoris dux bellum pro Cleopatra susciperet, omnes Iudæos in oppidis comprehensos cum filijs & vxoribus nudos atque vinctos elephantis vino ebrijs conculcandos obiecisse: elephantos verò diuina vi agitatos, Iudæis illæsis impetu in spectatores regis amicos facto, multos ex ipsis interimisse. Contrà transfugas & delinquentes omnes cum L. Paulus Aemilius Persa rege deuicto obiecisset, conculcando obtriuerunt, vt scribit Valerius Maximus. Estq; certe admirandum, vt in elephanto cuius curam ipse per longissima itinera habuerat, Gillius obseruauit, quod ignotos homines, leues, insolentes, petulantes, ad se accedentes internoscit à moderatis & grauibus. Inter cæteros autem malos ac improbos, mœchos adulterosque adeo odit, vt de eis pœnas sumat. Quantopere autem aduersetur adulteria, pulcherrimis aliquot historijs docet Aelianus: Elephas quidam (inquit alicubi) cùm vxorem sui domitoris & altoris stuprari manifestò deprehendisset, ambos & eum qui stuprum inferebat, & eam quacum id faciebat, interfecit, & in stragulis constupratis & lecto adulterato reliquit: Vt verò primùm elephanti rector venit et, & manifestò nefarium facinus, & huius vindicem cognouit. Hoc quidem factum ab India ad nos huc manauit. At

Lib. 2. contra Appionem.

Lib. 2. c. 2.

Homines malos à bonis dignoscit

Adulteria vt oderit.

C Romæ aliud simile euenisse audio; præterquam quod addunt, ibi elephantum non vtrumque modò occidisse, sed & stragula veste eos texisse, & nutritio aduenienti stragulam reiecisse, & retexisse, & proximè inter se iacentes demonstrasse. Ita ille tum facile iniuriam illatam sibi fuisse intellexit, tum etiam maximè facinus liquebat, vbi cornu quo ipsos confecisset, cruentum perspexit. Et rursus. Cùm quidam cicuris elephanti moderator, coniugem non illam quidem amabilem, sed sanè diuitem haberet, amoris oculos primùm ad aliam adiecit: deinde eam vxorem ducere studens, alteram priorem strangulauit, ac propè ab elephanti præsepi homo præcipiti consilio non defodit modò, sed alteram quam amaret, in matrimonium duxit. Elephantus autem cùm tanti facinoris conscientia incitatus, tùm verò suapte natura à malis abhorrens, nouam vxorem eo perduxit, vbi humata altera iaceret, cadauerque dentibus refodiens & denudans, quæ dicere nequiret, ex ipsis operibus mulieri hæc ostendere conabatur; eam edocens, quibus moribus esset præditus is, cui ipsa nupsisset. Hactenus Aelianus. Videamus modò num elephantes, qui tantopere mœchos mœchasque puniunt, ipsi inter se castitatis sint studiosi. Equidem Plinius & Solinus adulteria ignorari ab ipsis profitentur, nec vlla propter fæminas inter ipsos prælia esse, vt fit in cæteris animalibus, quibus etiam pernicialia sunt, non quia, inquiunt, desit illis amoris vis: de qua sic

Castitas.

Amoris vis.

D Aelianus, cùm libidinis furore ardent, incursu parietes euertunt, & similiter ac aries frontis vi atque impressione palmas prosternunt. Ait verò etiam Aristoteles ad coitum ita efferari solere, vt apud Indos ijs haudquaquam permitti initium vulgò dicatur: quoniam libidine agitati casas prosternant male conditas, pluraque alia incommoda faciant. Ab omni tamen immoderata libidine castissimos esse idem Aelianus affirmat: nunquam enim neque vt constupratores, neque vt item valde lasciuos societatem Veneris cum fæmina facere, sed tanquam generis successione carentes, liberis procreandis dare operam, sic hos, sua stirps vt non deficiat, complexu venereo iungi: neque id sanè plusquam semel in vita, & eo duntaxat tempore, cùm se iniri fæminæ patiuntur. Idem etiam alicubi tradit, vt quisque vxorem impleuit, eam non amplius attingere, id quod etiam Aristoteles asseruit. Nicolaus Lyrensis tùm in Mattheum cap. 19. tùm in priorem D. Pauli epistolam ad Corinthios, scribit elephantem nunquam inire matrem suam, vt citat Tiraquellus de lege connubij 7. 47. & cùm id obuelato capite fecisset, prorigam interimisse. Estque in ipso coitu pudor ac verecundia. Coituri enim petunt solitudines, inquit Aristoteles, sed præcipuè secus flumina & qua pasci consueuerunt: id quòd Vartomannus etiam profitetur. Apertè ac palam inquit

Aelianus, in aliorum oculis non coëunt, ſed ſecedentes, aut ſeſe in arbores denſas & frequentes occultant, aut in concauum locum & profundum, ad occultandos eos facultatem habentem, ſe abdunt. Meminit & Plinius quam breuiſsimè, inquiens: *Pudore nunquam niſi in abdito coëunt.* Quamuis verò & pudor iſte ſit in coitu, & inſignis in libidine moderatio, tamen ipſe (inquit Aelianus) illud admirabile, amore plenum audiui, quod conſequitur. Vir venandi elephantos haud imperitus ſcribit ſe, cùm ab Imperatore Romano cum poteſtate in Mauritaniam ad venandos elephantos ablegatus eſſet, ex elephantino genere, adoleſcentem formoſam vidiſſe, coëuntem cum elephanto & adoleſcente & pulchro; alterum verò ſeniorem, quia huius ſiue amator, ſiue maritus eſſet, vt ſe ſpretum vidit, ignominiæ loco hoc tuliſſe, quare acriter animo incitatum impetum feciſſe, vt nihil propriùs factum fuerit, quàm nos, inquit, omnes perderet, ſicque incurriſſe in illum formoſum riualem ſuum, pugnamque edidiſſe tanquam eum, qui de amica ſibi erepta doloribus acerrimis premitur: adeoque infeſtis armis vtrumque cum altero pugnam commiſiſſe, vt ex impetu ambo cornibus mutilarentur. Neutrum ideo non viciſſe, quod multa verberatione eos venatores diſtraxerint. Poſtea autem quam amiſſis armis in poſterum inutiles ad conferendam quaſi manum inter ſe facti eſſent, riualitatem amantium conquieuiſſe. Hæc ille, indicans, niſi mutilati cornibus fuiſſent, riuales in perpetua lite pugnaque permanſuros, cùm inſita ſit his feris natiua quædam gloriæ cupiditas, cuius cauſa interdum mira alia facinora præſtare conſpiciuntur. Refert Chriſtophorus Acoſta in litore vbi Goa vicino quendam crepuiſſe medium, dum ſolus magnum æneum tormentum bellicum ſubleuare cupit, quoniam ipſius rector grauibus verbis obiurgaſſet & contumelia affeciſſet, oſtendens ei duos elephantos iuniores aduentantes illius ænei tormenti tollendi gratia. Mirum modò etiam eſt, quantopere patriam ament. Aelianus refert, abſtractos à ſuis ſedibus patrijs, quamuis vinculis primùm & fame, deinde varijs ciborum blandimentis manſuefacti ſint, tanta tamen naturalis ſoli illecebra teneri, vt patriæ memoria eis obſcurari & euaneſcere nequeat: quare cum horum pleroſque grauiſſimo mœrore ſuſcepto confici, tùm verò quoſdam ex his vberrimè flentes (vt Tzetzes etiam ſcribit) tantam lachrymarum vim profundere, vt oculorum ſenſibus capiantur. Quin, ſi Plinio credimus, alienæ quoque regionis intellectu creduntur maria tranſituri non ante naues conſcendere, quam inuitati rectoris iureiurando de reditu. Certè id quoque aſſerit Solinus: maria (inquit) tranſmeaturi naues non prius ſubeunt, quam de reditu illis ſacramentum luatur. Cum quinque dierum ſpatio in theatro Pompeij quingenti Leones conficerentur, elephantique octodecim cum armatis depugnantes, partim in ipſa pugna, partim paulò pòſt morirentur, populus teſte Dione aliquos etiam inuito Pompeio miſeratus eſt, cùm vulnerati a pugna deſtitiſſent, circumeunteſque ad cœlum proboſcidibus lamentarentur, ita vt ſermoni occaſionem præberent, non id ab ipſis temerè aut caſu fieri, ſed iuſiurandum quo perſuaſi ab Africa traducti erant, implorantibus, ſuique vindictam deos poſcentibus. Fertur enim (inquit Dion) haud prius eos in naues ingreſſos eſſe, quàm à ducentibus iuramento ſibi cautum eſſet de omni iniuria. Id verum ſit, necne, non ſcio. Certè hoc quoque memoriæ proditum eſt, præterquam quod elephanti ſermonem patrium percipiunt, rerum quoque eos cæleſtium intelligentia eſſe præditos. Hinc in nouilunijs, antequam in conſpectum hominibus Luna perueniat, eos ad aquam perennem accedere, eaque ſeſe luſtrare. Sed hac de re poſtea; Quod verò niſi magnis perſuaſi pollicitationibus naues aſcendant, transfretarique ſeſe ſinant, Pierius Valerianus veriſſimum eſſe oſtendit hac hiſtoria. Minime hoc loco, inquit, diſſimulandum, quod ſuper eiuſdem Hannonis (ſic elephanto erat nomen) ingenio Michael Syluius regis ſui ad ſummum Pontificem orator, ſummæ, vt noſti, integritatis fideique ſanctiſsimæ, atque alij narrauere, remque multorum teſtimonio comprobauere. Cùm deſtinaſſet Emanuel rex eum Romam Pontifici Maximo donum ire, naui quam inſcenderet, iam inſtructa parataque ad profectionem, nullo vnquam pacto per aliquot dies fieri potuiſſe, vt Hanno vel duci ſe ad nauim, vel ſi quo modo adductus fuiſſet, eam vellet inſcendere, vſqueadeo auerſabundus profectionem huiuſmodi reformidabat. Cumque rex ea re ſuper ſolicitus admodum eſſet, magniſque pollicitationibus vnumquemque inuitaret, qui deducendi aſportandique Hannonis negocium ſuſcepiſſent, neque quiſquam nomen profiteretur ſuum, inſuſurratum eſt demum regijs auribus, eius belluæ magiſtri dolo hæc fieri, quippe qui puellæ cuiuſdam amore perditus, ægrè ferret, ſe in tam longinquas regiones ablegari, proindeque Hannoni perſuaſiſſet, ne ſe adduci pateretur abuehendum: quippe eum in loca ſterilia, inamœna & barbara, vbi ludibrio contumelijſque omnibus, tanquam hoſticæ terræ animal afficeretur, neque victui, neque ornatui eius vel neceſſaria, vel commoda ſuffectura: longum adhæc iter & incommodum, & vaſtum maris æquor arandum, vt ſatius eſſet, in qua tunc erat terra quàm primùm contrucidari, quàm per tot viarum difficultates, ad ærumnoſiſſimam denique vitam peruenire. Rex hac re cognita magiſtrum Hannonis ad ſe quàm primùm acceſſiri iubet, ſeque dolos eius comperiſſe dicit, ageret itaque vt intra triduum Hanno in nauim imponeretur, idque ni propere fie-

Zelotypia.

Gloria cupiditas.

Amor patriæ.

Lib. 39.

Lib. 2. Hieroglyph.

E F G H

A perè fleret, interminatus est actutùm se hominem extremo supplicio affecturum, vt alijs exemplo esset, qui mandatis regijs fucum facere ausi essent. Hac regis asperitate territus elephanti magister, cùm nullam in cunctatione salutem intueretur, discipulam belluam aggreditur, docet se maleuolorum quorundam fraude subornatum, qui & felicitati vtriusque inuiderent, & regi optimo malè obtemperantes essent; longè autem secus se rem habere, quàm illi mentiti essent. Siquidem non ad immania & effera loca profecturi erant, sed ad vrbem orbis terrarum dominam, amœno loco sitam, vbi rerum deliciarumque omnium, quotquot vel auidissimi cuiusque cupiditate expeti possent, copia fertilissima redundaret. Ibi esse principem, cui totus penè terrarum orbis assurgeret: apud quem is in delicijs habendus esset, & tanquam Lusciniæ pullus, lautitiarum, blanditiarumque affluentia nutricandus: proinde bono animo esset, secumque primo quoque tempore lætus & alacer nauem inscenderet, affuturos nauigationi deos, & cursum omnem incredibili felicitate prosecuturos. Ita Hannonem ab eodem magistro in aliam sententiam deductum, vbi signa data sunt, vltrà nauem conscendisse, neque vlla vnquam imperia toto itinere detrectasse. Quod verò historicus Dion pergere elephantes ad aquam perennem (πρὸς ὕδωρ ἀενὸν) ait, Cælius considerandum relinquit, an Plinius ἄενον ex authore aliquo ceu proprium nomen transtulerit, qua voce

Religio.
Li. 13. c. 18.

B deprauata Anulum librarij scripserint. Dignum, inquit, perpensione, quod scribit Plinius, elephantos in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen Anulo, misescente Luna noua, descendere, ibique se purificantes aqua circumspergi. At historicus Dion pergere elephantes ait πρὸς ὕδωρ ἀενὸν, id est perennem aquam. Verba Plinij hæc sunt: *Authores sunt in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Anulo* (aliàs Amilo) *nitescente Luna noua greges eorum descendere, ibique se purificantes solemniter aqua conspergi, atque ita salutato sydere in syluas reuerti, vitulorum fatigatos præ se ferentes.* Sanè Solinus, aliàs simia Plinij nulla vel Amili vel Anuli facta mentione, *Luna*, inquit *gregatim amnes petunt, mox aspersi liquore, Solis exortum motibus, quibus possunt, salutant, deinde in saltus reuertuntur.* Hinc illud Sannazari:

Dimmi qual fera è di si mente humana
Che s'ingenocchi al raggio della Luna?
E per purgarsi scende à la fontana?

Verebar autem, ne illud pro Solis legendum esset Lunæ, sed vtrumq; sydus ab elephantis venerari idem Plinius tradit. *Religio illis*, inquit, *syderum quoq., Solisq; ac Lunæ veneratio.* Et Iuba quoq; C referente Plutarcho scribit elephantos dijs vota facere, cùm se nemine docente mari lustrent, solemque orientem adorent, proboscide manus loco sursum erecta. Itaque etiam hoc animal dijs esse carissimum, vt Ptolomæus Philopater testatum fecit. Idem & Aelianus scribit, qui præterea ab interlunio recrescente Luna, elephantos ait se intellexisse, quadam naturæ recondita notione, ex sylua primùm, vbi pascuntur, ramos decerpere, eosque deinde sublimes ferre, tùm verò ipsos ad Lunam suspicere, ac leuiter mouere, tanquam supplicationem quandam Lunæ prætendentes, eis ipsa vt propitia existere velit. Adhæc Plinius asserit visos esse, cùm fessi sunt ægritudine, quando videlicet & illas moles infestant morbi, herbas supinos in cælum iacere, veluti tellure precibus alligata: (aliàs allegata.) Aelianus autem id eos moribundos facere scribit, cum etiam ad se sermonem permanasse inquiens, elephantos cùm ex vulnere siue id in bello, siue in venatione acceperint, vicini sunt ad moriendum, aut obuiam herbam, aut fortuitò obiectum puluerem alleuantes, in cælum suspicere, eumque puluerem herbamue iacere, & simul voce sua propria lamentari, & miserabiliter supplicare, tanquam Deum ob ea, quæ iniustè & indignè sustinent, obtestantes. Attamen idem hoc in ægritudine aliqua facere, verisimile est. Sunt enim teste Strabone multis morbis obnoxij elephantes, ijsque curatu prorsus difficilibus, & iuxta sensum humanum intellectum

Lib. de solert. animal.
Lib. 5. c. 49.

D habent, memoria pollent, & syderum seruant religionem & venerationem, vt Plinius ait: multaque alia quod ad solertiam, indolem, docilitatemque cum homine communia habere ex ijs quæ deinceps dicentur, patebit. Tantam autem huic belluæ cum genere humano societatem, tamque propè accedere ad hominis ingenium recentiores asserunt, vt Cicero, inquiunt, non vereatur affirmare, non paruam nationem hominum sensu ac ingenio esse multò inferiorem. Ego quidem hoc apud Ciceronem non reperio. Dicit tamen elephanto belluarum nullam prudentiorem esse, quamuis figura nulla sit vastior. Et aliàs nos ait elephantorum acutissimis sensibus ad vtilitatem nostram abuti. Testatur verò etiam Varremannus se quosdam vidisse elephantos, qui prudentiores sibi videbantur, quàm quibusdam in locis homines. Multa in primis de miro belluæ ingenio Plinius. Non solùm enim omnium quadrupedum subtilitatem animi præcipuam illis perhibent scribit, sed aliàs etiam animal esse ait proximum humanis sensibus: quippe intellectum illis esse patrij sermonis, & imperiorum obedientiam, officiorumque quæ didicere memoriam: amoris & gloriæ voluptatem: imò verò etiam quæ in homine rara, probitatem, prudentiam, æquitatem. Sed & Aristoteles elephantos sensu plurimum valere asseuerat, & reliqua sagacitate ingenij excellere:

Societas cũ genere humano.
Lib. de diuinat.
Lib. 2.
Ingenium.

cellere: & alicubi ait elephantum omnium ferarum mitiſſimum & placidiſſimum eſſe, quippe qui E
permulta officia & erudiat & intelligat. Ita & Strabo, elephanti, inquit, ſunt natura mites & manſueti, vt ad rationale animal proximè accedant. Vnde eſt, quòd Plinius eorum opinionem ridet, qui ex cutis duritie ingenij arguebant imbecillitatem. *Sunt*, inquit, *qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent, ſed cute operimentiſq. corporum magis aut minus bruta eſſe, vt oſtrea & teſtudines, boum tergora, ſetas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus, nec purum liquidumque transmitti: ſic & in homine, cùm craſſior calloſiorue excludat cutis, ceu verò non crocodilis & duritia tergoris tribuatur & ſolertia. Hippopotami corij craſſitudo talis, vt inde torneantur haſtæ, & tamen quadam ingenio medica diligentia. Elephantorum quoq. tergora impenetrabiles cetras* (alias ſetas) *habent, cùm tamen omnium quadrupedum ſubtilitas animi præcipua perhibeatur illis.* Alicubi etiam elephantum inter animalia ſapientiſſima cenſuri aſſerit, quia frugibus victitet. Non ſunt tamen omnes æque ingenioſi. Cùm enim tria ſint genera, vt ex Philoſtrato oſtendimus, paluſtres, montani & campeſtres, nouiſſimi hi præ cæteris ſunt eodem teſte manſueti, lenes & imitationis ſtudioſi. Sed & in hoc genere vero ſimile eſſe videtur, vt alij alios ingenio ſuperent. Tardi tarditatem ſuam diligentia ſuperare ſtudent: Plinius. n. author eſt, certum eſſe vnum tardioris ingenij in accipiendis quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu inuentum. Teſta- F
tur idem quoque Plutarchus his verbis. Alij in elephante hæc admirantur, quæ diſcens & condocefactus in theatris oſtentat: figurarum formas, inquam, & immutationes tanta varietate & ſubtilitate, non facile vt humana meditatione, retentione ac memoria poſſint æquari. Ego autem magis ex his, quos à ſua natura & nulla à diſciplina habet hoc animal, motibus cùm animi tum corporis, tanquam ſynceris & meris intellectum ei ineſſe animaduerto. Romæ cùm non ita pridem multi docerentur inſtitutiones admirabiles, gyroſque facere explicatu difficiles, quidam reliquis omnibus minus docilis, ob idque crebrò increpatus & caſtigatus, deprehenſus eſt noctu ſua ſponte ad lunam ſe exercens atque diſcens. Cæterùm examinemus modò, in quibus ingenij illorum ſubtilitatem tantoperè veteres celebrent. Pulchrè in primis nouerunt, cur a venatoribus petantur: vt ex hoc Plinij diſcimus: *Prædam ipſi in ſe expetendam ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis, quæ Iuba cornua, alij melius dentes appellant: quamobrem deciduos caſu aliquo, vel ſenecta, defodiunt*, ſic ille, tanquam inuidia quadam aut potius vindicta aduerſus hominem ducti id faciant, indicans. Quod autem abiecta cornua defodiant, & qua arte defoſſa à venatoribus inueniantur, docet Aelianus: In Mauritania quemadmodum quotannis ceruis, ſic decimo quoque anno cornua elephantis excide- G
re ſolere aiunt. Itaque hi cornua incumbentes, vſque adeò ea impellunt & defigunt in terram expoſitam in planitiem, quoad illa ipſa occultauerint. Nam præ cæteris camporum patentium æquora & paluſtria amant. Et alibi: Locum, inquit, in quem abſtruſerunt & repoſuerunt cornuum theſaurum pedibus exæquant & complanant. Terra autem quòd ſit feraciſſima, pòſt paulùm herbam proferens, abditorum cornuum aſpectum viatoribus adumbrat. Eorum veſtigatores, qui ſanè ad illorum inſidias & aſtus prudentes ſunt, in eum locum, in quem cornua defoſſa ſuſpicantur, vtribus aquam deportant, & verò alium aliò ex vtribus diſpertiunt & diſponunt, atq; ibi commorantur. Alius quidam dormiens, alius potans, alius cantiunculā canens ſuos amores meditatur. Quod ſi cornua alicubi prope defoſſa, quadam mirabili illecebra ex vtribus ſic aquam eliciunt, vt vaſa exiccent, & exinaniant. Ij autem qui cornua exquirunt, ſtatim ſine canibus ſagaciſſimè prædam odorati, locum illum perfodiunt, & optatum conſequuntur: ſi verò vtres permanſerint pleni, eos inde transferentes, aliò ſe conferunt. E contrariò quomodo venatorum illi inſidias herba euulſa per manus tradita ſibi inuicem prodant, docet idem Aelianus his verbis: Tum ſagaciſſimè odorantur, tum acerrimis ſenſibus exiſtunt: tum verò ex his partim aggredientes, partim ſubſequentes, ordinatim eunt, atque horum primus narium ſagacitate herbam ante pedes ſuos poſitam ſentiens H
humanis veſtigijs (à quibus maximopere ſibi timere dictum eſt,) eſſe tranſitam, eam euellit, & ei, qui à tergo proximus eſt, odorandam tradit; is rurſus alteri, qui poſt eum ſtat: ac deinceps per omnium quaſi manus ſagaciter contractatur; quoad ad illum ipſum qui extremum agmen ducit, peruentum fuerit: is ſimul ac olfecerit, barritum vaſtum edens, quaſi ſignum ad fugam dat. Hi tunc in conualles profundas, aut in loca concaua & paluſtria, vel ſi minus id concedatur, in nemoroſa campeſtria, ab eo loco iter auertunt, prorſuſque ſe totos auertunt ab his locis, quacumque frequentes homines iter facere ſolent, quod ab hominibus, vt animalibus ſibi infeſtiſſimis, timeant. De calliditate ipſorum elephantorum, qua vtuntur, cùm premuntur à venatoribus, vel in foueas ab eis factas inciderunt, ex eodem authore dicemus ſuo loco. Vt verò vnde digreſſa erat, reuertatur, oratio quòd ſcilicet non ignorent, cur petantur à venatoribus, Plinius rurſus alicubi, clariſſimè id teſtatur: *Circumuenti*, inquit, *à venantibus primos conſtituunt, quibus dentes illi exerti ſunt minimi, ne tanti prælium putetur: poſtea feſſi impactos arbori frangunt, prædaq. ſe redimunt.* Sic & Solinus: *Cum venatu premuntur, pariter confringunt vtroſq., vt ebore damnato non requirantur.*

Hanc

Margin notes:
Li. 11. c. 39. Cutis duritia quid præſtet.
Li. 8. c. 29.
Lib. de ſolert. animi.
Diſcendi promptitudo.
Noſcunt cur petantur.
Cornua defodiunt.
Vt venatorū inſidias fallunt.
Noſcunt cur petantur.

A *Hanc enim causam periculi præsentiunt.* Aelianus verò etiam ac si aciei instruendæ haud essent imperiti, elephantos tradit causam cur petantur prænoscentes, ex sese qui dente inutili sunt ante cæteros in prima acie constituere, ad primum hostium impetum sine magna iactura excipiendum; reliquos qui in subsidijs manent, dentium robore integri, auxilium fessis ferre. Eandem peritiam indicat Plinius, inquiens; *ubi equitatu circumuenti sunt, infirmos aut fessos in medium recipere; ac velut imperio ac ratione, per vices subire:* quem locum puto transcribens Solinus infirmos interpretatur vulneratos. *Conflictu mutuo si quando*, inquit, *pugnatur, non mediocrem habent curam sauciorum, nam fessos vulneratosque in medium receptant.* Alicubi etiam idem Aelianus scribit hanc feram motus quosdam bellicos edere, quasi ostendat, quod hanc etiam disciplinam seruet. Adhæc si quæ ad militarem scientiam pertinentia ignoret, ea edocta optimè exercet: adeo enim mansuescere eam Nearchus tradidit teste Strabone, vt lapidem ad scopum iacere, & armis vti, & optimè natare ediscat, ideoque maximam possessionem existimari elephantorum currum. Et Plinius vulgare fuisse ait per auras arma iacere non auferentibus ventis, atque inter se gladiatorios congressus edere aut lasciuiente pernicitate colludere. Indorum regem hostibus bellum inferentem refert Aelianus, bellatorum elephantorum triginta millia antecedere; tum verò maximorum & fortissimorum tria millia subsequi, ad hostiles muros ipso incursu euertendos institutorum: cùm enim rex iuberet, euertere: idque se Ctesiam audiuisse scribere: necnon & vidisse se Babylone, palmas ab ijs ad moderatoris sui iussum violentissimo impetu extirpatas. Iussa enim faciunt, vt Plinius ait. Iam verò viginti quatuor elephanti Indorum regi referente eodem Aeliano, permanent custodes, alternis vigilijs alij alijs in stationem succedentes tanquam cæteri custodes homines. Sapientia item quadam Indici ad vigiliarum disciplinam erudiuntur, ne inter custodias somnum capiant. Hi igitur ad vigilias agendas præstantissimi excubitores, & à somno inuictissimi & secundum homines illic fidissimi sunt. Discunt præterea reges honorare atque adorare. Aristoteles enim, cùm dixisset elephantum permulta officia & erudire & intelligere, quasi id parum esset subiungit, & regem adorare condiscit; & Plinius quasi hoc insigne magnumque sit docilitatis argumentum: *Quod ad docilitatem*, inquit, *attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt.* Iosephus Barbarus in suo itinerario in Persiam, describens quoddam conuiuium Persarum, cui ipse interfuit, tradit inter spectacula aliorum animalium duos etiam productos fuisse elephantes, qui cùm in conspectu Assambei regis Persarum venissent, ad certa quædam ductoris verba, rectà ipsum intuebantur & quadam grauitate non indecenti caput inclinabant, reuerentiam illi exhibere simulantes. Cum Pontifex Leo X. è fenestra spectaret Indicum illum elephantum miræ magnitudinis, quem Emanuel rex Lusitaniæ anno 1513. ei dono miserat, ille ter genibus flexis & demisso corporis habitu venerabundus salutauit, quod non mediocrem admirationem (inquit Orosius) spectantibus incussit. Tum proboscide in dolium ingens aqua refertum immissa, aquam hausit, qua omnes quæ in fenestris altioribus insidebant, aspergebat. In plebem deinde conuersus, eam aqua, quasi ludum exhibere vellet, immodicè persudit. Cassiodorus asserit, quòd omnem intelligentiam quadrupedum superat, non dubitare elephantem primo aspectu adorare, quem cunctorum intelligit rectorem esse, & si tyrannus appareat, inflexum permanere, nec imponi ei posse, hoc & malis pendere, quod à se nouit bonis principibus exhiberc. Quamobrem ceu Cæsaris adulator sic de elephante ipsum adorante Martialis cecinit:

Belli peritia. *Custodiunt reges.* *Reges cognoscunt.* *Lib. 9.* *Lib. 10. Var.*

Quod pius & supplex elephas te Cæsar adorat,
Hic modo qui tauro tam metuendus erat;
Non facit hoc iussus, nulloque docente magistro,
Crede mihi numen sentit & ille tuum.

D Doceri autem etiam elephantem, vt regem adoret, testem habemus Aelianum; Elephantus (inquit) Indorum regem ad forum euntem, primus adorat. Huic præest rector, qui illum huius instituti commone facit, ipsique memoriam disciplinæ instrumenti, quo illum moderatur, pulsu atq; voce Indorum propria renouat, cuius natura quadam admirabili recondita elephantes intelligentes sunt. Idem Aelianus ait non solùm sua eos nouisse nomina, sed & linguam Indicam intelligere. Atqui Ioannes Metellus testatur elephantis Zeilanæ insulæ in India omnium maximis & optimis, summique ingenij & quibus reliquos obedientes esse ferunt, non modò vernaculam, sed etiam peregrinas linguas si doceantur, intelligere. Adhæc Mutianus ter consul author est, referente Plinio, elephantum quendam & literarum ductus Græcarum didicisse, solitumque perscribere eius linguæ verbis: Ipse ego hæc scripsi & spolia Celtica dicaui. Quæ verba si Græcè scribantur, versus heroicus, vt Sipontinus citat, constituitur hoc modo. Αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔγραψα λαφυρά τε Κέλτ' ἀνέθηκα. Similiter quoque Aelianus testatur se vidisse elephantum, qui rectè & ordine in tabula quadam Latinas literas scriberet, cùm tamen docentis manus subijceretur ad literarum figuram & linamentum instituens ipsum animal: cumque elephantus scriberet, animaduertisse quòd eius oculi

Regem adorare docētur. *Linguam patriam intelligunt.* *Legunt & scribunt.*

immoti eſſent & deiecti, vt grammaticum quendam diceres. Peruagatum etiam eſſe tradit Oppianus, elephantos inter ſe loqui,

Φθογγὴν ἐκ στομάτων μεροπηΐδα τονθρύζοντας·

Eorum verò locutionem non omnibus quidem ſed ſolis domitoribus notam eſſe: hodieq; in prouincia Malauar vulgo credi Acoſta affirmat, elephantos mutuo ſeſe intelligere, fuiſſeq; aliquando quendam ex ijs locutum. Admiramur nos paſſim homines funambulos ſeu funerepos, vt Terentius, Meſſala & Apuleius vocant, Græci σχοινοβάτας dicunt, quales tamen olim apud Romanos fuiſſe elephantos legimus, & non ſolùm per funes inceſſiſſe, ſed quod maximè mirum, & aduerſis (Plinij verba ſunt) quidem funibus ſubiere, ſed regredi magis vtique pronis. Quam rem velut incredendam & fabuloſam non ſine riſu (inquit Petrus Crinitus) quidam exceperunt, maioribuſque ſibilis contempſerunt. Quod ego apud ignaros homines, ſordidiſq; & viliſſimis officijs occupatos, pro tempore diſſimulandum exiſtimaui. Sed in tanta rerum, animantiumq; varietate, nihil tam ſummum, aut tam mirum videri debet, quin & eſſe id poſſit, & credi iure optimo oporteat, (vt eſt author Ariſtoteles) pro mirifica & ſingulari naturæ maieſtate, quod in his præſertim accidere par eſt, quæ optimis quidem authoribus ac honeſtis teſtimonijs nituntur. Nam quod elephantes ipſi per funes incedere, atque ambulare diſcant, non alijs quidem verbis à nobis probari debet, quàm Annæi Senecę, qui ad hunc modum in epiſtolis, *Leonibus (inquit) manus magiſter inſerit, oſculatur tigrim ſuus cuſtos, elephantem mimus Aethiops iubet ſubſidere in genua, & ambulare per funem*. C. verò Plinius & aduerſis funibus eos ſubire teſtatur, & regredi magis pronis. Hæc ille, ſed & alij veteres meminerunt, vt Suetonius in Galba: *Honoribus (ait) ante legitimum tempus ipſius miſſis, prætor commiſſione ludorum Floralium nouum ſpectaculi genus elephantos funambulos edidit*. Meminit & Fl. Vopiſcus in vita Carini. *Memorabile maximè & Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quod ludos Romanos nouis ornatos ſpectaculis dederunt, quos in palatio circa porticum ſtabuli pictos vidimus, in quo elephantes funambuli introducebantur*. Sed & Dion Caſſius in Nerone, ait hoc principe in honorem matris ludos Romæ faciente, introductum fuiſſe elephantum in theatrum, cumq; conſcendiſſe in ſummum fornicem, atque inde etiam cùm ſeſſorem rectoremq; ſuum humeris ferret, paratum ibi funem, omni ſpectante populo, inambulauiſſe, vti (inquit) fuerat edoctus, non aliter atque inambulent homines, quos funambulos appellamus. *Illa verò vel ad ridiculè inſaniendum ſpectatorem inducere poſſint*, inquit Aelianus, *in theatri arena humiles lectos* ſpectare, vario ſtragulo textili, & magnificis operibus picto ornatos: lauta item pocula & argēteas crateras, aureaſque, permulta aqua repletas, menſaſq; magnificas, tāto pane & carnibus extructas, vt vel edaciſſimorum animalium ventrem implere potuiſſent; omnibus ita rectè apparatis, conuiuæ intromiſſi ſunt elephantes mares ſex, virili veſte induti, totidemq; fœminæ, ſtola muliebri ornatæ, decorè epulis accubuere, ac in menſam promuſcides tanquā manus porrexerūt, ſummaq; cū modeſtia epulati ſunt: neq; ex ijs quiſpiā viſus eſt vorax, neq; maioris partis rapax. Cùm eſſet bibendum, vnicuiq; cratera exhibebatur, & hi quidē promuſcidibus potionē haurientes, moderatè bibebant: deinde circūſtantes leuiter & feſtiuè, ſine contumelia aſpergebāt. Eſt itaq; *in tanta corporis mole* admiranda agilitas, ſed quæ longè maior videbitur, ſi ex Plinio dixerimus *plenis* hominum triclinijs accubitu, iſſe per lectos, ita libratis veſtigijs, ne quis *potantium attingeretur*. Idem tradit lecticis quoque tuliſſe, quaternos ſcilicet ſingulos *puerperas imitantes*. Ac tandem cùm ſit beluarum maximus aſpectuque admodum terrificus, & *pedibus inſuper* craſſiſſimis, choreas tamē etiam ſaltationeſque egregiè didiciſſe, idque ad numerum legimus. Ad numerum ſaltare (inquit) Aelianus, tibiæ auditione demulceri, curſum tardare ad ſoni tarditatem, ſeque remittere ad remiſſionem tibiæ: ruſus cùm acutè ſonans impellit, feſtinare, diſcendo aſſequi perfectè elephantus ſolitus eſt. Neque verò natura modò illum ſumma ex omnibus animalibus magnitudine ornauit, ſed & diſciplina manſuetum & tractabilem edidit. Elephanto ad morum conſuetudinem & facilitatem erudito, nihil mitius, nihil ad id quod volumus, obtemperantius eſt. Cum Tiberij Cæſaris nepos Germanicus gladiatorum ſpectaculum edidit, plures iam grandes vtriuſque ſexus elephanti Romæ erant, è quibus alij plerique generati extiterunt, quorum artus interea dum committebantur, & confirmabantur, & membra infirma conglutinabantur, peritus vir ad pertractandos eorum ſenſus, animoſque, nunc eos diſciplina manſuetiori, nunc terroris & mirificæ verberationis plena excipiens, erudiebat. Primùm enim eos maxima lenitudine & mellitudine, cibos nimirum illecebris & varietate ſuauium inuitamentorum refertos indulgens, ad diſciplinam informabat, vt ſi quid eſſet agreſte, expelleret, ex feritate ad manſuetudinē, & quaſi ad humanitatē quandam transformaret: ſicque eis moderabatur, vt feritate expulſa diſciplinis & muſicæ ſtudio operam darent, tympanorum ſono nihil exterrerentur, pedum ingruentium ſtrepitum cantumq; miſcellaneum ferrent: eos præterea exercebat ad non formidandam hominum multitudinem. Illa verò virilis diſciplina, non ad grauem plagarum ictum excandeſcere coactos membrum aliquod ad ſaltandum flectere,

Funambuli.

Lib. 5. c. 13.

Conuiuātur humano more.

Agilitas mira.

Choreas ducunt.

A ſtere, non rabioſè (cùm eſſent maximo robore prædıti,) incitari. Cum magiſter elephantorum
ſpectaculum edidit, ij tempore ſuo ſpecimen dederunt, ſe rectè inſtitutos eſſe, illumque in ijs [illegible]
erudiendis non operam perdidiſſe oſtenderunt: nam duodecim numero theatrum ingreſſi, com-
poſito gradu incedebant, ac toto corpore diffluebant, tãto ornatu, nimirum ſtolis ſaltatorijs induti,
ſolaque magiſtri ſignificatione vocis ordinatim inſtructi, vt ferunt, gradiebantur. [illegible],
ſi illis hoc imperaretur, in orbem ſaltabant, eundemque orbem ad imperantis vocem repetebant,
atque nunc flores pauimentum ornabant ſpargentes, nunc modeſtè pedibus terram pulſantes mu- *Lib. 1.*
ſica moderatam ſaltationem vna conſenſione obibant. Hucuſque Aelianus. Meminit quoque ha-
rum chorearum Martialis, cùm ait:

Et molles dare iuſſa quòd choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro.

Iam & ipſi elephanti mimi, magiſtriuè officium exhibent, & alijs ſalientibus, choreaſq; ducentibus
præcinunt, dum modò verum eſt, quod Arrianus ſe vidiſſe teſtatur. Vidi ego (inquit) aliquando *Alijs præci-*
elephantum cymbalum pulſantem, alijs ſaltantibus duobus cymbalis ad anteriora crura appenſis, *nunt.*
alioque ad proboſcidem alligato. Ipſe alternatim proboſcide cymbalum in numerum ad vtrumq;
B crus pulſabat: reliqui in gyrum choreas ducebant, & ſublatis flexiſq; prioribus cruribus in nume-
rum etiam procedebant, prout is qui cymbalum pulſabat, ſono præibat. Sunt autem ſuapte na-
tura muſicæ apprimè ſtudioſi. Certè ex Strabonis doctrina (inquit Cælius) didicimus, elephan- *Muſicam*
tos cantu mulceri & tympanorum ſono: & Porphyrius in tertio eorum librorum, quibus deterruit *amant.*
ab abſtinendo à carnibus, affirmauit & equos & elephantos demulceri fiſtulis & tibijs. Tradit au- *Lib. 9. c. 2.*
tem Arrianus elephantos cùm præ dolore & vulnere pabulo abſtinent, ab Indis circumſtantibus,
tympanorum ac cymbalorum pulſu, cantuq; exhilarari, & demulceri: imo verò Indicos aiunt om-
nium ferociſſimos, adeò vt difficulter cicurari poſſint, ad inſtrumenti muſici pulſationem cantilena-
rumq; modulationes animum intendere, aureſq; ad audiendum arrigere, atque hinc ita demulceri,
vt nullo alio commento efficacius comprimant ferocitatem. Cæterùm quantopere muſica alliciã- *Medici ſūt.*
tur, in domandi ratione præcipuè apparebit. Iam verò & medicinam, quæ manibus adminiſtratur, *Lib. de ſo-*
exerceri ab hiſce feris tradunt, vt Plutarchus refert, Vulneratis enim adſtantes contos, lanceas & *lert. anim.*
ſagittas facilè & abſque damno aut laniatione euellunt: qualequid de Poro rege etiam recitaui-
mus. In venationibus, ſi quis eorum fuerit vulneratus, cæteri aloes lachrymas vulneribus illinen-
C tes, tanquam medici ægrotantibus aſſiſtunt, vt ſcribit Philoſtratus; ſunt verò ſibi ipſis etiam medi-
ci, chamæleonte enim concolori fronde deuorato, occurrit teſte Plinio, oleaſtro veneno ſuo: quod
remedium homines ab eis accepiſſe innuit his verbis Solinus: Si quis caſu chamæleontem deuo-
rârit, vermem elephantis veneficum, oleaſtro ſumpto peſti medetur. Cum verò à ſole æſtus ad- *Vt calorem*
modum intenditur, vt fit in æſtate, tum ad calorem frangendum inter ſe craſſo aiunt cœno perfun- *vitent.*
di, quo partim vim caloris depellant, partim vel vmbroſis ſpeluncis, vel arboribus, quæ ramorum
frequentia eos opacare poſſint, refrigerentur. Aelianus etiam tradit apud Indos tractum eſſe, cui
nomen ſit Phalarus, quaſi latinè caluus, eumq; ita appellari, quòd qui herbam in eo naſcentẽ guſta- *Noxia ſibi*
uerit, & pilos & cornua amittat: itaq; elephantos niſi cogantur, non accedere ad locum illum, imò *noſcunt.*
verò propè cùm acceſſerint, perinde atque homines prudentiſſimos, ab omni illius lòci germine re-
fugientes, pedem referre. Idem ait, cùm ab Indis hominibus arborem radicitùs extrahere cogun-
tur, non prius ad eam extirpandam aggredi, quàm quateſecerint ac tremefecerint arborem: ſic pe- *Vt arbores*
riclitantes, euerti ne poſſit, an omnino inuictam ab impetu ſe ſit præſtatura. Effodiunt autem ar- *extirpet.*
bores vno dente tantum. Nam ſi eidem Aeliano fidem adhibemus, dentium alterũ acutum ad
propulſandas iniurias ſeruant, altero radices effodiunt, & arbores extirpant. Cùm verò, vt idem
D Aelianus ait, omnia bene olentia ament, vnguentorumque & florum odore permulceantur, flores
eis dari alicubi etiam narrat, necnon & in prata ad legendos flores, quia ſuauitatem odorum am-
plexentur, agi: ipſo enim odore flores internoſcentes colligere, atque etiam hos lectos in calathum
inferre, quem eorum rector ſuſtinet. Poſtquam hunc floribus compleuerint, tanquam vindemia
facta, lauatione ſimiliter atque homines lautos, delectari. Vt verò ea vſi reuerterint eò, vbi qua- *Floribus de-*
ſillum floribus plenum reliquerint, expetere: quod ſi rector afferre tardauerit, barritum edere, *lectantur.*
neq; prius cibum ſumere, quàm eis quiſpiam quos collegerint flores, attulerit, eos allatos de qua-
ſillo tollentes ſui præſepis labra ornare: Hanc nimirum cibo ſuauitatem ex his bene olentibus com-
parantes, ſtabulum, vbi diuerſantur, floribus permultis ſternere. Celebratur præterea in tranſilien- *Vt foſſas trã-*
dis foſſis calliditas: Cum enim tranſeunt profundas & difficiles ſuperatu, is qui inter cæteros robu- *ſiliant.*
ſtior fuerit, & maior (inquit Tzetzes) ſtans medius tanquã pons, trãſmittit oẽs: alij autem ingerẽtes
deinde ſarmẽta multa foſſę, ſeruãt eum, per quẽ traiecti ſunt. Idẽ quoq; Aelianus memorat his ver-
bis. Cũ elephãti foſsã trãſilire nõ queũt, de his vnus aliquis in hãc ſeſe demittit, & trãſuerſus foſsæ
ſtãs, partim vacuitatẽ occupat, partim põtis ſe vicariũ pręſtat. Cęteri ſupra hũc gradiẽtes trãſmittũt,

Pp 2 & eua-

& euadunt, ſimul & eum, qui pontis loco erat, hoc modo ex foſſa conſeruant. Superiore enim ex loco quiſpiam porrigit pedem, quem is, qui intra eſt, promuſcide circumplicat, reliqui autem virgultorum faſces deijciunt, ad quos ille, cùm fortiſſimè, tùm craſſiſſime pedibus adnitens, celeri aſcenſu ſubtrahitur. E

Lib. de ſolert. animal.

Plutarchus hinc mutuum eorum amorem colligens: Societatis & commercij, inquit, vim non abſque intellectus ſenſu elephantos oſtendere, Iuba author eſt: foſſa ducta, eaque fruticibus paruis & humo leui obtecta, venatores his ſtruunt inſidias. Huc igitur quoties decidit aliquis, cæteri quicumque comitantur, congeſtam vndique ſyluam ſaxaque inijciunt, dum cauo foſſæ expleto egreſſus captiuo detur.

Vt fluuios tranent.

In trajciendis amnibus non minorem quoque ſolertiam oſtendunt, nam vt ibidem Plutarchus ſcribit; Traraijcit prior, cæteris hoc ſeſe dans, natu ſimul & mole minimus: cæteri interea ad ripam aſtant, quantumque flumen illc magnitudine ſuperet, ſpeculantur: quæ res exercitui reliquo non dubiam ad traijciendum ſpem facit. Meminit etiam huius ſolertiæ Plinius, ſed clariùs rem enarrat. *Amnem* (inquit) *tranſituri minimos præmittunt, ne maiorum ingreſſu atterente alueum, creſcat gurgitis altitudo.*

Pabuli conſueti quantitatem agnoſcit.

Vt verò ad manſuefactos reuertamur, hi non ſolùm conſuetam quantitatem pabuli qualitatemq; & callēt & meminerūt, ſed ſi vel diminutum vel vitiatum fuerit a curatore, egregie, mirabilique aſtu id hero indicare nouerūt: ſuper qua re F luculentiſſimas haſce hiſtorias recenſet Plutarchus: In Syria elephantum, inquit, ſcribit Agnon, cùm in ædibus cuiuſdam aleretur, ac ſeruus, qui additus curator erat, de demenſo quotidie ſubtraheret, dimidioque belluam fraudaret: ſed enim hero iam aliquando præſente conſiderante que demenſum totum ſolueret, toruè tuentem, ac promuſcida contrahentem, hordei partem additam repuliſſe, ac quam exactiſſimè ſeperauiſſe, ſerui iniuriam hoc nimirum pacto ad herum deferentem. Alium verò cùm lapides & terram magiſter ad explendam menſuram pabulo miſcuiſſet, ipſum ex foco correptum cinerem in ollam magiſtri, elixis iam carnibus inieciſſe. Narrat hanc eandem etiam hiſtoriam Aelianus, ſed paulo aliter. Cùm is, inquit, qui hordeum huic admetiendi procurationem habebat, hordei partem ſubtraxiſſet; illiuſque in locum lapidibus ſuppoſitis ipſi debitam tamen menſuram cumulatè ſeruaſſet, vt dominum vtriuſque, ſi quando vidiſſet, falleret: elephantus videns eum, qui ſibi debitum fraudabat, polentam coquere; primùm promuſcide pabulum collegit, deinde in ollam infudit, ſicque ſolerter iniurijs iniurias ſibi illatas vltus eſt. Hæc ille, quæ minus miramur, ſi verum eſt, quod ſcribit el ſcutus quidam, videlicet farinam minutiſſimo puluere permixtam optime ſeparare, ita quod farinam in paſtum colligens nihil admittit de puluere. Idem cùm ipſius rector hora conſtituta illi cibum non præberet, de mora conqueſtus eſt, vt tradit Acoſta; rector verò id accidiſſe aiebat, quod lebes, in quo cibum illi coquere ſolebat, pertuſus eſſet, proinde cū ad cacabarium deferret reſarciendum: fert eum elephas: cacabarius cum negligentius reparat, rector elephantum obiurgat, eumque contumelioſis verbis afficit, atque ad cacabarium cum lebete remittit, vt diligentiùs reſarciat; is verò de induſtria lebetem reparare ſimulans, rimam auget, & elephanto reddit, qui lebetem promuſcide ſumens ad flumen defert & aqua implet, quam dum effluere conſpicit, magis pertuſum lebetem eſſe intelligit, & ante cacabarij ædes refert, magno barritu intonans: concurrunt regiorum negociorum præfectus & alij multi: cacabarius blandis verbis veniam ab elephanto petens lebetem probè reparat, eique reſtituit; ille verò minimè ei fidens, in omnium conſpectu ad flumen redit, aquamque haurit, quam dum videt non effluere, lebetem oſtendens aſtantibus, quaſi eos rei teſtes eſſe cuperet, ad rectorem ſuum refert. Atque iſthæc ſunt, quæ huculque de elephantorum moribus, ingenio, docilitate ac ſolertia ex diuerſis authoribus collegi, quibus modò cum ex diametro opponitur vetuſtiſſimum adagium, ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδὲν, id eſt, *ab elephante differs nihil*, quod videlicet dicebatur in magnos & ſtupidos, nihil vel tantillum ſaltem præiudicij facit: nam præterquam quod præcipuam ingenij laudem ita ei attribuant veteres, vt inter bruta, corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. H

In Pſeudo.

In milite glor.

Ad quod alluſiſſe videtur Paleſtrio Plautinus, qui herum ſuum elephanti corio circumtectum ait, non ſuo, nec plus habere ſapientiæ quam lapidem: & apud eundem Artotrogus paraſitus Pyrgopolicem militem glorioſum vocat elephantum, quaſi magnam beſtiam, & quod ſit ſtolidus & hebes:

Eccum edepol, vel elephanto in India
Quo pacto pugno perfregiſti brachium

Atque ita quoque Philoſtratus intelligi debet, dum neque elephanto, neque dentibus eius quicquam cum lyra eſſe dixit, neque quidem cum peritis viris, cuius hæc Amphione verba ſunt, quæ quidem ideo græce ponere libuit, quod in impreſſis exemplaribus corrupta legantur: ἐλέφας οὐδαμοῦ τῆς λύρας, οὔτε οἱ ἄνθρωποι εἰδότες ὅτι αὐτῷ τῷ θηρίῳ, ἀλλ᾽ ὅτι τοῖς χρήμασι αὐτοῦ χρῶνται. Sic & Tertull. elephantum vocat beſtiam inſulſiſſimam.

DOMAN-

A

DOMANDI ET CAPIENDI RATIO.



LEPHAS senex teste Aeliano efferacior est iuuene, & haud facilè capitur;& minores quoque natu capere operosum est, quandoquidem a maioribus, qui eos tuentur, non facilè relinquuntur. Quam diuersis tamen modis capiantur, ex ijs quæ subinde recitabimus, manifestum euadet. Nonnulli Aethiopiæ vicini absq; vllo discrimine elephantos arte superant, (inquit Diodorus Siculus) Consueuit hoc animal cùm à pascuis plenum redit, dormitum proficisci, plurimum natura ab reliquis quadrupedibus diuersa. Non enim genu corpus flecti ad terram potest, sed arbori hærens dormit. Arborem elephantis adhæsione tum attritam, tum sorde plenam aduertentes incolæ iuxta humum secant, vt tamen nisi impulsa cadat. Deinde sui accessus vestigia ad ea loca delent, subitò abeuntes priusquam bestia ad somnum redeat. Elephas vesperi cibo plenus ad notum cubile profectus, omnique mole sectæ hærens arbori, statim vna cum ea ad terram prosternitur. Resupinus tota nocte iacet, cùm se erigere nequeat. Aethiopes die ad locum accedentes, absque periculo bestiam occidunt, tabernaculisque ibidem erectis moram trahunt, quoad animal sit absumptum. Sic ille. Sic autem capi etiam Strabo meminit: Nonnulli, inquit, arbores notant, quibus elephanti accumbere solent. Accedentes itaque ex altera parte truncum recidunt, cui cùm bestia inhæserit, pariter cum arbore ruit; cumque surgere nequeat, propterea quod crura continuum & inflexum os habeant, ex arboribus desilientes illum obtruncant. Sed & D. Ambrosius, cùm dixisset ceruicem minorem esse, quàm poscat tanti corporis moles, ne ea quoque oneri magis esset, quam vsui: ideoque (inquit) nec genua flectunt, quia rigidioribus opus fuit cruribus, quò velut columnis tanta posset machina sustineri. Calcaneum leuiter inculcat, rigent cætera pedum à summo vsque ad imum. Nec sicut in anchylas nos sæpe imponimus, ita se etiam bestia potest tanta inflectere, meritoque non voluit se, neque recubandi vsum cum cæteris animantibus potest habere communem. Fulcitur hinc inde trabibus maximis, vt in somnum aliquantulum sine periculo reflectatur, quia pedes eius nulla artuum cöiunctione distinguuntur. Mansuetis igitur veluti quædam fulcra eorum, quibus hic vsus est, parantur ingenio: feris autem & agrestibus quia nemo huiusmodi, quibus sustentari queant, fulcra substernit, hinc venit vsus periculi. Namque arbori innixi aut costas fricant, aut in somnum sese relaxant: hæc nonnunquam victa atque inflexa tanto corpore frangitur: ille verò qui sese in eandem refuderat, corruit, nec erigere atque eleuare se potest, ibique iacens interit, aut gemitu suo proditus sternitur, dum ventre cæterisque iuxta mollioribus ad vulnus patet. Nam dorsum eius cæteraque exteriora non vlla facile solent tela penetrare. Sunt autem qui propter ebur has illis insidias parent, vt arbores eas, quibus se applicare consueuerint, ex alia parte, qua infrequentior vsus eis sit, aliquantulum recidant, vt reflectente se elephanto pondus membrorum eius sustinere non possint, ruinamque eis arcessant. Sed si quis ista reprehendit, reprehendat etiam altitudines ædificiorum, quæ citius grauem minantur ruinam, & difficiliùs rupta reparantur. Similiter Cassiodorus seu potius Theodahadus rex scribens Honorio Romanæ vrbis præfecto, vt æneum elephantum, qui Romæ ruinam minabatur, reficeret, aluum quoque, inquit, demissam subdito pariete, corroboret: ne illa magnitudo mirabilis soluatur turpiter in ruinam. Nam & viuis ipse casus aduersus est: qui dum ingenijs cubationis arte hominum succisis arboribus ingentia membra commiserint, toto pondere supinati, nequeunt proprijs viribus surgere, quos semel contigerit corruisse: scilicet quia pedes eorum nullis articulis inflectuntur, sed in modum columnarum rigentes, atque incurabiles iugiter perseuerant. Ibi tanta mole prostrati sunt, vt tunc magis metallicos possis credere, cùm se viuos aspicias non mouere. Iacent superstites similitudine cadauerum: mortuos putes, quos viuos esse non dubites, & more cadentium fabricarum, nesciunt locum sponte relinquere, quem suis membris potuerint occupare. Magnitudo illa terribilis, nec formicis minutissimis par est, quando beneficium non habet naturæ, quod vltima animalia videntur meruisse. Sic ille. Quantoperè autẽ musica delectentur elephanti, iam dictum est, & mox etiam dicetur. Hæc eisdem quandoq; perniciem affert, dũmodo verũ est, quod Physiologus quidam, vti recitat Bartholomæus Anglicus, scribit his verbis: Apud Aethiopes in aliquibus regionibus sic venatur. Accedunt ad deserta, vbi duæ virgines omnino nudæ habitant, & crinibus resolutæ, quarũ vna fert alueolum, alia gladiũ: incipiunt autẽ alte cãtare, quarũ cantũ audiens bestia venit ad eas & lingit earũ mãmas, & de dulcedine autẽ cantus mox obdormit elephas, & tunc vna perforat gladio guttur, vel latus, altera verò colligit sanguinẽ eius quo tingitur pãnus qui purpura appellatur. Alterius verò ac planè diuersę venationis scite admodũ meminit Strabo, elephantorũ venatio, inquit, hoc modo fit: locum aliquẽ purgatũ quatuor aut quinq; stadiorũ, pro-

Lib. 4. c. 3. (margin)

Vt dormientes capiãtur. (margin, B)

Lib. 6. Hexam. ca. 5. (margin)

Elephas Eneus. (margin)

Musica capi. (margin)

Li. 18. c. 43. (margin)

Lib. 14. (margin)

Margin letters: B (beside "nitur. Resupinus tota nocte iacet"), C (beside "nemo huiusmodi"), D (beside "inflectuntur").

Vt elephantes cicures capiãt feros. profunda foſſa circumdant, tum ingreſſum ponte anguſtiſſimo iungunt, deinde tres aut quatuor elephantes fœminas ex manſuetis immittunt, ipſi in tigurijs occulti inſidiantur, per diem: ſylueſtres non accedunt, per noctem autem ſingulatim introeunt, quibus ingreſſis venatores clam aditum occludunt: poſtea nonnullis ex domeſticis certatoribus fortiſſimos inducentes cum illis pugnant, ſimul etiam eos fame macerãt. Quum verò iam defeſſi fuerint, aurigarum audaciſſimi clam deſcendentes, quiſque ſui elephantis vterum ſubeuntes, compedes illis inijciunt, quo facto domeſticos exhortantur, vt victos verberent, quouſque in terram cadant, poſtquam ceciderint, bouillis loris illorum colla cum domeſticis alligant, &, ne aſcenſores excutere poſſint, colla circumcidentes in cæſuris vincula imponunt, vt præ dolore vinculis cedant, & quietem agant. Nam collum circumacturis vulnus fune atteritur. Proinde agnoſcentes infirmitatem ſuam vincti ducuntur à manſuetis. Eorum autem, qui ſunt ætate vel infirma vel exacta, dimittunt, reliquos in ſtabula abducunt, & pedibus inuicem iunctis & collo ad columnam validam, fame domant, deinde aut herba aut viridi arundine paſcunt. Hi moleſtia afflicti, pabula recuſant ſumere: illi verò cantibus eos & tympanis & cymbalis demulcent ac deliniunt. Hæc itaque Strabo, quæ omnia ſimiliter leguntur apud Arrianum. Rex Peguanus etiam pulcherrimam habet capiendi elephantos rationem, vt ſcribit Gaſparus Balbus Venetus in itinerario ſuo in Indiam Orientalem. In vrbe Pegù, inquit, F ingens eſt ſeptum, elephantis capiendis ſolummodo deſtinatum, ex arborum caudicibus conſtans duris, robuſtiſque, columnarum craſſitudine, inuicem non omnino contignis, ſed elephantis, vt egreſſum vel ingreſſum prohibeant, homo verò & ingredi & egredi queat. Tertio ab vrbe lapide, ſylua eſt ingens, elephantis feris abundans: ad quos capiendos, Rex elephantos fœminas aliquot cicures, & venationis huius peritas, & quæ humanum ſermonem pulchrè intelligunt, mittit, odorifero prius quodam oleo perunctas. Illi enim harum amore capti & illecebris, quo ducuntur, proſequuntur. Hæ itaque præeuntes pedetatim per arborum denſitatem, in qua venatores etiam deliteſcentes, eas quid agendum ſit, docent, vrbem petunt. Interea ciuibus, vt ſeſe domibus abdant, iamque adduci feros elephantos, & ad vrbem appropinquare, ſono aliquo edito ſignum datur. Hærent primò feri, iam ſyluas egreſſi, & tanquam inſidias metuentes ſubſiſtunt; tandem verò dum credunt, propinquam eſſe aliam ſyluam, iter proſequuntur, præeuntibus ſemper fœminis; quæ vbi ad ſeptum peruenere, per portam introẽunt, ſequuntur illi, & cùm ingreſſi ſunt, cataracta portæ ab alijs venatoribus in ipſo ſepto occultatis dimittitur. Mox fœminæ captatrices ſtabula huic rei deſtinata, & ea magnitudine, vt ſingulas ſingula capiant, occupant, & dimiſſis cataractis à feris ſeparantur: qui vbi eluſos ſe captoſque agnoſcunt, præ dolore inſanientes, duabus terniſue horis continuis, flent, plorant, mugiunt, modoque in hunc, modoque in illum venatorem impetum faciunt, nocere tamen non poſſunt, quando ille per columnarum ſepti ſpatia, quæ propter anguſtiam elephantos arcent, vt dictum eſt, effugit, & elephantos fallit; quare in ipſos ſtipites ſæpenumerò tam fortiter irruunt, vt dentes ſuos etiam confringant. Tandem labore delaſſati, ſudoreque madidi, necdum tamen animum deſpondentes, cùm ſe lædere illos non poſſe vident, proboſcide ori indita, tantum aquæ ex corpore ſuo hauriunt, vt circumſtantes omnes inundent. Ita delaſſatis rurſus fœminas obijciunt, ſinguli à ſingulis in ſtabula pertrahuntur, quæ cùm niſi vnicum elephantem capiant, fœminæ præeuntes intrant, & per aliam portam exeunt, mares demiſſis vtrobique cataractis detinentur, atque vinciuntur. Hactenus ille. *Albertus* (ex Auicenna, ni fallor) tradit accepiſſe ſe ex ſene quodam fide digno, Indos facere foueas, in quas eſca illiciente (vtor eius verbis,) elephanti aliquando incidant, illapſum venatorum aliquis accedens flagro vehementer afficit: tandem alius ſuperuenit, qui ſe elephanto oſtendens percuſſorem illum tanquam cum increpatione & violentia ab elephanto reijcit, & mox elephante in fouea relicto diſcedit: redit percuſſor, & rurſus flagellans ab altero ſuperueniente repellitur. Hoc ſæpius iteratur, ita vt H elephas tandem agnito liberatore ſuo, conſpectu eius gaudeat: quo animaduerſo aperitur ei via fodiendo, qua poſſit egredi de fouea: egreſſus ſequitur liberatorem ſuum, eique paret. Et hoc idem (dicit) narrauit mihi vir fide dignus, qui regionem illam peragrauerat, addens percuſſorem elephanti horribili colore faciem & caput pingere, & habitu vti alieno, ne poſtea ab elephante cicurato agnoſcatur, & in periculo vitæ ſit. Sed & Africa teſte Plinio foueis elephantos capit, in quas deerrante, inquit, aliquo protinus cæteri congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres conſtituunt, omnique vi conantur extrahere: qua de re ſuprà etiam ex Aeliano dictum eſt. *Nigritæ vt elephantos capiant.* Nigritæ autem elephantos venaturi poſt arbores deliteſcunt, ac prætereuntibus elephantis ſagittas & venabula infigunt, ſaliuntque miro modo de loco in locum, vt refert Cadamuſtus, ab vna arbore ad aliam, donec feriant elephantum, qui cum maxima mole prægrauatur, nequit inſidiantis ictus velociſſimos deuitare. Si tamen id tentarent in locis apertis & patentibus, in eis potiſſimum, vbi nullæ ſunt arbores, non euaderent vires, inquit, elephantorum, quandoquidem nullus homo tantæ pernicitatis reperitur, quem mox elephas non comprehendat, etiã non currens, ſed gradatim incedens.

Vt in Pegù capiantur. (margin note beside "Rex Peguanus")

E, G (margin letters)

A dens. Qui capiendi modus non omnino diuersus est ab eo, quem his verbis recitat Strabo de elephantophagis: Elephantophagi huiusmodi venationem exercent: Elephantorum gregem per syluam delatum ex arbore aliqua cernentes, eum minimè adoriuntur, sed ad eos qui ponè gradiuntur, clam accedentes, neruos incidunt, nonnulli eos sagittis interficiunt, serpentum felle tinctis. Sagittatio per homines tres perficitur, quorum duo arcum tenent, & vltra progrediuntur, tertius verò neruum trahit. Eundem vel similem saltem capturam memorat Diodorus Siculus loco suprà citato. Ab hac, inquit, regione qui occasum versus plurimum distant Aethiopes, cum elephantis certant. Habitantes enim in syluestribus & arboribus refertis locis, elephantorum ingressus atque exitus ex præaltis arboribus obseruant. Multos vna incedentes non aggrediuntur, omni spe vincendi remota. Singulis inijciunt manus, mirabili audacia freti: Nam cum incedens bestia arbori appropinquat, in qua speculator occultus latet, ex ea desiliens, manibus apprehensa cauda, pedibusque ad dextrum femur oppositis, securi quæ ex humero pendet, leui, vt quæ vnica manu tractari queat, & acie acutissima, dextra manu apprehensa, neruos dextri poplitis crebris ictibus amputat: sinistra manu regens agile corpus, belluæ conatus magna velocitate effugit. In eo namque certamine versatur vtriusque salus, mortis discrimine in alterius vita posito. Elephas

Lib. 16. *Elephantophagi.* *Nerui poplitis vulnerantur.*

B neruis abscissis, quandoque, quia hoc facilè se vertere potest, inclinatus in latus saucium, in terram cadit, Aethiopemque secum trahens interficit. Quandoque ad arborem aut saxum hominem allidens, ipso pondere, quoad animam exhalet, comprimit. Quidam elephantes dolore moti, cùm insidianti obesse nequeant, diffugiunt per campos, quoad continuis securis ictibus ab insidente cæsi decidunt. Tum concurrunt Aethiopum cœtus, & adhuc viuentis bestiæ posterioris partis carnes abscissas edunt. Describit & Plinius hunc eundem modum belluas istiusmodi capiendi, & Troglodytis eum attribuit, inquiens: Troglodytæ contermini Aethiopiæ, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conscendunt. Inde totius agminis nouissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. Læua apprehenditur cauda, pedes stipantur in sinistro femine. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit; ac præacuta bibenni hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit, cuncta præceleri pernicitate peragens. Alij ex Troglodytis Aethiopiæ conterminis, vt idem Plinius testatur, tutiore genere, sed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longiùs. Hos præcipui viribus iuuenes continent, alij connixi pari conatu tendunt, ac prætereuntibus sagittarũ venabula infigunt, mox sanguinis vestigijs sequuntur. Quomodo verò

Troglodytæ. *Vt sagittis interficiantur.*

C etiã venenatis sagittis interficiãtur apud elephãtophagos docet Strabo: Nonnulli (ex Elephantophagis) sagittis eos interficiunt serpentium felle tinctis. Sagittatio per homines tres perficitur, quorum duo arcum tenent & vltra progrediuntur, tertius verò neruum trahit. Legitur porro & alia venandi ratio apud Aristotelem, quæ talis est: Conscendunt, inquit, mites aliquos animososque elephantos, qui venantur cursuque insequuntur feros: quos cùm occuparint, ferire præcipiunt suis, dum fatigent, viresque dissoluant: tum rector in defatigatum illum insilit, regitque falce: post breui tempore fera mitescit atque obtemperat. Quàm diu insidet rector, mitem se quisque exhibet: cum descenderit, alij mansuetudinem seruant, alij suam repetunt feritatem: itaque immitescentium crura priora præpediunt vinculis, vt quiescant: capiuntur & natu iam grandes & pulli. Repetit & hoc Plinius admodum succinctè. *Capiuntur in India vnum ex domitis agente rectore, qui deprehensum solitarium abactumue à grege, verberat ferum; quo fatigato transcendit in eum, nec secus ac priorem regit.* Mirum verò viscum dari, quo elephanti capiantur, de quo nimirum sic Gillius ex Aeliano. In Caspio lacu oxyrinchi pisces capiuntur; horum exempta viscera excoquunt, vnde ad permultos vsus accommodatum fit glutinum: nam non modò ad quæcumque applicatum fuerit, adhærescit, sed & firmissimè retinet, vt & decem diebus madefactum nunquam postea dissol-

Visco capi.

D uatur; & eo ad elephantos comprehendendos venatores vtuntur, & pulchra facinora edunt. Docet idem Aelianus, quomodo Elephanti, ne in foueas incidere cogantur, aduersus venatores tum armis, tum ignibus resistentes pugnent. Insidiæ, inquit, quas elephantis venatores instruxerint, non eos facilè latent. Nam cùm ad foueam, quàm contra eos suffodere venatores solent, proximi accesserunt, seu naturali quadam intelligentia, seu retrusa & abdita præsentione, & scientia rerum futurarum, à progrediendo vlterius se sustiuent: ac quam mox itinere conuerso, in venatores inuadunt, vique & impressione sese in medios insidiatores incitant, simul & eos euertere conantur, fuga, vt salutem contra insidias superiores facti adipiscantur. Id igitur temporis cùm atrox pugna, tùm verò vel hominum vel elephantorum cædes & occisio fit multiplex. Huius pugnæ ratio talis est. Homines quidem eminus hastas & iacula intorquentes ac collimantes, ictu directo eos feriũt. Contrà elephanti, ex hominibus si quem cecidisse animaduerterint, statim violenter & corripiunt, & ad terram à se abiectum proterunt & conculcant: simul & cornibus (sic enim eorum dentes appellantur) tam diu profligant, quoad miserabili & referta acerrimis doloribus morte, hunc proiectum affecerint. Cùm autem huiusmodi animalia inuadunt, tanquam vela ex animi incitatione

Elephanti & venatorum pugna.

quàm

quàm contentiſſimè aures, quas habent patulas, intendunt & pandunt more magnarum ſtruthionum, qui vel dum fugiunt, vel dum inuadunt, explicatis alis feruntur. Itemque promuſcidibus ſub cornua redactis & contractis, quemadmodum roſtra nauium pleniſſimis velis repulſa, ſic elephanti vehementi impreſſione irruentes, multos mortales funditus euertunt. Tumque perinde vt tuba belli claſſicum ſonans, clamores vaſtiſſimos edunt. Humi porrò proſtratorum & genibus contritorum & oſſibus obtritorum, tantus eſt ſtrepitus, vt vel illinc longiſſimè exaudiatur: necnon ſæpius eliſis oculis, naribus diſtractis, fronte diſrupta, facieique forma amiſſa, non vel à proximis cognatione ſibi noſcuntur. Iam ex ijs nonnulli ad hunc modum inopinatò ſeruantur. Quamuis enim ſanè venatorem beluæ curſus celeritate comprehenderit, præ tamen vehementi impetu, hunc tranſcurrens, genibus in terram præcipitibus actis, cornua aut in radicem, aut in quippiam aliud tale compingit: ex quo retinetur, ac vixdum ſe retraxit, cum venator elapſus iam ſalutem fuga eſt conſecutus. In hac igitur pugna, elephanti ſæpe vincunt, ſæpe item varijs terroribus iniectis vincuntur. Tubarum enim clangor vaſtum clamorem efficit, ipſique homines armis concrepantes, clypeos videlicet haſtis contundentes, & vlulatum tollentes, ſtrepitu vndique omnia circumſonare faciunt: tum verò partim in terra ignem incendentes, partim in ſublime tollentes, ac tanquam funda cum contorquentes, partim ignitos torres iaculantes, atque etiam longas faces in ferarum oculos magna vi inferentes & intrudentes, eis hæc omnia ægrè intuentibus, timorem afferunt. Vnde adeo impelluntur, exterrenturque, vt interdum in foueam, quam antè declinabant, detrudantur & compingantur. Hactenus ille, & rurſus, quomodo à venatoribus in fugam acti, incenſis tandem ſyluis, ab ea cohibeantur deſcribit his verbis: Qui venandi elephantes ſcientiam tenent, nobis teſtantur, hos inſectatione venatorum preſſos, cum robore immenſo, tum impetu effrenato atque præcipiti, & quem ſuſtinere poſſit nemo, ſic quidem per maximas arbores, tanquam per ſegetes excurrere, eaſque tanquam ſpicarum calamos, vbi curſum ramorum proceritate retardari vident, perfringere: vbi verò ipſi ex arboribus eminent, & proceriores exiſtunt, tum omni neruorum contentione currere, tum viam inſequentibus præcidere: nec mirum, locorum enim conſuetudinem tenent. Cùm autem ſe ex inſectatorum ſuorum conſpectu eripuerint, eoſque maximis proceſſibus itineris longè & retrò poſitos ſenſerint, tum ex fuga recipiunt animum, ſimul & tanquam periculo liberati, inſiſtunt: ibique tum metus ſolicitudine expulſa, ex immenſo labore requieſcunt: his interea ad cibi cogitationem memoria excitatur, iuncos & hederas per arbores erraticis implicationibus ſerpentes depaſcuntur, atque palmarum tenera cacumina, & aliarum plantarum adoleſcentiores truncos. Quod ſi rurſus inſectatores ad eos propiùs adſint, hi etiam iterum ſeſe in fugam impellunt. Cumque ab his multam viam abſunt, ſeſe ex fuga colligentes, requietem curarum ex itineris labore habent. In ſequentes autem præcipitante ſole debilitati, ſyluam incendunt, & viam illis obſtruunt: quod ipſum ſentientes elephanti, ſe ſuſtinent à progrediendo. Ignem non minus quàm Leones extimeſcunt. Hæc omnia Aelianus. Iam verò quemadmodum variæ ſunt capiendi rationes, ita etiam diuerſimodè domantur & cicurantur: ſed fame potiſſimum, vinculis, verberibus, & blanditijs, ſiue illecebris, tum muſicis, tum alijs: Dixi ex Ariſtotele elephantos à venatoribus elephantis defatigatos à rectoribus, qui in illos inſiliunt, falce regi, indeque breui tempore miteſcere & obtemperare, & quamdiu inſident rectores, mitem ſe quemlibet eorum exhibere, cumq; deſcenderint, ab alijs manſuetudinem ſeruari, ab alijs ſuam repeti feritatem: itaque immiteſcentium crura priora præpediri vinculis, vt quieſcant: capi autem & natu maiores & pullos. Tradit & Aelianus Indicum elephantum, ſi robore ętatis confirmatus capiatur, ex feritate ægrè traduci ad manſuetudinem: & quod deſiderio libertatis teneatur, ideo cædes facere; ac ſi vinculis deuinciatur & conſtringatur, magis incitari animo, neque vllam ſeruitutem perpeti: ideoque Indos varijs & multiplicibus cibariorum illecebris eum delinire ſtudere: illum tamen nihil de acerbitate ſua remittentem, nihilque ab ijs blandicijs miteſcentem, ijs præclarè contemptis, pergere iiſdem infeſtus eſſe. Tum Indos inſtrumento quodam muſico vernaculam cantiunculam ei canere, elephantum animum attendere, auremque ad audiendum erigere, & ſuauitate illius demulceri, animi incitationem comprimi. Tum paulatim in obiectum cibum reſpicere, & tametſi omnibus vinculis exoluitur, tamen cantu deuinctum non amplius ad priſtinos mores à manſuetudine deficere. Aliàs etiam idem Aelianus, quid elephantis, poſtquam capti ſunt, faciant domitores, vt manſueſcant, his verbis refert: Primò in ſyluam non ita longo interuallo ab ea foſſa, vbi comprehenſi ſunt, diſtantem, ſic eos ſtrictè conſtrictos funibus trahunt, vt ne permittant quidem, neue hi præcurrant, neue rurſus retrahantur: deinde certo & dimenſo ſpatio horum quemque ad maximam arborem alligantes, vt neu in anteriorem partem inſilire, neu rurſus admodum in poſteriorem reſilire queant, neue ipſis ex funis laxitate facultas ſit ad inferendum iniuriam, victus tenuitate & fame, horum robur frangunt. Poſtea verò quàm eorum domitores duritiam animi tamdiu paulatim molliuerunt, quoad priſtinæ inexpugnabili feritatis eos cæ-

Vt incenſis ſyluis cohibeantur.

Igne terrentur.

Vt domentur.

Vt manſueſcant.

E F. G H

A eos ceperit obliuio, de manu cibum sumendum dant. Hi necessitate pressi, cùm non malitiosè
iam, tum verò hilarioribus oculis & mansuetioribus, quam essent soliti, intuentur. Horum autem
qui sunt ætate robusti, vinculis ruptis, cùm dentium robore, tùm verò promuscide arbores reuel-
lunt, & frangunt, vixque serò admodum partim fame, partim ciborum illecebris, partim verbe-
ribus mansuefiunt. Alicubi rursus inquit: Indi homines licet permulti & magna machinati, non
elephantos iam ætate procedente confirmatos facilè comprehendere queunt. Quare ad loca flu-
minibus proxima (roscida enim & palustria pascua frequentant) venatores protecti, eorum catu-
los tantùm capiunt. Hos cùm adhuc ætate infirmos & teneros ceperunt, ciborum blanditijs &
assentationibus ad parendum informant, ac instituunt, blandiloquentiaque mansuefaciunt: Ho-
minum enim indigenarum linguam elephanti intelligunt. Breuiter perinde illos quasi infantes
pueros alunt, partim cibaria eis largientes, partim disciplinas tradentes: quæ res efficit, vt ipsi ad
obediendi facilitatem transferãtur, & exuta feritate humanitatem induant. Hæc itaque omnia
Aelianus. Strabo verò etiam Indos tradit ex captis elephantis eos, quos nec senectus nec iuuentus *Lib. 15.*
inutiles facit, in stabula ducere, & pedibus inuicem vinctis & collo ad columnam bene compa-
ctam, fame domare, deinde herba vel arundine viridi reficere, dehinc obtemperare docere, alios
B oratione, alios cantu aliquo, vel tympani sonitu delinire. Raros esse qui non facilè mansuescant: *Natura mi-*
esse enim natura mites & mansuetos, & ad rationale animal proximè accedere. Facilè autem man- *tes esse.*
suescere elephantos posse etiam Aristoteles testatur; qui & alias inquit mites & mansuetudini eos
addictos esse. Plinij verba de domandi ratione eruditis suspecta sunt. *Domantur* (inquit) *rabidi
fame & verberibus, elephantis alijs admotis, qui tumultuantem catenis coërceant*: Gesnerus quæ- *Plinij locus*
rendum nobis proponit, an rectè hic legatur catenis, ipse interim mauult plagis, ex Aristotele, id *expensus.*
est, inquit, verberibus, quam vocem Plinius etiam proxime ante posuit: alij verò viri docti scri-
bunt non elephantis, sed elephantarchis, (vt annotauit Baptista Pius noster in commentarijs suis
in quintum Lucretij:) sic vocant magistros, admotis: adduntur enim magistri domandis elephan-
tis, qui tanquam mansuetarij illos exuere feritatem docent. Ipse autem Pius re diligentissime per-
pensa, nihil immutandum arbitratur, quando Arrianus & Albertus libro de animalibus octauo
produnt elephantum ferum aduentu cicuris mansuefieri, quod quo pacto fiat, te (inquit) autho-
res instruent. Quòd elephantis alijs, non elephantarchis legendum sit, Pliniana verba in præce-
denti capite te docere possunt. *Capiuntur* (inquit Plinius) *in India, vnum ex domitis agente recto-
C re, qui deprehensum solitarium abactumue à grege verberat ferum*. Concinunt Arriani hæc verba:
*Vehemens ineunt mansueti cum indomitis certamen elephanti. Vincuntur haud ægrè, vt par est, feri &
agrestes, fame iam ante ac siti domiti deficientibus animis. Descendunt elephantes venatores, summos
pedes agrestium nihil vltra reluctantium colligant, tum mansuetis iubent multis eos plectere verberibus,
donec victi & fatigati malis in terram cadant, stratorum collis laqueos induunt, iacentesq́; conscendũt*.
Apud Plinium illa verba: *tumultuantem catenis coerceant*, ne intelligas, quòd elephas coerceat
catenis tumultuantem: sed quòd domesticus coercet ferum & nuper captum elephantum tumul-
tuantem in catenis, quibus vt tradit Arrianus pedes & colla stratorum impediuntur. Dictio namq; *Pij error.*
catenis verbo illi tumultuantem, annectitur. Hactenus Pius, Arriani verbis, vel malè intellectis,
vel nimis præcipitanter citatis, nõ enim elephantes venatores descendere, & summos pedes agre-
stium nihil vltrà reluctantium colligare scribit, vt ille citat, sed venatores homines intelligit, quem-
admodum suprà etiam ex ipso diximus: cui etiam Strabo consentit his verbis: cùm iam defessi fue-
rint, rectorum audacissimi clam descendentes, quisque sui elephantis vterum subeunt, atque hinc
subito syluestrium vterum subeuntes, compedes illis inijciunt. Quamobrem ego eorum probo sen-
tentiam, qui elephantarchis legunt. Nam & Gesneri restitutio nulla est: quid enim attinebat ad-
D dere domari plagis, cùm iam dixisset Plinius, domari fame & verberibus.

CIBVS. POTVS.



LEPHANTI palustribus herbis non parum affici, ostendit Diodorus Sicu- *Herba palu-*
lus loquens de quibusdam Aethiopiæ populis, *Accedunt* (inquit) *ad eos ex supe- stres.*
riori plaga elephanti allecti (vt quidam tradunt) fertilitate loci, pastusq́; suauitate: *Lib. 4. cap. 3*
*Paludes enim mirandæ à ripis fluuij manant, in quibus multi varijq́; vt alga & arun-
dines, nascuntur cibi, quos cùm degustant, libenter in his locis morantur, consumen-
tesque vt plurimum nutrimenta hominum compellunt ad alia loca fugere*. Aloy- *Arborum fo-*
sius Cadamustus ait eos arborum folijs viuere, indeq; esse, quòd arbores deuastent, nam si stipitem *lia.*
natura illa manu amplexi fuerint, quantumcunque ingentem ab arbore diuellere. Sed & truncos *Trunci.*
ipsos gratissimo in cibo habent, vt Plinius & Solinus aiunt; palmasq́, excelsiores fronte proster-
nunt,

Fructus. Poma. Melones. nunt, atque ita iacentium assumunt fructum. Amant & aliarum arborum fructus, & poma potissimùm, quorum tantum deuorabat elephas ille, quem ex Goropio depinximus, vt modij quatuor excederentur. Quantoperè autem melonibus delectentur, annotauit Hermolaus in Dioscorid. Lusitani regis (inquit) Liburnicæ inter alia meridianæ illius nauigationis miracula, melones in Aethiopia nobilissimos haberi prædicant, quorum odorem elephantes sagacissimi olfactus animal, de longinquo sentiant; aduolentesq; cucumeraria tota depopulentur & proterant. Christophorus Acosta gratum eis pabulum esse scribit, radicem musæ: velut item radicibus ficus Indicæ, & ramis *Radices.* eiusdem; quapropter verisimile est, non tantummodò cum cætera pabula defecerint, radices effodere, vt Aelianus asserit, sed alijs etiam temporibus: nam & ipse ibidem addit, eum qui primus ex radicibus prædam reperit, regredi, vt & suos gregales aduocet & in prædæ communionem deducat. Diximusq; ex eodem elephantos dentium alterum acutum ad propulsandas iniurias ser-*Hordeum.* uare, altero radices effodere, & arbores extirpare. Cicuribus præter alios cibos hordeum datur, vt supra etiam meminimus. Aristoteles eodem pastu modios Macedonicos eius frumenti nouem edere posse profitetur: tantũ dare tamen periculosum esse: sex autẽ aut septem dedisse modios, in *Cur plantis vescantur.* vsu frequenti satis esse, sed farinæ non plus quam quinque. Oportuisse autem elephãtos, vt plantis, fructibus & herbis vescerentur, Cardanus asserit, nam aliter probum animal esse non potuisse, F *Lib. 10. de subtil.* quandoquidem omnia animalia quæ carnibus vescuntur, sunt iracunda, fraudulenta, crudelia & superba. (Plinius quidem sapientissimos esse ait, quia frugibus vescuntur.) Accedere, quod tantæ moli plurimus fuisset necessarius cibus, vt vel perpetuo esurire, vel animalia cuncta destruere cogeretur. Fuisse etiam necessarium, vt in perpetuo motu ad persequendas feras esset, quod tantæ moli fuisset incommodum. Sed herbas tamen cùm exigui sint nutrimenti, breuem vitam fuisse effecturas, vt inquit Hippocrates: quam ob rem oportuisse cum truncis arborum & fructibus vesci. At his cum terræ plurimum admisceatur & lapillorum quandoque, ob id necessarium fuisse, *An lapides, & terrã impune edat.* vt illius corpus à talium esu haud offenderetur, alias perpetuò ægrotaturum. Non igitur terra aut lapidibus deuoratis offendi. (Aristoteles ægrotare elephantes scribit, si comedant terram, nisi ea frequenter vtantur: nam si frequenter, (inquit) nihil sentiunt mali: lapides etiam interdum deuorant. Sic & Plinius: *& terram edisse ijs tabificum est, nisi prius mandant: deuorant autem & lapides.*) At fructus & rami arborum cùm persæpe altiores sint, quam vt animal efficere posset tantæ G magnitudinis, quod posset illos attingere; duritie igitur capitis proboscidisq; & dentibus illum mu-*Proboscidis vtilitas.* niuisse naturam ad euertendos arbores. Adiuuare & proboscidis longitudinem ad decerpendos fructus & ramos, ne vniuersas arbores euertere cogeretur, quod illi laboriosum fuisset, atque damnosum, nec solùm ipsi, sed alijs sublato alimento in posterum. Aelianus tradit elephantos postquam cicures euaserunt, panibus maximis, hordeo, caricis, vuis, allijs, iunco, palma, hederaceis folijs *Potus.* vesci. Quod attinet modò ad potum; idem Aelianus prodidit, claræ & nitidæ aquæ potionem elephanto inimicissimam esse, nec prius bibere, quam conturbarit; turbidam enim & sordidam ei sua-*Aqua turbida.* uissimam esse: proinde cùm ad flumen aut lacum accesserit, cœnum pedibus perturbare. Huius rei causam Simocatum adferre, quòd in aqua pura suam ipse vmbram extimescat: ideoque solere Indos, cùm traijcienda est aqua, obscuram & illunem obseruare noctem. Idem ait elephantum gregarium assuefactum, aquæ vti potione: ei verò qui ad bellum certat, non modò ex vitibus confecti, sed etiam ex oryza factitij vini vsum indulgeri. & alicubi refert potionem, qua Indi pro vino *Vinum.* vtuntur, ideo ipsis largiri, vt ad prælium audaciores reddantur. Vini autem potu gaudere habemus ab Athenæo, qui ex libro Aristotelis de ebrietate, elephãtes & Simias vini potu inebriari prodidit. Legimus modo etiam apud Aristotelem, bibi ab elephanto vini quinque mares, quæ mensura heminas continet sex. Elephas ille, de quo diximus ex Goropio, vna vice plures quam sedecim vini libras bibebat, idque toties iterabat, vt mensuram potus a philosopho proditã facilè æqua- H *Sitis patientia.* turus videretur. Sitis sunt perquam patientes, tradit enim Aelianus sine potione octo dies ferre.

COITVS. PARTVS.



Quando incipiant coire. ELEPHANTVS tam mas quàm fæmina incipit (inquit Aristoteles) coire anno ætatis vigesimo: Et rursus: Elephantus fæmina incipit coire anno, aut duodecimo, cùm celerrimè, aut quintodecimo cum lentissime. Mas quinque aut sex annos natus superuenit ineunte vere. Quod postremum Plinius videtur repetisse, *Mas (inquit) coit quinquennis, femina decennis.* Solinus affirmat mares ante quinquennium, fæminas ante decennium, coitum nescire. Adeo de tempore, quo primò coitum exercent istiusmodi feræ, variant authores. Strabo asserit, mari tempus coëundi esse, cùm domi detentus fuerit, & fæuierit: tuncq; pingue etiam quiddam emittere per spira-

A spiramentum quod ei secundum tempora est; fœminis verò cùm hic idem meatus apertus fuerit. Arrianus quoque Venerem appetere ait verno tempore, more bouis & equæ cùm fœminis spiracula quædam circa tempora adaperta spirant. Similiter de coitus modo variare authores reperio. Elephantos etenim, camelos, tigrides, lynces, rhinocerotes, auersè coire testatur Solinus ex Plinio, qui, vt suo loco annotauimus, auersa eis genitalia esse adijcit. Ad quem cocundi modum allusisse Horatium Porphyrio credidit, cùm de Canida canit: *An auersè coëant.*

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?

Indicare nimirum poëtam tantæ deformitatis, tantique fœtoris libidinosam illam mulierculam esse, vt nullus possit cum illa concumbere, nisi auersè, more barrorum, id est, elephantorum: cui expositioni fauet Hermannus Figulus Hirsfeldianus: Digna, inquit, quæ cum elephantis rem habeat, non cum viris. Hoc autem ideo dicere videtur, quod elephanti rarò & auersi coeant, & propterea deformitatem eius videre nequeant; Addit tamen etiam intelligi posse, comparatione facta ad elephanti deformitatem. Iacobus verò Cruquius barros hic dici posse putat gerulos adustos perpetuo sole valido & succulento corpore, ideoque eos vocare nigros, non etiam analogia ab elephantis accepta, vt habet, inquit, commentator, qui vt magno erant animi stupore, ita nullo B nitore corporis, nulla munditia gaudebant, homines plebeij & moribus planè impoliti, vnde & barros amaros illos & insuauis conuersationis homines, quorum meminit in satyris Horatius, dictos autumat, nisi etiam de ijsdem hic poëtam agere quis malit. Inquit autem ibi Horatius: *Horatius explicatus.* *Barri qui.*

—— Adeo sermonis amari *Li. 1. Sat. 7.*

Sisennas, barros vt equis præcurreret albis.

Vbi Porphyrio barros ait fuisse maledicentissimos, & esse poëtæ sensum. Persius tanta erat amaritudine orationis, vt de Sisennis & Barris petulantissimis & nobilissimis conuitiatoribus triumphum ageret. Ita & Adrianus Turnebus Horatium de anu loqui scribit deformissima & turpissima fœdissimisque & nigerrimis digna amatoribus, quales (inquit) erant Romæ Barri, de quibus citat deinceps eundem, quem iam recitauimus, poëtæ versum: & postmodum, non perinde, inquit, placet de elephanto, qui & barrus Latinè dicitur, intelligi: quod si placet, tot enim interpretum consensum vereri decet, cùm elephas animal sit inconditum, incompositum, informis molis, turpissimum & deformissimum spectaculum, dignam tali deformitate amatoris intelligimus. Albertus Magnus elephantum fœminam ait in coitu sedere, hoc est, se submittere, marem superuenire, C siue vt ille loquitur, super eam equitare: ideoque fœminam descendere in foueam aliquam, vt mas commodiùs superueniat: præcipuè verò in aqua iniri desiderare; indeque tam fœminæ quàm mari maximè commoditatem accedere, quoniam is & coiturus per aquam faciliùs tollitur, & post coitum facilius descendit. Lego & apud Etymologum: Coëunt non in terra propter corporis grauitatem, sed in aqua palustri, quòd leuiores nimirum fiant, aqua attollente corpus maris, consc[e]nsuri fœminam. Cæterùm habemus ex Aristotele, subsidere fœminam, clunibusque submissis insistere pedibus ac inniti: marem superuenientem comprimere, atque ita munere venereo fungi. Contingit aliquando, vt ait idem Albertus, ex Auicenna, marem coire cum fœmina in regione, quæ dicitur Virgea de Caureryuyz; quod quidem mirum videbatur, cùm aliàs extra terram natalem suam, hoc est, Indiam, coire non soleant. Tum temporis verò extra Indiam in regionem Corascenorum & finitimam educti coibant. Mas fœminam saliens culmo (Gesnerus proboscidem intelligere conijcit, cùm in singulari numero proferat: nam alibi dentes eius siue cornua barbari culmos appellant) caudam eius remouit. Nugatur quidam physiologus siue author de natura rerum, elephantos operam proli daturos, Orientem versus pergere ad proximum Paradiso locum, ibique inuentam mandragoram primò gustari à fœmina, deinde persuasum ab ea marem, D sicque misceri & fœminam concipere. Diodorus Siculus interprete Pogio, ait elephantes coire, non sicut quidam putant promiscuè, sed velut equi & reliquæ quadrupedes. Quid autem per promiscuum coitum intelligat, ex Græco textu peti debet, quo ego destituor. Tempore coitus teste Plinio (ex Aristotele) maximè efferantur, & stabula Indorum dentibus sternunt, quapropter arceri coitu, fœminarumque pecuaria separari. Est nihilominus & pudor in coitu, & temperantia: pudore enim nunquam nisi in abdito coire suo loco diximus: & mas coitum triennio interposito repetit, vt refert Aristoteles, fœminamque quam grauidam reddidit, eandem præterea nunquam patitur. Fœminam iniri dici tradit Plinius quinis cuiusque anni diebus, nec amplius, sexto perfundi amne, non ante reduces ad agmen. Idem etiam legimus apud Solinum: Biennio, inquit, coëunt quinis, nec amplius in anno diebus, non prius ad gregarium numerum reuersuri, quàm viuis aquis abluantur. Cùm igitur apertè & in aliorum oculis non coëant, sed secedentes, fit, vt quàm diu in vtero gerat, non satis constet: id quod Aristoteles quoque fatetur his verbis: Ferendi vteri tempus alij annum & sex menses, alij triennium statuunt: causa quamobrem hoc incertum sit, quòd non pateat coitus. Ipse autem philosophus naturæ rerum consultissimus, vterum biennio gerere *Coëundi modus.* *Locus.* *Furiunt tempore coitus.* *Pudor.* *Temperantia.* *Quandiu vterum gerat.*

asserit

aſſerit: Strabo menſibus; vt minimum, ſexdecim, vt plurimum, octodecim, cui Diodorus Siculus & Arrianus aſſentiunt. Aelianus dubius, cui debeat ſubſcribere: biennium, inquit, gerere vterum audio; alij ſeſquiannum tantùm grauidas eſſe aiunt. Alij etiam ex veteribus octauo à coitu anno, alij decimo parere crediderunt. Hinc apud Apuleium lego: *Et vt cuncti numerant, octo annorum onere misella illa velut elephantum paritura distenditur*: quæ tamen verba etiam de enormi ventris tumore intelligi poſſunt. De decennali partu Plautus ait: *Audiui hoc ſæpe vulgò dicier, ſolere elephantum grauidam perpetuo eſſe decem annos.* Ait & Plinius, decem annis geſtare vterum vulgus exiſtimare. Opinio eadem fuit Oneſicriti apud Strabonem, vbi tamen interpres pro κυΐσκονται δεκαετίαν, id eſt, decennio grauescunt vtero, non bene tranſtulit, concipiunt decimo anno. Partus, vt Aelianus annotauit, in caput procedit in lucem. Parit autem teſte Ariſtotele, enitens poſterioribus cruribus, & ſubſidens, cum dolore. Quot verò vnico partu pariat, alij rurſus aliter tradunt. Plinius animalia quo maiore ſunt corpore, eò minus fœcunda eſſe ait, & ſingulos parere, & inter ea enumerat elephantos, camelos, equos. Sic & Diodorus Siculus, fœtum edere vnicum ſcribit equarum more. Sed & Ariſtoteles ſingulos parere teſtatur, viuiparum namque animal eſſe. Quem locum Plinius aliter quam nunc legitur, repetit. *Decem annis*, inquit, *geſtare in vtero vulgus exiſtimat. Ariſtoteles biennio, nec amplius quam ſemel gignere, pluresue quàm ſingulos.* Aduerbium autem illud ſemel apud Ariſtotelem non legitur, quod & Scaliger aduertit: Putabam, inquit, temere additum à librarijs: adij oraculum, id eſt, Hermolaum: nihil reſpondit: ergò Solinum conſulimus; eadem ſuo more repoſuerat fidelis plagiarius. Quid igitur tandem? Nam ſi binis parentibus vna ſuccedit ſoboles, neceſſe eſt ad nihilum tandem. Non ſolùm verò plus ſemel parit, verùm etiam plures ſingulis: Sic Scaliger, qui iam etiam dixerat, & ternos & quaternos parere. Ad ſummum verò quaternos vno partu excludere Aloyſius Cadamuſtus atteſtatur. Partus magnitudo ſecundum Aelianum eſt inſtar porci integræ ætatis & iuſtæ magnitudinis, vel ſecundum Ariſtotelem magnitudine vituli: Idem alibi clariùs, bimeſtris aut trimeſtris vituli magnitudine eſſe ſcribit. Plinius verò, *Elephanti*, inquit, *vt diximus, pariunt ſingulos, magnitudine vituli trimeſtris.* Aelianus quodam operis ſui loco anniculum vitulum magnitudine adæquare ait: quæ tamen magnitudo impar parentibus comparata eidem videtur: ait enim alio loco elephantum in quadrupedum genere ex minimo maximum euadere; vt ex aquatilibus crocodilum, ex volucribus, magnam Struthionem. Plutarchus in libro Vtra animalium prudentiora &c. Latinè reddito tradit, elephantorum fœminas proximè vias, quò carniuoras beſtias minimè accedere ſciunt, fœtus comprimis edere, ſed falſus eſt interpres, cùm hoc ἐλάφων, vt in melioribus codicibus legitur, id eſt ceruorum, non elephantorum naturæ conueniat: etſi mirus interim ſit elephantorum erga fœtus amor, vt ſuo loco indicauimus. Nugaciſſimum etiam eſſe arbitror, quod ſcribit author de natura rerum, elephantem parturientem aquam ingredi vſque ad vbera, illicque parere metu draconis, qui extra aquam parienti fœtum deuoret. Marem præterea à pariente non recedere, propter ſerpentem, qui inimicus ſit eius, ſicut draco. Fœtus ſtatim vt natus eſt, cernit & ambulat, teſte Ariſtotele, & ore ſugit, non promuſcide. Lactant vſque ad annum octauum, vt refert Arrianus in Indicis.

Lib. 1. — *In Sticho.* — *Pariendi modus.* — *Quot pariat.* — *Non ſemel parere.* — *Cap. 29.* — *Partus magnitudo.*

E F G

GRESSVS.

Velocitas.



GRADATIM ambulat elephas, propter corporis nimirum grauitatem. Neminem tamen eſſe aiunt tantæ pernicitatis, quem ſuo inceſſu non comprehendat, & aſſequatur. De elephantorum inceſſu hæc ferè Ariſtoteles prodidit. In libro de communi animalium greſſu ait, *Accidit quoque motum præſtari, etiamſi nullus crurum flexus agatur, quemadmodum puſiones ſerpere videmus. Quinetiam elephantis ita ſe mouere diuturna hominum fama celebratur; quæ tamen falſa confirmata eſt, cùm id genus animalium inflexu & in ſcoptulis opertis vel in clunibus adducto ſeſe moueant.* Et alicubi: *Elephas non, vt aliqui retulerunt, agit, ſed conſidendo crura inflectit, nequit tamen præ nimia pondere vtrumq; in latus æquilibrio quodam vergere, ſed aut læuo incubat, aut dextro, atque eo ipſo habitu requieſcit. Flectit certè hic ſuos poſteriores poplites modo hominis.* Et rurſus: *Flectunt cætera quadrupedes, elephanto excepto, contrario modo quam homines ſua membra.* Sic & Plinius: *In poſterioribus elephanto articuli breues. Idem poplites intus flectit, hominis modo, cætera animalia in diuerſum.* Ex Vartomanno autem etiam ni fallor dictum eſt, articulos crurum non tam ſublimes habere, vt aliæ animantes, ſed humiliores, terram verſus. Vnde fortaſſis eſt, quod faceſſat inſidentibus eos negocium; nam vt ipſe & Gillius ſcribunt; inſueti inſidendi in eis, non aliter quàm ij, qui in mari nauigant, in nauſeolam incidunt, neque inſiſtere poſſunt. Quod tamen de prouectioribus H


A ctioribus intelligi debet. Siquidem vel iisdem attestantibus ex adolescentium molli gradu sessor tantoperè delectatur, vt si mula veheretur gradaria. *Differentia gressus pro ætate.*

V O X.



ΣΥΡΙΓΜΟ'Σ quamuis magis propriè homini tribuatur & serpentibus, vt constat ex hoc Aristotelis: ὅσα μὲν ᾠοτόκα ἐστὶν, ἀφίησι φωνὴν, ἀσθενῆ μέντοι. καὶ τὰ μὲν συριγμὸν, ὥσπερ οἱ ὄφεις. τὰ δὲ συριγμὸν μικρὸν, ὥσπερ αἱ χελῶναι. Vertit Plinius: *Oua parientibus sibilus, serpentibus longus, testudini abruptus*: aliquando tamen de elephante etiam dicitur, vt apud Arrianum in expeditione Alexandri: ὡς δὲ καματηρά τε τὰ θηρία καὶ οὐκ ἔτι αὐτῷ ἐρρωμέναι αἱ ἐκδρομαὶ ἐγίγνοντο ἀλλὰ συριγμῷ μόνον διαχρώμενα, ὥσπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι νῆες, tantum barrientes & rudentes. Barrire ait Festus, atque hinc barrum vocari dictum est, vocemque barritum: qua item clamorem militarem intelligi, quem Romani cum hostibus congressuri edebant, legimus. Galli item *Sibilus.* *Barrire.*
B & Romani, quibus inconsulta ira & furor est, quando cum hoste congredi parant, dissono & truci cantu, prælia inibant, quem quoque barritum vocatum fuisse Alexander ab Alexandro scribit, ex Tacito nimirum, cuius hæc sunt verba in libro de moribus Germanorum: *Sunt illis quoque carmina, quorum relatu quem barritum vocant, accendunt animos, futuramque pugnam ipso cantu augurantur.* Meminit huius quoque vocis Vegetius, *Clamor autem* (inquit) *quem quidam barritum vocant, prius non debet attolli, quàm acies vtraq; se iunxerit.* Frustra itaque nonnulli pro barritus legunt barbaricus, propterea quod Festus istiusmodi clamorem vocat barbaricum, quod eo genere barbari vtantur: apparetque nomen inde ortum, quoniam terribilis fit in pugna elephantorum stridor, vt suo loco ex Marcellino dicetur. *Lib. 4. c. 7.* *Lib. 3. c. 18.* *Barbaricus clamor.*

AFFECTVS, EORVMQ. CVRA.



C ELEPHANTOS (inquit Aristoteles) cæteris malis immunes aiunt; inflatione autem alui infestari: Plinius addit alui profluuium: *Frigoris*, inquit, *impatientes sunt: maximum hoc malum, inflationemque & profluuium alui, nec alia morborum genera sentiunt.* Atqui non solùm inflatione laborant, sed iis præterea affectibus, qui inde dependent, quod testatur idem Aristoteles his verbis: *Morbis inflatione contractis laborant; quo fit, ne possint excrementum vel vesicæ vel alui reddere.* Profluuii verò etiam meminit philosophus, quem in eis affectum Niphus colicum esse conicit. Quo cùm vires languerint, curantur potione aquæ calidæ, inquit, & cibo fœni melle imbuti; vtrumque enim id sistit profluuium alui. Iam & ex Aeliano discimus, oculorum affectionibus corripi. Ait enim: In oculorum morbis, bubulum lac tepefactum infundunt, quo hi remedio oculos aperiunt, & magno cum voluptatis sensu sicut homines, vim medicinæ agnoscunt. Idem Aelianus post mentionem de vulneribus eorum & oculorum morbis factam; ceteris quibus tentantur, inquit, morbis, vinum nigrum medetur. Quod si hac medicina ex morbo non liberantur, insanabiles sunt. Quæ omnia ferè etiam apud Aristotelem est legere, necnon & apud Arrianum. Scribit item Aelianus Indos captis elephantis, eorum vulnera aqua primùm tepida eluere: deinde si hæc ipsa luculenter sunt alta, butyro vngere, postea inflammationem lenire, suillam
D carnem recenti sanguine madentem & calidam admouentes. Hoc & Strabo breuiter scripsit: Vlcera suillis carnibus fouent. Aristoteles etiam ait, cùm humeri dolent, carnibus suillis assis iuuari. Furor eorum (eo enim tentari aliquando, ac potissimùm tempore coitus, antè dictum est, sed & Aelianus ait, ex cursu furiis incitato,) fame & verberibus domatur, elephantis aliis admotis, qui tumultuantem feriant, vt scribit Aristoteles, vel qui cæteris coërceant, vt Plinius. Quotannis autem in furias agi reperio, tuncque nemini parcere, sed obuium quemque proterere. Antè verò quàm huiusmodi ægritudine & amoris furore corripiantur, à suis rectoribus in agros deduci, atque istic validis firmisque catenis ferreis constringi solere: furoris enim indicium agnoscere, ex quadam oleosa materia, quæ ex illorum auribus effluit. Medicari autem huic ægritudini ipsorum rectores, grauiter illos obiurgando, & rationibus demonstrando, vilis & degeneris esse animi ob amorem ita in furias agi: deinde certa quædam medicamenta illic vsitata adhiberi: maximam eorum castigationem esse, grauibus verbis illos obiurgare: tametsi interdum anteriores pedes subleuare eos iubeant, plantasque cum hamulis feriant, dicentes sese eos vti pueros castigare ob stultitiam. Hæc ferè Christophorus Acosta. *Furor.*

ÆTAS.

Quot annos viuant.



ONGISSIMAE vitæ esse elephantos vero verius esse video, cæterùm quot annis viuant, affirmare non ausim, quando alij plures, alij pauciores (multos tamen omnes) ei tribuunt. *Viuunt plerique* (inquit Plinius) *quantum longæui homines: quidam ad ducentesimum perueniunt annum. Aristoteles viuere ducentis annis & quosdam trecentis existimat.* Sed apud Arist. hæc legimus: *Elephantos alij annos ducentos viuere aiunt, alij trecentos.* (Hoc & Aelianus tradit,) & rursus: *Viuere elephantos mares alij annos ducentos, alij centum & viginti aiunt: fœminas ferè totidem.* Arrianus ait, *vt longissimam, annos circiter ducentos viuit: sed multi ante hoc tempus morbo pereunt.* Solinus quasi pro affirmato viuere asserit, in annos trecentos. Et Onesecritus recitante Strabone dicit eos ad trecentesimum annum viuere, raros ad quingentesimum: circiter ducentesimum robustissimos esse. Tradit & Basilius, suo quoq; tempore fuisse, qui certò scirent, viuere elephantum annos trecentos, atq; adeò his tanto plures: causamq; ascribere inarticulatæ membrorum compagi, nec vllis distinctæ articulis. Discimus verò etiam ex Philostrato de elephantorum ætate, quod longissimæ vitæ sunt, ab alijs pluribus scriptum esse: veruntamen qui habitant apud vrbem Taxilam, omnium vrbium Indię maximam, elephantem inuenisse perhibere, quem vittis & myrteis coronis indiginæ ornabant, asserentes vnum ex ijs esse, qui pro rege Poro aduersus Alexandrum pugnauerat: quem propterea quòd in pugna promptissimè versatus esset, Alexáder Soli dedicauit. Esse autem illi torques aureos circa dentes, seu potiùs cornua libeat appellare, & in torquibus literas Græcas insculptas, hæc verba referentes: *Alexander Iouis filius Aiacem Soli.* Hoc enim Aiacis nomen ipse elephāto imposuit, magnum magno nomine exornans. Conijcere autem indigenas annos quinquaginta supra trecentos, ab ea quam diximus, pugna ad ea tempora intercessisse, cùm tamen scire non possint, quot fuerit natus annos, quando pugnæ interfuit. Iubam verò quondam regem Libyæ in scriptis retulisse, equites Libycos quandoq; elephantis insidentes inter se pugnasse, fuisseq; alteri elephantorum parti turrim dentibus insculptam, alteri verò nihil, cumq; nox pugnantes occupasset, partem quæ turrim in dentibus gestasset, superatam in Athlantem montem confugisse, se verò post id tempus annos quadrigétos ex ijs vnum cepisse, qui aufugerant, & insigne illius dentibus insculptum inuenisse, quasi nuper fabricatum, nullaq; ex parte consumptum. Hæc Philostratus. Iuba etiā rex, vt refert Aelianus, elephantum scribit patri suo fuisse, qui multa secula vixisset, nempe qui emanasset, & per manus traditus fuisset, vsq; ab huius alta stirpe. Et Ptolemæo Philadelpho Aethiopē elephantem fuisse, qui vel multas ætates vixisset, vel ex hominum consuetudine, vel institutione mansuetissimum: atq; idem ipse ait, se vidisse elephantum Seleuci, cognomine Nicanoris, qui vsq; ad Antiochorum postremam expugnationem vixisset. Pausanias autem ceruum elephanto viuaciorem esse ait, illius ceruæ exemplo, quam dominam appellabant, deæ sacræ, quam Leucydes vidit, cum torque, in quo incisæ erant literæ: *Hinnulus excipior soluente Agapenore Troiam.*

In Hexam. homil. 9.

Lib. 2. c. 6.

Elephas Aiax dictus.

Cerui viuacitas.

Causa longæ vitæ.

Plinius tradit, iuuentam eorum à sexagesimo incipere: ex Aristotele, qui, florere, inquit, circa sexagesimum narrant. Ex dentium quantitate ætatem futurā cognosci referunt: Scribit enim Cadamustus, sese vidisse aliquando apud Nigritas occisum perquam mediocrem, cuius dentium amplitudo palmos ternos excedebat: eminebant, inquit, ad duos palmos, verùm palmus contectus carne maxillæ, immergebatur, vt totus occultaretur, vt sunt aliorum radices dentium, aiebant autem argumento dentium amplitudinis feræ despicabilis ipsum haud quaquam annosum fore, si conferretur alijs. Cur modò longioris vitæ sit elephas, rationes audiamus Cardani: sed quia opus erat ad vitæ longitudinem optima masticatione, & quia etiam cibus à dentibus nullis anterioribus dissecari poterat, molares adeo robustos & tam commodè fabricauit, vt quemadmodum testatur Arist. cibum omnem confestim redigat in farinam. Simul etiam consulit, vt diu gestaretur catulus in vtero, tum propter vitæ longitudinem, tum etiam ipsius vitæ longitudo causa fuit, vt quamuis biennio fœmina in vtero ferat, multos tamen possit generare. Neq; enim vllum animal, quod parum in ventre matris gestatur, longæ vitæ esse potest. Dixerat etiam animalia in aqua degentia, ob humidū liquidius, tam diu viuere posse; nec aues ob paruitatē: nec quadrupedi alij meliorem temperaturam concessam esse. Cæterùm Scaliger quum duo, inquit, genera excludebas, auium & piscium? Quin de piscibus mirum, quum mortui fluitent, nulla eorum cadauera inueniri. Et est ratio. Non. n. in aqua, sicut in aëre mutationes impressionum sunt. Tamen haud repugno. Esto ab alijs cadauera deuorētur. At de auibus non assentior. Etenim paruitas non est causa corruptionis. Inter lapillos diutius adamas quàm saxum durat. Et viuit vtrūq; in tua schola. Adhæc boues canibus maiores minus diu viuunt. Coruis nemo vescitur. Corui nullum vnquā inuentū est cadauer. Neq; fauet ratio. Magna nāq; moles pluribus indiget instrumentis. Sed vt redeamus, vbi statues hominē? Nā neq; vt piscis, humidus: neq; paruus, vt auis: neq, magnus, vt elephas. Huic igitur optimo tēperamento, quare nō

Exercit 204 2.

& vita

A & vita longissima? Optimo namq; optimũ debetur. Demonstratio hæc est: si optimo inter quadrupedes tẽperamento cõstitutus elephas, icircò viuit diutissimè: igitur aut optimũ tẽperamentũ simpliciter, est causa longæ vitæ: quare homini non optimũ, quia vitæ non longissimę. Aut si in quadrupedũ solo genere optimũ temperamentũ longæ vitæ causa est: non erit simpliciter causa, sed forma ipsa, conseruans id, quod sibi comparauit. Hoc autem non est optimum in natura, diutissimè viuere, sed sapientissimè. Hominis enim vita non hæc est, sed via ad vitam, quæ æterna est. Alijs animantibus quod adest, suum ipsorum. Homini quod adest, est propter id, quod abest. Abest, enim quod suum ipsius est: Haud eo inficias, temperamentum esse, quasi instrumentum formæ ad cõseruationem: sed nego esse per se causam. Non est igitur elephanto optimum temperamentum ad viuendum diu: quia esset optimum in olea, aut palma, aut vlmo, quæ diutius viuunt. An verò temperamentum optimum attribuat suillo generi Galenus, propterea quòd humanis simillimas carnes illas iudicarit: in commentarijs nobilium exercitationum satis disputatum est. Neq; magnitudinẽ, neq; paruitatem agnoscit Philosophus vitę longę, breuisue causas, in libro super ea re peculiari. Hęc ille.

B

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.



ETSI elephas homine obuio fortè in solitudine & simpliciter oberrante, clemens placidusq; viam etiam demonstret, vt antè ex Plinio diximus, ab eodem tamen, dum vestigia hominis animaduertens priusquam hominem, intremiscit insidiarũ metu, subsistit ab olfactu, circumspectat, iras perflat, his & alijs inditijs quæ ibidẽ subneximus ex eodem naturali historico, hominem timeri hoc maximè, sed vnde timeatur, haud facile à nobis posse comprehendi, apparet. Plin. sanè id non declarat, quamuis inquirat & innuat. Apollonius verò, dum Pharaotis regis Bactrianorum elephantibus duceretur ad Brachmanos, cùm vidisset paruulum vnco quodam elephantis ceruici infixo, ducere ipsum ingens animal, tentauit Damum eius indiuiduum comitem, vnde esset hæc tam vasti animalis erga puerum obedientia, & ignoranti & doceri exoptanti Damo dixit: Id est ex terrore quodam actiuo, homini ab opifice immisso, quem præsentiẽtes inferiores & animalia omnia ipsum hominem timent, & reuerentur. Ipsi autem elephanti formidantur ab equis. Cardanus cùm dixisset elephantorum vocem ab Aristotele vocari spirabundam: Palam est, inquit, hanc ad affectus exprimendos & maximè ad commiserationem esse accommodatam: ob id nil mirum equos nõ tam animal quàm vocem vtramq; formidare. Mox verò elephantum illum, quem hic vidit, non adeo formidari ab equis ait, vt mulæ alioqui timidissimæ ad eum accederent; quamobrem de iratis elephãtis & in pugna ac de voce ipsa id intelligendum esse retur. Quoties equi elephantorum & aspectu & nidore consternati & in fugam sint coniecti, testantur non pauci historici, idq; etiã mox constabit in vsu in bello. Cyrus cum aduersus Derbices expeditionem suscepisset, quorum rex erat Amoræus, Derbices ex insidijs produxerunt elephantos, equitesq; Cyri fugarũt & Cyrus ex equo cecidit. Semiramidem refert Sabellicus indigam elephantorum elephantinas effigies bubulis multifariam corijs magno numero exstruxisse, easq; bellatoribus supernè sedentibus, equitibus velut in acie obiecisse, inanium belluarum occursu futurum ratam, vt in vera pugna equi minus ac minus formidarent. Inter alios hostes præcipuum habet rhinocerotem, quocum atrox ipsi pugna est, succumbitq; non semel. *In ludis Pompeij Magni visus est rhinoceros. Alter hic genitus hostis elephãto,* inquit Plinius, *cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit esse molliorem: longitudo ei par, crura multo breuiora.* Et alibi. *In arbores exacuunt, limantq́; cornua elephanti, & saxo rhinocerotes.* De pugna vtriusq; sic ait Aelianus. Rhinoceros licet humilior inferiorq; elephanto, cornu tamen (quod in summa nare validissimum gestat, adeo vt ne ferro quidem robore concedat,) saxis exacuto, elephanti crura suo rictu subiens, discerpit & lacerat: isq; effuso sanguine decumbit. Pugna eorum est de pastionibus, pro ijsq; tuendis multi mori dicuntur, ac si aluum non præoccuparit rhinoceros, sed in aliam elephanti partem aberrarit, elephantinis dentibus distrahitur: ac tametsi eius pellis ea existat firmitate, vt ægrè iaculo penetrari queat, tamen tam violentus est elephanti impetus, vt eam reijciat. Meminit eiusdem pugnæ Strabo, & Oppianus, sed paucis:

Elephas quando hominem timet

Lib. de subtil.

Equi elephantem timent.

Enneid. x. lib. 1.

Rhinoceros.

C

D

Lib. 16.

Sæpe etiam validos elephantes Marte lacessens,
Semineces tandem diffusa sternit arena.

Non bene etiã conuenit inter elephantes & Leones. Author enim est idem Aelianus; cùm elephanti in venatione fugantur, si eos sic frequentes coactos Leones perspiciant, alios aliò in fugam tanquã hinnulos, ab elephantis sibi incredibiliter timentes, conijci. Et Iphicrates scribit referẽte Strabone apud Hesperios Aethiopes Leones elephantorum pullos aggredi, quos cùm vulnerarint, iã matribus succurrentibus fugere: illas verò cùm filios sanguine maculatos viderint, eos interficere: leones

Leones.

Qq 2 post-

Tigris. poſtmodum reuerſos cadaueribus veſci. Pugnant & cum tigri. Euſtathius neſcio cuius authoritate, E
Tauri ſyluestres. tigridem ait elephanto eſſe robuſtiorem. Arrianus verò ait inſilire tigridem in caput elephantis, faciléq; ſuffocare. Syluestribus tauris etiam infeſtum eſſe aiunt elephantem teſte Alberto, noſq; mox in vſu in ſpectaculis pugnam elephantis cum tauris ex Martiale recitabimus. Si verò ipſe elephantus feritate effertur, ſtatim ad arietis conſpectum manſueſcere tradunt, nimirum ex Plutarcho, qui
Aries. ſic ait: Erant qui naturales rerum diſſentiones iactarent, & multa huius generis commemorarent:
Sympoſ. 2. q. qu. 7. nimirum elephantem furentem conſpecto ariete inſania ſolui. Aelianus ait elephantem arietis exhorreſcere cornua: aliàs verò etiam aſſerit, à Romanis (quoniam non cornua modò arietis, ſed etiam ſuilli pecoris grunnitum oderunt) Pyrrhi Epirotarum regis elephantos in fugam dici verſos, victoriamque amplam ex eo bello relatam fuiſſe. Quamobrem Volaterranus, cùm ait Elphantum ex animalibus maxima exhorrere hircum, ceraſtem, porcum, iiſq; machinamentis à Romanis elephantos Pyrrhi regis primum fugatos, perperam pro ariete cornuto, hircum ceraſtem reddiderit. Meminit eiuſdem vel ſympathiæ vel antepathiæ Orus Apollo, vt ſuo loco patebit, & ex neotericis
Porcus. Gillius elephantum ait, cùm feritate effertur, ſtatim ad arietis conſpectum manſueſcere. Quod verò de grunnitu porci ait Aelianus, idem & Strabo tradit, & Seneca, necnon & Aelianus rurſus alicubi, cùm ab Antipatro Magarenſes circumſederentur, acerrimeq; Macedones incumberent, primò ſcribit in ſues pice oblitos incendium Megarcos excitaſſe, deinde ſic incenſos in hoſtes immiſiſſe: Sues itaque furore inflammatos, cum in elephantorum agmina incurrerent, tum clamantes, quod igni flagrarent, quaſi quibuſdam furijs elephantos incitaſſe, & grauiter perturbaſſe, adeo vt nullum neq; ordinem tenerent, neq; amplius, quãuis à primo ætatis tempore domiti, manſuefacti eſſent: ſiue quòd ſua quadam recondita natura à ſuillo pecore longè abhorreãt, grauique in id odio ſint: ſiue etiam quia horum abſonũ vocis acumem pertimeſcant: cuius rei non ignaros educatores generis elephantini, vnà cum ſuibus pullos alere, ex conſuetudine eos vt minus horreant. Zoroaſtres quidem huius antipathiæ etiam meminit, ſed à porcelli recens nati voce exhorreſcere elephantum ſcribit. Et apud Suidam lego: porco ſtatim de turre ſuſpenſo, periculum quod ab elephanto imminebat, effugiſſe . . . . . . quod is grunitum ſuis tetrum moleſtè ferens recedebat.
In κεχραμμόν. Reperio item mures adeo odiſſe, vt ſi pabulum ab eis attingi viderit aut ſenſerit elephas, faſtidiat
Mures. ac reſpuat. Non magis (inquit D. Baſilius) admiror elephantem ob magnitudinem, quàm mu-
In Hex. homil 9. rem qui horrendus eſt elephanto. Sunt nihilominus qui id falſum eſſe dicunt, erroremq; inde natum, quòd pro ὗς id eſt ſus, legerent μῦς id eſt mus: vt ait Conſtantinus Gryphes tradit Aelia- G
Gryphes. nus cum alijs animantibus certare eaque vincere, contra Leones autem & elephantos nequaquam ſtare. Elephantorum anima referente Plinio ſerpentes extrahit, ceruorum item vrit. Id ta-
Lib. 11. c. 53 men alij ceruis aſcribunt, notumque eſt hoc Lucretij:

Naribus alipedes vt cerui ſæpe putantur Ducere de latebris ſerpentia ſæcla ferarum.

Itaque cerui dicuntur ἔλαφοι παρὰ τὸ ἑλεῖν τοὺς ὄφεις, id eſt, quia capiunt ſerpentes; vel παρὰ τὸ
Serpentes. ἐλᾶν τοὺς ὄφεις, id eſt, quia agitant & abigant ſerpentes. Aut itaq; dicendum vtriſque id conuenire,
Dracones. vel Plinium nominis ſimilitudine deceptum. Tradunt verò quidam, vt Diodorus Siculus ait, in
Lib. 4. c. 1. deſertis ac eſtuoſis locis ſerpentes magnitudine numeroq; admirabiles eſſe, & cum elephantis propter aquas pugnare: aſſurgentes enim complicare corpus, annixoſque viribus, elephantorum crura connnectere pluribus ſpiris adeò arctè, ſummaque vi, vt ſpumantes beſtias natura graues ad caſum compellant: tum plurium concurſu facto, beſtiam haud facilè mobilem depaſci: omiſſis ad aſſuetos verti paſtus. Dracones puto intelligit, nam & Aelianus ait Dracones elephas exhorreſcit: & rurſus: Aethiopia (inquit) dracones ad longitudinem triginta paſſuum progredientes generat, & nomen proprium non habent, ſed duntaxat elephantorum interfectores ipſos nominant & proueniũt ad ſummam ſenectutem: item alibi: Apud Indos, ſicut audio, grauiſſimas inter ſe gerunt inimi- H
citias draco & elephantus. Quare dracones haud inſcij imperitique ex arboribus elephantos ramos decerpere in paſtus ſuos ſolere: in has ipſas arbores primò ſerpũt, poſtea eam ſui corporis partem dimidiam, quæ ad caudam pertinet, arborum folijs circumtegunt, alteram partẽ anteriorem funiculi inſtar appenſam demittũt: eò cùm acceſſit elephantus ad arboris cacumina colligenda, draco in huius ipſius oculos inſiliens effodit, & conſtrictum tenens, inuſitato & nouo quodam laqueo ſtrangulat. De eadem pugna Plinius, *India* (inquit) *fert elephantes, bellanteſq; cum eis perpetua diſcordia dracones, tantæ magnitudinis, vt & ipſos circumflexu facilè ambiant, nexuq; nodi præſtringant. Commoritur ea dimicatio: victuſq; corruens complexum elidit pondere. Mira animalium pro ſe cuiq; præcipua ſolertia eſt, vt ijs* (draconibus) *vna ſcandendi in tantã altitudinem difficultas. Draco itaq; iter ad pabula ſpeculatus excelſa ſe arbore iniicit. Scit ille imparem ſibi luctatũ contra nexus: itaq; arborum aut rupium attritum quærit. Cauent hoc dracones, ob idq; greſſus primũ alligant cauda. Reſoluũt illi nodos manu. At hi in ipſa nare caput condunt, pariterq; ſpiritus præcludunt, & molliſſimas lancinant partes. Iidem obuij deprehenſi, in aduerſos erigunt ſe, oculoſq; maximè petunt. Ita fit, vt plerumq; cæci ac fame*

A *ac fami & mæroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit, nisi naturæ spectaculum, sibi paria componentis? Est & alia huius dimicationis fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem, ob id æstu torrente præcipuè à draconibus expeti. Quamobrem in amnes mersos insidiari bibentibus: arctatisque illigata manu in aurem morsum defigere; quoniam is tantùm locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos, vt totum sanguinem capiant. Itaque elephantos ab ijs ebibi, siccatosque concidere & dracones inebriatos opprimi, commoriq́.* Hactenus Plinius: ex quo etiam Solinus eandem discordiam repetit: *Inter elephantes & dracones*, inquit, *ingens discordia: deniq́ insidiæ hoc astu præparantur. Serpentes propter semitas delitescunt, per quas elephanti assuetis callibus euagantur, atque ita prætermissis prioribus postremos adoriuntur, ne qui antecesserint, valeant vltimis opitulari. Ac primùm pedes nodis alligant, vt laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem*, sic ille, & reliqua quæ Plinius: & subinde. *Itaq́ cum ebiberint sanguinem, dum ruunt belluæ, dracones obruuntur. Sic vtrinque fusus cruor terram imbuit, fitque pigmentum, quicquid soli tinxerit: quod cinnabarim vocant.* Sed & hoc à Plinio accepit, qui *milton*, inquit, *vocant Græci minium, quidam cinnabari. Vnde natus error Indicæ cinnabaris nomine. Sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto vtriusq́ animalis sanguine, vt diximus. Neque alius est* *Minium.*
B *color, qui in picturis propriè sanguinem reddit.* Sed de hoc colore suo loco. Ioan. Tzetzes nescio ex quo, pugnam illam paulò aliter refert, his verbis: *Taprobana maxima Indorum insula elephantos alit, & serpentes, qui omnium serpentium naturam superant. Hi elephantos aggressi, pedes eorum suis implicant spiris, & in terram deiectos vorant. Sæpe tamen pondere illorum obruti commoriuntur. In horum draconum capitibus multi pretiosissimi lapides reperiuntur, quorum natiua sigilla sunt, ita vt vni huius generis currum fuisse insculptum multi se vidisse affirment, vt Posidippus alicubi in suis carminibus testatur.* Lego item apud obscurum quendam authorem de rerum natura, elephantem fœminam parturientem, aquam ad vbera vsque ingredi, ibique parere metu draconis, qui si extra aquam pareret, fœtum deuoraret: marem quodque parturienti adsistere, opitulaturum scilicet, si necesse fuerit. Cæterùm Strabo dracones tradit pullos elephantorum aggredi in Libya, & cùm vulnerarint, matribus iam succurrentibus, fugere. Est & sanguisuga elephantis terrori, si enim in *Sanguisuga.* potu eam hauserint, in ipso animæ canali affixa intolerando afficit dolore. Eosdem ad potum venientes, vt Plinius ex Statio Seboso affert, in Gange Indiæ, vermes brachijs binis, sexaginta cu- *Lib. 9. c. 15.* bitorum, cærulei, qui nomen, inquit, à facie traxerunt, mordicus comprehensa manu eorum ab- *Quibus coloribus visis irascantur.*
C strahunt. Visis item quibusdam coloribus efferuntur, & ad iracundiam incitantur. Plutarchus author est in oratione, in qua connubialia contexuit præcepta, qui se admouent elephantis, vestem claram non gestare, nec puniceam, quod illa animalia ijs coloribus maximè efferantur. Et in libro de fortuna Alexandri ait, elephantorum conspectum vitare, qui candidas vestes gestant, quod ijs *1 Macha. 6.* coloribus irritentur istiusmodi beluæ. De rubro colore mentio in sacris Literis: Ostenso vuarum *Cap. 83. sacra philosoph.* mororumque sanguine ad prælum à veteribus accendebantur. Franciscus Vallesius his verbis constare ait, Persas qui elephantis vtebantur in prælijs, consueuisse illos irritare, posito ob oculos succo vuarum & mori: atque ijsdem verbis insinuari, illos ob similitudinem sanguinis censuisse, elephantos succis illis irritari quasi conspectu sanguinis sæuientes. Nam dicitur, *ostenderunt sanguinem, vuæ & mori*, hoc est, succum vuæ & mori sanguini effuso similem. An verò vana esset hæc consuetudo, an ratione naturali fulciatur, dignum esse consideratione: certè multarum gentium opinione constare; pugnaces feras intuitu rerum rubrarum irritari, nam & in Hispania, qui tauros agitant, rubris tunicis indutos in forum prosilire consueuisse, quasi illos magis ita irritaturi sint. Atqui quod multarum gentium constat consensione, æquum esse, censeri esse ita, atque vt *Sanguinis intuitus quid præstet.* confirmatum experimento recipere, & causam inuestigare, eam esse vulgus censere, quòd sangui-
D nis effusione prouocentur. Ei verò ea causa non placet. Nam ira, inquit, est feruor sanguinis, quem ciet appetitus vindictæ. Quæ autem causa est, vt sanguinis effusi phantasia, appetitum inferat vindictæ? Hunc enim appetitum nihil nisi imaginatio contemptus, vel acceptæ iniuriæ, in animantibus quibus honoris est sensus, aut honoris illati, vel prohibitionis rei expetitæ in omnibus inferre potest. In obiectu autem sanguinis nihil horum esse videtur, quapropter multò magis placet ratio illa, quæ non incipit ab imaginatione, sed a propria sanguinis natura. Nimirum sanguis intuitu rerum rubrarum commouetur, is commotus, præsenti præcipuè iræ causa, vt in prælijs facilè feruet. Quo furore, accedente eo quem præsens irritatio ciet, verisimile est plurimum iras increscere. Agitari verò ac commoueri ita sanguinem, receptissimũ est a medicis omnibus, qui proinde, spuentem aut fundẽtem ex naribus sanguinem, vetant ipsum sanguinem & res alias omnes rubras intueri, & ad cærulea aut nigra potius iubent oculos cõuertere. Contra exanthematis secundũ cutẽ laborãtes, iubent rubris indumẽtis operiri, atq; cubiculi, in quo decũbunt, parietes, rubris tapetibus tegi, vt scilicet rubra despectẽt. In illo quidẽ timẽtes, ne sanguis amplius agitatus erũpat, in his sperantes fore, vt ita abũdãtius ad cutẽ emergat. Galen. libello de subfiguratione empyrica ita inquit:

Coloris rubei vis. Preterea color rubeus sanguinem expuentes irritat, in reliquis verò passionibus & symptomatibus, ipsa etiam experientia attestante planè inutilis & superuacaneus est. Itaque Galenus eo loco dicit, experimento constare irritari sanguinem conspecto colore rubro, causam verò qua irritetur, non dicit, quia arbitror, illic de Empyrica subfiguratione disserebat, opus est ergò vt à me dicatur. Hanc ego arbitror præcipuè esse in spiritibus. Nā hi tenues & maximè mobiles cùm sint, adeò vt ab Hippocrate iccirco vocentur impetum facientia, & in venis & in arterijs cum ipso sanguine misti abundent, faciantque eam fluxilem esse, alioqui concreturum, atque vt Aristoteles censet, futurum etiam frigidum, ni spiritibus calesceret, consentaneum est, eos allici splendore illo simili splendori sanguinis, in quo volutantur naturaliter: ad oculos præcipuè, quæ partium omnium externarum maximè spirituosa est, deinde & ad totam cutem accurrere, & per quancumque venæ, aut arteriæ rupturam, aut laxitatem effluere. Cùm præcipuè, vt medicorum opinio fert, spiritus vitales ex sanguine, & animales (duplices enim spiritus esse autumant, nisi etiam triplices) ex vitalibus generentur. Omnes ergò hæ substantiæ, sanguis dico & duplices spiritus, proximam habere naturam est necesse, atque adeo spirituum naturalem fulgorem cum fulgore rubro sympathiam, ob quam illo alliciantur, secumque sanguinem commoueant. Sunt certe alia quam plurima quæ longè occultiores habent sympathiæ causas, in quibus tamen acquiescunt philosophi, alijs euidentioribus destituti. Quapropter non videtur mihi esse hæc valde longe petita. Vtcumque verò de causa sentias, res certo ipsa multis neque inceuidentibus constat experimentis. Noui quendam, qui oculos in rem quampiam cum rubore splendentem aliquantisper attentiùs intendens, non aliter oculis ac toto vultu afficiebatur, ac si vino æstuaret, aut erysipelate corripi inciperet. Id verò quoniam non æquè accidit omnibus, constat accidere magis, quibus sint cum sanguine spiritus agiliores (ob hęc symptomata dicit vulgus esse quibusdam sanguinem leuiorem) aliquantisper verò accidere omnibus, nam & qui faciei erysipelate laborant, & qui ophthalmia, vel suffusione cruenta, splendoris rubei conspectu plurimum læduntur. Mulieres verò quibus pulchritudinis est cura, siquidem albulæ sunt, purpureis vtuntur indumentis & spectris, non solùm quod specierum attemperatione apparens quidam rubor exoriatur, sed etiam quòd hunc apparentem insequatur verus color incitatis spiritibus, ac cum eis sanguine; quæ eadem est causa furoris excitandi in belluis, vbi alioqui est præsens iræ occasio. Hæc itaque omnia Vallesius. Terret denique elephantos ignis, id quod Elephantorum Hannibalis exemplo docuit Liuius, qui per ignem in Capuana obsidione exacti sunt. Quomodo autem a venatoribus in fugam acti incensis tandem syluis ab ea cohibeantur, suo loco ex Æliano recitauimus. Et Marcellinus ait: *Elephantis vt magna propulsis, quos flammis contectos vndique circumnexos, tam corporibus tactis, gradientesq; retrorsus, retinere magistri non poterant.* Vartomannus tradit, cùm contigerit, vt obiecto igne pauore icti fugam arripiant, nulla re adduci posse, vt gradum reuocent. Indos enim mira arte vbi libuerit, ignes torrendis belluis excitare. Hos enim id animal pauere, vt nulla magis alia re terreatur: ob idque visis ignibus effusissimè diffugere. Et alias etiam scribit, cùm in insula Monzambrich sibi cum socijs ab elephantis timeret, à duce itineris monitos fuisse, vt flagrantibus facibus belluis occurrerent, pauentibus suapte natura ignes elephantis, nihilominus vsu euenisse, vt ternos elephantes nupertimè pullos enixas, igne minime perterrefacere potuerint. Inperterritas nimirum persequentes, donec montem quendam nacti, sese contra earum impetum tutari possent. Rectè itaque Strabo Gabinium Romanum scriptorem fabulosa quædam de elephantis scribere asserit, ac inter cætera, dum ait, cæteras feras ignem fugere, elephantes verò ei resistere, ac repugnare, propterea quòd syluam consumat.

Ignis. *Dec. 3. li. 6.* *Lib. 19.* *Lib. 4. c. 10.* *Lib. 3. c. 3.* *Lib. 17.*

AVGVRIA. PORTENTA.

Regnum portendit.



VTHOR est Flauius Vopiscus, elephantum qui Aureliano multò ante eius imperium donatus est, in ostentis regiæ magistatis signum habitum fuisse, quod tunc solus omnium priuatus elephanti dominus esset. Sed & Scandrocotto Indo homini humili genere nato, quem Alexander Magnus ob linguæ procacitatem interfici iusserat, pernici fuga elapso, cùm mox latronibus contractis aduersus Alexandri præfectos bellum moliretur, Indiam ab eorum dominatione liberaturus visendæ magnitudinis elephantus ferus vltrò se obtulit, & velut domita mansuetudine cum integrum sustulit, quod eum regem futurum portento fuit, nec fefellit euentus. Siquidem oppressis Alexandri præfectis, Indiæ sibi regnum asseruit, eaque authoritate polluit, vt Seleucus Alexandri successor in Perside, cùm Indiam affectaret, regno illi relicto, cum eo componere satis habuerit. Plinius tradit Alcippen mulierem elephantum peperisse, idque inter ostenta esse. Lycosthenes

Elephas ex muliere nascens.

A sthenes in libro de prodigijs contigisse hoc annotauit post partum salutiferum inter initia belli Marsilici: Et Plutarchus refert Marcello inter alia prodigia nunciatum fuisse, quòd infans esset natus & superstes cum capite elephantis. *In Marcello.*

MYSTICA.



ICIT Eucherius elephantos, quia forma truces sunt, odore graues & mole terribiles, symbolum esse immanis peccatoris. *Peccatoris typus.* Iacobus de Vitriaco S.R.E. Cardinalis de elephante alteri suppetias adferente, istiusmodi desumpsit allegoriã: Cecidit elephas magnus primus pater, innixus arbori vetitæ & à nullo releuari potuit, nisi à modico & humillimo elephante. *In Vigilia Pascha.* Dicunt autem qui naturas animalium cognoscunt, quòd venatores arborem latenter incidunt, cui cùm innixus fuerit elephas, vt quiescat, corruit, nec valet surgere, quia non habet in pedibus iuncturas, vt tibias possit flectere. Dum autem circa ipsum alij elephantes contristantur & lugent, sed ei succurrere non valent, B modicus elephas seipsum illi supponit, & ita magnus elephas resurgit. Ita Deus in filij sui humilitate, iacentem mundum erexit. Christus enim paruus & humilis, vt nos eleuaret, sese exinaniuit, & nobiscum in foueam huius miseriæ descendit, suscipiens omnes defectus nostros, quos & suscipere conueniebat & nobis expediebat. Ipse modo elephas castitatis typus est Bedæ explicanti hæc Dauidica verba: *Domus eburnea, cor innocentissimum & castissimum*: In ebore enim (inquit) est candor, & per candorem designatur innocentia, quia vbi candor est, nulla macula est: similiter vera innocentia, quia à Deo est sine macula, vt nec sibi, nec alteri noceat. *Castitas. Psal. 44.* Rursus animal illud, cuius os ebur est: castissimum est, quia nec cognoscit nisi vnam vxorem, & illam temperatissimè, atque eã mortua nunquàm aliam cognoscit. Rectè ergò per ebur designatur castitas & innocentia.

HIEROGLYPHICA.



C ÆGYPTII (inquit Pierius Valerianus) hominem, in primis opulentum, suis quippe viribus pollentem, aliorum nihil indigum, qui dicere tutò possit, *in me est omnis spes mibi*, qui sibi conducentia olfactu quasi quodam enanciscatur, per animal hoc, imo per vnam tantùm eius promuscidem, hieroglyphicè significabant, in eam scilicet admirationem adducti, quòd talem tantam que habeat, vt ea vna officijs ferè omnibus illi oppidò sufficiat. *Homo nihil indigens.* Iidem & regem per elephanti simulachrum intelligebant, non ea tantùm de causa, quòd cùm gregatim semper ingrediantur, is qui maximus est natu, gregem ducit, quod in regibus eligendis multarum nationum & gentium mos fuit, vt id muneris senioribus demandaretur: verùm propterea quòd habet hoc animi regij peculiare, vt genua non flectat adeo notabiliter, vt animalia reliqua, calcaneum verò leuiter incuruet. *Rex.* Nam genua non flectere, dubio procul ostendit supplicabundum: flectere verò calcaneum, humanitatem, qua maximè præditus est, indicat. *Humanitas.* Nam apud philosophos morum institutores, pes indicium est affectus illius, qui humilioribus applicatur. Penes verò quem sit rerum potestas, decet quidem eum humanum esse, humanisque rebus commoueri: genua verò flectere non oportere manifestum est. Præterea scriptores rerum, assiduum cum serpentibus certamen gerere tradunt elephantos, vt diximus, D serpentes inter alia significata loco suo disposita, terrarum orbem, prouincias & regiones pro vario picturæ gestu significare suo loco apparebit: eas verò qui domitari voluerit, viribus in primis esse præditum oportet, abundare opibus, vt quæ bello necessaria sunt, facilè comparet, & cum ipsis prouincijs arma semper exercere. *Serpentes quid significent.* Quapropter, vt mihi (inquit Pierius) videtur, natura ipsa rerum humanarum cognitionem hoc exemplo descripsit, quippe quæ elephantum suis viribus optimè præmunierit, & quæ regem addeceant, adiecerit ornamenta, moresque & virtutes etiam regias vni illi ante omnia bruta elargita sit. Est autem inter virtutes regias etiam illa, quæ solet alias populorum beneuolentiam conciliare, munificentia: *Munificentia.* hac ostentanda magni principes elephanto plurimùm vsi sunt, vt ex numis antiquis, quos idoneore loco, referemus, idem Pierius ostendit, & quamuis ea munificentia in numis tribuatur imperatoribus, qui eos excuderunt, nihilominus si ad eorum quoque animalium liberalitatem trahere volueris, sanè munificos hos & liberales iuuenias, siue ij curatoribus suis, siue etiam puellis, quarum amore se captos ostendere, munera elargiri soliti sunt: quandam enim admirandam eorum erga homines beneuolentiam, gratumque in educatores animum ex Aeliano ostendimus.

Temperantia. Iam verò temperantiæ quoque ſignificatum, aut eius qui ſeruare modum in rebus norit, per elephantum exprimebant: Aſſuetus enim certæ pabuli menſuræ, ſi quid largius opulentiuſque apposueris, tantum aſſumit, quantum quotidiè paſcere eſt inſtitutus. Eſt illud verè regium inſanos *Insanos euitans.* & dementes homines euitare: quapropter ijdem Aegyptij hominem tali prudentia præditum, vt nihil ſibi cum ſtultis & fatuis eſſe vellet, oſtendere cùm ſtuderent, elephantum & caprum hieroglyphicè ponere ſoliti ſunt. Cauſam picturæ huius eſſe inquiunt, quòd elephantus inſpecto capro quam primùm fugit, tantum eſt inter eos naturæ morumque diſſidium, vt virtus vitium nullo *Vaniloquentia despectus* poſſit pacto tolerare. Cùm verò vaniloquum genus hominum regi cuipiam deſpectui habitum ac ſedulò euitatum oſtendere curaſſent, elephantum & porcum adpingebant. Elephas. n. porci audito grunnitu, in fugam ſe proripit eueſtigio, non ſecus ac generoſiores equi, præſertim Scythici, aſinorum ruditum impotenter admodum exhorreſcunt, quod exemplo Darij oſtendimus. Nihil porrò quicquam tam conueniens regi, quàm dicacitatem vaniloquentiamque ab ædibus ſuis procul ſummouere, eamque inimicam ſibi conſtituere, vt adagio receptum ſit, fidem regiam aſſer- *Rex.* uando in ijs, quæ omnino credi volumus atteſtari. Quia verò cornua animalium nulli maiora neque ſpecioſiora quàm elephanto, hac ipſa etiam de cauſa regem oſtendit: cornua enim dignitatis F *Vilissima sequens.* & ſublimium honorum ſignificatum habent. Hominem igitur Aegyptij ampliori aliqua dignitate tituloque honeſtatum, qui tamen nulla vel maieſtatis vel decori ratione habita viliſſima quæque ſectaretur, ſordeſque omnes perſcrutaretur, ſignificare ſi vellent, hieroglyphicum elephanti qui mures venaretur, proponebant, indignus quidem tam vaſtæ molis labor. Eſt & illud regum *Consternatio.* ferè omnium proprium, vt ipſi ad ſuam (quod aiunt) vmbram expaueſcant: ita potentiæ comes additus vniuſcuiuſque rei metus. Elephantum autem conſternationis hieroglyphicum eſſe, manifeſtum, ſi præſertim ij ad ſtagna limpidæ aquæ, vnde ſeſe tanquam in ſpeculo contemplari queant, deducti pingantur, quam ſpeciem ſupra modum reformidant, aut certè abhorrent & auerſantur: eaque de cauſa turbidam omnino bibunt. *Homo frugi.* Eſt & illud apud Horum celebre hieroglyphicum ſuper elephanto, vt ſi hominem frugi & de victus ratione ſolicitum indicare vellent, elephantum pingerent dentes ſuos terra condentem. Eum ſiquidem aiunt ſimul ac caducos dentes ſuos intellexerit, ſponte auellere, & terra infodere. Verùm ego crediderim (inquit Pierius) potius vitæ ſuæ proſpicientem, quàm victui legendum, Philippumque ipſum deceptum aliqua forſitan Aegyptij vocabuli æquiuocatione. Maniteſtum enim eſt ex receptorum authorum probatione, elephantos dentes ſuos nonnunquam in venatu alliſos arboribus excutere, ſcientes ſe eorum cauſa peti, vt ita præda derelicta vitæ ipſi ſuæ proſpiciant: Et ne indicio ſint venatoribus, G quotiens præ ſenecta deciderint, eos etiam tum humo condunt.

H

DE NOMI-

A

B



C

D

DE NO-

E

DE NOMINATA.

Elephantia serpentes. *Elephantia morbus.*



ELEPHANTIAS ſerpentes ſic appellant, vt quidam ex Solino citant, quòd is quem momorderint, eiuſdem nominis morbo afficiatur. Elephantia autem, ſiue quod idem eſt Aeginetæ Paulo, inquit Hermolaus, elephantiaſis & elephas, vt in Plinio quoque poſſis defendere, ſicubi elephantis pro elephantijs ſcriptum eſt. Eſt autem id ceu lepræ quoddam genus, elephantorum cuti ſimile, crebris ſumma corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim ſe in atrum vertente: ijs non ora modò atque manus, ſed ſuræ ac pedes inflantur, vt hinc recentiorum plerique non alios eſſe putent elephantiacos, quàm quibus crura ſic intumeſcunt, vt pedes elephantorum habere videantur. Origo morbi ex atra bile, non quidem omni, ſed retorrida: morbus inexpugnabilis, atque vt cancer vnius partis, ſic elephas totius corporis quaſi cancer exiſtimatur. Caſſiodorus, cutis (inquit) animalis elephanti vlceroſis vallibus exaratur, a qua tranſportaneorum nephanda paſſio, nomen accepit. Hæc Hermolaus in gloſſematis Plinianis. Idem in caſtigationibus Plinij lib. 20. cap. 18. reprehendit medicos recentiores, qui elephantiam vocant morbum, quo pedes & crura vehementer intumeſcunt. Aetius elephantiaſim a quibuſdam Leontiaſim vocari ait, ab alijs ſatyriaſin. Elephantiaſin quidem à magnitudine & diuturnitate affectionis nomen accepiſſe, imò & propter cutis aſperitatem, quæ in nonnullis apparet: Leontiaſim autem appellari, cùm frons ægrorum cum quodam tumore laxior redditur, ad ſimilitudinem pellis flexilis ſuperciliorum Leonis. Satyriaſin verò, propterea quod malæ faciei iiſdem cum rubore attolluntur, & muſculis maxillaribus veluti conuulſionem patientibus, mentum ipſum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus euenire ſolet, ſimilitudine quadam ad picturas ſatyrorum: quin & alacritas vehemens ad coitum ipſis adeſt, quemadmodum & de ſatyris fertur. Eſt autem grauis morbus, & propè ex eorum numero, qui incurabiles exiſtunt. Plinius elephantiaſin ante Pompeij Magni ætatem non accidiſſe in Italia ait, & ipſam à facie ſæpius incipientem, in nare prima veluti lenticulam: mox inualeſcente per totum corpus, maculoſam, varijs coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura, ceu ſcabie aſpera; ad poſtremum verò nigreſcente, & ad oſſa carnes apprimente, intumeſcentibus digitis in pedibus manibuſque. Aegypti peculiare hoc, inquit, malum, & cùm in reges incidiſſet, populis funebre. Quippe in balineis ſolia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia reſtinctus eſt. Galenus in definitionibus & therapeuticis ad Glauconem, elephantem tradit affectum eſſe, qui cutem craſſam & inæqualem reddit, liuorem adeſſe tum cuti, tum oculorum albis, exedi partes manuum ac pedum ſummas, exque ijs ſaniem liuidam ac fœtidam emanare: apparere etiam in huiuſmodi partibus affectis venas nigro craſſique ſanguine plenas. Qui plura de hoc morbo volet, Celſum conſulat, & Manardum in epiſtolis, & alios recentiores, quorum diuerſæ quidem opiniones ſunt: ſed plures & doctiores fere in hoc conueniunt, morbum qui in ſacris literis lepra vocatur (alia enim eſt quem Græci medici lepram vocant, non adeò difficilis curatu) & ſimiliter hodiè vulgò, non alium quam elephantem eſſe. Quod verò Plinius malum ait eſſe Aegypto peculiare, id & Lucretius ante ipſum dixerat:

Lib. 13. c. 120. *Leontiaſis.* *Satyriaſis.* *Lib. 26. c. 1.* F G *Lib. 3. c. 35.*

Et elephas morbus qui propter flumina Nili
Gignitur Aegypti in medio, neq; præterea vſquam.

Elephantis inſula. *Elephantine* *Lib. 16 c. 21* *Lib. 17.*

De Elephante monte ſuprà diximus. Elephantis verò Nili inſula eſt, intra nouiſſimum cataracten, nauigationis nouiſſimæ finis, &, vt Plinius ait, ibi Aethiopicæ conueniunt naues. Elephantine eidem Thebaidis oppidum, vbi nulli arbori decidunt folia. At Straboni Elephantina eſt inſula ſpatio ſemiſtadij, cum ciuitate qui Cnuphidis templum habet, & Nilometrio. Et rurſus: Nilus Aegyptum & ſolus, & totam, & in rectum permeat, à minore cataracte ſupra Syenem & elephantinam incipiens, qui ſunt & Aegypti & Aethiopiæ fines, vſque ad Nili oſtia in mare. Etymologus cùm dixiſſet elephantinam vrbem diſtare à Thebis Aegyptijs viginti & octingentis ſtadijs, de hac (inquit) ſcribit Appion, quòd Onychina dici debuiſſet; quemadmodum enim onyx, id eſt, vnguis reſectus, iterum creſcit, & quod demptum eſt, reſarcit: ſic Nilus pro conſumptis inundatione per agros aquis, quotannis rurſus paulatim colligitur & rurſus inundat. Celebratur verò etiam elephantis, quæ & elephantine interdum à Græcis nominatur, laſciuiſſima mulier, quòd varia concubituum genera deſcripſerit. Meminit eius Tatianus Aſſyrius in libro aduerſus gentes, & Suidas, Martialis quoque & Plinius. Latini quidam, alioqui literati, falsò marem putarunt. Eum qui elephantis præeſt, ducitque, Ariſtoteles elephantiſten, Plutarchus Elephantarchen teſte Cælio vocat. Sed fortè elephantiſtes is eſt, qui inſidet tantùm elephanto, etiam priuatus: elephantarches


H *Elephantis mulier.*

A. iarches autem, qui imperat in bello, non ipsis belluis, sed militibus, qui elephantis inuehuntur. Elephantarchas quidam sedecim elephantis praeesse scribunt, & munus ipsum elephantarchiam vocari Aelianus, ni fallor, asserit: ductor elephanti, elephantagogus teste Polluce dicitur, & qui eis praeficitur, elephantarches. Ἐλεφαντοτόμως apud Horatium eborarios interpretatur interpres Andagauensis, ita vocans fabros eboris, vt appellat Horatius: *Elephantarcha.* *Eborarius.*

Marmoris aut eboris fabros aut aeris amauit.

Isidorus cinnabarim tradit à dracone & barro id est, elephanto cognominatam, propterea quòd aiunt draconum esse sanguinem, dum implicant elephantos. Ruunt enim (ait) belluae & dracones obruuntur, quorum fusus cruor terram inficit, fitque pigmentum, quicquid solum tinxerit. Est autem puluis coloris rubri. Alia verò est cinnabaris Galeni & Theophrasti, lapis scilicet fossilis, rubens, non extrema duritie, quamobrem alijs gleba & arenula potius dicitur, ponderosissimus tamen, & non rarò argento viuo ita farctus, vt sponte extillet, haud aliter quàm arte, & vi ignis elicitur. Haec planè venenata & exitiosa existit. Alia rursus Dioscoridis, ille scilicet succus, quem sanguinem draconis in lachrimis officinae nuncupant. Elephantini libri nominantur à Vopisco in Tacito, qui in Vlpia bibliotheca erant conditi in armarijs & senatus consulta continebant ea B quae ad principes pertinebant, qui vt opinari se ait Turnebus, sic appellati sunt, quod eburnei forent, vt & alij quidam libri erant lutei. Alij verò teste Caelio elephantinos libros veteribus nuncupatos esse putant ex ratione amplitudinis. De sallamento elephantino dicam alias: apparet autem sic dictum ab eburneo colore: quemadmodum etiam vnguentum elephantinum apud Celsum in tertio. *Li. 19. c. 17.* *Cinnabaris.* *Lib. 30. Ad. uerf. c. 20.*

APOPHTHEGMA.



L. FABRITIVS Lucinus legatus missus ad Pyrrhum regem, cùm ille experiundae fortitudinis Fabritij causa post aulaea occultatum elephantum ex improuiso barritum edere fecisset, nihil plane territus, id solum subridens dixit: neque aurum tuum me heri, ó rex, nec hodie elephas tuus perterrefecit, vt refert Plutarchus in apophthegmatibus. *Fabritij fortitudo.*

C

PROBLEMATA.



VR animantium alia parere plura, alia pauciora consueuerunt? (inquit Alexander Aphrodisiensis:) Censendum naturam sic statuisse, vt quae breui tempore viuerent, haec partu essent numerosiore; videlicet ea de causa, vt vitae breuitas, partus copia compensaretur. Genera huiusmodi sunt sues, canes, aues complures, pisces omnes. Quae autem diu viuerent, haec pauca procrearent: quippe cùm temporis amplitudo posset rei quam natura spectaret, satisfacere. Sunt hoc in genere elephanti, serpentes, cornices, cerui. Quaerit verò etiam Antonius Ludouicus, cur cum insita sit parentibus erga natos naturalis beneuolentia, elephanti pullos suos cùm flumina pertranseunt, praemittunt? An, vt si hostes, inquit, à tergo irruperint, scutum & munimen sint natis? An verò vt profunditatis aluei coniecturam capiant? Non enim certiores esse possent, si qui sunt proceriores, facilè superarent, tranarentque flumen, an paruuli transmeauerint. Vtrum ne si grandiores praecedant, alueum profundiorem, & foueas lacunalesque pedum crassitie & ingenti D. pondere, vastaque corporis mole efficiant: quibus natu minores submergi & periclitari contingat. *Lib. 2. probl. 64.* *Lib. 1. probl. sect. 5. 3.* *Cur pullos in transitu fluuiorum praemittant.*

EMBLEMATA.



MBLEMATA Alciati in illaudata laudantes: *In illaudata laudantes.*

Ingentes Galatum semermi milite turmas,
Spem praeter trepidus fuderat Antiochus.
Lucarum cum saeua boum vis, dira proboscis,
Tum primum hostiles corripuisset equos:
Ergò trophaea locans elephantis imagine pinxit
Insuper & socijs occideramus ait,
Bellua seruasset ni nos foedissima barrus,
Vt superasse iuuat, sic superasse pudet.

De sum-

Desumptum est hoc emblema ex Zeusi siue Antiocho Luciani, cuius verba suo loco adferam. Aliud eiusdem in pacem. E

In pacem.

Turrigeris humeris, dentis quoque barrus eburni,
Qui superare ferox Martia bella solet;
Suppositit nunc colla iugo, stimulisque subactis
Cæsareos currus ad pia templa vehit.
Vel fera cognoscit concordes vndique gentes
Proiectisque armis munia pacis obit.

Habes simile carmen libro secundo Epigrammatum Græcorum, titulo, εἰς πόλεμον. Epigramma est Philippi.

PROVERBIA.



Elephantem ex musca facis.

AB Elephantis magnitudine sumpta aliquot habemus veterum adagia: quale imprimis est; *Elephantum ex musca facis*, id est, res exiguas, paruique momenti verbis attollis atque amplificas. Legitur adagium apud Lucianum in Muscæ encomio: Πολλὰ δ' ἔτι ἔχων εἰπεῖν, καταπαύσω τὸν λόγον, μὴ καὶ δόξω κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν: id est: multa adhuc supererant mihi dicenda, cæterùm sermoni meo finem impono, ne videar iuxta adagium ex musca facere elephantum. Adagium refertur à Suida; meminit etiam Apostolius. Angelus Politianus simili sensu, *è culice elephantum* fieri ait in epistola ad Bartholomæum Scalam: Non enim satis (inquit) mihi digna videntur, in quibus opera diutius ponatur, videlicet ne fiat elephantus è culice. *Culicem* verò *elephanto conferre* dicuntur, qui minima maximis comparant, Libanius ad Casilum: τὸ δὲ ἐμὸν τοιοῦτον, οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος: id est, Ego verò perinde sum quasi culex cum elephante collatus. Est & aliud de culice & elephanto adagium, quod tamen non ad molem corporis belluæ, sed ad cutis duritiem pertinet: Κώνωπας ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει, id est, *Culicem haud curat elephantus Indus.* Refertur prouerbium in epistolis, quæ Phalaridis nomine circumferuntur. Vsurpari poterit, quoties significabimus excelsis animis leues & vulgares iniurias esse negligendas. Dictum est ob singularem duritiem cutis elephantinæ, quæ fertur etiam iacula excutere, tantum abest, vt culicis morsu possit offendi. Prouerbialiter à Luciano quoque dictum videtur in Demo, ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δείκνυοι, id est, aut formicam in elephante aut camelo spectandum exhibeat. Θᾶττον ἂν πέντε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κρύψειας, ἢ ἕνα κίναιδον, id est, *Citius quinque elephantos sub alis absconderis, quàm vnum cinædum.* Legitur adagium apud Lucianum in libro aduersus indoctum. Dicitur de ijs, qui dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Elephantum per foramen acus, adagium Hebræorum, vt citat Baronius in annalibus. *Prius Locusta elephantum pariet*; de re impossibili. M. Varro ex Ennio refert hunc versum:

Lib. 12. Epi. — *Culicem ele. phanto conferre.* — *Culicem non curat elephātus Indus.* — *Elephantos sub alis abscondere.* — *Elephātum per foramen acus.* — *Li. 5. de ling. Lat.*

Atque prius pariet Locusta Lucam bouem.

Festus hunc versum Næuio tribuit. Ab eodem poëta Ennio prouerbialiter etiam effertur:

Prius Locusta elephantem pariet.

Denique vi magna quadrupedes equus atque elephanti
Proijciunt sese.

Elephas nō capit murem.

Ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει: *Elephas non capit murem*, id est, generosus & excelsus animus negligit prædas viles ac lucella minuta. Vir egregiè doctus non insectatur minutulos istos literatorum simios. Homo præpotens non offenditur iniuriolis tenuium. Gesnerus in Apostolij collectaneis rectiùs legi putat, Ἐλέφας μῦν οὐκ ἀλεγίζει, id est, Elephantus non curat mures, quod Græci carminis heroici, inquit, hemistichium est, ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα ὑπερορώντων. Obiecerit tamen aliquis, huic prouerbio id quod suprà docuimus, elephantem odisse mures, & pabulum ab eis contactum aspernari. *Celerius elephanti pariunt*: Sunt quibus hoc quoq; (inquit adagiorum author) inter adagia videtur adnumerandum, quod scriptum est apud Plinium secundum in præfatione mundi: *nam de Grammaticis*, inquit, *semper expectaui parturiri aduersus libellos meos, quos de grammatica edidi: & subinde abortus fecere iam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant.* Hactenus Plinius. Itaque cunctationem immodicam & quorundam nimis lenta molimina, his verbis licebit significare. Licebit etiam in hanc vertere formam. Quando tandem pariet obsecro, quod tot iam annis parturis, vt nec elephanti diutius? *Elephanto stipem offerre*, rectè dicetur, cùm quis donaturus donandum timet. Dictum Augusti, vt annotauit Suetonius: *Promiscuis salutationibus admittebat & plebem tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd sic libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.* Quintilianus in sexto, in capite de

Citiùs elephanti pariunt.

F G H

A pite de risu sic inquit: *Adhibetur similitudo interim palam, serio interim, sed & parabolæ, cuius generis id Augusti, qui militi libellum timidè porrigenti, noli, inquit, dubitare, tanquam assem elephanto des.* Qui enim assem, hoc est, nummum elephanto dabat, cum pauore & formidine porrigebat. De hoc eodem Augusti ioco Macrobius in secundo Saturnalium: *Augustus cùm quidam libellum trepidus offerret & modò proferret manum, modò traheret: putas, inquit, te assem elephanto dare?* Οὐδὲν ἂν ἐλέφας ἐκπίοι, *ne elephas quidem ebiberet.* Dicetur (inquit author adagiorum) in librum insulsum ac loquacem, quem ne patientissimus quidem perlegere sustineat. Equidem magnos stupidosque elephantorum nomine etiam intelligebant, vt ostendimus, vel hoc etiam Græco suffragante adagio: Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδὲν, *nihil ab elephante differs*, etiamsi enim primæ ingenij laus tribuatur his belluis, tribuitur tamen inter bruta: corporis verò moles & formæ fœditas, adagio locum fecit. Refertur à Diogeniano. Legitur etiam apud Suidam & Apostolium: ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀναισθήτων, παρόσον τὸ ζῶον τοιοῦτον. Apud Epinicum in Hypoballomenis, cùm iactaret quidam se elephantum poculum tricongium, quod ne elephas quidem ebiberet, sæpius exsiccasse, subijcit quidã οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ. Vt suprà ex Athenæo recitaui. *Ne elephas ebiberet.* *Nihil elephante differs.*

B

VSVS IN CIBIS ET MEDECINA.



ELEPHANTOPHAGI teste Strabone, à belluis, quas venantur eduntque, dicti, à Nomadibus immundi vocantur. Et proximè ante hæc verba, Sabæ, inquit, ciuitas maxima est, quam Eumenis lucus sequitur: Vlterius est vrbs Draba & elephantum venatio, quæ ad puteum nominatur, eam elephantophagi habitant. Plinius quoque Troglodytas conterminos Aethiopiæ, solo elephantorum venatu ali tradit, & Asachas (Asachæos vocat Solinus) montes habitare (in Africa) viuere elephantorum venatu: item contra Meroën esse Magabaros, vel Adiabaras dictos, partemque eorum Nomades esse, qui elephantis vescantur. Horum quoque mentio est apud Philostratum: Aethiopes, inquit, qui Nomades appellantur, ciuitates in curribus positas habent: Proximi autem illis sunt, qui elephantos venantur, illosque in frusta diuisos vendunt, vnde cognomen adepti, elephantophagi nuncupantur. Caro eorum teste Rase C ponderosa est, frigida, pinguis & abominabilis. Sed Aelianus ex tanta elephanti mole nihil esculentum esse ait, præter promuscidem, labra, & cornuum medullam: at tamen Gillius tradit Aethiopes elephantum in venatione captorum posteriores partes comedere: apparetque renes cæteris omnibus partibus præferri, siquidem apud Vartomannum lego, vidisse ipsum in quibusdam regionibus ferculum omnium pretiosissimum æstimari, & regi apponi solitum, renes elephanti. Qui gustat de carne elephanti cum aqua & sale cocta, cum seminibus asquesim (id est ferulæ, si rectè Albertus transtulit,) sanat tussim antiquam, vt Rasis ait: decocta & liquefacta cum aceto & semine eiusdem ferulæ, si prægnans gustauerit decoctionem, proijcit, quicquid habet in vtero. Sepum elephantis eodem testante illitum capiti dolenti prodest. Legimus verò etiam apud Aelianum elephanti adipem, contra omnium ferarum venena remedio esse, eoque inunctum, licet nudus contra efferatissimas bestias procedat, illæsum discedere: quærendum an hoc potius ad elaphon, id est ceruum pertineat, vt & illud quod author quidam de naturis rerum scribit, elephanti ossa & pellem, vbicumque incenduntur, serpentes fugare, nec vllum animal venenosum accedere: sed videtur eadem vis vtriusque animalis partibus iam dictis contra serpentes inesse. *Adipe ceruino elephantinoq́; perunctos*, inquit Dioscorides, serpentes fugiunt. Certè vinum quoque D vtrumque animal serpentibus infestum est: & ea quæ vruntur, omnia ferè, si fumi mordacitati odoris grauitas accedit, vt maximè fit in ossibus, pilis & corijs, serpentes fugant. Sic & fumo, qui fit ex vngula & pilis elephantis, animalium quælibet venenata fugantur, vt Isidorus refert. De proboscide legimus apud Plinium: *Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & sternuat.* Dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica adalligata, impetus libidinum stimulat. Iecur eodem teste comitialibus morbis prodest. Eiusdem visceris extremitas comesta cum aqua sumac, & folijs citranguli, hepati dolenti medetur, vt Rasis scribit. Fel per nares immissum, iuuare aiunt, inquit Albertus, contra morbum caducum, Rasis æquale pondus adijcit. Fel autem ad pondus aurei Albertus infundi ait, sed aliàs legitur alxisat, fortè alcirat, id est ceratium, id est, tertia pars oboli. Iidem tradunt, fimo elephantis, si illinatur cutis pediculosa, & in ea resiccari permittatur, pediculis liberatam iri: item si eodem suffiatur domus aut alius locus, cniphes (aliàs culices) fugere atque mori. Hali ait, si suffiatur eo venter febricitãtis, prodesse; si verò supponatur (cum lana submittatur) mulieri, conceptionem prohibere. Hoc & Auicenna memorat.

Lib. 16. *Elephantophagi.* *Caro qualis.* *Renes.* *Ad tussim.* *Adeps.* *Lib. 2. c. 86.* *Iecur.* *Fel.* *Fimus.*

VSVS IN SPECTACVLIS.

Lib. 2. c. 241

Lib. 2. Epi. 1.


RATISSIMOS in Romanorum ſpectaculis elephantos fuiſſe, inde colligit Alexander ab Alexandro, quòd non modò ludiones, ſed ipſi etiam elephanti à populo collatione ſtipis & aſſibus donarentur. Sed & ex Horatio diſcimus, cùm poëtæ recitarent in ſcena ſua carmina, vel dum ageretur comœdia, populum ad tres vel quatuor horas, conuertiſſe oculos ſuos ad alia ſpectacula, quæ in theatro exhibebantur, deinde exoraſſe beſtiarum magiſtros, vt adducerent in theatrum aut camelopardalim, aut elephantem album, eòque ſe conuertiſſe itidem nobiliores; quin nonnullos prætereà præcepiſſe, vt ceſſaret carminum recitatio, aut comœdia intermitteretur. Is enim ſenſus eſt Horatij, dum canit: E

Si foret in terris, rideret Democritus, ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora, F
Spectaret populum ludis attentiùs ipſis
Vt ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.

Spectacula ex elephantis.

Lib. 7. Epi. 1

Diuerſa autem ſpectacula in theatris, Circoque edidiſſe Romæ legimus, venationes, pugnas, & ludicra, vt choreas & funambulationes. De venationibus mentio apud Ciceronem: *Reliquæ* (inquit) *ſunt venationes binæ per dies quinq́ue, magnificæ, nemo negat. Sed quæ poteſt eſſe homini polito delectatio, cùm aut homo imbecillus à valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſuerberatur: quæ tamen ſi videnda ſunt, ſæpe vidiſti, neq́ue nos qui hæc ſpectauimus, quicquam noui vidimus. Elephantorum extremus dies fuit, in quo admiratio magna vulgi atque turbæ, delectatio nulla extitit, quin etiam miſericordia quædam conſecuta eſt, atq́ue opinio eiuſmodi eſſe quandam illi belluæ cum genere humano ſocietatem.* Ad huiuſmodi venationem alluſit puto etiam Martialis dum canit:

Lib. 13.

Pulcher adeſt onager, mitti venatio debet
Dentis Erythræi.

Lib. 8. c. 7.

Pugna contra milites.

De pugna verò contra milites, & tauros, ſic ſcribit Plinius: Romæ pugnaſſe Feneſtella tradit primum omnium in Circo Claudij Pulchri ædilitate curuli, M. Antonio, A. Poſthumo Coſſ. anno vrbis ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Item poſt annos viginti, Lucullorum ædilitate curuli aduerſus tauros. Pompei quoque altero conſulatu, dedicatione templi Veneris victricis pugnauere in Circo viginti, aut vt quidam tradunt, ſeptemdecim, Getulis ex aduerſo iaculantibus, mirabili vnius dimicatione, qui pedibus confoſſis repſit genibus in cateruas, arrepta ſcuta iaciens in ſublime, quæ decidentia voluptati ſpectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore beluæ iacerentur. Magnum & in altero miraculum fuit vno ictu occiſo. Pilum ſub oculo adactũ, in vitalia capitis venerat. Vniuerſi eruptionem tentauere non ſine vexatione populi, circundati clauſtris ferreis. Qua de cauſa Cæſar dictator, poſtea ſimile ſpectaculum editurus, Euripis arenam circundedit: quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca addens. Sed Pompeiani amiſſa fugæ ſpe, miſericordiam vulgi inenarrabili habitu quærẽtes ſupplicauere, quadam ſeſe lamentatione complorantes, tanto populi dolore, vt oblitus imperatoris, ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, flens vniuerſus conſurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Pugnauere & Cæſari dictatori tertio conſulatu eius, viginti contra pedites quingentos: iterum totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, & pari equitum ex aduerſo dimicante. Poſtea ſinguli, principibus Claudio & Neroni in conſummatione gladiatorum. Hæc Plinius. De Cæſaris verò pugna Suetonius paulò aliter: *nouiſsimè* (inquit) *pugna diuiſa in duas acies quingentis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commiſsis.* De Pompeio etiam meminit Plutarchus in eius vita: Romæ, inquit, venationes exhibuit, quibus quingenti Leones cæſi, elephantes deinde, horrendum quippe dirumque ſpectaculum. Aſconius Pedianus pugnam eorum in Circo primum omnium dediſſe Pompeium tradit ludis, quibus à ſe factum theatrum dedicauit: atqui Plinius cùm dixiſſet elephantos Italiam primùm vidiſſe, Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellaſſe in Lucanis viſos anno vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptuageſimo ſecundo: *Roma autem in triumpho*, inquit, *ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingenteſimo ſecundo victoria L. Metelli pontificis in Sicilia de Pœnis captos. Centum quadraginta duo fuere tranſuecti ratibus, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerãt. Verius eos pugnaſſe in Circo, interfectosq́ue iaculis tradit penuria conſilij. Quoniã neq́ue ali placuiſſet, neq́ue donari regibus. L. Piſo inductos duntaxat in Circum, atq́ue vt contemptus eorũ increſceret ab operarijs haſtas* G H

Quando primùm Romæ pugnarint.

præpilatas

A *præpilatas habentibus, per Circum totū actos: Nec quid deinde ijs factum sit, authores explicant, qui non putant interfectos.* Apud Indos, sibi inuicem pugnare cogi annotauit Aelianus: Magnus, inquit, Indorum rex quotannis diem vnum proponit, tum hominum, tum bestiarum certaminibus: committuntur autem pugnaturæ inter se & aliæ bestiæ & elephanti. Iam verò Romæ cum alijs etiam animalibus pugnare visus est, ac imprimis cum tauro, cuius pugnæ sic meminit Martialis in libro de spectaculis:

Qui modo per totam flammis stimulatus arenam,
Sustulerat raptas taurus in astra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli sic elephanta putat. *Pugna cum tauris.*

Et alicubi rursus:

Grandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Libycas possint sustinuisse trabes? *Lib. 14.*

Pugnare rhinoceroti occulto quodam odio suprà ostendimus. Pugnam hanc hoc sæculo in Europa visam meminit Laurentius Surius in commentario sui temporis anno Domini 1515. Hoc anno (in-*Cū rhinocerote.*
B quit) Lusitaniæ rex Emanuel Vlisbonæ dedit insigne spectaculum elephanti cum rhinocerote certantis. Est vtrumque animal immani corporis vastitate, sed longiora crura sunt elephanto. Naturale illis inest odium alterius in alterum, idque propter meliora pascua, vt quidam scribunt, quæ sibi inuicem præripere nituntur. Rhinoceros teste Pausania, duo habet cornua, alterum insigni magnitudine de naribus extans, alterum quod supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimum: Fuit huiusmodi bestia viua allata regi Portugalliæ Emanueli 1513. ex India colore buxeo, siue vermiculato, testis clypeatis tecta, omnique ex parte armata. Cùm autem certamen initurus esset rhinoceros cum elephante, cui genitus est hostis (vt inquit Plinius) cornu ad saxa limato, aluum maximè petit, quam scit suis ictibus peruiam esse. Porro elephantus dentibus maximis & fortissimis cutem rhinocerotis, quantumlibet duram, & vix iaculo peruiam, validissimo ictu lacerat, dentibusque dilaniat. In eo certamine, quod hoc anno (vt diximus) Vlisbonæ fuit, elephantus succubuit. Elephantum choreas ducere doceri, antea quoque diximus; Has quoque iubente magistro ducebant in theatris; vt constat ex epigrammate hoc Martialis inscripto de spectaculis:

C *Picto quòd iuga delicata collo* *Choreas ducunt in theatro.*
Pardus sustinet, improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello: *Lib. 1. Epig. 105.*
Mordent aurea quòd lupata cerui
Quòd frenis Libyci frenantur vrsi,
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris,
Turpes esseda quòd trahunt bisontes,
Et molles dare iussa quòd choreas
Nigra bellua nil negat magistro:
Quis spectacula non putet deorum?

Longè tamen maius & admirabilius est, quod de funambulis elephantis recitauimus. Nero referente Xiphilino ludos magnos & magnificentissimos in honorem matris suæ fecit: Quo tempore *Funambuli.* elephas introductus in theatrum, in summum eius fornicem conscendit, atque inde vehens hominem, in fune ambulauit.

D

VSVS IN TRIVMPHIS.



DIODORVS Siculus author est Dionysium, primum omnium triumphasse elephante Indico euectum, & apud Athenæum legimus Ptolomæum Philadelphum, *Lib. 5. c. 5.* triumphum eum fuisse imitatum: At in alio curru, qui Dionysij peregrinationem continebat, erat Dionysius duodecim cubitorum, qui veste purpurea indutus super elephanto considebat, coronamque habebat ex hedera & pampinis auream &c. Elephas ipse ornamentum habebat aureum, coronamque auream hederaceam circa collum. Mentio est istiusmodi triumphi apud Claudianum, qui sic canit:

Talis Erythræis intextus nebrida gemmis *Lib. 12. Paneg.*
Liber agit currus, & Caspia flectis eburnis
Colla iugis.

Lib.7. Romæ quoque non pauci elephantis triumpharunt; at qui primus is fuerit, haud certò conſtare *L. Metellus* videtur. Sabellicus Lucium Metellum, qui quindecim vir fuit, magiſter equitum, bis conſul, pontifex maximus, elephantos ait primum in triumpho duxiſſe, ex Plinio, ni fallor, quem mirũ eſt (inquit Cælius) libro ſeptimo ſcribere, L. Metellum elephantos primum bello Punico primo duxiſſe in triumpho, cùm tamen libro idem octauo tradat, elephantes Italiam vidiſſe primum Pyrrhi bello, & boues Lucas appellaſſe in Lucanis viſos, anno Vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Romam autem in triumpho, ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis. Eandem plurimos anno quingenteſimo ſecundo, victoria L. Metelli in Sicilia de Pœnis. Sed in ſeptimo forſan de ijs ſentit, qui modò in Carthaginenſes depugnarunt, ſicuti meminit libro decimonono ab vrbe condita Liuius. Certè author eſt Seneca in libro de breuitate vitæ, principem om- *Curius Dentatus.* nium Curium Dentatum elephantes duxiſſe in triumpho. Sed & mox paulò: Idem, inquit, enarrabat, Metellum, victis in Sicilia Pœnis, triumphantem vnum omnium Romanorum ante cur- *Lib.18.c.5.* rum centum & viginti captiuos elephantes duxiſſe. Eutropius ait, victo Pyrrho Manium Curium Dentatum in conſulatu triumphaſſe, & Romam primum elephantes quatuor duxiſſe. Idem & Cuſpinianus teſtatur. Conciliabimus fortaſſis authores, quod alter currui iunxerit, alter ante currum *Pompeius.* duxerit. Procedente mox tempore Pompeius Magnus triumpho Africano, vt ait Plinius, & D. *Lib 8.c.2.* *Cæſar.* Cæſar Gallico, vt Suetonius, elephantis quoque triumpharunt. De Pompeio ſic Plutarchus: Optans Pompeius grauiori eos moleſtia afficere, conatus eſt curru quatuor elephantibus ducto triũphum ducere, inter alia quæ ex Africa adduxerat: horum nonnullos captiuos duxerat, anguſtiori tamen porta vrbis prohibitus equis vſus eſt. Cæſarem verò ait Suetonius imitatione Pompeij, vectum fuiſſe elephantis quadraginta, dextra læuaque lychnos geſtantibus. Sed & Gordianus Imp. (ſub quo Romæ elephanti triginta duo, quorum ipſe duodecim miſerat, Alexander decem) ſuo quoque in triumpho elephãtis vectus eſt, vt tradit Iulius Capitolinus. At Alexander Seuerus cùm de Perſis triumpharet, non curru triumphali, ſed pedibus ſequente curru quatuor elephantorum palatium aſcendit, referente Aelio Lampridio in eius vita, his verbis: Poſt hæc cum ingenti gloria, comitante Senatu, atque omni populo circumfuſis vndique mulieribus & infantibus, maximè militum coniugibus, pedes palatium conſcendit, cùm retrò currus triumphalis à quatuor elephãtis tra- *Gordianus.* heretur. Leuebatur manibus omnium Alexander, vixq; ille per quatuor horas ambulare permiſſus *Alexander.* eſt, vndique acclamantibus, Salua Roma, quia saluus eſt Alexander. Subactis Sarmatis quoque *Domitianus* Domitianum elephantis triumphantem, ſic canit Martialis:

Hic gemini currus numerant elephanta frequenter
Sufficit immenſis aureus ipſe iugis.

Cornificius. Cornificius verò, quòd aliquando milites ſeruaſſet, tantum ſibi tribuiſſe fertur, vt quoties poſtmodum foris cœnaret, elephanto domum reuehi vellet.

VSVS IN BELLO.



LEPHANTOS ad bellicum vſum aptos eſſe teſtatur Ariſtoteles. Sunt, (in- *Lib.9.* quit) apud Indos in vſũ rei bellicæ non ſolùm mares, ſed etiam fœminæ, verun- *Bello apti ſunt.* tamen fœminæ pauciores ſunt, & timidiores. Iſtiuſmodi belluas Romanis ſecundo bello Punico ita fuiſſe terrori ait Cuſpinianus (ex Polybio) vt biennio neq; in Africa, neque in Sicilia auſi ſint cum Pœnis æquo Marte dimicare, eoq; mi- *Romani elephantos timuerunt.* litum animo animaduerſo, continuo latum eſſe decretum, vt noua claſſis ad bellum inſtrueretur, mox eos aſtu à L. Cecilio Metello victos. Vegetius ait, elephantos contra Ro- *Lib.3.* manum exercitum, primum in Lucania (vide etiam ſuprà) Pyrrhum regem eduxiſſe, poſtea Hannibalem in Africa: qua de re ſic Plutarchus in eius vita: *Ceſſere Romani ea potiſſimum parte, qua Pyrrhus ipſe hoſtibus repugnabat; maximè autem elephantorum robore & impetu, cum propter eos virtute ſua vti non poſſent, ſed veluti fluctu aut terræmotu ingruente cedendum ſibi intelligerent.* Lucre- *Lib.5.* tius verò Pœnis eam laudem tribuit, dum canit:

Inde boues Lucas turrito corpore, tetros,
Anguimanos, belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnos Martis turbare cateruas.

Vtcumque eſt fuiſſe Romanis longo tempore terrori eſt certiſſimum. Hinc Carthaginenſibus non eripuere tantummodo illos, ſed etiam vſum interdixere. Sic enim in legibus pacis, quam victi petierant, nominatim cautum fuiſſe hiſtoria teſtatur, vt & quos haberent domitos traderent, & alios deinceps non domarent. Appianus author eſt, cùm Antiochus definitum numerum, excederet, legatos fuiſſe miſſos, qui elephantos interficerent: & in nona Ciceronis Philippica legimus,

A legimus, eam fuisse legationem Octauij, vt nepotem regis Antigoni, eius qui cum Romanis bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet. Iam verò & ipsi elephantis vti cęperūt, & non mediocrem insuper fiduciam in ijsdem collocarunt, id quod Metellus inter alios imperatores præcipuè nobis significauit: Cùm enim vtramque Hispaniam, consul prius, deinde proconsul penè iam subegisset, postquam cognouit Cn. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti, elephantis consueta dari cibaria vetuit, vt scribit Valerius Maximus. Cæpere verò ijs vti in bello Macedonico, si Liuio credimus, apparetque semper accreuisse numerum, nam circa Seueri & Bassiani tempora trecentos ad bellū instructos habuisse reperio. Cæterùm belluas istas ex Europę principibus ante alios Alexander Poro rege & Indis deuictis in potestate habuit, inquit Pausanias in Atticis: quo mortuo & alij reges, & plurimos Antigonus sibi comparauit. Pyrrhus verò in pugna, quam cum Demetrio commisit, aliquot cepit. Ij cùm ad Tarentum in mediam irrupissent aciem, non parum Romanos exterruere, plerisque aliud quàm belluas esse existimantibus. Ebur enim hominum opere & arte priscis temporibus expoliri solitum norāt haud dubio multi, bestias autem ipsas, priusquam Macedones in Asiam traijcerent, præter Indos & Libijas, finitimosque illis populos, nulli viderant. Quod ipsum ex Homero facile conijcias, qui cùm regum B lectos & opulentiorum inter hosce domos ebore ornatas dixerit, belluæ tamen nuspiam mentionem facit, quod si aut elephantem vidisset, aut de eo quicquam audisset, antiquius opinor duxisset, hoc quam Pygmæorum & gruum pugnam commemorare; Hactenus Pausanias. Quanta autem elephantorum in bello sit vtilitas, ex ea maximè victoria innotuit, quam deuictis Galatis Antiochus consecutus est, Narratur à Luciano in Zeuxi siue Antiocho, his verbis. Cum non ignoraret Antiochus Soter & corporis viribus & audacia Galatas esse præditos, insusitatamque illorum multitudinem videret, tum phalangem fortiter coniunctam: à tergo verò æneis thoracibus indutos bellantes: præterea in profundum semper armatos viginti quatuor ordinatos. In vtrumque autem cornu equitatum, qui viginti milibus equitum constabat, dispartitum esse. Porro è medio octoginta currus falcatos erupturos, ac cum illis bigas bis totidem. Hæc, inquam, cum videret, spem valdè malam animo concipiebat potiundæ victorię, tanquam si cum inuictis esset agendum. Siquidem ipse modicè instructo exercitu, neque ampliter, neque pro belli dignitate & apparatu, aut magnitudine, sanè perquam paucis comitatus aduenerat, ac illis quidem vt plurimum scutatis & nudis. Sed enim ex his, qui nudi erant, plus quam dimidia pars exercitus numerabatur. Itaque iam de petendo fœdere, ferendisque pacis conditionibus & bello conuenientissimè componendo C secum agebat. Atqui Theodatus Rhodius vir excelsi & generosi animi, instruendæ aciei non imperitus, cùm præsto esset, regem perturbato animo esse non sinebat. Et erant Antiocho vndecim in exercitu elephantes. Hos Theodatus iussit interea haberi quàm occultissimos, ne ex acie apparentes conspicui fierent hostibus: vbi verò tuba signum dedit & manus conserendæ forent, ac hostium equitatus impressionem faceret, & Galathæ aperta phalange currus immitterent, tunc vnà cum quatuor elephantis vtrinque equitibus esse occurrendum docebat. Octo autem reliquos aurigis & curribus esse immittendos. Hoc enim facto, inquit, illorum equi perterrebuntur, ac retro fugientes in ipsos Galatas illapsi impetum facient, nec opinionem eius rei prædictæ euentus fefellit. Cum enim antea nullum elephantum vidissent cùm ipsi Galatæ, tum equi illorum, adeo nouo & inopinato elephantorum spectaculo animis consternati sunt, vt longè adhuc à belluis constituti, postea quam solùm rugientes audissent, dentesque candore relucentes vidissent, veluti ex toto nigro corpore, tum etiam proboscides, ad prædam direptionemque faciendam sublatas, priusquam ex arcubus tela extorsissent, versis retrò habenis, nulloque seruato ordine aufugerunt. Sed enim pedites aliquantisper alterna cæde semet hastis confodientes conculcabantur ab equitibus in illorum ordinem illapsis. Currus autem subuersi, & illi, deinceps denuo D in suos non citra sanguinem ferebantur, ac planè iuxta illud Homeri,

Subuersi currus passim iacuere supini.

At verò equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephantorum impetum non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Currus strepebant proscindentes acutis falcibus quoscumque ex amicis comprehendissent: Non pauci verò, vt in tali tumultu eiecti prosternebantur. Hos elephanti insequebantur, pedibus proterentes atque conculcantes, simulque in altum proboscidibus proijcientes, ac dentibus correptos transuerberantes. Ad extremum illi summa ope nitentes Antiocho victoriam pepererunt. Cęterùm Galatæ alij quidem dimicando occiderunt, ingenti clade edita: alij viui capti in victoris potestatem peruenerunt. Perpauci fuga in montes semet abdiderunt. Porrò autem Macedones quicumque cum Antiocho in prælium descenderant, Pæana canebant, simulque clamore irruentes, regem coronabant victorem. At ille profusis, vt fertur, lachrymis; pudore afficimur, inquit, ó milites, quibus salus in hisce vndecim stetit belluis: adeo vt nisi spectaculi nouitas hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissemus? In trophæum

Romani quā do elephātis vsi.

Lib. 9. c. 3.
Lib. 31.

Vtilitas in bello.

Antiochi cum Galatis pugna.

nihil aliud quàm elephantum iuſſit ſculpere. Hęc omnia Lucianus. Heliodorus libro nono Aethiopicorum, in prælij cuiuſdam Aethiopum aduerſus Perſas deſcriptione de elephantis hæc ſcribit: Mediam autem aciem Perſici exercitus, cùm elatam eſſe robore audiſſet; ſe illi & elephantos turritos, qui circa ipſum erant, oppoſuit Hydaſpes &c. Hic autem initio tardius obuiam procedere iubebat, gradum gradu lentè permutantes, hac ratione & elephantis, ne deſeretur à propugnatoribus proſpiciens, & ſimul impetum equitum, qui erant in medio ante conflictum conſumens ac diſſoluens. Cum autem à ſeſe ad teli iactum diſtarent, & cataphractos equos irritare ad inuadendum Blemmyes animaduerterent, ea quæ imperata fuerant ab Hydaſpe, faciebant, & Seribus vt eſſent præſidio elephantis, relictis: ipſi longè ante ordines proſiliunt, & quanta celeritate poterant, ad cataphractos contendunt, furoris ſpeciem intuentibus præbentes, quòd tam pauci contra plures & ita armatos procurrere auderent. Perſæ autem magis etiam tum quam prius citatis equis inuehebantur, in lucro ponentes illorum audaciam: & eam ſpem concipientes, quaſi illos continuò & primo conflictu eſſent rapturi. Tum Blemmyes, cùm iam ad manus veniſſent, & propemodum in haſtis hærerent, ſubito & quaſi ad vnum ſignum ſubſidunt, & equos ſubeunt, genu quidem altero terræ innixi, caput verò & tergum equis ſubijcientes ſine vllo detrimento, niſi quod calcationem ſuſtinere cogebantur. Cæterùm rem incredibilem & præter omnium opinionem faciebant, & lædebant equos, ventrem illis in tranſitu ſuffodientes. Quamobrem cadebāt non pauci, equis propter dolorem frenum aſpernantibus & ſeſſores excutientibus. Quos aceruatim iacentes, Blemmyes ſub femoribus diſſecabant. Immobilis eſt enim Perſarum cataphractus, ſi ductore careat. Quicunque autem integris equis euaſerant, ad Seres ferebantur. Illi autem, ſtatim vt appropinquabant, poſt elephantos ſe recipiebant, ad animal tanquam ad tumulum aut propugnaculum aliquod confugientes. Ibi magna cædes & propemodum ad internecionem vſque accidit equitibus. Equi enim ad inuſitatam elephantorum ſpeciem ſubitò nudatam & magnitudinem peregrinam ex conſpectu formidinem incutientem, alij retrorſum fugientes, alij inter ſeſe permixti & coarctati, ordinem phalangis celerrimè turbarunt. Et hi qui erant in elephantis cùm ſex ſingulas turres occuparent, & bini ab vnoquoque latere iacularentur, ſola parte ſupra caudam vacante adeo continuè & directè ad ſcapum è turribus tanquam ex arce tela mittebant, vt denſitas iaculorum nubis ſpeciem Perſis exhiberet &c. De eadem belluarum iſtarum in bello vtilitate ſic ſcribit

Li.6.Hex. D. Ambroſius: Hæc in elephantis quoque probare debemus, qui magnum rebus bellicis vſum miniſtrant. Inde gens Perſarum ferox bellis, valida ſagittis, omniumque telorum iactu, quia de ſuperioribus ad inferiora validiore niſu tela torquentur, acies eorum velut gradientibus turribus ſepta procedit. In medijs campis tanquam de muro dimicant, & velut in arce quadam & ſpecula collocati, ſpectant magis bella quàm ſubeunt. Ita alieni à periculo videntur, tuti molibus beſtiarum. Quis enim eos adire audeat, cùm deſuper iaculis facilè figatur, inferius elephantorum conteratur incurſu? Denique cedunt illis acies & armatorum cunei, & caſtra illa quadrata ſoluuntur. Intolerabili namque impetu in hoſtes ruunt, vt nullo agmine bellatorum, nulla conſtipatione militum, nullo clypeorum retardantur obiectu: velut quidam mobiles montes verſantur in prælijs, & vt colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbant confidentiam. Quid hic faciat pedes, quamuis lacertis validus & manu promptus, cùm ſibi ſeptus armatorum populis gradienti murus occurrit? Quid faciat eques, cùm equus eius perterrefactus tantæ beſtiæ immanitate diffugiat? Quid faciat ſagittarius, cùm deſuper ferrata virorum corpora iaculi ictum ſentire non poſſint: beſtia quoque nec nuda facilè penetrabilis ferro ſit, & munita loricis obuias ſine ſui periculo acies ſecet & conterat turmas? Itaq; vti immenſa ædificia, ita elephanti fundamentis validioribus ſuſtinentur, alioquin imparibus fulti pedibus intra breuem laberentur ætatem. Et quid miraris ſi veſtiti armis timentur, quandoquidem dentibus ſuis tanquam naturalibus ſpiculis ſemper armati ſunt? Promuſcide ſua quicquid inuoluerint, frangunt: pede quicquid compreſſerint, velut quodam lapſu ruinæ ingentis exanimant. Hactenus Ambroſius. Eſt autem idem elephantorum in bello vſus noſtro adhuc tempore apud Indos. Nam vt Vartomannus tradit; bella inituri clitellas elephāto imponunt: ſunt, inquit, clitellæ huiuſmodi, cuiuſmodi in regno Auſoniæ vtuntur muli: clitellas ſubtus aluum cingunt geminæ ex ferro catenæ: ſupra clitellas hinc & hinc domus, vel ſi mauis turrim aut caueam ligneam appellare: collo iungunt caueas, aſſamenta neſcio quæ craſſitudine medij palmi: ſingulas caueas terni homines ingrediuntur: inter vtraſque dorſo belluæ inſidet Indus, qui belluam alloquitur. Illis eſt enim patrij ſermonis intellectus officiorumque memoria. Septem autem ſunt homines, qui elephantum bella inituri conſcendunt loricati, ferentes arcus, lanceas, enſes & peltas. Promuſcis elephanti, quam manum appellant, loricatur; illi alligatur exertus enſis longitudine duorum cubitorum, craſſitudine verò ac latitudine palmæ humanæ, ſicque inſtructi præliantur. Vbi progrediendum aut retrocedendum eſt, monet domitor, cuius vocem callet elephas. Aloyſius Cadamuſtus iiſdem belluis Calecutenſes bella conficere tradit, turres quaſdam

Clitella elephantorum.

imponere

A imponere eis, capaces trium aut quatuor hominum, qui de turribus huiusmodi præliantur. Et in insula Zanzibar, licet non habeant equos, tamen cum elephantis & camelis referente M. Paulo Veneto, ad bella procedunt, extruentes castella lignea super elephantes, quæ tanta sunt, vt quindecim vel sexdecim viri muniti ex vno pugnent portatili castro. Porro quando ad bellum procedere volunt, exhibent, inquit, potum elephantis, quem ipsi pro vino bibunt, quò audaciores sint in bello. De regibus & regionibus Indiarum, vbi elephanti ad belli vsum alebantur antiquitus, iam antea dictum est. Quod verò militares elephanti olim quoque turres armatorum plenas ferrent, passim veteres attestantur. Plinius, *turres armatorum in hostes ferunt.* Plutarchus. *Et vbi ferarum,* id est elephantorum, *turres sursum & purpuras viderunt, quod erat eorum ornamentum, cum ad prælium ducebantur.* Aelianus: *Militaris elephantus dorso suo vel nudo tres bellatores fert, alterum dextra, alterum sinistra pugnantem, tertio retro versus bellantem, ac simul quantum manibus moderamina tenentem: sicque illis beluam dirigentem tanquam nauem clauo nauicularum, reique nauticæ peritum.* Philostratus: *Pugnant onusti turribus, quibus decem aut etiam quindecim homines Indici superstant, qui ex turribus tanquam propugnaculis in hostes iaculantur, aut arcu sagittas torquent.* Hinc & Iuuenalis.

Lib. 3. c. 41.

Turres olim etiam ferebant.

Lib. 8. 9.

In Eumene.

B

Nec latio haud vsquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur sed furua gente petita
Arboribus Rutulis & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum nulli seruire paratum
Priuato, siquidem Tyrio parere solebant
Annibali & nostris ducibus, regique Molosso,
Horum maiores & dorso ferre cohortes
Partem aliquam belli & euntem in prælia turmam.

Vsus itaque idem nunc qui olim, præterquam quòd visos nostra ætate dicant, qui gladium duorum cubitorum ad promuscidem alligatum gestantes, atrocissimas in bello cædes ederent. Sed & Massamicos maioris Indiæ populos Iulius Ferretrius in libro de antiqua instauranda & illustranda militia, ait instruere elephantes ordine facto acierum in cornibus more militiæ, limitatoque numero bestiarum & hominum ducentum equitantium illas, talem esse eorum equitatum. Et ex Polybio quoq; discimus ipsas belluas sibi inuicem pugnare, vt in illo prælio quo cum Antigono Ptolomæus conflixit. *Hic igitur bellicum* (inquit) *canentes primum cum elephantis se mutuò inuadunt.*
C *Pauci ex ijs quos Ptolomæus habebat, in aduersos feruntur. Ex quibus sanè optimam faciebant milites pugnam, iacientes hastas, & se inuicem crebris vulneribus afficientes. Longè tamen meliorem feræ ipsæ faciebant, ingenti impetu se inuicem impetentes & faciem facie verberantes. Est enim hic elephantorum mos, vt inter se congressi, & mutuis se dentibus impetentes, acerrimè pugnent: simulatque verò vulnus aliquod acceperint, non secus in omnes dentibus sæuiant, quàm tauri cornibus.*

Lib. 5.

Inuicem pugnare.

Vt igitur inutilis in certamine redderetur elephantorum vsus, diuersa à diuersis imperatoribus stratagemata excogitata & adinuenta fuerunt, In eo bellico apparatu, in quem Semiramis triennium absumpsit, elephantorum indiga, quo affatim præsidio vtuntur Indi, ne ea virium parte inferior esset hoste, rem commenta est memoratu dignam, vt refert Sabellicus, elephantinas effigies bubulis multifariam copijs magno numero astruit, habuitque in occulto id consilium, ne ad hostes eorum, quæ pararentur, fama peruenire posset. His prius quàm in Indos moueret, camelos inclusit: quos cùm bellatoribus supernè sedentibus repente equitibus velut in acie obiecit, inanium belluarum occursum futurum rata, vt in vera pugna elephantos equi minus ac minus formidarent. Nec in hunc vsum solùm vana illa belluarum species
D quæsita, sed ad virium, inquit, ostentationem, vt cùm in hostium conspectum acies in procinctu staret, inane illud ludibrium in subsidijs locatum verorum procul elephantorum terribilem præ se ferret aspectum. Verùm nihil postea res ista Assyrijs adiumento fuit, non magis quàm multis pòst ætatibus Perseo Macedonum regi, qui eo bello, quod cum populo Romano gessit, eodem vsus machinamento prælio superatus est. Hæc itaque Sabellicus ex Diodoro Siculo, ni fallor, qui rem tamen aliter narrat, cuius hæc sunt verba: *Semiramis contra Indos suscepta expeditione, inferior elephantorum apparatu, rem excogitauit, qua terreret Indos, cogitantes nequaquam extra Indiam elephantos esse. Occisis trecentis boum millibus, carnes operarijs concessit, coria insui fecit elephantorum instar: quæ postmodum fæno referta, veri elephanti speciem præ se ferebant. Intus hominem camelumq́, super quo sedens formam belluæ duceret, inclusit. Hæc in loco semoto occultoq́ acta, ne quæ exterius emanare possent, vtq́ Indi improuisa re perculsi veras beluas existimarent. Admirantibus Indis, vnde tanta illi elephantorum copia suppeteret, quidam ex Semiramidis exercitu noctu capti rem prodidere. Semiramis simulatis elephantis aduersus equites præmissis, initoq́ certamine regios equos fudit: assueti enim veris elephantis equi, noua forma olfactuq́ insueto turbati sunt.* Sic Diodorus, non

Vt inutiles reddantur.

Elephanti ficti.

Enneid. 1. lib. 1.

Lib. 2. c. 5.

Lib. 4. non fuere itaque inutiles ficti elephanti, ſed victoriam Semiramidi pepererunt. De Perſeo autem E
Macedonum rege ſic quoque ſcribit Polyænus: *Romanis elephantos ducentibus partim ex Libya, par-*
Persei astus. *tim Indos ab Antiocho Syriæ rege, Perſeus, ne noua ac formidabilis equis bellua primo aſpectu exiſte-*
ret, præcepit opificibus lignea ſimulacra fabricari elephantorum figura atq; colore, & virum cum tuba
per hos horribilem ſonum emittere, vt equi Macedonum elephantorum fremitum & aſpectum ferre di-
Damis. *ſcerent.* Cæſar pugnaturus cum Scipione in Africa, ne militibus terrori eſſent elephantes, hoc inuenit remedium, vt Hirtius refert; Elephantos in Italiam tranſportari iuſſit, quo & miles ſpeciemque & virtutem beſtiæ cognoſceret, & qua parte corporis nuda ſine tegmine relinqueretur, præterea vt iumenta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpeciem, conſuetudine capta, non reformidarent. Quibus ex rebus largiter erat conſecutus, nam & milites beſtias manibus pertractabant, earumque tarditatem cognoſcebant, equiteſque in eos pila præpilata conijciebant, atque in conſuetudine equos patientia beſtiarum adduxerunt. Egregium verò ſtratagema Damidis recenſet Diodorus his verbis: *Polyſperchon Megapolitæ deiectis muris cum elephantis expugnare putabat. Megapolitanorum dux Damis, qui fuerat cum Alexandro & natura vſuſq; elephantorum peritiam habebat, complura magna oſtia denſis clauis confixit, & in humilibus foueis conſtrauit, tectis quæ extabant cuſpidibus, atque ita per ea aditum in vrbe reliquit. E a fronte quidem nullum militem* F
collocauit, ſed oblique a lateribus multitudinem conſtituit iaculatorum & ſagittariorum & catapultarum, quibus tela iaciuntur. Iam Polyſperchonte totum ruina locum expurgante & vniuerſis belluis per eum locum aditum parante, accidit hoc inopinatum elephantibus. Nemine enim occurrente belluis, Indi in vrbem irrumpere cogebantur. Elephantes verò magna mole incedentes, incidebant in confixa ſtimulis oſtia. Cumq; eorum pedes clauis vulnerarentur & propter corporum grauitatem ſtimulis perforarentur, neq; vlterius progredi, neque reuerti propter mouendi difficultatem poterant. Cumq; ſimul omne telorum genus in eos ex obliquo ferretur, Indorum pars moriebatur, alij vulnerabantur, atq; ita ad negotium inutiles reddebantur. Belluæ verò partim propter telorum multitudinem, partim propter ictus clauorum cùm dolore cruciarentur, per amicos reuertebantur, eorumq; multos conculcabant. Tandem earum fortiſſima ac terribiliſſima cecidit: reliquarum pars prorſus inutilis reddita eſt: pars mul-
Megarenſes *tis ſuorum mortem intulit.* Maior fuit aſtus Megarenſium, qui, vt Aelianus refert, cùm Antipa-
Li. 16. c. 36. ter Macedonum rex, illos bello adortus, elephantorum copia facile ſuperior eſſet, porcos pice oblitos & igne iniecto ardentes in elephantorum agmen immiſerunt; qui partim grunnitu (quo naturaliter, vt dictum eſt, perterrentur vaſtiſſima iſthæc animalia) partim incendio turbati, in fugam G
verſi, præclaram Megarenſibus peperere victoriam. Obſeruatum igitur deinceps vnà cum elephantorum pullis porcos alere, vt conſuetudine naturam vincerent, & grunnitui porcorum aſſueſcerent. Polyænus verò hoc tribuit Antigono. Fuere verò etiam vel ob hoſtium virtutem, vel alias
Suis ſæpe fuiſſe damno etiam ob cauſas ſuis ſæpenumero damno. Appianus de bello Hiſpanienſi ait Fuluium Nobiliorem cùm decem elephanti a Maſaniſſa auxilio miſſi eſſent, in pugnam cum hoſtibus progreſſum, elephantes poſt exercitus terga ordine occultauiſſe: pugnaque incœpta extemplo viam aperuiſſe elephantis, quos cùm Celtiberi viderent, ipſos & eorum equos territos, intra mœnia confugiſſe, imperatorem itaque elephantes ad mænia produci iuſſiſſe: cumque ſic vtrimque fortiter dimicaretur, vnus elephantorum graui percuſſus ſaxo de muro caput, currere atque effrenatè furere cœpit, inque amicos horrendo cum clamore furens ſe coniecit, quemuis obuium trudens ac proterens, amicorum & inimicorum nullo diſcrimine habito: ſimiliter reliqui elephantes illius clamoribus exterriti, idem fecerunt, milites Romanos proterentes, proculcantes ac proſternentes: quod qui-
Cur communes hoſtes dicti. dem ſæpenumerò ſolent, inquit, elephantes cùm inſaniunt, quemuis vt inimicum accipientes: ob quam eorum perfidiam à quibuſdam communes hoſtes appellati. Non abſimile quid de Cecilio Romanorum conſule Panormi agente ſcribit Polybius his verbis: *Poſtquam igitur elephantos om-* H
nemq; exercitum (Aldrubalis) *appropinquantes vidit &c. quoſdam ex ijs qui maximè agiles atq; expediti erant, pro mœnibus ſupra foſſam conſtituit, iubetq; vt contra elephantos, ſi illi accederent, teliſq; verubuſq; eminus pugnent: quodſi iratæ pecudes cum impetu contra ipſos ferantur, in foſſas ſe dimittant, inde rurſus elephantos telis petant, &c. Simul ac igitur pleno impetu pugnare cœptum, magiſtri elephantorum qui cupidine gloriæ ſibi attribui victoriam cupiebant, beluas in expeditos concitant: illi ſicuti eis à conſule iuſſum fuerat, ſtatim terga vertunt, infeſtiuſq; inſequentibus belluis, in foſſas ſe dimittunt. Beluæ cùm primum ad aggerem foſſarum peruenere, vno tempore & à multitudine vrbana ex mœnibus & à militibus ex foſſis, ſagittis teliſq; multifariam feriuntur. Cumq; vltra progredi non poſſent, neceſſario terga vertentes, in ſuos ruunt, agmina perturbant, magnam ſuorum ſtragem faciunt, &c. Illi iam pridem à beſtijs turbati, & tunc tumultuario impetu à Conſule oppreſſi facilè pro-*
Cæſar. *fligantur: pars eorum trucidatur, cæteri fuga ſalutem quærunt. Elephanti cum Indis decem capti: reliqui deiectis Indis, finito prælio, omnes in poteſtatem conſulis peruenere.* Cæſare quoque pugnaturo Scipioni in Africa, præter præcitatum inuentum: à dextro cornu funditores ſagittarijque con-

cita tela

A citá tela in elephantos frequentes coniecere, vt Hirtius narrat: quo facto bestiæ stridore fundarum lapidumque perterritæ sese conuertere & post se frequentes stipatosque proterere & in portas valli semifractas ruere contenderunt. Non est autem prætermittendum de virtute militis veterani quintæ legionis: nam cùm in sinistro cornu elephantus, vulnere ictus & dolore concitatus, in lixam inermem impetum fecisset, eumque sub pede subditum, deinde genu innixus pondere suo, proboscide erecta vibrantique, stridore maximo premeret atque enecaret: miles hic non potuit pati, quin se armatum bestię offerret, quem postquam elephantus ad se telo infesto venire animaduertit, relicto cadauere, militem proboscide circundat, atque in sublime attollit armatum. Qui in huiusmodi periculo cùm constanter agendum sibi videret, gladio proboscidem, quo erat circundatus, cedere quantum poterat, non destitit: quo dolore adductus elephas, milite abiecto maximo cum stridore cursuque conuersus ad reliquas bestias se recepit. Clara etiam est alterius è Romanis dimicatio aduersus elephantum. Cùm Hannibal captiuos Romanos dimicare inter se (inquit Plinius) coëgisset: namque vnum qui superaret, obiecit elephanto, & ille dimitti pactus si interemisset, solus in arena congressus, magno Pœnorum dolore confecit. Hannibal cum famam eius dimicationis contemptum allaturam belluis intelligeret, equites misit, qui abeuntem interficerent. *Miles vnus elephantum occidens.*

B Sic & Eleazarus Iudæ Machabæi frater in pugna, quam Iudas contra Antiochum Eupatorem commisit, conspicatus excellentem elephantum ornatum phaleris regijs & ratus in eo regem inuehi, magno animo in eum fecit impetum & occisis prius multis, quàm ad eum penetraret, cæteris verò metu cedentibus, succedens sub eius ventrem, confodit belluam, & ipse simul pondere eius illabentis oppressus est, vt narrat Iosephus ex sexto Machabæorum. Vt verò vnde sumus digressi, reuertamur: cùm Hannibal cum Scipione dimicaturus, octuaginta elephantos, quot nunquam alias, in aciem produxisset, ad eorum vsum inutilem reddendum sic militum ordinem Scipio distinxit, vt eos primo inter manipulos velitesque receptos coniectæ vndique hastæ non tantùm ex Romana acie eiecerint, verùm etiam in Pœnos telis prope confossos egerint, quod hostibus fugæ initium fuisse, maximè est perspicuum. Idem accidit elephantis Asdrubalis; *Eodem* (inquit Liuius) *versi elephanti, qui primo impetu turbauerant antesignanos, etiam signa mouerant loco: deinde crescente certamine & clamore, impotentius iam regi, & inter duas acies versari, velut incerti quorum essent, haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo vagis*: Et mox. *Elephanti plures ab ipsis rectoribus quàm ab hoste interfecti: fabrile scalprum cum malleo habebant: id vbi sauire bellua ac ruere in suos cœperant, magister inter aures positum ipsa in compage, qua iungitur capiti ceruix, quanto* *Eleazari virtus.* *Li. 12.c. 14.* *Scipio vt inutiles reddiderit.*

C *maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tanta molis bellua inuenta erat, vbi regendi spem vicisset.* Similiter in Persarum exercitu aduersus Iulianum, elephantorum fulgentium formidandam speciem & truculentos hiatus vix mentes pauidæ perferebāt, (inquit Ammianus Marcellinus paullò post initium libri vigesimi quinti) ad quorum stridorem odoremque & insuetum aspectum magis equi terrebantur: quibus insidentes magistri, manubriatos cultros dexteris manibus illigatos gestabant, acceptæ apud Nisibin memores cladis: & si ferocius animal vires exuperasset regentis, ne reuersum per suos, vt tunc acciderat, collisam sterneret plebem, vertebram quæ caput a ceruice disterminat, ictu maximo terebrabant. Exploratum est enim aliquando ab Hasdrubale Annibalis fratre ita citius vitam huiusmodi adimi belluarum. Eo prælio quo Alfonsus Albuquercius, Indiæ prætor, regem Malacensem vicit & Malacam vrbem expugnauit, rex castello, quod elephantus ingens tergo gestabat, cum aliquot è suis domesticis vehebatur. Hunc alij elephanti similiter instrati & armati sequebantur. Tela è castellis frequentia (verba sunt Osorij) decidebant. Elephanti enses dentibus alligatos gestabant, tantaque ferocia in Lusitanos irruebant, vt antesignani pellerentur. Fernandus tamen Gomesius Lemius & Vascus Fernandus Cou- *Lib. 7. rer. Emanuel.*

D tigus, minimè ea re perturbati, resistunt: cùm vterque eorum in opposita vitæ latera, qua elephantus gradum violenter inferebat concessisset, aditum ei liberum reliquerunt. Vtrimque deinde latera illius hastis perfodiunt. Bellua quamuis in principio certaminis sit immanis & efferata, est tamen doloris impatiens & facilè in suos quouis vulnere sauciata conuertitur. Itaque cùm elephantus transfixus vtroque latere fuisset, rectorem qui illi insidebat, proboscide deturbatum conculcat. Exanimare deinde (sanguis enim illi vtrimque profluebat) mirificè cœpit. Rex eo metu confestim desiluit. Elephantus in suos conuersus reliquorum elephantorum aciem perturbauit. Omnes exterriti in fugam versi sunt, neque rursus vllis rectorum monitis aut minis in prælium compelli potuere. Cùm itaque suis sæpe damno sint elephanti, id ne fieret, Scipio prospicere olim conatus est, sicuti legimus apud Hirtium: *Scipio*, inquit, *interim elephantes hoc modo condocefacere instituit: duas instruxit acies, vnam fundatorum contra elephantes, quæ quasi aduersariorum locum obtineret, & contra eorum frontem aduersam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit; post illos autem aciem suam instruxit; vt cum ab aduersarijs lapides missi cœpissent, & elephanti perterriti se ad suos conuertissent, rursus à sua acie lapidibus missis eos conuerterent aduersus* *Ne suis sint damno.*

uersus hostem: quod agrè tardeq; fiebat: audere enim elephanti multorum annorum doctrina vsuque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur. Iam verò, vt alacriori animo ad prælia ferrentur, potus humanus eis indulgebatur: quod Aelianus meminit, inquiens: Elephantis pugnaturis non modò ex vitibus confecti, sed etiam ex oryza factitij vini vsus indulgetur. Porro si quis eorum fortitudine cùm animi, tùm corporis alios in bello vinceret, is peculiari nomine ab alijs distinguebatur. Antipater (inquit Plinius) author est duos elephantos Antiocho regi in bellicis vsibus celebres, etiam cognominibus fuisse, Aiacem & Patroclum: etenim nouere ea: (de quibus antè.) Certè Cato, cùm imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. De Aiace Alexandri suprà dictum est. Cæterùm vtilitas eorum in campestribus intelligi debet, nam vt Polybius scribit, in montibus, vt & equi, inutiles sunt. E contrario Libycum institutum est, referente Cælio, vt quos in venatione vel pugna elephantes attriuerint, magnificè sepeliant, ac hymnos prætereà concinant: quorum id sit, inquit, argumentum, ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι τοὺς ἀντιταξαμένους τηλικούτῳ θηρίῳ τοσούτῳ, id est, viros esse bonos, qui tam atroci belluæ ex aduerso steterint, quod mors gloriosiùs comparata ἐνδοξότερον sit τοῦ ζῶντος. Causam modò vtilitatis in bello duplicem statuit Cassiodorus, cutis nimium duritiem & corporis molem, quòd hæc hostibus essent terrori, illa ictum non admitteret. *Cutis* (inquit) *vlcerosis vallibus exaratur quæ in tantam duritiam solidatur, vt putes esse osseam cutem. Hæc nulla vi transmittitur, nullo ferri acumine penetratur: ideoq. Persarum reges hanc belluam ad bella traxerunt, quæ & nullis ictibus pulsata cederet, & aduersarios sua mole terreret.* Ad hanc corporis duritiam alludit quodammodo Plautus: *Pol siquidem connixus esses, per corium, per viscera, perq. os elephanto brachium transmitteres.* In regno Mogor nihilominus frons eorum laminis armatur ferreis, aut corio durissimo. Habebat & alium vsum in bello elephas, in traijciendis nempe fluminibus, id quod Hannibalis exemplo constat. Eo enim in Hetruriam descendente, Arnus vehementer excreuerat; quare tantum exercitum secum trahens, euitare non potuit, quin ingentem hominum ac iumentorum iacturam faceret: ipse quoque etsi elephanto, qui vnus ex multis superrerat, eminens veheretur, plurium dierum ac noctium intemperie vigilijs confectus, alterum oculum amitteret. Ad quod allusit Iuuenalis, dum canit:

O qualis facies & quali digna tabella,
Cum Getula ducem portaret bellua luscum.

Vt incitentur ad pugnam. *Li. 18. c. 18.* *In Milite gloriosa.* *Vsus ad amnes traijciendos.* *Sat. 10.*

E F

VSVS IN SACRIFICIIS. G

Li. de solert. animal.



SCRIBIT (inquit Plutarchus) Iuba elephantos dijs vota facere, cùm se nemine docente, mari lustrent, solemque orientem adorent, proboscide manus loco sursum erecta. Itaque etiam hoc animal dijs esse carissimum, vt Ptolomæus Philopater testatum fecit. Cùm enim victo Antiocho vellet dijs honorem splendide habere, præter alia ob partam prælio victoriam, sacrificia, quatuor etiam elephantes immolauit: nocturnis autem territus insomnijs, quòd numen ei ob sacrificium illud insuetatum comminaretur, cùm multus vsus est piaculis, tum quatuor æreos elephantos pro occisis posuit.

Elephanti immolati.

NVMISMATA. STATVÆ PICTVRA. H

Cæsaris nummus.



IN C. Cæsaris nummo videre est elephantum surrecta promuscide, aduersus quem serpens quasi concertaturus insurgit: in altero videas serpentem ipsius elephanti pedibus obtritum, in quo inscriptio est CAESAR. Potes ex illo (inquit Pierius) lacessitum bello, ex hoc, confectum intelligere. Neque verò me fugit, elephantum Maurorum lingua Cæsam appellari solitum, quod Spartianus in Aelio Vero tradit, primumque Cæsaris cognomine nuncupatum, qui elephantum occiderat. Sed inepta hæc inscriptionis causa mihi videtur: crediderim autem potius ad munificentiam spectare, qua Cæsar elephantos exhibuerit. Quem verò elephantum in Q. C. Marij nummo compereris, ibidibus adiectis, hieroglyphicum id Africam prouinciam ab eo domitam, ditionemque imperij in Aegyptum vsque propagatam significare crediderim

Marij nummus.

dcrim

A derim. Elephanti porrò Pompeij Magni currum subiere Africo triumpho; & in nummo argenteo admodum pulchro Scipionis Imp. inscriptio, cuius galea elephantini capitis speciem habet, infernè aratrum, antè spica posita est: quæ omnia ad Africæ triumphum & annonam inde largiter aduectam, spectant. Inscriptio, Q. METELLVS. Augusto currum ex quatuor elephantis, S. P. Q. Romanus in nummis decreuit, quòd, vt puto, spolijs Orientis onustus imperatorium inde triumphum duxerit. Id honoris T. Cæsar post adeptum imperium patri deferendum curauit, quod ipsa testatur inscriptio, quæ sic habet: TI. CAESAR DIVI AVG, F. AVGVST. P. M. TR. PO. XXIIX. DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Eundem honorem Claudius auiæ Liuiæ Circensi pompa, currum quippe elephantorum Augustæo similem decernendum curauit. Sed & D. Augusto Vespasiano currus ex quatuor elephantis in nummo est, cuius latus alterum inscriptionem habet ad reliquos honores tertij consulatus: nam qui sua virtute ad Imperatorij fastigij culmen euectus erat, re in Oriente bene gesta, paribus cum Augusto honoribus honestandus fuit: ita elephas iunctus, prouinciam patriam subiugatam hieroglyphicè significabat. Est & Philippi Imperatoris nummus, in quo elephantus gradiens sub magistro cum inscriptione AETERNITAS AVG. Vartomannus author est in insula Sumatra siue Taprobana numos haberi, qui

Scipionis nummus. *Augusti currus in nummo.* *Vespasiani nummus.* *Philippi.*

B ab vna parte cælatum habent caput cacodæmonis, ab altera carpentum; quod ab elephantis trahitur. Cùm verò veteres signis & annulis varias imagines expressas præ se ferentibus obsignarent tabellas, inter has à Plauto celebrari reperio elephantem. *C. Quæso tune is es Lyco trapezita? L. Ego C. Multam me tibi salutem iussit Therapontigonus dicere. L. Mihine? C. Ita. cape, signum nosce, nostin? L. Quidni nouerim; Clypeatus elephantum vbi machæra dissicit.* id est, dissecat, vt Puteanus & Lambinus exponunt. Fuisse porrò etiam Romæ æneam elephanti statuam, ex hisce verbis Cassiodori discimus, in epistola Theodahadi regis ad Honorium Romanæ vrbis præfectum: Relationis vestræ tenore comperimus, in via sacra quam multis superstitionibus ditauit (aliàs dicauit) antiquitas, elephantes æneos vicina omnimodis ruina titubare; & qui solent in carnali substantia supra millenos annos viuere, occasum videantur proximum in simulacris æneis sustinere. His prouidentia vestra reddi faciat propriam longæuitatem, vncis ferreis hiantia membra solidando. Aluum quoque demissam subdito pariete corroboret, ne illa magnitudo mirabilis soluatur turpiter in ruinam. Nam & viuis ipsis casus aduersus est. Et mox post enumeratam belluæ magnitudinem. Quapropter habere eorum vel formas gratissimum est, vt qui viuam substantiam non viderunt, opinatum animal tali imaginatione cognoscant. Et ideo non patiaris perire; quoniam Romanæ dignitatis est, artificum ingenijs in illa vrbe recondere, quod per diuersas mundi partes cognoscitur diues natura procreasse. Sed & apud Pausaniam lego de elephanti sculptura: Aedificium è candido marmore, quod in medio quasi foro attollit trophæum (apud Argos) de Pyrrho Epirotarum rege est, vt ipsi prædicant Argiui: quo enim in loco cadauer eius concrematum est, ibidem etiam illi fuisse erectum monumentum, in quo cùm alia, quibus in prælijs vtebatur insculpta, tùm verò erant elephanti.

In Curcul. *Lib. 10. Va-* *In Corynthiacis.*

C (marginal letter beside "natum animal tali imaginatione cognoscant")

DE EBORE. CAP. X.

Synonyma. Etymologia.

D NON totus elephanti dens propriè ebur vocatur, sed illa præcipuè pars, quæ extra os est, id quod inter cæteros Plinius nos docuit. Loquens enim de dentibus exertis, *hoc*, inquit, *solum ebur est*. Franciscus Apollo tamen omnia ipsius animantis ossa ebur vocari asserit. Dicebatur aliàs ebor, vnde eboreus. Vtramque vocem, quasi a barro, id est, elephanto productam Seruius testatur. Græci ἐλέφαντα vocant antepenultima acuta, per synechdochen, vt caput pro homine. Sunt qui vltimam acuant, & elephantina, id est, ex ebore facta interpretentur, vt in hoc Homeri versu:

Ebur quid propriè. *Ebor.*

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, id est, *Iliad. 4.*
Veluti quando aliqua ebur mulier tinxerit
Mæonia, vel ex Caira, maxillare vt sit equorum.

Sed Varinus, Πριστὸς ἐλέφας (ebur serra diuisum) os elephantinum: sic, inquit, ebur per excellentiam vocant Græci: additur autem πριστὸς ad ipsius belluæ differentiam. Similiter Latini etiam elephantum quandoq; pro ebore siue dente elephantis ponunt, vt Virg. in Georgicis:

Elephas pro ebore. *Lib. 3.*

In foribus

Lib. 6. *In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto:* E

Et in Aeneide.

Altera candenti perfecta nitens elephanto.

Dens Indus. Non ſemel etiam poëtis dentem Indum vocari reperio. Et quia varia ex ebore fierent vtenſilia, Lib. 3. Car. pro his quoque ebur dicebatur, Horatius:

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Orat. 4. Cicero in Verrem:

Vt omne ebur ex ædibus ſacris auferret.

Iam verò ob eximium candorem, accipitur pro iſtiuſmodi colore. Martialis:

Lib. 12. Ebur pro cãdore.
Nolueram Polytime tuos violare capillos,
Sed iuuat hoc precibus me tribuiſſe tuis:
Talis eras modò tonſe Pelops, poſitiſq. nitebas
Crinibus, vt totum ſponſa videret ebur.

Lib. 13. Et alicubi:

Dum Tyburtinis albeſcere collibus audit, F
Antiqui dentis fuſca Lycoris ebur.

Plinius: *Merulis anniculis roſtrum in ebur transfiguratur, duntaxat maribus.* Hinc & eburneus co-
Lib. 3. Met. lor idem qui candidus: Ouidius; de Narciſſo:

Et dignos Baccho digitos & Apolline crines,
Impubeſq. genas & eburnea colla, decuſque
Lib. 4. *Oris & in niueo mixtum candore ruborem.*

Et rurſus:

------- Pueri rubor ora notauit,
Neſcit quid ſit amor, ſed & erubuiſſe decebat,
Hinc color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincta eſt, aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.

Et rurſus:

Lib. 8. *------ Dentes æquantur dentibus Indis.* G

Lib. 10. Item de Atalanta:

Tergaq. iactantur crines per eburnea.

Idem in epiſtola Acontij ad Cydippen:

Hoc faciunt flaui crines & eburnea ceruix.

Et rurſus in Epiſt. Sapph. ad Phaonem.

Hunc Venus in cælum curru vexiſſet eburno.

Li. 3. Amor. Ac denique alibi:

Illa quidem noſtro ſubiecit eburnea collo
Brachia.

Lib. 5. Similiter emplaſtrum elephantinum dicitur à Celſo, quaſi percandidum ſiue eburneum.

PRETIVM. NATVRA. VSVS.

Ebur pro tributo.



FVIT etiam olim in maximo pretio vbique terrarum ebur. *Herodotus prodit, Aethiopas tributi vice regibus Perſidis vicenos dentes elephantorum grandes,* (inquit Plinius) *tertio quoque anno cum auro & ebeno pendere ſolitos. Tanta eboris authoritas erat vrbis noſtræ trecenteſimo decimo anno; tunc enim author ille hiſtoriam eam condidit Thurijs in Italia.* Et rurſus: *Dentibus ingens pretium, & deorum ſimulachris laudatiſſima ex ijs materia.* Tradit & Aelianus Libycos homines venari elephantos, non alia magis quàm dentium gratia: & apud Athenæum le- H
Lib. 5. c. 4. c. 6. gitur, Antiochum qui inſanus cognominatus fuit, in ſua pompa octingentos elephantorum dentes duxiſſe, Ptolomæum verò Philadelphum ſexcentos. Dedicabatur & in templis deorum, id quod Valerius Maximus indicat, dum ſcribit Maſaniſſam Numidarum regem eburneos dentes quos dono acceperat; reſtituiſſe, cum ex templo Iunonis, ſurreptos intellexiſſet. Quanti autem
In Gryllo. ebur fieret, eleganter oſtendit Plutarchus his verbis: Ad ſe trahebant me ebur & argentum. Qui horum poſſideret plurimum, mihi fælix & dijs charus videbatur homo, ſiue Phryx eſſet, ſiue Car, & vel Dolone ignobilior, vel Priamo calamitoſior. Fuit ergò eboris vſus ad luxuriam. *Exquiritur*
(inquit

A (inquit Plinius) *à senatoribus, luxuriæ causa, quæ vis in his est efficacissima.* Est item vulgò notum patritios & qui nobilitate præstabant, quique honestè geniti, & liberaliter educati erant, apud Romanos, bullam in pectore, lunulas in pedibus habuisse: fuisse autem fibulas eburneas corniculantes instar lunæ: id quod à Numa institutum ferunt, vt senatores, eorumque posteri, nigris calceis lunulas annecterent. Plutarchus ab Arcadibus deductum esse profitetur, vt se proselinos designarent, vel vt amplissimum nobilitatis testimonium ferrent. Quippe in calceis Senatorum lunam adscripsisse, centenum, inquit, numerum designauit, quo tunc Senatores continebantur: vnde Lunata pellis Martiali: & apud Satyricum poëtam legimus:

Lib. 5. 1. *Nobiles Romani vt cognoscerentur* *In qu. Rom.* *Lunata pellis quid.*

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Cùm verò apud priscos moris esset, abeuntes hospites non tantùm bonis verbis, sed muneribus etiam prosequi, ebur inter hæc non postremum habuisse locum discimus ex hoc scientissimi poëtæ versu: *Pro munere datum.*

Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto,
Imperat ad naues ferri.

B Sed & dijs offerebatur immortalibus, vt beneuoli redderentur, vti constat ex hoc Polemonis: *Dijs oblatū.*

Si sacra faciens Pamphile Deo quispiam
Hædosque mactans, vel boues quamplurimos,
Chlamydeue quæ sit purpurea vel aurea,
Ebore vel vllo, vel smaragdo denique
Sibi reddidisse beneuolum numen putat,
Errat, &c.

Q. Calaber ait in pyram Aiacis iniecisse Græcos pretiosum ebur & argentum. Et Diodorus Siculus, signa ex ebore, auroque alijsque rebus pretiosis ab omnibus ducibus & amicis Alexandri facta, Hephæstione Babylone mortuo. Fuisse autem penes diuites, proceresque tantummodo ebur, facilè etiam Seneca, in pauperis delineatione significat: *Nec fulget*, inquit, *illis splendidum tectis ebur:* Nihil non enim ebore resplendebat in ditiorum ædibus: mensarum in primis pedes. Plinius, *Excogitatæ sunt* (per luxuriam) *& ligni bracteæ, nec satis: Cæpere tingi animalium cornua, dentes secari, lignumq; ebore distingui, mox operiri.* Et rursus: *Venditur ebur pondere: sunt qui tabellas aut segmenta eboris, præsertim in operibus inde factis, vt pectinibus, capulis, alijsque cetaceorum piscium* C *ossibus adulterent. Distingui audio, quòd è piscibus leuiora sint, minus per ætatem pallescant. Ex arbore & simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaueri, antequam vt à dijs nato iure luxuria, eodem ebore numinum ora spectarentur, & mensarum pedes.* Huc pertinet illud Iuuenalis:

Lib. 17. *Mensæ eburneæ.*

——— *Latos qui sustinet orbes*
Grande ebur.

Item illud Martialis:

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.

Et aliàs:

Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes
Et crepat in nostris aurea lamma toris.

Et rursus:

Inde satur mensas & opertos exuit orbes,
Expositumque altè pingue poposcit ebur.
Et testitudinem mensus quater hexaclinon,
D *Ingemuit citro non satis esse suo.*

Et iterum:

Grandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Libycos possint sustinuisse trabes? *Lib. 14.*

Erant & lecti tales: Suetonius de Cæsare: *Lectus eburneus auro & purpura stratus, in quo Cæsar mortuus positus.* Apuleius: *Frequens ibi numerus epulonum, & vtpote apud primatem fœminam flos ipse ciuitatis; opipares citro & ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti.* Clarè admodum Propertius: *Cap. 84.* *Lib. 2.*

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno.

Varro in Prometheo. *Eboratus lectus ibi in quinquatribus.* Et rursus: *Lectos omnes haberemus domi ad vnam formam aut cum fulcro, aut sine eo &c. Neque potius delectaremur supellectile; quæ esset ex ebore, alijsque rebus &c.* Horatius:

Tracta super lectos canderet vestis eburnos. *Lib. 2. serm.*

Alij sunt, quos Plautus eburatos vocauit. Lambinus exponit enim ebore extrinsecus ornatos, atque non dixisse eburneos sed eburatos siue eboratos, quoniam eburneum est totum ex ebore con- *In Stich.*

Lib. 7. Romæ quoque non pauci elephantis triumpharunt; at qui primus is fuerit, haud certò constare E
L. Metellus videtur. Sabellicus Lucium Metellum, qui quindecim virtuit, magister equitum, bis consul, pontifex maximus, elephantos ait primum in triumpho duxisse, ex Plinio, ni fallor, quem mirũ est (inquit Cælius) libro septimo scribere, L. Metellum elephantos primum bello Punico primo duxisse in triumpho, cùm tamen libro idem octauo tradat, elephantes Italiam vidisse primum Pyrrhi bello, & boues Lucas appellasse in Lucanis visos, anno Vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo. Romam autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis. Eandem plurimos anno quingentesimo secundo, victoria L. Metelli in Sicilia de Pœnis. Sed in septimo forsan de ijs sensit, qui modò in Carthaginenses depugnarunt, sicuti meminit libro decimonono ab vrbe condita Liuius. Certè author est Seneca in libro de breuitate vitæ, principem om-
Curius Dentatus. nium Curium Dentatum elephantes duxisse in triumpho. Sed & mox paulò: Idem, inquit, enarrabat, Metellum, victis in Sicilia Pœnis, triumphantem vnum omnium Romanorum ante cur-
Lib. 18. c. 5. rum centum & viginti captiuos elephantes duxisse. Eutropius ait, victo Pyrrho Manium Curium Dentatum in consulatu triumphasse, & Romam primum elephantes quatuor duxisse. Idem & Cuspinianus testatur. Conciliabimus fortassis authores, quod alter currui iunxerit, alter ante currum F
Pompeius. duxerit. Procedente mox tempore Pompeius Magnus triumpho Africano, vt ait Plinius, & D.
Lib. 8. c. 2. Cæsar Gallico, vt Suetonius, elephantis quoque triumpharunt. De Pompeio sic Plutarchus: O-
Cæsar. ptans Pompeius grauiori eos molestia afficere, conatus est curru quatuor elephantibus ducto triũphum ducere, inter alia quæ ex Africa adduxerat: horum nonnullos captiuos duxerat, angustiori tamen porta vrbis prohibitus equis vsus est. Cæsarem verò ait Suetonius imitatione Pompeij, vectum fuisse elephantis quadraginta, dextra læuaque lychnos gestantibus. Sed & Gordianus Imp. (sub quo Romæ elephanti triginta duo, quorum ipse duodecim miserat, Alexander decem) suo quoque in triumpho elephãtis vectus est, vt tradit Iulius Capitolinus. At Alexander Seuerus cùm de Persis triumpharet, non curru triumphali, sed pedibus sequente curru quatuor elephantorum palatium ascendit, referente Aelio Lampridio in eius vita, his verbis: Post hæc cum ingenti gloria, comitante Senatu, atque omni populo circumfusis vndique mulieribus & infantibus, maximè militum coniugibus, pedes palatium conscendit, cùm retrò currus triumphalis à quatuor elephãtis tra-
Gordianus. heretur. Leuebatur manibus omnium Alexander, vixq; ille per quatuor horas ambulare permissus
Alexander. est, vndique acclamantibus, Salua Roma, quia saluus est Alexander. Subactis Sarmatis quoque
Domitianus Domitianum elephantis triumphasse, sic canit Martialis: G

Hic gemini currus numerant elephanta frequentes
Sufficit immensis aureus ipse iugis.

Cornificius. Cornificius verò, quòd aliquando milites seruasset, tantum sibi tribuisse fertur, vt quoties postmodum foris cænaret, elephanto domum reuehi vellet.

VSVS IN BELLO.

ELEPHANTOS ad bellicum vsum aptos esse testatur Aristoteles. Sunt, (in-
Lib. 9. quit) apud Indos in vsũ rei bellicæ non solùm mares, sed etiam fæminæ, verun-
Bello apti sunt. tamen fæminæ pauciores sunt, & timidiores. Istiusmodi belluas Romanis secundo bello Punico ita fuisse terrori ait Cuspinianus (ex Polybio) vt biennio neq; in Africa, neque in Sicilia ausi sint cum Pœnis æquo Marte dimicare, eoq; mi-
Romani elephantos timuerunt. litum animo animaduerso, continuo latum esse decretum, vt noua classis ad bellum instrueretur, mox eos astu a L. Cecilio Metello victos. Vegetius ait, elephantos contra Ro-
Lib. 3. manum exercitum, primum in Lucania (vide etiam supra) Pyrrhum regem eduxisse, postea Hannibalem in Africa: qua de re sic Plutarchus in eius vita: *Cessere Romani ea potissimum parte, qua* H *Pyrrhus ipse hostibus repugnabat; maximè autem elephantorum robore & impetu, cum propter eos vir-*
Lib. 5. *tute sua vti non possent, sed veluti fluctu aut terramotu ingruente cedendum sibi intelligerent.* Lucretius verò Pœnis eam laudem tribuit, dum canit:

Inde boues Lucas turrito corpore, tetros,
Anguimanos, belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnos Martis turbare cateruas.

Vtcumque est fuisse Romanis longo tempore terrori est certissimum. Hinc Carthaginensibus non eripuere tantummodo illos, sed etiam vsum interdixere. Sic enim in legibus pacis, quam victi petierant, nominatim cautum fuisse historia testatur, vt & quos haberent domitos traderent, & alios deinceps non domarent. Appianus author est, cùm Antiochus definitum numerum, excederet, legatos fuisse missos, qui elephantos interficerent: & in nona Ciceronis Philippa

A legimus, eam fuisse legationem Octauij, vt nepotem regis Antigoni, eius qui cum Romanis bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet. Iam verò & ipsi elephantis vti cęperũt, & non mediocrem insuper fiduciam in ijsdem collocarunt, id quod Metellus inter alios imperatores præcipuè nobis significauit: Cùm enim vtramque Hispaniam, consul prius, deinde proconsul penè iam subegisset, postquam cognouit Cn. Pompeium consulem inimicum suum successorem sibi mitti, elephantis consueta dari cibaria vetuit, vt scribit Valerius Maximus. Cæpere verò ijs vti in bello Macedonico, si Liuio credimus, apparetque semper accreuisse numerum, nam circa Seueri & Bassiani tempora trecentos ad bellũ instructos habuisse reperio. Cæterùm belluas istas ex Europę principibus ante alios Alexander Poro rege & Indis deuictis in potestate habuit, inquit Pausanias in Atticis: quo mortuo & alij reges, & plurimos Antigonus sibi comparauit. Pyrrhus verò in pugna, quam cum Demetrio commisit, aliquot cepit. Ij cùm ad Tarentum in mediam irripuissent aciem, non parum Romanos exterruere, plerisque aliud quàm belluas esse existimantibus. Ebur enim hominum opere & arte priscis temporibus expoliri solitum norãt haud dubio multi, bestias autem ipsas, priusquam Macedones in Asiam traijcerent, præter Indos & Libijas, finitimosque illis populos, nulli viderant. Quod ipsum ex Homero facile conijcias, qui cùm regum

Romani quã do elephãtis vsi.

Lib. 9. c. 3.

Liu. 31.

B lectos & opulentiorum inter hosce domos ebore ornatas dixerit, belluæ tamen nuspiam mentionem facit, quòd si aut elephantem vidisset, aut de eo quicquam audisset, antiquius opinor duxisset, hoc quàm Pygmæorum & gruum pugnam commemorare; Hactenus Pausanias. Quanta autem elephantorum in bello sit vtilitas, ex ea maximè victoria innotuit, quam deuictis Galatis Antiochus consecutus est, Narratur à Luciano in Zeuxi siue Antiocho, his verbis. Cum non ignoraret Antiochus Soter & corporis viribus & audacia Galatas esse præditos, inusitatamque illorum multitudinem videret, tum phalangem fortiter coniunctam: à tergo verò æneis thoracibus indutos bellantes: præterea in profundum semper armatos viginti quatuor ordinatos. In vtrumque autem cornu equitatum, qui viginti millibus equitum constabat, dispartitum esse. Porro è medio octoginta currus falcatos erupturos, ac cum illis bigas bis totidem. Hæc, inquam, cum videret, spem valdè malam animo concipiebat potiundæ victorię, tanqnam si cum inuictis esset agendum. Siquidem ipse modicè instructo exercitu, neque ampliter, neque pro belli dignitate & apparatu, aut magnitudine, sanè perquam paucis comitatus aduenerat, ac illis quidem vt plurimum scutatis & nudis. Sed enim ex his, qui nudi erant, plus quàm dimidia pars exercitus numerabatur.

Vtilitas in bello.

Antiochi cum Galatis pugna.

C Itaque iam de petendo fœdere, ferendisque pacis conditionibus & bello conuenientissimè componendo secum agebat. Atqui Theodatus Rhodius vir excelsi & generosi animi, instruendæ aciei non imperitus, cùm præsto esset, regem perturbato animo esse non sinebat. Et erant Antiocho vndecim in exercitu elephantes. Hos Theodatus iussit interea haberi quàm occultissimos, ne ex acie apparentes conspicui fierent hostibus: vbi verò tuba signum dedit & manus conserendæ forent, ac hostium equitatus impressionem faceret, & Galathæ aperta phalange currus immitterent, tunc vnà cum quatuor elephantis vtrinque equitibus esse occurrendum docebat. Octo autem reliquos aurigis & curribus esse immittendos. Hoc enim facto, inquit, illorum equi perterrebuntur, ac retro fugientes in ipsos Galatas illapsi impetum facient, nec opinionem eius rei prædictæ euentus fefellit. Cum enim antea nullum elephantum vidissent cùm ipsi Galatæ, tum equi illorum, adeo nouo & inopinato elephantorum spectaculo animis consternati sunt, vt longè adhuc à belluis constituti, postea quam solùm rugientes audissent, dentesque candore relucentes vidissent, veluti ex toto nigro corpore, tum etiam proboscides, ad prædam direptionemque faciendam sublatas, priusquam ex arcubus tela extorsissent, versis retrò habenis, nulloque seruato ordine aufugerunt. Sed enim pedites aliquantisper alterna cæde semet hastis confodientes concul-

D cabantur ab equitibus in illorum ordinem illapsis. Currus autem subuersi, & illi, deinceps denuo in suos non citra sanguinem ferebantur, ac planè iuxta illud Homeri,

Subuersi currus passim iacuere supini.

At verò equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephantorum impetum non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Currus strepebant proscindentes acutis falcibus quoscumque ex amicis comprehendissent: Non pauci verò, vt in tali tumultu eiecti prosternebantur. Hos elephanti insequebantur, pedibus proterentes atque conculcantes, simulque in altum proboscidibus proijcientes, ac dentibus correptos transuerberantes. Ad extremum illi summa ope nitentes Antiocho victoriam pepererunt. Cęterùm Galatæ alij quidem dimicando occiderunt, ingenti clade edita: alij viui capti in victoris potestatem peruenerunt. Perpauci fuga in montes semet abdiderunt. Porrò autem Macedones quicumque cum Antiocho in prælium descenderant, Pæana canebant, simulque clamore irruentes, regem coronabant victorem. At ille profusis, vt fertur, lachrymis; pudore afficimur, inquit, ô milites, quibus salus in hisce vndecim stetit belluis: adeo vt nisi spectaculi nouitas hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissemus? In trophæum

nihil aliud quàm elephantum iuſſit ſculpere. Hęc omnia Lucianus. Heliodorus libro nono Aethiopicorum, in prælij cuiuſdam Aethiopum aduerſus Perſas deſcriptione de elephantis hæc ſcribit: Mediam autem aciem Perſici exercitus, cùm elatam eſſe robore audiſſet; ſe illi & elephantos turritos, qui circa ipſum erant, oppoſuit Hydaſpes &c. Hic autem initio tardius obuiam procedere iubebat, gradum gradu lentè permutantes, hac ratione & elephantis, ne deſeretur à propugnatoribus proſpiciens, & ſimul impetum equitum, qui erant in medio ante conflictum conſumens ac diſſoluens. Cum autem à ſeſe ad teli iactum diſtarent, & cataphractos equos irritare ad inuadendum Blemmyes animaduerterent, ea quæ imperata fuerant ab Hydaſpe, faciebant, & Seribus vt eſſent præſidio elephantis, relictis: ipſi longè ante ordines proſiliunt, & quanta celeritate poterant, ad cataphractos contendunt, furoris ſpeciem intuentibus præbentes, quòd tam pauci contra plures & ita armatos procurrere auderent. Perſæ autem magis etiam tum quam prius citatis equis inuehebantur, in lucro ponentes illorum audaciam: & eam ſpem concipientes, quaſi illos continuò & primo conflictu eſſent rapturi. Tum Blemmyes, cùm iam ad manus veniſſent, & propemodum in haſtis hærerent, ſubito & quaſi ad vnum ſignum ſubſidunt, & equos ſubeunt, genu quidem altero terræ innixi, caput verò & tergum equis ſubijcientes ſine vllo detrimento, niſi quod calcationem ſuſtinere cogebantur. Cæterùm rem incredibilem & præter omnium opinionem faciebant, & lædebant equos, ventrem illis in tranſitu ſuffodientes. Quamobrem cadebāt non pauci, equis propter dolorem frenum aſpernantibus & ſeſſores excutientibus. Quos aceruatim iacentes, Blemmyes ſub femoribus diſſecabant. Immobilis eſt enim Perſarum cataphractus, ſi ductore careat. Quicunque autem integris equis euaſerant, ad Seres ferebantur. Illi autem, ſtatim vt appropinquabant, poſt elephantos ſe recipiebant, ad animal tanquam ad tumulum aut propugnaculum aliquod confugientes. Ibi magna cædes & propemodum ad internecionem vſque accidit equitibus. Equi enim ad inuſitatam elephantorum ſpeciem ſubitò nudatam & magnitudinem peregrinam ex conſpectu formidinem incutientem, alij retrorſum fugientes, alij inter ſeſe permixti & coarctati, ordinem phalangis celerrimè turbarunt. Et hi qui erant in elephantis cùm ſex ſingulas turres occuparent, & bini ab vnoquoque latere iacularentur, ſola parte ſupra caudam vacante adeo continuè & directè ad ſcapum è turribus tanquam ex arce tela mittebant, vt denſitas iaculorum nubis ſpeciem Perſis exhiberet &c. De eadem belluarum iſtarum in bello vtilitate ſic ſcribit D. Ambroſius: Hæc in elephantis quoque probare debemus, qui magnum rebus bellicis vſum miniſtrant. Inde gens Perſarum ferox bellis, valida ſagittis, omniumque telorum iactu, quia de ſuperioribus ad inferiora validiore niſu tela torquentur, acies eorum velut gradientibus turribus ſepta procedit. In medijs campis tanquam de muro dimicant, & velut in arce quadam & ſpecula collocati, ſpectant magis bella quàm ſubeunt. Ita alieni à periculo videntur, tuti molibus beſtiarum. Quis enim eos adire audeat, cùm deſuper iaculis facilè figatur, inferius elephantorum conteratur incurſu? Denique cedunt illis acies & armatorum cunei, & caſtra illa quadrata ſoluuntur. Intolerabili namque impetu in hoſtes ruunt, vt nullo agmine bellatorum, nulla conſtipatione militum, nullo clypeorum retardantur obiectu: velut quidam mobiles montes verſantur in prælijs, & vt colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbant confidentiam. Quid hic faciat pedes, quamuis lacertis validus & manu promptus, cùm ſibi ſeptus armatorum populis gradienti murus occurrit? Quid faciat eques, cùm equus eius perterrefactus tantæ beſtiæ immanitate diffugiat? Quid faciat ſagittarius, cùm deſuper ferrata virorum corpora iaculi ictum ſentire non poſſint: beſtia quoque nec nuda facilè penetrabilis ferro ſit, & munita loricis obuias ſine ſui periculo acies ſecet & conterat turmas? Itaq; vti immenſa ædificia, ita elephanti fundamentis validioribus ſuſtinentur, alioquin imparibus fulti pedibus intra breuem laberentur ætatem. Et quid miraris ſi veſtiti armis timentur, quandoquidem dentibus ſuis tanquam naturalibus ſpiculis ſemper armati ſunt? Promuſcide ſua quicquid inuoluerint, trangunt: pede quicquid compreſſerint, velut quodam lapſu ruinæ ingentis exanimant. Hactenus Ambroſius. Eſt autem idem elephantorum in bello vſus noſtro adhuc tempore apud Indos. Nam vt Vartomannus tradit; bella inituri clitellas elephāto imponunt: ſunt, inquit, clitellæ huiuſmodi, cuiuſmodi in regno Auſoniæ vtuntur muli: clitellas ſubtus aluum cingunt geminæ ex ferro catenæ: ſupra clitellas hinc & hinc domus, vel ſi mauis turrim aut caueam ligneam appellare: collo iungunt caueas, aſſamenta neſcio quæ craſſitudine medij palmi: ſingulas caueas terni homines ingrediuntur: inter vtraſque dorſo belluæ inſidet Indus, qui belluam alloquitur. Illis eſt enim patrij ſermonis intellectus officiorumque memoria. Septem autem ſunt homines, qui elephantum bella inituri conſcendunt loricati, ferentes arcus, lanceas, enſes & peltas. Promuſcis elephanti, quam manum appellant, loricatur; illi alligatur exertus enſis longitudine duorum cubitorum, craſſitudine verò ac latitudine palmæ humanæ, ſicque inſtructi præliantur. Vbi progrediendum aut retrocedendum eſt, monet domitor, cuius vocem callet elephas. Aloyſius Cadamuſtus iiſdem belluis Calecutenſes bella conficere tradit, turres quaſdam imponere

Li.6.Hex.5 (margin)

Clitella elephantorum. (margin)

E F G H (margin letters)

A imponere eis, capaces trium aut quatuor hominum, qui de turribus huiusmodi præliantur. Et in insula Zanzibar, licet non habeant equos, tamen cum elephantis & camelis referente M. Paulo Veneto, ad bella procedunt, extruentes castella lignea super elephantes, quæ tanta sunt, vt quindecim vel sexdecim viri muniti ex vno pugnent portatili castro. Porro quando ad bellum procedere volunt, exhibent, inquit, potum elephantis, quem ipsi pro vino bibunt, quò audaciores sint in bello. De regibus & regionibus Indiarum, vbi elephanti ad belli vsum alebantur antiquitus, iam antea dictum est. Quod verò militares elephanti olim quoque turres armatorum plenas ferrent, passim veteres attestantur. Plinius, *turres armatorum in hostes ferunt.* Plutarchus. *Et vbi ferarum,* id est elephantorum, *turres sursum & purpuras viderunt, quod erat eorum ornamentum, cum ad prælium ducebantur.* Aelianus: *Militaris elephantus dorso suo vel nudo tres bellatores fert, alterum dextra, alterum sinistra pugnantem, tertio retro versus bellantem, ac simul quantum manibus moderamina tenentem: sicque illis beluam dirigentem tanquam nauem clauo nauicularum, reique nauticæ peritum.* Philostratus: *Pugnant onusti turribus, quibus decem aut etiam quindecim homines Indici superstant, qui ex turribus tanquam propugnaculis in hostes iaculantur, aut arcu sagittas torquent.* Hinc & Iuuenalis.

Lib. 3. c. 41.

Turres olim etiam ferebant.

Lib. 8. 9.

In Eumene.

B

Nec latio haud vsquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur sed furua gente petita
Arboribus Rutulis & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum nulli seruire paratum
Priuato, siquidem Tyrio parere solebant
Annibali & nostris ducibus, regique Molosso.
Horum maiores & dorso ferre cohortes
Partem aliquam belli & euntem in prælia turmam.

Vsus itaque idem nunc qui olim, præterquam quòd visos nostra ætate dicant, qui gladium duorum cubitorum ad promuscidem alligatum gestantes, atrocissimas in bello cædes ederent. Sed & Massamicos maioris Indiæ populos Iulius Ferretrius in libro de antiqua instauranda & illustranda militia, ait instruere elephantes ordine facto acierum in cornibus more militiæ, limitatoque numero bestiarum & hominum ducentum equitantium illas, talem esse eorum equitatum. Et ex Polybio quoq; discimus ipsas belluas sibi inuicem pugnare, vt in illo prælio quo cum Antigono Ptolomæus conflixit. *Hic igitur bellicum* (inquit) *canentes primum cum elephantis se mutuò inuadunt. Pauci ex ijs quos Ptolemaus habebat, in aduersos feruntur. Ex quibus sanè optimam faciebant milites pugnam, iacientes hastas, & se inuicem crebris vulneribus afficientes. Longè tamen meliorem feræ ipsæ faciebant, ingenti impetu se inuicem impetentes & faciem facie verberantes. Est enim hic elephantorum mos, vt inter se congressi, & mutuis se dentibus impetentes, acerrimè pugnent: simulatque verò vulnus aliquod acceperint, non secus in omnes dentibus sæuiant, quàm tauri cornibus.* Vt igitur inutilis in certamine redderetur elephantorum vsus, diuersa à diuersis imperatoribus stratagemata excogitata & adinuenta fuerunt, In eo bellico apparatu, in quem Semiramis triennium absumpsit, elephantorum indiga, quo affatim præsidio vtuntur Indi, ne ea virium parte inferior esset hoste, rem commenta est memoratu dignam, vt refert Sabellicus, elephantinas effigies bubulis multifariam copijs magno numero astruit, habuitque in occulto id consilium, ne ad hostes eorum, quæ pararentur, fama peruenire posset. His prius quàm in Indos moueret, camelos inclusit: quos cùm bellatoribus supernè sedentibus repente equitibus velut in acie obiecit, inanium belluarum occursum futurum rata, vt in vera pugna elephantos equi minus ac minus formidarent. Nec in hunc vsum solùm vana illa belluarum species quæsita, sed ad virium, inquit, ostentationem, vt cùm in hostium conspectum acies in procinctu staret, inane illud ludibrium in subsidijs locatum verorum procul elephantorum terribilem præ se ferret aspectum. Verùm nihil postea res ista Assyrijs adiumento fuit, non magis quàm multis pòst ætatibus Perseo Macedonum regi, qui eo bello, quod cum populo Romano gessit, eodem vsus machinamento prælio superatus est. Hæc itaque Sabellicus ex Diodoro Siculo, ni fallor, qui rem tamen aliter narrat, cuius hæc sunt verba: *Semiramis contra Indos suscepta expeditione, inferior elephantorum apparatu, rem excogitauit, qua terreret Indos, cogitantes nequaquam extra Indiam elephantos esse. Occisis trecentis boum millibus, carnes operarijs concessit, coria insui fecit elephantorum instar: quæ postmodum fœno referta, veri elephanti speciem præ se ferebant. Intus hominem camelumq́, super quo sedens formam belluæ duceret, inclusit. Hæc in loco semoto occultoq́, acta, ne qua exterius emanare possent, vtq́ Indi improuisa re perculsi veras beluas existimarent. Admirantibus Indis, vnde tanta illi elephantorum copia suppeteret, quidam ex Semiramidis exercitu noctu capti rem prodidere. Semiramis simulatis elephantis aduersus equites præmissis, initoq́, certamine regios equos fudit: assueti enim veris elephantis equi, noua forma olfactuq́, insueto turbati sunt.* Sic Diodorus, non

C *Lib. 5.* *Inuicem pugnare.*

Vt inutiles reddantur.

Elephanti ficti.

Enneid. 1. lib. 1.

D *Lib. 2. c. 5.*

Lib. 4. non fuere itaque inutiles ficti elephanti, ſed victoriam Semiramidi pepererunt. De Perſeo autem E
Macedonum rege ſic quoque ſcribit Polyænus: *Romanis elephantos ducentibus partim ex Libya, partim Indos ab Antiocho Syriæ rege, Perſeus, ne noua ac formidabilis equis bellua primo aſpectu exiſteret, precepit opificibus lignea ſimulacra fabricari elephantorum figura atq; colore, & virum cum tuba per hos horribilem ſonum emittere, vt equi Macedonum elephantorum fremitum & aſpectum ferre diſcerent.* Cæſar pugnaturus cum Scipione in Africa, ne militibus terrori eſſent elephantes, hoc inuenit remedium, vt Hirtius refert; Elephantos in Italiam tranſportari iuſſit, quo & miles ſpeciemque & virtutem beſtiæ cognoſceret, & qua parte corporis nuda ſine tegmine relinqueretur, præterea vt iumenta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpeciem, conſuetudine capta, non reformidarent. Quibus ex rebus largiter erat conſecutus, nam & milites beſtias manibus pertractabant, earumque tarditatem cognoſcebant, equiteſque in eos pila præpilata conijciebant, atque in conſuetudine equos patientia beſtiarum adduxerunt. Egregium verò ſtratagema Damidis recenſet Diodorus his verbis: *Polyſperchon Megapolis adiectis muris cum elephantis expugnare putabat. Megapolitanorum dux Damis, qui fuerat cum Alexandro & natura vſuſq; elephantorum peritiam habebat, complura magna oſtia denſis clauis confixit, & in humilibus foueis conſtruxit, tectis que extabant cuſpidibus, atque ita per ea aditum in vrbe reliquit. E a fronte quidem nullum militem collocauit, ſed obliquè a lateribus multitudinem conſtituit iaculatorum & ſagittariorum & catapultarum, quibus tela iaciuntur. Iam Polyſperchonte totum ruinæ locum expurgante & vniuerſis belluis per eum locum aditum parante, accidit hoc inopinatum elephantibus. Nemine enim occurrente belluis, Indi in vrbem irrumpere cogebantur. Elephantes verò magna mole incedentes, incidebant in confixa ſtimulis oſtia. Cumq; eorum pedes clauis vulnerarentur & propter corporum grauitatem ſtimulis perforarentur, neq; vlterius progredi, neque reuerti propter mouendi difficultatem poterant. Cumq; ſimul omne telorum genus in eos ex obliquo ferretur, Indorum pars moriebatur, alij vulnerabantur, atq; ita ad negocium inutiles reddebantur. Belluæ verò partim propter telorum multitudinem, partim propter ictus clauorum cùm dolore cruciarentur, per amicos reuertebantur, eorumq; multos conculcabant. Tandem earum fortiſſima ac terribiliſſima cecidit: reliquarum pars prorſus inutilis reddita eſt: pars multis ſuorum mortem intulit.* Maior fuit aſtus Megarenſium, qui, vt Aelianus refert, cùm Antipater Macedonum rex, illos bello adortus, elephantorum copia facile ſuperior eſſet, porcos pice oblitos & igne iniecto ardentes in elephantorum agmen immiſerunt; qui partim grunnitu (quo naturaliter, vt dictum eſt, perterrentur vaſtiſſima iſthæc animalia) partim incendio turbati, in fugam verſi, præclaram Megarenſibus peperere victoriam. Obſeruatum igitur deinceps vnà cum elephantorum pullis porcos alere, vt conſuetudine naturam vincerent, & grunnitui porcorum aſſueſcerent. Polyænus verò hoc tribuit Antigono. Fuere verò etiam vel ob hoſtium virtutem, vel alias etiam ob cauſas ſuis ſæpenumero damno. Appianus de bello Hiſpanienſi ait Fuluium Nobiliorem cùm decem elephanti à Maſaniſſa auxilio miſſi eſſent, in pugnam cum hoſtibus progreſſum, elephantes poſt exercitus terga ordine occultauiſſe: pugnaque incœpta extemplo viam aperuiſſe elephantis, quos cùm Celtiberi viderent, ipſos & eorum equos territos, intra mœnia confugiſſe, imperatorem itaque elephantes ad mœnia produci iuſſiſſe: cumque ſic vtrimque fortiter dimicaretur, vnus elephantorum graui percuſſus ſaxo de muro caput, currere atque effrenatè furere cœpit, inque amicos horrendo cum clamore furens ſe coniecit, quemuis obuium trudens ac proterens, amicorum & inimicorum nullo diſcrimine habito: ſimiliter reliqui elephantes illius clamoribus exterriti, idem fecerunt, milites Romanos proterentes, proculcantes ac proſternentes: quod quidem ſæpenumerò ſolent, inquit, elephantes cùm inſaniunt, quemuis vt inimicum accipientes: ob quam eorum perfidiam à quibuſdam communes hoſtes appellati. Non abſimile quid de Cecilio Romanorum conſule Panormi agente ſcribit Polybius his verbis: *Poſtquam igitur elephantos omnemq; exercitum* (Aſdrubalis) *appropinquantes videt &c. quoſdam ex ijs qui maximè agiles atq; expediti erant, pro mœnibus ſupra foſſam conſtituit, iubetq; vt contra elephantos, ſi illi accederent, teliſq; verubuſq; eminus pugnent: quodſi irata pecudes cum impetu contra ipſos ferantur, in foſſas ſe dimittant, inde rurſus elephantos telis petant, &c. Simul ac igitur pleno impetu pugnare cæptum, magiſtri elephantorum qui cupidine gloriæ ſibi attribui victoriam cupiebant, belluas in expeditos concitant: illi ficuti eis à conſule iuſſum fuerat, ſtatim terga vertunt, infeſtiuſq; inſequentibus belluis, in foſſas ſe dimittunt. Belluæ cùm primum ad aggerem foſſarum peruenere, vno tempore & à multitudine vrbana ex mœnibus & à militibus ex foſſis, ſagittis teliſq; multifariam feriuntur. Cumq; vltra progredi non poſſent, neceſſario terga vertentes, in ſuos ruunt, agmina perturbant, magnam ſuorum ſtragem faciunt, &c. Illi iam pridem à beſtijs turbati, & tunc tumultuario impetu à Conſule oppreſſi facilè profligantur: pars eorum trucidatur, cæteri fuga ſalutem quærunt. Elephanti cum Indis decem capti: reliqui diſiectis Indis, finito prælio, omnes in poteſtatem conſulis peruenere.* Cæſare quoque pugnaturo Scipioni in Africa, præter præcitatum inuentum: à dextro cornu funditores ſagittarijque con-

Margin notes: Persei astus. — Damis. — Megarenses — Li. 16. c. 36. — Suis sæpe fuisse damno — Cur communes hostes dicti. — Cæsar.

Margin letters: F, G, H

cita tela

A ctá tela in elephantos frequentes coniecere, vt Hirtius narrat: quo facto bestiæ stridore fundarum lapidumque perterritæ sese conuertere & post se frequentes stipatosque protercre & in portas valli semifractas ruere contenderunt. Non est autem prætermittendum de virtute militis veterani quintæ legionis: nam cùm in sinistro cornu elephantus, vulnere ictus & dolore concitatus, in lixam inermem impetum fecisset, eumque sub pede subditum, deinde genu innixus pondere suo, proboscide erecta vibrantique, stridore maximo premeret atque enecaret: miles hic non potuit pati, quin se armatum bestiç offerret, quem postquam elephantus ad se telo infesto venire animaduertit, relicto cadauere, militem proboscide circundat, atque in sublime attollit armatum. Qui in huiusmodi periculo cùm constanter agendum sibi videret, gladio proboscidem, quo erat circundatus, cedere quantum poterat, non destitit: quo dolore adductus elephas, milite abiecto maximo cum stridore cursuque conuersus ad reliquas bestias se recepit. Clara etiam est alterius è Romanis dimicatio aduersus elephantum. Cùm Hannibal captiuos Romanos dimicare inter se (inquit Plinius) coëgisset: namque vnum qui superaret, obiecit elephanto, & ille dimitti pactus si interemisset, solus in arena congressus, magno Pœnorum dolore confecit. Hannibal cum famam eius dimicationis contemptum allaturam belluis intelligeret, equites misit, qui abeuntem interficerent. Sic & Eleazarus Iudæ Machabæi frater in pugna, quam Iudas contra Antiochum Eupatorem commisit, conspicatus excellentem elephantum ornatum phaleris regijs & ratus in eo regem inuehi, magno animo in eum fecit impetum & occisis prius multis, quam ad eum penetraret, cæteris verò metu cedentibus, succedens sub eius ventrem, confodit belluam, & ipse simul pondere eius illabentis oppressus est, vt narrat Iosephus ex sexto Machabæorum. Vt verò vnde sumus digressi, reuertamur: cùm Hannibal cum Scipione dimicaturus, octuaginta elephantos, quot nunquam alias, in aciem produxisset, ad eorum vsum inutilem reddendum sic militum ordinem Scipio distinxit, vt eos primo inter manipulos velitesque receptos coniectæ vndique hastæ non tantùm ex Romana acie eiecerint, verùm etiam in Pœnos telis prope confossos egerint, quod hostibus fugæ initium fuisse, maximè est perspicuum. Idem accidit elephantis Asdrubalis; *Eodem* (inquit Liuius) *versi elephanti, qui primo impetu turbauerant antesignanos, etiam signa mouerant loco: deinde crescente certamine & clamore, impotentius iam regi, & inter duas acies versari, velut incerti quorum essent, haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo vagi*: Et mox. *Elephanti plures ab ipsis rectoribus quàm ab hoste interfecti: fabrile scalprum cum malleo habebant: id vbi sæuire bellua ac ruere in suos cœperant, magister inter aures positum ipsa in compage, qua iungitur capiti ceruix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tanta molis bellua inuenta erat, vbi regendi spem vicisset.* Similiter in Persarum exercitu aduersus Iulianum, elephantorum fulgentium formidandam speciem & truculentos hiatus vix mentes pauidæ perferebât, (inquit Ammianus Marcellinus paullò post initium libri vigesimi quinti) ad quorum stridorem odoremque & insuetum aspectum magis equi terrebantur: quibus insidentes magistri, manubriatos cultros dexteris manibus illigatos gestabant, acceptæ apud Nisibin memores cladis: & si ferocius animal vires exuperasset regentis, ne reuersum per suos, vt tunc acciderat, collisam sterneret plebem, vertebram quæ caput a ceruice disterminat, ictu maximo terebrabant. Exploratum est enim aliquando ab Hasdrubale Annibalis fratre ita citius vitam huiusmodi adimi belluarum. Eo prælio quo Alfonsus Albuquercius, Indiæ prætor, regem Malacensem vicit & Malacam vrbem expugnauit, rex castello, quod elephantus ingens tergo gestabat, cum aliquot è suis domesticis vehebatur. Hunc alij elephanti similiter instrati & armati sequebantur. Tela è castellis frequentia (verba sunt Osorij) decidebant. Elephanti enses dentibus alligatos gestabant, tantaque ferocia in Lusitanos irruebant, vt antesignani pellerentur. Fernandus tamen Gomesius Lemius & Vascus Fernandus Coutigus, minimè ea re perturbati, resistunt: cùm vterque eorum in opposita vitæ latera, qua elephantus gradum violenter inferebat concessisset, aditum ei liberum reliquerunt. Vtrimque deinde latera illius hastis perfodiunt. Bellua quamuis in principio certaminis sit immanis & efferata, est tamen doloris impatiens & facilè in suos quouis vulnere sauciata conuertitur. Itaque cùm elephantus transfixus vtroque latere fuisset, rectorem qui illi insidebat, proboscide deturbatum conculcat. Exanimare deinde (sanguis enim illi vtrimque profluebat) mirificè cœpit. Rex eo metu confestim desiluit. Elephantus in suos conuersus reliquorum elephantorum aciem perturbauit. Omnes exterriti in fugam versi sunt, neque rursus vllis rectorum monitis aut minis in prælium compelli potuere. Cùm itaque suis sæpe damno sint elephanti, id ne fieret, Scipio prospicere olim conatus est, sicuti legimus apud Hirtium: *Scipio*, inquit, *interim elephantes hoc modo condocefacere instituit: duas instruxit acies, vnam fundatorum contra elephantos, quæ quasi aduersariorum locum obtineret, & contra eorum frontem aduersam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit; post illos autem aciem suam instruxit; vt cum ab aduersarijs lapides missi cæpissent, & elephanti perterriti se ad suos conuertissent, rursus à sua acie lapidibus missis eos conuerterent aduersus*

B C D (section letters in left margin)

Miles vnus elephantum occidens.

Eleazari virtus.

Li. 12. c. 14.

Scipio vt inutiles reddiderit.

Lib. 7. rer. Emanuel.

Ne suis sint damno.

uersus hostem: quod agrè tardeq; fiebat: audere enim elephanti multorum annorum doctrina vsque vetusto vix edectis, tamen communi periculo in aciem producuntur. Iam verò, vt alacriori animo ad prælia ferrentur, potus humanus eis indulgebatur: quod Aelianus meminit, inquiens: Elephantis pugnaturis non modò ex vitibus confecti, sed etiam ex oryza factitij vini vsus indulgetur. Porro si quis eorum fortitudine cùm animi, tùm corporis alios in bello vinceret, is peculiari nomine ab alijs distinguebatur. Antipater (inquit Plinius) author est duos elephantos Antiocho regi in bellicis vsibus celebres, etiam cognominibus fuisse, Aiacem & Patroclum: etenim nouere ea: (de quibus antè.) Certè Cato, cùm imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. De Aiace Alexandri suprà dictum est. Cæterùm vtilitas eorum in campestribus intelligi debet, nam vt Polybius scribit, in montibus, vt & equi, inutiles sunt. E contrario Libycum institutum est, referente Cælio, vt quos in venatione vel pugna elephantes attriuerint, magnificè sepeliant, ac hymnos præterea concinant: quorum id sit, inquit, argumentum, ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι τοὺς ἀντιταχθέντας γενναίως θηρίῳ τοσούτῳ, id est, viros esse bonos, qui tam atroci belluæ ex aduerso steterint, quòd mors gloriosiùs comparata ἐνδοξότερ fit τῷ θανουμένῳ. Causam modò vtilitatis in bello duplicem statuit Cassiodorus, cutis nimirum duritiem & corporis molem, quòd hac hostibus essent terrori, illa ictum non admitteret. *Cutis* (inquit) *vlcerosis vallibus exaratur quæ in tantam duritiam solidatur, vt putes esse osseam cutem. Hac nulla vi transmittitur, nullo ferri acumine penetratur: ideoq. Persarum reges hanc beluam ad bella traxerunt, quæ & nullis ictibus pulsata cederet, & aduersarios sua mole terreret.* Ad hanc corporis duritiam alludit quodammodo Plautus: *Pol siquidem connixus esses, per corium, per viscera, perq. os elephanto brachium transmitteres.* In regno Mogor nihilominus frons eorum laminis armatur ferreis, aut corio durissimo. Habebat & alium vsum in bello elephas, in traijciendis nempe fluminibus, id quod Hannibalis exemplo constat. Eo enim in Hetruriam descendente, Arnus vehementer excreuerat; quare tantum exercitum secum trahens, euitare non potuit, quin ingentem hominum ac iumentorum iacturam faceret: ipse quoque etsi elephanto, qui vnus ex multis superstat, eminens veheretur, plurium dierum ac noctium intemperie vigilijs confectus, alterum oculum amitteret. Ad quod allusit Iuuenalis, dum canit:

O qualis facies & quali digna tabella,
Cum Getula ducem portaret bellua luscum.

Vt incitentur ad pugnam. *Li.18.c.18.* *In Milite gloriosa.* *Vsus ad amnes traijciendos.* *Sat.10.* E F

VSVS IN SACRIFICIIS. G



CRIBIT (inquit Plutarchus) Iuba elephantos dijs vota facere, cùm se nemine docente, mari lustrent, solemque orientem adorent, proboscide manus loco sursum erecta. Itaque etiam hoc animal dijs esse carissimum, vt Ptolomæus Philopater testatum fecit. Cùm enim victo Antiocho vellet dijs honorem splendide habere, præter alia ob partam prælio victoriam, sacrificia, quatuor etiam elephantes immolauit: nocturnis autem territus insomnijs, quòd numen ei ob sacrificium illud inusitatum comminaretur, cùm multis vsus est piaculis, tum quatuor æreos elephantos pro occisis posuit.

Li. de solert. animal. *Elephanti immolati.*

NVMISMATA. STATVÆ PICTVRA. H



N C. Cæsaris nummo videre est elephantum surrecta promuscide, aduersus quem serpens quasi concertaturus insurgit: in altero videas serpentem ipsius elephanti pedibus obtritum, in quo inscriptio est CAESAR. Potes ex illo (inquit Pierius) lacessitum bello, ex hoc, confectum intelligere. Neque verò me fugit, elephantum Maurorum lingua Cæsam appellari solitum, quod Spartianus in Aelio Vero tradit, primumque Cæsaris cognomine nuncupatum, qui elephantum occiderat. Sed inepta hæc inscriptionis causa mihi videtur: crediderim autem potius ad munificentiam spectare, qua Cæsar elephantos exhibuerit. Quem verò elephantum in Q. C. Marij nummo compereris, ibidibus adiectis, hieroglyphicum id Africam prouinciam ab eo domitam, ditionemque imperij in Aegyptum vsque propagatam significare crediderim

Cæsaris nummus. *Marij nummus.*

A derim. Elephanti porrò Pompeij Magni currum subiere Africo triumpho; & in nummo argen- *Scipionis*
teo admodum pulchro Scipionis Imp. inscriptio, cuius galea elephantini capitis speciem habet, in- *nummus.*
fernè aratrum, antè spica posita est: quæ omnia ad Africæ triumphum & annonam inde largiter
aduectam, spectant. Inscriptio, Q. METELLVS. Augusto currum ex quatuor elephantis,
S. P. Q. Romanus in nummis decreuit, quòd, vt puto, spolijs Orientis onustus imperatorum inde *Augusti*
triumphum duxerit. Id honoris T. Cæsar post adeptum imperium patri deferendum curauit, quod *currus in*
ipsa testatur inscriptio, quæ sic habet: TI. CAESAR DIVI AVG, F. AVGVST. P. M. *numo.*
TR. PO. XXIIX. DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Eundem honorem Claudius auiæ
Liuiæ Circensi pompa, currum quippe elephantorum Augustæo similem decernendum curauit.
Sed & D. Augusto Vespasiano currus ex quatuor elephantis in nummo est, cuius latus alterum in- *Vespasiani*
scriptionem habet ad reliquos honores tertij consulatus: nam qui sua virtute ad Imperatorij fasti- *nummus.*
gij culmen euectus erat, re in Oriente bene gesta, paribus cum Augusto honoribus honestandus
fuit: ita elephas iunctus, prouinciam patriam subiugatam hieroglyphice significabat. Est & Phi-
lippi Imperatoris nummus, in quo elephantus gradiens sub magistro cum inscriptione AETER- *Philippi.*
NITAS AVG. Vartomannus author est in insula Sumatra siue Taprobana numos haberi, qui
B ab vna parte cælatum habent caput cacodæmonis, ab altera carpentum, quod ab elephantis tra-
hitur. Cùm verò veteres signis & annulis varias imagines expressas præ se ferentibus obsignarent
tabellas, inter has à Plauto celebrari reperio elephantem. *C. Quæso tune is es Lyco trapezita? L. Ego* *In Curcul.*
C. Multam me tibi salutem iussit Therapontigonus dicere. L. Mihine? C. Ita. cape, signum nosce, nostin?
L. Quidni nouerim; Clypeatus elephantum vbi machæra dissicit. id est, dissecat, vt Puteanus & Lam-
binus exponunt. Fuisse porrò etiam Romæ æneam elephanti statuam, ex hisce verbis Cassiodori *Lib. 10. Va-*
discimus, in epistola Theodahadi regis ad Honorium Romanæ vrbis præfectum: Relationis ve-
stræ tenore comperimus, in via sacra quam multis superstitionibus ditauit (alias dicauit) antiqui-
tas, elephantes æneos vicina omnimodis ruina titubare; & qui solent in carnali substantia supra
millenos annos viuere, occasum videantur proximum in simulacris æneis sustinere. His prouiden-
tia vestra reddi faciat propriam longæuitatem, vncis ferreis hiantia membra solidando. Aluum
quoque demissam subdito pariete corroboret, ne illa magnitudo mirabilis soluatur turpiter in rui-
nam. Nam & viuis ipsis casus aduersus est. Et mox post enumeratam belluæ magnitudinem. Qua-
propter habere eorum vel formas gratissimum est, vt qui viuam substantiam non viderunt, opi-
C natum animal tali imaginatione cognoscant. Et ideo non patiaris perire; quoniam Romanæ di-
gnitatis est, artificum ingenijs in illa vrbe recondere, quod per diuersas mundi partes cognosci-
tur diues natura procreasse. Sed & apud Pausaniam lego de elephanti sculptura: Aedificium è *In Coryn-*
candido marmore, quod in medio quasi foro attollit trophæum (apud Argos) de Pyrrho Epiro- *thiacis.*
tarum rege est, vt ipsi prædicant Argiui: quo enim in loco cadauer eius concrematum est, ibidem
etiam illi fuisse erectum monumentum, in quo cùm alia, quibus in prælijs vtebatur insculpta, tùm
verò erant elephanti.

DE EBORE. CAP. X.

Synonyma. Etymologia.

D NON totus elephanti dens propriè ebur vocatur, sed illa præcipuè pars, quæ ex- *Ebur quid*
tra os est, id quod inter cæteros Plinius nos docuit. Loquens enim de dentibus *propriè.*
exertis, *hoc*, inquit, *solum ebur est*. Franciscus Apollo tamen omnia ipsius ani-
mantis ossa ebur vocari asserit. Dicebatur alias ebor, vnde eboreus. Vtramque *Ebor.*
vocem, quasi a barro, id est, elephanto productam Seruius testatur. Græci
ἐλέφαντα vocant antepenultima acuta, per synechdochen, vt caput pro homi-
ne. Sunt qui vltimam acuant, & elephantina, id est, ex ebore facta interpretentur, vt in hoc
Homeri versu:

> Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
> Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, id est, *Iliad. 4.*
> *Veluti quando aliqua ebur mulier tinxerit*
> *Maonia, vel ex Caira, maxillare vt sit equorum.*

Sed Varinus, Πριστὸς ἐλέφας (ebur serra diuisum) os elephantinum: sic, inquit, ebur per excel- *Elephas pro*
lentiam vocant Græci: additur autem πριστὸς ad ipsius belluæ differentiam. Similiter Latini etiam *ebore.*
elephantum quandoq; pro ebore siue dente elephantis ponunt, vt Virg. in Georgicis: *Lib. 3.*

In foribus

Lib. 6. *In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto:* E

Et in Aeneide.

Altera candenti perfecta nitens elephanto.

Dens Indus. Non semel etiam poëtis dentem Indum vocari reperio. Et quia varia ex ebore fierent vtensilia, pro his quoque ebur dicebatur, Horatius:

Lib. 3. Car.

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Orat. 4. Cicero in Verrem:

Vt omne ebur ex ædibus sacris auferret.

Iam verò ob eximium candorem, accipitur pro istiusmodi colore. Martialis:

Lib. 12. Ebur pro candore.

Nolueram Polytime tuos violare capillos,
Sed iuuat hoc precibus me tribuisse tuis:
Talis eras modò tonse Pelops, positisq́; nitebas
Crinibus, vt totum sponsa videret ebur.

Lib. 13. Et alicubi:

Dum Tyburtinis albescere collibus audit,
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur. F

Plinius: *Merulis anniculis rostrum in ebur transfiguratur, duntaxat maribus.* Hinc & eburneus color idem qui candidus: Ouidius; de Narcisso:

Lib. 3. Met.

Et dignos Baccho digitos & Apolline crines,
Impubesq́; genas & eburnea colla, decusque
Oris & in niueo mixtum candore ruborem.

Lib. 4. Et rursus:

------ Pueri rubor ora notauit,
Nescit quid sit amor, sed & erubuisse decebat,
Hinc color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincta est, aut sub candore rubenti
Cum frustra resonant æra auxiliaria Lunæ.

Et rursus:

Lib. 8. *------ Dentes æquantur dentibus Indis.* G

Lib. 10. Item de Atalanta:

Tergaq́; iactantur crines per eburnea.

Idem in epistola Acontij ad Cydippen:

Hoc faciunt flaui crines & eburnea ceruix.

Et rursus in Epist. Sapph. ad Phaonem.

Hunc Venus in cælum curru vexisset eburno.

Li. 3. Amor. Ac denique alibi:

Illa quidem nostro subiecit eburnea collo
Brachia.

Lib. 5. Similiter emplastrum elephantinum dicitur à Celso, quasi percandidum siue eburneum.

PRETIVM. NATVRA. VSVS.

Ebur pro tributo.



FVIT etiam olim in maximo pretio vbique terrarum ebur. *Herodotus prodit, Aethiopas tributi vice regibus Persidis vicenos dentes elephantorum grandes,* (inquit Plinius) *tertio quoque anno cum auro & ebeno pendere solitos. Tanta eboris authoritas erat vrbis nostræ trecentesimo decimo anno; tunc enim author ille historiam eam condidit Thurijs in Italia.* Et rursus: *Dentibus ingens pretium, & deorum simulachris laudatissima ex ijs materia.* Tradit & Aelianus Libycos homines venari elephantos, non alia magis quàm dentium gratia: & apud Athenæum legitur, Antiochum qui insanus cognominatus fuit, in sua pompa octingentos elephantorum dentes duxisse, Ptolomæum verò Philadelphum sexcentos. Dedicabatur & in templis deorum, id quod Valerius Maximus indicat, dum scribit Masanissam Numidarum regem eburneos dentes quos dono acceperat; restituisse, cum ex templo Iunonis, surreptos intellexisset. Quanti autem ebur fieret, eleganter ostendit Plutarchus his verbis: Ad se trahebant me ebur & argentum. Qui horum possideret plurimum, mihi fælix & dijs charus videbatur homo, siue Phryx esset, siue Car, & vel Dolone ignobilior, vel Priamo calamitosior. Fuit ergò eboris vsus ad luxuriam. *Exquiritur* H

Lib. 5. c. 4. c. 6. In Gryllo.

(inquit

A (inquit Plinius) *à senatoribus, luxuriæ causa, quæ vis in his est efficacissima.* Est item vulgò notum patritios & qui nobilitate præstabant, quique honeste geniti, & liberaliter educati erant, apud Romanos, bullam in pectore, lunulas in pedibus habuisse: fuisse autem fibulas eburneas corniculantes instar lunæ: id quod à Numa institutum ferunt, vt senatores, eorumque posteri, nigris calceis lunulas annecterent. Plutarchus ab Arcadibus deductum esse profitetur, vt se proselinos designarent, vel vt amplissimum nobilitatis testimonium ferrent. Quippe in calceis Senatorum lunam adscripsisse, centenum, inquit, numerum designauit, quo tunc Senatores continebantur: vnde Lunata pellis Martiali: & apud Satyricum poetam legimus: *Lib. 5. 1.* *Nobiles Romani vt cognoscerentur in qu. Rom.* *Lunata pellis quid.*

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Cùm verò apud priscos moris esset, abeuntes hospites non tantùm bonis verbis, sed muneribus etiam prosequi, ebur inter hæc non postremum habuisse locum discimus ex hoc scientissimi poëtæ versu: *Pro munere datum.*

Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto,
Imperat ad naues ferri.

B Sed & dijs offerebatur immortalibus, vt beneuoli redderentur, vti constat ex hoc Polemonis: *Dijs oblatū.*

Si sacra faciens Pamphile Deo quispiam
Hædosque mactans, vel boues quamplurimos,
Chlamydene quæ sit purpurea vel aurea,
Ebore vel villo, vel smaragdo denique
Sibi reddidisse beneuolum numen putat,
Errat, &c.

Q. Calaber ait in pyram Aiacis iniecisse Græcos pretiosum ebur & argentum. Et Diodorus Siculus, signa ex ebore, auroque alijsque rebus pretiosis ab omnibus ducibus & amicis Alexandri facta, Hephæstione Babylone mortuo. Fuisse autem penes diuites, proceresque tantummodo ebur, facile etiam Seneca, in pauperis delineatione significat: *Nec fulget*, inquit, *illis splendidum tectis ebur:* Nihil non enim ebore resplendebat in ditiorum ædibus: mensarum in primis pedes. Plinius, *Excogitata sunt* (per luxuriam) *& ligni bractea, nec satis: Cœpere tingi animalium cornua, dentes secari, lignumq; ebore distingui, mox operiri.* Et rursus: *Venditur ebur pondere: sunt qui tabellas aut segmenta eboris, præsertim in operibus inde factis, vt pectinibus, capulis, alijsque cetaceorum piscium C ossibus adulterent. Distingui audio, quòd è piscibus leuiora sint, minus per ætatem pallescant. Ex arbore & simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaueri, antequam vt à dijs nato iure luxuria, eodem ebore numinum ora spectarentur, & mensarum pedes.* Huc pertinet illud Iuuenalis: *Lib. 17.* *Mensa eburnea.*

——— Latos qui sustinet orbes
Grande ebur.

Item illud Martialis:

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.

Et aliàs:

Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes
Et crepat in nostris aurea lamma toris.

Et rursus:

Inde satur mensas & opertos exuit orbes,
Expositumque altè pingue poposcit ebur.
Et testitudinem mensus quater hexaclinon,
D *Ingemuit citro non satis esse suo.*

Et iterum:

Grandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Libycos possint sustinuisse trabes? *Lib. 14.*

Erant & lecti tales: Suetonius de Cæsare: *Lectus eburneus auro & purpura stratus, in quo Cæsar mortuus positus.* Apuleius: *Frequens ibi numerus epulonum, & vtpote apud primatem fœminam flos ipse ciuitatis; opipares citro & ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti.* Clarè admodum Propertius: *Cap. 84.* *Lib. 2.*

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno.

Varro in Prometheo. *Eburatus lectus ibi in quinquatribus.* Et rursus: *Lectos omnes haberemus domi ad vnam formam aut cum fulcro, aut sine eo &c. Neque potius delectaremur supellectile; quæ esset ex ebore, alijsque rebus &c.* Horatius:

Tracta super lectos canderet vestis eburnos. *Lib. 2. serm.*

Alij sunt, quos Plautus eburatos vocauit. Lambinus exponit enim ebore extrinsecus ornatos, atque non dixisse eburneos sed eburatos siue eboratos, quoniam eburneum est totum ex ebore con- *In Stich.*

Tripodes eburnei. Lib. 2. Pædag. 3. Loculi.

cretum & conflatum, eboratum verò, ebore extrinſecus ornatum. De tripodibus eburneis ſic meminit Clemens Alexandrinus, vt ſuperfluos eſſe diceret, necnon & lectos argenteos habentes pedes, & ex ebore compactos. De rhyto poculo ex ebore ſuprà facta eſt mentio. Fiebant & ex ebore loculi, in quibus res ſeruabantur pretioſiores. Iuuenalis de gemmis: E

——— Gemmaq; princeps
Sardonycus, loculis quæ cuſtoditur eburnis:

Martialis de moneta aurea:

Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Ouidius de herbis pretioſis:

Gramina continuò loculis deprompſit eburnis.

Capuli cultrorum eburnei. Clauis Penelopis.

Fieri præter alia etiam ex ebore, cultrorum capulos reperio, eoſdemque à quibuſdam in menſa præſente veneno ſudare credi. Flagra Corcyræa *κώπας ἐλεφαντίνας*, id eſt, ex ebore manubria habebant, vt Heſychius annotauit. Erat & ex ebore manubrium clauis Penelopis; Homerus:

Εἵλετο δὲ κληῗδ' εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ
Καλὴν, χαλκείην, κώπη δ' ἐλέφαντος ἐπῆεν, id eſt, F
Accepit autem clauem benè flexam manu forti
Pulchram, æream, manubrium autem eboris inerat.

Enſes eborati. Metam. 7.

Item enſes eburneis ornabantur capulis. *Ebore & argento* (inquit Plinius) *ornantur manubria gladiorum.* Enſis Pelopis capulo auro & ebore elaborato in theſauro Olympiæ ſpectabatur, teſte Pauſania, ſecundo Eliacorum. Ouidius de Theſeo:

Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno,
Signa ſui generis.

Lib. 33. c. 12.

Apparet autem, quòd poſtmodum apud Romanos vileſcerent ita elaborati gladij, Plinius enim ad ipſos vſque milites peruenisse vſum innuit his verbis: *Vidimus & ipſi Arellium Fuſcum motum equeſtri ordine ob inſignem calumniam, cum celebritate affectarentur adoleſcentium ſchola, ex argento annulos habentem: Et quid hæc attinet colligere, cum capuli militum ex ebore, faſtidiato celentur argento.* Sed & gladiorum vaginæ erant eburneæ, Virgilius:

Vagina eburnea. Aeneid. 8. Aeneid. 11.

——— Humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon G
Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Et rurſus:

——— Clypeumque ex ære ſiniſtra
Subligat, atq; enſem collo ſuſpendit eburnum.

Pharetra. 8. Metam.

Id eſt, eburnam vaginam, vt Seruius exponit. Huc pertinet illud Diogenis: qui videns, vt refert Laërtius, adoleſcentem indecorè loquentem, non erubeſcis, inquit, ex eburnea vagina plumbeum emittere gladium? Similiter pharetræ decorabantur: Ouidius:

Ex humero pendens reſonabat eburnea lævo
Telorum cuſtos.

Sceptra. 1. Metam. Lib. 6.

Erantque eburnea ſceptra. Idem de ſceptro Iouis:

Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno,
Terrificum capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem.

Quamobrem ebur pro ſceptro dixit Claudianus: H

Talibus inuitat donis, dextraque regendum
Diua ſimul porrexit ebur.

Libri 1. Narteþium.

Robertus Valturius eburneum ſcipionem ſiue Iouis Opt. Max. ſceptrum inter triumphantium ſigna fuiſſe aſſerit. Fiebant magno pretio, vt Liuius ſcribit: quare in eorum locum ſuccedebat narthecium, quod genus eſt ferulæ leuiſſimæ, vnde ſenum fiebant ſcipiones, cuius rei meminit Martialis in apophoretis:

Artis ebur medicæ narthecia cernis habere
Munera, quæ cuperet Pactius eſſe ſua.

Lib. 4. c. 18. Sella curulis. Lib. 1. Epiſt.

Scribit Alexander ab Alexandro milites benemeritos à Romanis donatos ſcipione eburneo, necnon & eburneis curulibus ſellis. Sella autem curulis ob eam cauſam appellatur, quòd curru honoris gratia ſoliti erant in curiam Senatores, qui curulem magiſtratum hoc eſt, maiorem honorem geſſiſſent, vehi ſoliti eſſent, in quo curru ſella erat, ſupra quam conſidebant. Erat autem ex ebore. Horatius:

Cuilibet

A *Cuilibet hic fasces dabit, eripietque curule*
Cui volet importunus ebur.

Ouidius: Lib. 1. de Ponto.

Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

Et aliàs:

Iam noui præeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.

Sed & domus regum teste Plinio ebore ornabantur. Inter Salomonis, vt legimus in sacris biblijs diuitias, thronus fuit ex ebore grandis vestitus auro fuluo, cui operi vix minus triginta millibus talentorum attribui potest, &c. vt Robertus Cenalis computat. Erat & apud alios antiquos mos solempis, operosè & ambitiosè templorum portas ebore exornare: Virgilius id quoque attestatur, dum ait: Reg. 3. 10. Thronus Salomonis. Porta eburnea. Georg. 3.

In foribus pugnam ex auro solidoq; elephanto
Gargaridum faciam.

B Alludit credo ad Phidiæ opus, & commendationem, qui Mineruæ statuam egregiè fabricauit, amplitudine cubitorum viginti sex, quæ ex ebore & auro constabat, in cuius scuto Amazonum prælium cælauit, deorumq. & gigantum pugnam. Homerus de Menelai regia ait:

Aurique electriq; & argenti, & eboris, Menelai regia.
Iouis sanè talis est Olympij intus aula.

Ouidius quoque talem describit aulam Apollinis:

Regia Solis erat sublimibus alta columnis
Clara micante auro, flammasq; imitante pyropo, Regia Solis.
Cuius ebur nitidum vestigia summa tegebat,
Argenti bifores radiabant lumine valuæ. Li. 2. Syriad.

De eadem Bargæus:

Substructam Delphis mendacis Apollinis ædem
Aedem auro & gemmis nitidam, sectoque elephanto
Conspicuam.

C Erant autem valuæ templi Apollinis Palatini ex ebore nitidissimo, in quibus exsculpta Dei illius prælia, atq; victoriæ contra Brennum ducem Gallorum, & contra Nioben Thebanorum reginam. Easdem puto & Propertius intelligit:

Auro Solis erant supra fastigia currus
Et valuæ Libyci nobile dentis opus. Li. 1. Theb.

Statius de Adrasto:

——Idem ipse superbis
Fulgebat stratis, solioque effultus eburno.

Claudianus de Stilicone:

Seu circum trabeis fulgentibus aureus ires
Seu celebres ludos, solio seu fultus eburno
Cingas iure forum.

Habebant porrò eburneas etiam caueas, vel saltem ebore elaboratas. Martialis de passere Catulli: Cauea eburnea. Lib. 14.

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
D *Lesbia plorabat, hic habitare potes.*

Nam virgæ argenteæ ebori insertæ caueam faciebant, qualem describit Papinius:

At tibi quanta domus rutila testudine fulgens,
Connexusque ebori virgarum argenteus ordo.

Idem Martialis etiam eburneorum pugillarium meminit, qui dabantur senioribus & lippis, vt apertior his esset visus ad scribendum: Pugillares.

Languida ne tristes obscurent lumina ceræ,
Nigra tibi niueum litera pingat ebur.

Innuit & ab edentulis hinc sibi dentes concinnasse, dum canit: Dentes ex ebore.

Sic dentata sibi videtur Aegle
Emptis ossibus Indicoque cornu.

Commendabantur prætere instrumenta musica istiusmodi ornamentis condecorata. Hinc Lyra barbithon vocatur, quòd ebore ornaretur, quod à barris dicitur, vt ostendimus. Ouidius: Instrumenta musica. Metam. 11.

Distinctamque lyram gemmis & dentibus Indis.

Lib.2.de raptu Proſerp. Papinius: ------- *Numeroque comanti*
Facundum ſuſpendis ebur. E

Claudianus:

Tum patriæ feſto lætatus tempore vates
Deſuetæ repetit fila canora lyræ,
Et reſides leni modulatus pectine neruos
Pollice feſtiuo nobile duxit ebur.

Lib.15.11. Pecten eburneum. Vtinam (inquit apud Athenæum quidam) pulchra lyra eſſem, elephantis ac me ferrent formoſi pueri in chorum Dionyſiacum. Ita & pectem eburneum dicitur, Virgilio:

Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.

Quod Ouidius ſic expreſsit:

Siue chelym digitis, & eburno verbere pulſans.

Et ſic Seneca:

Hæc canit aurato pectine eburna chelys.

Tibiæ. Lib.1.poſt. Lib.4.24. Tibias eburneas ad prælia memorat Trypho (inquit Scaliger) & Cicero, atque Virgilius. De Tryphone locus eſt apud Athenæum: Tibias, inquit, quas elephantinas appellant, primùm à Phœnicibus pertuſas fuiſſe Tryphon tradit. Virgilius autem ebur vſurpauit pro eburneis tubis: F

Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Tabulæ eburneæ. Tabulas eburneas decem à Solone Athenienſibus datas fuiſſe fertur, ad imitationem duarum Hebraicarum. In titulo de origine iuris legitur, *in ebore ſcriptæ leges*: quo loco eruditi legere malunt in ære, quoniam in hoc metallo incidi ſoleant leges: ac ne eius rei conquirantur argumenta, Ouidianum carmen idoneum & locuples ad fidem eius rei faciendam, vt rentur, afferunt.

------- *Nec verba minantia fino*
Aere ligabantur

Ebur enim (inquiunt) vt ornamento ſatis eſſet, diuturnitate tamen non ſufficeret, cùm ætatem æquè ferre non poſſit, temporique cedat: Libri itaque illi elephantini, in quibus Senatus conſulta perſcribebantur, quæ ad principem pertinebant, vt Vopiſcus ſcribit, ex ebore potius ornati fuerint, quàm vt ſenatuſconſulta ebori inſcripta fuiſſe arbitremur: ridiculum eſt autem dicere, ab operis magnitudine eſſe dictos, quaſi elephantorum proceritas nominis anſam illis dederit. Quod autem ex ebore pectines fiant, tam notum eſt, vt referre pigeat: ijs ante prandium pectinari caput vapores viſum impedientes, extrahere, poroſque cutis aperire medici profitentur. Naues auro & ebore diſtinctas fuiſſe Neroni in Achaiam nauigaturo, vt fidicinam artem oſtentaret, Corn. Tacitus dicit, citante Blondo in nono de Roma triumphante: & in Philopatris naui eburnea fuiſſe ornamenta Athenæus teſtatur. Inuehitur in hunc luxum Seneca: *Nauis bona*, inquit, *dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum aut aureum roſtrum eſt, nec cuius tutela ebore cælata eſt.* Et apud Pacatum legitur in panegyrico: *Quis annalium ſcriptor, aut carminum, tuas illas Cleopatra claſſe & eburata nauigia & purpurea cum ratibus vela tractauit?* Habebat etiam Nero eburneos currus, vt meminit Suetonius his verbis: *Sed cùm inter initia imperij eburneis quadrigis quotidiè in abaco luderent.* Exiſtimo tamen hoc referendum eſſe ad luſum puerilem: Mos enim puerorum eſt, vt quadrigas ex aliqua materia conficiant & ludant, atque oblectentur. Neronem autem, vtpote puerum initio principatus cùm ſtudio equorum immodico teneretur, quadrigas habuiſſe eburneas conſtat, quibus ſuper abacum id eſt menſam vaſis eſcarijs potorijſque continendis accommodatam ludebant. Lego & apud Plinium currum ex ebore factum cum quatuor equis, tantæ exilitatis, vt muſca alis operiret. Habuiſſe interim nobiles Romanos ex ebore adornatos currus, certo eſt certius. Ouidius:

In Tacito. Naues eburneæ. Lib.5.6. Epiſt.77. Currus eburnei. Ad Liuiã. In Aulularia.

Regaliq; habitu, curruq; ſuperbus eburno: H

Clariſſimè Plautus:

Iſtas magnas factiones, animos, dotes, dapſileis
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram
Nihil moror, quæ in ſeruitutem ſumptibus redigunt viros.

Oppida eburnea. Lib.6. Simulacra deorum. In Eliacis. In Cæſaris verò triumpho eborea oppida tranſlata Quintilianus tradit. Potiſſimùm deorum ſimulacra ex ebore fiebant. Pauſanias liberales propterea ac magnificos, minimeque parcos in pecunijs circa diuinum cultum Græcos extitiſſe ſibi videre ait, quandoquidem ab India vſque & Aethyopia ebur ad concinnanda ſimulacra aduehi ſibi procurarent. Sed & Romæ erant. Virgilius id oſtendit, oſtenta enumerans, quæ mortem Cæſaris præceſſere: Ait enim.

Et mæſtum illachrymat templis ebur, æraq; ſudant.

Iouis ſimulachrum. Celeberrimum eſt ſimulacrum Iouis à Phidia factum, quem dijs quàm hominibus effingendis, meliorem artificem fuiſſe ferunt, in ebore verò longè citra æmulum, vel ſi nihil, inquit Quintilianus

A lianus præter Mineruam Athenis, aut Olympium Iouem in Elide fecisset, cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeò maiestas operis Deum æquauit. De hoc Iouis simulacro sic meminit Strabo: *Præcipuum extitit solidum ex auro Iouis simulachrum a Cypselo Corynthiorum tyranno donatum. Ingentior his omnibus Iouis statua fuit, quam Phidias Carmenis Atheniensis filius fabrefecit ex ebore, opus magnitudine tanta, vt ædes sacra sit amplissima, ipse artifex non symmetriam videtur annotasse, sedentem effingens, tectum verò verticem pertingentem.* Meminit huius statuæ Propertius: Lib. 8.

Phidiacus signo se Iupiter ornat eburno.

Iuuenalis etiam elegantiam artificiumque eius indicans:

Phidiacum viuebat ebur:

Id est, tanto successu erat sculptum, vt viuere videretur. Quare aiunt Iouem, vt gratum sibi fuisse hoc simulachrum indicaret, fulmine declarasse: ad quod alludit etiam Martialis laudaturus effigiem Domitiani:

Quis Palatinos imitatus imagine vultus,
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
B *Hac mundi facies hac sunt Iouis ora sereni,*
Sic tonat ille Deus, cùm sine nube tonat.

De hoc simulacro frequens est mentio apud Plinium. Damophon quoque referente Pausania Olympiæ Iouem solutis iam eboris compagibus ad vnguem exactissimè coagmentauit, quare ei sunt ab Eleis honores habiti de Pallade ab eodem ex ebore facta, sic Lucianus in volumine de imaginibus: Ego verò te o præstans animi mulier nequaquam deabus comparaui, sed eximiorum artificum monumentis atque operibus ex lapide aut ebore confectis. Iam ea quæ hominum elaborantur industria, hominibus assimilare, impium esse non arbitror: nisi fortè tu Mineruam esse suspicata sis simulachrum illud, cuius author atque opifex extitit Phidias. Meminit & Ouidius: *Palladis simulachrum.*

Arcis vt Actea vel eburna vel area custos
Bellica Phidiaca stat dea facta manu.

Quo autem in templo ea locata esset statua, colliges ex hoc Pausaniæ: In eadem via (qua Pellenem itur) propius vrbem est Mineruæ templum, lapide extructum vernaculo, deæ signum ex ebore & auro: artificem Phidiam fuisse dicunt: atque hanc quidem Mineruam elaborasse illum, antequam vel Atheniensibus eam, quæ in arce collocata est, vel suam Platensibus Mineruam fecisset. *In Atticis.*
C Fuere & aliæ Mineruæ eboreæ, Idem Pausanias, Mineruæ Aleæ signum Romanos positum habuisse ait, in eius fori aditu, quod est ab Augusto dedicatum. Fuisseque simulacrum id ex ebore totum. Endium opus fecisse: Item Mineruæ Panachæidis statuam ex ebore & auro factam. Eiusdem denique cum Neptuno pugnantis de Attica signum similiter ex ebore & auro factum. Ait præterea Argis in templo Castoris & Pollucis exigua ex ebore simulacra esse. De thesauro autem Selenũtinorum loquens: ij, inquit, ante suam calamitatem thesaurum suum Ioui Olympio dedicarunt, in quo est liber pater ore, pedibus & manibus eburneis. At in Metapontinorum thesauro (nam & hi suum iuxta Selenuntinorum thesaurum dedicarunt) Endymion est. Signi eius præter vestem ex ebore sunt omnia. De Iunonis eboreo simulacro meminit Statius: *In Arcadicis* *In Athaicis.* *In Atticis.* *In Corynth.* *Bacchi simulachrum.* *Li. 10. Theb.* *Apollo eburneus.*

Hoc tunc Argolica sanctum velamine matres
Induerant ebur & lachrymis questuq; rogabant.

Erat verò Romæ etiam eburneus Apollo, vt meminit Plinius, cùm ait: *Eques Romanus ante Apollinem eburneum, qui est in foro Augusti, mortuus est subito.* Ouidius Pygmalionem fabulatur ex ebore virginis simulacrum fecisse, eiusque amore captum à Venere impetrasse, vt in veram viuamque D virginem verteretur. Ptolomæus Philadelphus patri suo ac matri statuas ex ebore posuit, vt canit Theocritus. Quamuis modo tam pretiosum esset ebur, totque ac tanta ex eo pretiosa fierent, Aeliano tamen teste, fertur cornua fœminæ quàm maris maius pretium in hoc genere habuisse. Omne autem ebur temporis vetustate nigrescit: præterquam in agro Tiburtino, vbi etiam posita nigredine candor reparabatur; hinc iocus Martialis in Lycorim, quæ Tibur migrauerat, vt alba redderetur, sed nigra, vt erat, reuertebatur. *Metam. 10.* *Puella ex ebore.* *Eidil. 17.*

Dum Tiburtinis albescere collibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur:
Venit in Herculeos colles, quid Tiburis alti
Aura valet: paruo tempore nigra redit.

Alicubi etiam ebur ibi candorem recuperare meminit hoc versu:

Lilia tu vincis & adhuc delapsa ligustra
Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Vnde fortassis inuentus est, tingẽdi mos ebur. Tingebatur autẽ purpureo potissimũ colore; Hom. *Ebur cur tingeretur.*

Ὡς δ' ὅτε

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ E
Μῃονὶς, ἠὲ κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων. id eſt,
Sicut autem quando aliqua ebur mulier purpura tingit
Mœonia, vel Caria, frenum futurum equorum.

Lib. de Ei ad Delphos. Plutarchus hunc locum citans, tingere interpretatur contaminare: *Vnum* (inquit) *quod eſt, ſyncerum eſt, & mixtionis purum: alterius quippe cum altero mixtione res contaminantur: quo pacto Homerus inquinari ait puniceo calore ebur tinctum: & infectores colorum mixtos corrumpi dicunt, & mixtionem corruptelam vocant.* Virgilius poëtæ verſus ad verecundiorem ſenſum reddidit, de Lauinia pudore ſuffuſa; & tingere vertit violare:

Accepit vocem lachrymis Lauinia matris
Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor & calefacta per ora cucurrit:
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur, vel miſta rubent vbi lilia multa
Alba roſis, tales virgo dabat ore colores.

Lib. 1. Ouidius tingendi verbum retinens, eundem Homeri locum imitatus eſt, dum canit de Proſerpina: F

Senſit adeſſe deas, imperfectumq́; laborem
Deſerit, & niueos infecit purpura vultus,
Per liquidas ſuccenſa genas, caſtiq́; pudoris
Illuxere faces; non ſic decus ardet eburnum
Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit oſtro.

Eandem ad Virgilij ſublimitatem aſſurgere Statius quoque conatus eſt:

Lactea Maſſagetæ veluti cùm pocula fuſcant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro.

Li. 2. Amor. Ad eandem rem faciunt etiam hi Ouidiani verſus, ex quibus præterea habemus tingendi cauſam:

Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ,
Aut vbi cantatis Luna laborat aquis.
Aut quod (ne longis flaueſcere poſsit ab annis)
Mœonis Aſſyrium fœmina tinxit ebur.

Si modò habere voles ebur vel oſſa rubro ceruleoue colore, aut quouis alio intincta, purga ea in primis, inquit Mizaldus, deinde coque in aqua aluminis: tum demum mitte in vrina vel calcis aqua, in qua diſſolutum ſit verzinum vel rubrica, aut cæruleus color, aliuſue, qui tibi arridebit, & vnà iterum coque, perſtringerataq; extrahe, & perbellè tincta videbis. Idem ebur, & oſſa quæuis viridi colore tingi ait ad hunc modum: Sume aquam fortem, qua tantum æris, quantum fieri poterit, creditur: in ea oſſa quibus formis viſum erit, elaborata, per noctem ſine, & ita veros ſmaragdos colore imitatura promittit. Patitur ebur etiam cariem: id quod Plinius innuit, dum remedium præſcribit: *Vetus oleum*, inquit, *exiſtimatur ebori vindicando à carie vtile eſſe.* Gaudet autem humido & è contrario ſiccitate offenditur, ſi locus, in quo ſeruatur, nimia ſiccitate laboret, vt oſtendit Pauſanias ſimulacri Iouis Olympij exemplo, circa quod in luco, quem Altin appellant, pauimentum fuiſſe ait ex lapide nigro, proximè verò circa ſtatuam baſim, è Pario lapide, vt oleum ſtatuæ infuſum illic exciperetur: Conducere enim ſtatuæ illi ebur, & ne quid vitij ex vligine loci accidat, efficere: cæterùm Athenis in arce Palladis, quam Parthenon vocant, ſimulachrum eburneum, non oleum ſed aquam iuuare. Nam cùm locus valde æditus, ſiccus, ſqualiduſque ſit, aquam & rorem inde naſcentem deſidere. At in Epidauro quærenti ipſi, qui fieret, quòd Aeſculapij ſimulachrum nec aqua, nec oleo rigaretur, reſpondiſſe, ipſum & ſolium cui inſidet, ſuper puteum ſitum eſſe. Aliàs etiam agens de ſimulacro Palladis, quod Phidias fecit: aiunt (inquit) Pellenæi ſub ipſa deæ baſi altè deſcendere aditum, atque ex eo humidum halitum efflare; qui ſit ebori tuendo peridoneus. Sed de hac eboris natura conſule lector Nic. Leonicum in varia hiſtoria.

G — *Vt tingatur rubro aut cæruleo colore, & viridi.* — *Patitur cariem.* — *H*

Lib. 14. Epi. 91. *Vt emolliatur.* Democritum inueniſſe aiunt, vt refert Seneca, quemadmodum ebur molliretur. Dioſcorides Zythum potionis genus eſſe ait, quod ex hordeo fit, quo madefactum ebur in omne genus tractile redditur: Græce legitur, *εὐεργὴς δὲ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ.* Hinc apparet Plinium ex Græco aliquo authore iiſdem aut ſimilibus verbis vſo, Zythum reddidiſſe hordei ſuccum, & pro elephante homonyma voce non ebur, vt debuerat, ſed ipſum animal. Plutarchus aliter emolliri poſſe negat in commentariolo, An ad infelicitatem ſatis ſit vitium: Cinere & aceto (inquit, interprete Marcello Virgilio,) madens os licio (ſiue acia malis dicere) ſecatur, & ebur Zytho mollitum flectunt & conformant: aliter autem non poſſunt. Certè ipſa vox *εὐεργὴς* apud Dioſcoridem operi facilem & tractabilem materiam ſignificans, neque de animali, neque de elephantiaſi

A phantiasi morbo (vt ridiculè dubitat Marcellus) verba eius accipi posse conuincit. Accedit ratio, ebur scilicet macerari, mollirique Zytho, quoniam is acorem & vim aceto similem, quæ solidissima quæque penetret, in se contineat: facilè enim acescit aqua, in qua hordeum aut aliquæ fruges aliquandiu macerantur. Acetum etiam ex Zytho & similibus, vt cereuisia, potionibus fieri constat. Aceti feruidi vis tanta est, vt saxa penetret, cum cinere ossa emolliat, teste eodem Plutarcho: *Aceti vis.* non igitur mirum, si Zythus etiam acorem in se continens & facilè acescens, eadem facultate eboris soliditatem remittit. Zythum Symeon Sethi φουκᾶν vocat. Elephantina ossa (inquit) in Zytho aliquandiu macerata, ceræ instar molliuntur: addit & reliqua, quæ Dioscorides de Zytho: sed hac quoque de re in elephantis historia dictum est. Quod si quis Plinio patrocinari voluerit, dixerit fortè fieri posse, vt pariter vtrumque verum sit, & ebur Zytho emolliatur, & eiusdem potu mitigetur elephas animal: nam cùm vino delectetur, vel ad ebrietatem, vt supra diximus, Zythum quoque libenter ab eo admitti verisimile esse, præsertim cum hordeo gaudeat, ex quo conficitur. *Vt politur.* Politur, vt ligna, ac potissimùm squatina, vt idem testatur Plinius: nitor verò hebetatur mensibus muliebribus. Habet modò & alios vsus. Ex eo conbusto atramentum ab Apelle adinuentum *Atramentū ex ebore.* esse aiunt, id elephantinum vocari, idem tradit. Ebur tota substantia corroborare & conceptum *Eboris vsus in medicina.*
B iuuare à practicis, inquit Syluius, scribitur, frigidum & siccum primo gradu. Hoc si vratur, vt decet, spodium vocatur, pro quo tamen alia quoque animalium ossa, bouis, arietis, canis obtru- *Spodium quid.* dantur. Ebori vis astringens, vt Dioscorides & Serapio tradunt, quæ tamen gustu non percipitur, sed emplastica potiùs, & absque morsu siccans: quare suspicandum est Dioscoridi vim siccandi imposuisse: non enim si quid fluxiones siccat, statim astringit. Huius scobe illito, paronychia sanantur, eodem teste; idem apud Plinium quoque legere est; qui & ramentis eius cum melle Attico, nubeculas in facie tolli, vulgò credi ait; sed & Sextus asserit, ebur cum melle contritum & impositum, maculas mirè sanare. Mulier (inquit idem) si quotidiè de puluere eboris faciem suam fricauerit, plagas mundabit; per plagas, vt exponit Humelbergius, intelligens, quas priore curatione maculas, Plinius nubeculas vocat. Ebur item & cornu ceruinum quidam miscent aduersus lum- *Lib. 28. c. 8.* bricos. Ioannes Agricola scribit, medicum quendam scobem eboris vino aut liquore alicuius herbæ obstructione liberantis chymistarum fornace extracto maceratum, ieiunis ictericis propinasse non absque successu. Conducit, inquit, hoc remedium obstructionibus diuturnis egregiè, & remouet insuper stomachi dolores supra alia pharmaca, quæ in hunc vsum comparantur. Exhibe-
C tur etiam cum mulsa valde insigni facultate in comitialibus. Qui post ægritudines aliquas, vt lethargum aut pestilentiam, in obliuionem deciderint, eos maximè iuuat (inquit Aetius,) hiera Ruffi, & castoreum cum oleo occipiti illitum. Post purgationem hieræ, scobem dentis elephantis circiter drachmam vnam è mulsa potam non parum iuuare creditur; & castoreum similiter post purgationem drachmæ pondere cum melicrato. Ad elephantiasin ex eodem; Eboris & cornu ceruini ramenta cochlearij mensura sæpe ad prædictam mensuram (pharmaci ex cedria quod sic fit; acetum optimum, cedria, & succus brassicæ singula cyami mensura miscentur, & ieiunis mane præbentur) ammiscentur. Nam & per seipsum vnumquodque eorum potatum vtilissimum existit. Est autem spodij frequentior quàm eboris vis; quamobrem eius præparatio nequaquam præteriri debet. Hæc apud recentiores medicos præscribitur istiusmodi; Eboris in partes secti libram fictili cru- *Spodij præparatio.* do impone, & operculum luto circumquaque obline & agglutina, sic cremari finito, donec fictilia percocta sint; deinde exemptum ebur in tenuissimum puluerem terito & cribrato, mox in patina vitrea liquoris stillatitij rosacei affundens siccato. Vbi verò iam tertio contriueris, admiscebis liquori rosarum camphoræ subtilissimæ tritæ drachmas quatuor; & pariter conteres in tabula marmorea durissima: fingesque pastillos, & in denso aliquo vase, ne expirent, repones. Quod si
D ebur defuerit, cornu ceruinum similiter præparabis, est enim hoc quoque efficax medicamentum ad multa, præsertim contra venena. Alij monent ebur aperto fictili cremandum esse, sic candidum fieri, secus nigrescere. Emplastrum elephantinum cur sic sit dictum, suprà ostensum est.

MYSTICA.



ANGELOMVS Monachus ad hæc sacræ paginæ verba; *Fecit autem Salamon thronum de ebore magnum &c.* *3. Reg. 10.* Solium (inquit) ecclesia sancta intelligitur, in qua pacificus noster regnans, iudicia sua facere dignoscitur, quia anima iusti sedes est sapientiæ; & bene de ebore illud factum esse memoratur, quod non ad solas diuitias intelligamus aptatum, sed quoniam elephas, cuius hæc ossa sunt, nimiæ *Castitas indicata.* castitatis asseritur, qui inter quadrupedia, & sensu plurimum valet, & temperanter miscetur fæminæ suæ, & coniuge secunda non vtitur. Hoc pudicis animabus decenter aptatum est,

uersus hostem: quod ægrè tardeq. fiebat: audere enim elephanti multorum annorum doctrina usque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur. Iam verò, vt alacriori animo ad prælia ferrentur, potus humanus eis indulgebatur: quod Aelianus meminit, inquiens: Elephantis pugnaturis non modò ex vitibus confecti, sed etiam ex oryza factitij vini vsus indulgetur. Porro si quis eorum fortitudine cùm animi, tùm corporis alios in bello vinceret, is peculiari nomine ab alijs distinguebatur. Antipater (inquit Plinius) author est duos elephantos Antiocho regi in bellicis vsibus celebres, etiam cognominibus fuisse, Aiacem & Patroclum: etenim nouere ea: (de quibus antè.) Certè Cato, cùm imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. De Aiace Alexandri suprà dictum est. Cæterùm vtilitas eorum in campestribus intelligi debet, nam vt Polybius scribit, in montibus, vt & equi, inutiles sunt. E contrario Libycum institutum est, referente Cælio, vt quos in venatione vel pugna elephantes attriuerint, magnificè sepeliant, ac hymnos prætereà concinant: quorum id sit, inquit, argumentum, ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι τοὺς ἀντιστάντας γενναίως θηρίῳ τοσούτῳ, id est, viros esse bonos, qui tam atroci belluæ ex aduerso steterint, quòd mors gloriosiùs comparata ἐνδοξότερον sit τοῦ ζῶντος. Causam modò vtilitatis in bello duplicem statuit Cassiodorus, cutis nimirum duritiem & corporis molem, quòd hac hostibus essent terrori, illa ictum non admitteret. *Cutis* (inquit) *vlcerosis vallibus exaratur qua in tantam duritiam solidatur, vt putes esse osseam cutem. Hæc nulla vi transmittitur, nullo ferri acumine penetratur: ideoq. Persarum reges hanc belluam ad bella traxerunt, quæ & nullis ictibus pulsata cederet, & aduersarios sua mole terreret.* Ad hanc corporis duritiam alludit quodammodo Plautus: *Pol siquidem connixus esses, per corium, per viscera, perq. os elephanto brachium transmitteres.* In regno Mogor nihilominus frons eorum laminis armatur ferreis, aut corio durissimo. Habebat & alium vsum in bello elephas, in traijciendis nempe fluminibus, id quod Hannibalis exemplo constat. Eo enim in Hetruriam descendente, Arnus vehementer excreuerat; quare tantum exercitum secum trahens, euitare non potuit, quin ingentem hominum ac iumentorum iacturam faceret: ipse quoque etsi elephanto, qui vnus ex multis superarat, eminens veheretur, plurium dierum ac noctium intemperie vigilijs confectus, alterum oculum amitteret. Ad quod allusit Iuuenalis, dum canit:


Vt incitentur ad pugnam. *Li. 18. c. 18.* *In Milite glorioso.* *Vsus ad amnes traijciendos.* *Sat. 10.*

E F

O qualis facies & quali digna tabella,
Cum Getula ducem portaret bellua luscum.

VSVS IN SACRIFICIIS. G


Li. de solert. animal. *Elephanti immolati.*



SCRIBIT (inquit Plutarchus) Iuba elephantos dijs vota facere, cùm se nemine docente, mari lustrent, solemque orientem adorent, proboscide manus loco sursum erecta. Itaque etiam hoc animal dijs esse carissimum, vt Ptolomæus Philopater testatum fecit. Cùm enim victo Antiocho vellet dijs honorem splendidè habere, præter alia ob partam prælio victoriam, sacrificia, quatuor etiam elephantes immolauit: nocturnis autem territus insomnijs, quòd numen ei ob sacrificium illud insuetum comminaretur, cùm multis vsus est piaculis, tum quatuor æreos elephantos pro occisis posuit.

NVMISMATA. STATVÆ PICTVRA. H

Cæsaris nummus. *Marij nummus.*



IN C. Cæsaris nummo videre est elephantum surrecta promuscide, aduersus quem serpens quasi concertaturus insurgit: in altero videas serpentem ipsius elephanti pedibus obtritum, in quo inscriptio est CAESAR. Potes ex illo (inquit Pierius) lacessitum bello, ex hoc, confectum intelligere. Neque verò me fugit, elephantum Maurorum lingua Cæsam appellari solitum, quod Spartianus in Aelio Vero tradit, primumque Cæsaris cognomine nuncupatum, qui elephantum occiderat. Sed inepta hæc inscriptionis causa mihi videtur: crediderim autem potius ad munificentiam spectare, qua Cæsar elephantos exhibuerit. Quem verò elephantum in Q. C. Marij nummo compereris, ibidibus adiectis, hieroglyphicum id Africam prouinciam ab eo domitam, ditionemque imperij in Aegyptum vsque propagatam significare crediderim

A derim. Elephanti porrò Pompeij Magni currum ſubiere Africo triumpho; & in nummo argen- *Scipionis*
teo admodum pulchro Scipionis Imp. inſcriptio, cuius galea elephantini capitis ſpeciem habet, in- *nummus.*
fernè aratrum, antè ſpica poſita eſt: quæ omnia ad Africæ triumphum & annonam inde largiter
aduectam, ſpectant. Inſcriptio, Q. METELLVS. Auguſto currum ex quatuor elephantis,
S. P. Q. Romanus in nummis decreuit, quòd, vt puto, ſpolijs Orientis onuſtus imperatorium inde *Augusti*
triumphum duxerit. Id honoris T. Cæſar poſt adeptum imperium patri deferendum curauit, quod *currus in*
ipſa teſtatur inſcriptio, quæ ſic habet: TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. *numo.*
TR. PO. XXIIX. DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Eundem honorem Claudius auiæ
Liuiæ Circenſi pompa, currum quippe elephantorum Auguſtæo ſimilem decernendum curauit.
Sed & D. Auguſto Veſpaſiano currus ex quatuor elephantis in nummo eſt, cuius latus alterum in- *Vespasiani*
ſcriptionem habet ad reliquos honores tertij conſulatus: nam qui ſua virtute ad Imperatorij faſti- *nummus.*
gij culmen euectus erat, re in Oriente bene geſta, paribus cum Auguſto honoribus honeſtandus
fuit: ita elephas iunctus, prouinciam patriam ſubiugatam hieroglyphicè ſignificabat. Eſt & Phi-
lippi Imperatoris nummus, in quo elephantus gradiens ſub magiſtro cum inſcriptione AETER- *Philippi.*
B NITAS AVG. Vartomannus author eſt in inſula Sumatra ſiue Taprobana numos haberi, qui
ab vna parte cælatum habent caput cacodæmonis, ab altera carpentum, quod ab elephantis tra-
hitur. Cùm verò veteres ſignis & annulis varias imagines expreſſas præ ſe ferentibus obſignarent
tabellas, inter has à Plauto celebrari reperio elephantem. *C. Quæſo tune is es Lyco trapezita? L. Ego* *In Curcul.*
C. Multam me tibi ſalutem iuſſit Therapontigonus dicere. L. Mihine? C. Ita. cape, ſignum noſce, noſtin?
L. Quidni nouerim; Clypeatus elephantum vbi machæra diſſicit. id eſt, diſſecat, vt Puteanus & Lam-
binus exponunt. Fuiſſe porrò etiam Romæ æneam elephanti ſtatuam, ex hiſce verbis Caſſiodori *Lib. 10. Va-*
didicimus, in epiſtola Theodahadi regis ad Honorium Romanæ vrbis præfectum: Relationis ve-
ſtræ tenore comperimus, in via ſacra quam multis ſuperſtitionibus ditauit (aliàs dicauit) antiqui-
tas, elephantes æneos vicina omnimodis ruina titubare; & qui ſolent in carnali ſubſtantia ſupra
millenos annos viuere, occaſum videantur proximum in ſimulacris æneis ſuſtinere. His prouiden-
tia veſtra reddi faciat propriam longæuitatem, vncis ferreis hiantia membra ſolidando. Aluum
quoque demiſſam ſubdito pariete corroboret, ne illa magnitudo mirabilis ſoluatur turpiter in rui-
nam. Nam & viuis ipſis caſus aduerſus eſt. Et mox poſt enumeratam belluæ magnitudinem. Qua-
propter habere eorum vel formas gratiſſimum eſt, vt qui viuam ſubſtantiam non viderunt, opi-
C natum animal tali imaginatione cognoſcant. Et ideo non patiaris perire; quoniam Romanæ di-
gnitatis eſt, artificum ingenijs in illa vrbe recondere, quod per diuerſas mundi partes cognoſci-
tur diues natura procreaſſe. Sed & apud Pauſaniam lego de elephanti ſculptura: Aedificium è *In Corynthiacis.*
candido marmore, quod in medio quaſi foro attollit trophæum (apud Argos) de Pyrrho Epiro-
tarum rege eſt, vt ipſi prædicant Argiui: quo enim in loco cadauer eius concrematum eſt, ibidem
etiam illi fuiſſe erectum monumentum, in quo cùm alia, quibus in prælijs vtebatur inſculpta, tùm
verò erant elephanti.

DE EBORE. CAP. X.

Synonyma. Etymologia.

D NON totus elephanti dens propriè ebur vocatur, ſed illa præcipuè pars, quæ ex- *Ebur quid*
tra os eſt, id quod inter cæteros Plinius nos docuit. Loquens enim de dentibus *propriè.*
exertis, *hoc*, inquit, *ſolum ebur eſt.* Franciſcus Apollo tamen omnia ipſius ani-
mantis oſſa ebur vocari aſſerit. Dicebatur aliàs ebor, vnde eboreus. Vtramque *Ebor.*
vocem, quaſi a barro, id eſt, elephanto productam Seruius teſtatur. Græci
ἐλέφαντα vocant antepenultima acuta, per ſynechdochen, vt caput pro homi-
ne. Sunt qui vltimam acuant, & elephantina, id eſt, ex ebore facta interpretentur, vt in hoc
Homeri verſu:

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, id eſt, *Iliad. 4.*
Veluti quando aliqua ebur mulier tinxerit
Mæonia, vel ex Caira, maxillare vt ſit equorum.

Sed Varinus, Πριστὸς ἐλέφας (ebur ſerra diuiſum) os elephantinum: ſic, inquit, ebur per excel- *Elephas pro*
lentiam vocant Græci: additur autem πριστὸς ad ipſius belluæ differentiam. Similiter Latini etiam *ebore.*
elephantum quandoq; pro ebore ſiue dente elephantis ponunt, vt Virg. in Georgicis: *Lib. 3.*

In foribus

Lib. 6. *In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto:* E

Et in Aeneide.

Altera candenti perfecta nitens elephanto.

Dens Indus. Non ſemel etiam poëtis dentem Indum vocari reperio. Et quia varia ex ebore fierent vtenſilia, pro his quoque ebur dicebatur, Horatius:

Lib. 3. Car.

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Orat. 4. Cicero in Verrem:

Vt omne ebur ex ædibus ſacris auferret.

Iam verò ob eximium candorem, accipitur pro iſtiuſmodi colore. Martialis:

Lib. 12. Ebur pro cādore.

Nolueram Polytime tuos violare capillos,
Sed iuuat hoc precibus me tribuiſſe tuis:
Talis eras modò tonſe Pelops, poſitiſq. nitebas
Crinibus, vt totum ſponſa videret ebur.

Lib. 13. Et alicubi: F

Dum Tyburtinis albeſcere collibus audit,
Antiqui dentis fuſca Lycoris ebur.

Plinius: *Merulis anniculis roſtrum in ebur transfiguratur, duntaxat maribus.* Hinc & eburneus color idem qui candidus: Ouidius; de Narciſſo:

Lib. 3. Met.

Et dignos Baccho dignos & Apolline crines,
Impubeſq. genas & eburnea colla, decuſque
Oris & in niueo mixtum candore ruborem.

Lib. 4. Et rurſus:

------ Pueri rubor ora notauit,
Neſcit quid ſit amor, ſed & erubuiſſe decebat,
Hinc color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincta eſt, aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.

Et rurſus:

Lib. 8. *------ Dentes æquantur dentibus Indis.* G

Lib. 10. Item de Atalanta:

Tergaq. iactantur crines per eburnea.

Idem in epiſtola Acontij ad Cydippen:

Hoc faciunt flaui crines & eburnea ceruix.

Et rurſus in Epiſt. Sapph. ad Phaonem.

Hunc Venus in cælum curru vexiſſet eburno.

Li. 3. Amor. Ac denique alibi:

Illa quidem noſtro ſubiecit eburnea collo
Brachia.

Lib. 5. Similiter emplaſtrum elephantinum dicitur à Celſo, quaſi percandidum ſiue eburneum.

PRETIVM. NATVRA. VSVS.

Ebur pro tributo.



FVIT etiam olim in maximo pretio vbique terrarum ebur. *Herodotus prodit, Aethiopas tributi vice regibus Perſidis vicenos dentes elephantorum grandes,* (inquit Plinius) *tertio quoque anno cum auro & ebeno pendere ſolitos. Tanta eboris authoritas erat vrbis noſtræ trecenteſimo decimo anno; tunc enim author ille hiſtoriam eam condidit Thurijs in Italia.* Et rurſus: *Dentibus ingens pretium, & deorum ſimulachris laudatiſſima ex ijs materia.* Tradit & Aelianus Libycos homines venari elephantos, non alia magis quàm dentium gratia: & apud Athenæum legitur, Antiochum qui inſanus cognominatus fuit, in ſua pompa octingentos elephantorum dentes duxiſſe, Ptolomæum verò Philadelphum ſexcentos. Dedicabatur & in templis deorum, id quod Valerius Maximus indicat, dum ſcribit Maſaniſſam Numidarum regem eburneos dentes quos dono acceperat; reſtituiſſe, cum ex templo Iunonis, ſurreptos intellexiſſet. Quanti autem ebur fieret, eleganter oſtendit Plutarchus his verbis: Ad ſe trahebant me ebur & argentum. Qui horum poſſideret plurimum, mihi fælix & dijs charus videbatur homo, ſiue Phryx eſſet, ſiue Car, & vel Dolone ignobilior, vel Priamo calamitoſior. Fuit ergò eboris vſus ad luxuriam. *Exquiritur* (inquit H

Lib. 5. c. 4. c. 6. In Gryllo.

A (inquit Plinius) à *senatoribus, luxuriæ causa, quæ vis in his est efficacissima.* Est item vulgò notum patritios & qui nobilitate præstabant, quique honestè geniti, & liberaliter educati erant, apud Romanos, bullam in pectore, lunulas in pedibus habuisse: fuisse autem fibulas eburneas corniculantes instar lunæ: id quod à Numa institutum ferunt, vt senatores, eorumque posteri, nigris calceis lunulas annecterent. Plutarchus ab Arcadibus deductum esse profitetur, vt se proselinos designarent, vel vt amplissimum nobilitatis testimonium ferrent. Quippe in calceis Senatorum lunam adscripsisse, centenum, inquit, numerum designauit, quo tunc Senatores continebantur: vnde Lunata pellis Martiali: & apud Satyricum poetam legimus: *Lib. 5. 1.* *Nobiles Romani vt cognoscerentur* *In qu. Rom.* *Lunata pellis quid.*

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Cùm verò apud priscos moris esset, abeuntes hospites non tantùm bonis verbis, sed muneribus etiam prosequi, ebur inter hæc non postremum habuisse locum discimus ex hoc scientissimi poëtæ versu: *Pro munere datum.*

Dona dehinc auro grauia, sectoq́ elephanto,
Imperat ad naues ferri.

B Sed & dijs offerebatur immortalibus, vt beneuoli redderentur, vti constat ex hoc Polemonis: *Dijs oblatū.*

Si sacra faciens Pamphile Deo quispiam
Hædosque mactans, vel boues quamplurimos,
Chlamydeue quæ sit purpurea vel aurea,
Ebore vel villo, vel smaragdo denique
Sibi reddidisse beneuolum numen putat,
Errat, &c.

Q. Calaber ait in pyram Aiacis iniecisse Græcos pretiosum ebur & argentum. Et Diodorus Siculus, signa ex ebore, auroque alijsque rebus pretiosis ab omnibus ducibus & amicis Alexandri facta, Hephæstione Babylone mortuo. Fuisse autem penes diuites, proceresque tantummodo ebur, facilè etiam Seneca, in pauperis delineatione significat: *Nec fulget*, inquit, *illis splendidum tectis ebur:* Nihil non enim ebore resplendebat in ditiorum ædibus: mensarum in primis pedes. Plinius, *Excogitata sunt* (per luxuriam) *& ligni bractea, nec satis: Cœpere tingi animalium cornua, dentes secari, lignumq́ ebore distingui, mox operiri.* Et rursus: *Venditur ebur pondere: sunt qui tabellas aut segmenta eboris, præsertim in operibus inde factis, vt pectinibus, capulis, alijsque cetaceorum piscium ossibus adulterent. Distinguí audio, quòd è piscibus leniora sint, minus per ætatem pallescant.* C *Ex arbore & simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaueri, antequam vt à dijs nato iure luxuria, eodem ebore numinum ora spectarentur, & mensarum pedes.* Huc pertinet illud Iuuenalis: *Lib. 17.* *Mensa eburnea.*

———— Latos qui sustinet orbes
Grande ebur.

Item illud Martialis:

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.

Et aliis:

Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes
Et crepas in nostris aurea lamma toris.

Et rursus:

Inde satur mensas & opertos exuit orbes,
Expositumque altè pingue poposcit ebur.
Et testitudinem mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

D Et iterum:

Grandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Libycos possint sustinuisse trabes? *Lib. 14.*

Erant & lecti tales: Suetonius de Cæsare: *Lectus eburneus auro & purpura stratus, in quo Cæsar mortuus positus.* Apuleius: *Frequens ibi numerus epulonum, & vtpote apud primatem fœminam flos ipse ciuitatis; opipares citro & ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti.* Clarè admodum Propertius: *Cap. 84.* *Lib. 2.*

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno.

Varro in Prometheo. *Eboratus lectus ibi in quinquatribus.* Et rursus: *Lectos omnes haberemus domi ad vnam formam aut cum fulcro, aut sine eo &c. Neque potius delectaremur supellectile; quæ esset ex ebore, alijsque rebus &c.* Horatius:

Tracta super lectos canderes vestis eburnos. *Lib. 2. serm.*

Alij sunt, quos Plautus eburatos vocauit. Lambinus exponit enim ebore extrinsecus ornatos, atque non dixisse eburneos sed eburatos siue eboratos, quoniam eburneum est totum ex ebore con- *In Stich.*

 cretum

Tripodes eburnei. Lib. 2. Pædag. 3. Loculi. cretum & conflatum, eboratum verò, ebore extrinſecus ornatum. De tripodibus eburneis ſic meminit Clemens Alexandrinus, vt ſuperfluos eſſe diceret, necnon & lectos argenteos habentes pedes, & ex ebore compactos. De rhyto poculo ex ebore ſuprà facta eſt mentio. Fiebant & ex ebore loculi, in quibus res ſeruabantur pretioſiores. Iuuenalis de gemmis: E

——— Gemmaq́; princeps
Sardonycus, loculis quæ cuſtoditur eburnis:

Martialis de moneta aurea:

Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Ouidius de herbis pretioſis:

Gramina continuò loculis deprompſit eburnis.

Capuli cultrorum eburnei. Fieri præter alia etiam ex ebore, cultrorum capulos reperio, eoſdemque à quibuſdam in menſa præſente veneno ſudare credi. Flagra Corcyræa κώπας ἐλεφαντίνας, id eſt, ex ebore manubria habebant, vt Heſychius annotauit. *Clauis Penelopis.* Erat & ex ebore manubrium clauis Penelopis; Homerus:

Εἵλετο δὲ κληῗδ' εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ
Καλὴν, χαλκείην, κώπη δ' ἐλέφαντος ἐπῆεν, id eſt, F

Accepit autem clauem benè flexam manu forti
Pulchram, æream, manubrium autem eboris inerat.

Enſes eborati. Item enſes eburneis ornabantur capulis. *Ebore & argento* (inquit Plinius) *ornantur manubria gladiorum.* *Metam. 7.* Enſis Pelopis capulo auro & ebore elaborato in theſauro Olympiæ ſpectabatur, teſte Pauſania, ſecundo Eliacorum. Ouidius de Theſeo:

Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno,
Signa ſui generis.

Apparet autem, quòd poſtmodum apud Romanos vileſcerent ita elaborati gladij, Plinius enim *Lib. 33. c. 12.* ad ipſos vſque milites perueniſſe vſum innuit his verbis: *Vidimus & ipſi Arellium Fuſcum motum equeſtri ordine ob inſignem calumniam, cum celebritate aſſectarentur adoleſcentium ſcholæ, ex argento annulos habentem: Et quid hæc attinet colligere, cum capuli militum ex ebore, faſtidiato celentur argento.* *Vaginæ eburneæ.* Sed & gladiorum vaginæ erant eburneæ, Virgilius:

Aeneid. 8.
——— Humero ſimul exuit enſem G
Aeneid. 11.
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Et rurſus:

——— Clypeumque ex ære ſiniſtra
Subligat, atq́; enſem collo ſuſpendit eburnum.

Id eſt, eburnam viginam, vt Seruius exponit. Huc pertinet illud Diogenis: qui videns, vt refert Laërtius, adoleſcentem indecorè loquentem, non erubeſcis, inquit, ex eburnea vagina plumbeum emittere gladium? *Pharetræ. 8. Metam.* Similiter pharetræ decorabantur: Ouidius:

Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo
Telorum cuſtos.

Sceptra. 1. Metam. Erantque eburnea ſceptra. Idem de ſceptro Iouis:

Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno,
Terrificum capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem.

Lib. 6. Quamobrem ebur pro ſceptro dixit Claudianus: H

Talibus inuitat donis, dextraque regendum
Diua ſimul porrexit ebur.

Lib. 12. Narteihium Robertus Valturius eburneum ſcipionem ſiue Iouis Opt. Max. ſceptrum inter triumphantium ſigna fuiſſe aſſerit. Fiebant magno pretio, vt Liuius ſcribit: quare in eorum locum ſuccedebat narteihium, quod genus eſt ferulæ leuiſſimæ, vnde ſenum fiebant ſcipiones, cuius rei meminit Martialis in apophoretis:

Artis ebur medicæ narteihia cernis habere
Munera, quæ cuperet Pactius eſſe ſua.

Lib. 4. c. 18. Sella curulis Scribit Alexander ab Alexandro milites benemeritos à Romanis donatos ſcipione eburneo, necnon & eburneis curulibus ſellis. Sella autem curulis ob eam cauſam appellatur, quòd curru honoris gratia ſoliti erant in curiam Senatores, qui curulem magiſtratum hoc eſt, maiorem honorem geſſiſſent, vehi ſoliti eſſent, in quo curru ſella erat, ſupra quam conſidebant. Erat autem *Lib. 1. Epiſt.* ex ebore. Horatius:

Cuilibet

A *Cuilibet hic fasces dabit, eripietque curule*
Cui volet importunus ebur

Ouidius: Lib. 1. de Ponto.

Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

Et aliàs:

Iam noui praeunt fasces, noua purpura fulget,
Et noua conspicuum pondera sentit ebur.

Sed & domus regum teste Plinio ebore ornabantur. Inter Salomonis, vt legimus in sacris biblijs diuitias, thronus fuit ex ebore grandis vestitus auro fuluo, cui operi vix minus triginta millibus talentorum attribui potest, &c. vt Robertus Cenalis computat. Erat & apud alios antiquos mos solemnis, operosè & ambitiosè templorum portas ebore exornare: Virgilius id quoque attestatur, dum ait: Reg. 3. 10. Thronus Salomonis. Portæ eburneæ.

In foribus pugnam ex auro solidoq́ elephanto Georg. 3.
Gargaridum faciam.

B Alludit credo ad Phidiæ opus, & commendationem, qui Mineruæ statuam egregiè fabricauit, amplitudine cubitorum viginti sex, quæ ex ebore & auro constabat, in cuius scuto Amazonum prælium cælauit, deorumq́. & gigantum pugnam. Homerus de Menelai regia ait:

Aurique electriq́. & argenti, & eboris, Menelai regia.
Iouis sanè talis est Olympij intus aula.

Ouidius quoque talem describit aulam Apollinis:

Regia Solis erat sublimibus alta columnis
Clara micante auro, flammasq́. imitante pyropo, Regia Solis.
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
Argenti bifores radiabant lumine valuæ. Li. 2. Syriad.

De eadem Bargæus:

Substructam Delphis mendacis Apollinis ædem
Aedem auro & gemmis nitidam, sectoque elephanto
Conspicuam.

C Erant autem valuæ templi Apollinis Palatini ex ebore nitidissimo, in quibus exsculpta Dei illius prælia, atq; victoriæ contra Brennum ducem Gallorum, & contra Nioben Thebanorum reginam. Easdem puto & Propertius intelligit:

Auro Solis erant supra fastigia currus
Et valuæ Libyci nobile dentis opus. Li. 1. Theb.

Statius de Adrasto:

------ Idem ipse superbis
Fulgebat stratis, solioque effultus eburno.

Claudianus de Stilicone:

Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres
Seu celebres ludos, solio seu fultus eburno
Cingas iure forum.

Habebant porrò eburneas etiam caueas, vel saltem ebore elaboratas. Martialis de passere Catulli: Cauea eburnea. Lib. 14.

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
D *Lesbia plorabat, hic habitare potes.*

Nam virgæ argenteæ ebori insertæ caueam faciebant, qualem describit Papinius:

At tibi quanta domus rutila testudine fulgens,
Connexusque ebori virgarum argenteus ordo.

Idem Martialis etiam eburneorum pugillarium meminit, qui dabantur senioribus & lippis, vt apertior his esset visus ad scribendum: Pugillares.

Languida ne tristes obscurent lumina ceræ.
Nigra tibi niueum litera pingat ebur.

Innuit & ab edentulis hinc sibi dentes concinnasse, dum canit: Dentes ex ebore.

Sic dentata sibi videtur Aegle
Emptis ossibus Indicoque cornu.

Commendabantur prætera instrumenta musica istiusmodi ornamentis condecorata. Hinc Lyra barbithon vocatur, quòd ebore ornaretur, quod à barris dicitur, vt ostendimus. Ouidius: Instrumenta musica.

Distinctamque lyram gemmis & dentibus Indis. Metam. 11.

Lib. 2. de raptu Proserp. Papinius: ——— *Numeroque comanti* E

Facundum suspendis ebur.

Claudianus:

Tum patriæ festo lætatus tempore vates
Desueta repetit fila canora lyra,
Et resides leni modulatus pectine neruos
Pollice festiuo nobile duxit ebur.

Vtinam (inquit apud Athenæum quidam) pulchra lyra essem, elephantis ac me ferrent formosi pueri in chorum Dionysiacum. Ita & pectem eburneum dicitur, Virgilio: *Lib. 15. 11.* *Pecten eburneum.*

Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

Quod Ouidius sic expressit:

Sine chelym digitis, & eburno verbere pulsans.

Et sic Seneca:

Hæc canit aurato pectine eburna chelys.

Tibia. *Lib. 1. poët.* *Lib. 4. 24.* Tibias eburneas ad prælia memorat Trypho (inquit Scaliger) & Cicero, atque Virgilius. De Tryphone locus est apud Athenæum: Tibias, inquit, quas elephantinas appellant, primùm a Phœnicibus pertusas fuisse Tryphon tradit. Virgilius autem ebur vsurpauit pro eburneis tubis: F

Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Tabulæ eburneæ. Tabulas eburneas decem à Solone Atheniensibus datas fuisse fertur, ad imitationem duarum Hebraicarum. In titulo de origine iuris legitur, *in ebore scriptæ leges:* quo loco eruditi legere malunt in ære, quoniam in hoc metallo incidi soleant leges: ac ne eius rei conquirantur argumenta, Ouidianum carmen idoneum & locuples ad fidem eius rei faciendam, vt rentur, afferunt.

——— *Nec verba minantia fixo*
Ære ligabantur

Ebur enim (inquiunt) vt ornamento satis esset, diuturnitate tamen non sufficeret, cùm ætatem æquè ferre non possit, temporique cedat: Libri itaque illi elephantini, in quibus Senatus consulta perscribebantur, quæ ad principem pertinebant, vt Vopiscus scribit, ex ebore potius ornati fuerint, quam vt senatusconsulta ebori inscripta fuisse arbitremur: ridiculum est autem dicere, ab operis magnitudine esse dictos, quasi elephantorum proceritas nominis ansam illis dederit. Quod autem ex ebore pectines fiant, tam notum est, vt referre pigeat: ijs ante prandium pectinari caput vapores visum impedientes, extrahere, porosque cutis aperire medici profitentur. Naues auro & ebore distinctas fuisse Neroni in Achaiam nauigaturo, vt fidicinam artem ostentaret, Corn. Tacitus dicit, citante Blondo in nono de Roma triumphante: & in Philopatris naui eburnea fuisse ornamenta Athenæus testatur. Inuehitur in hunc luxum Seneca: *Nauis bona,* inquit, *dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore calata est.* Et apud Pacatum legitur in panegyrico: *Quis annalium scriptor, aut carminum, tuas illas Cleopatra classe & eburata nauigia & purpurea cum ratibus vela tractauit?* Habebat etiam Nero eburneos currus, vt meminit Suetonius his verbis: *Sed cùm inter initia imperij eburneis quadrigis quotidiè in abaco luderent.* Existimo tamen hoc referendum esse ad lusum puerilem: Mos enim puerorum est, vt quadrigas ex aliqua materia conficiant & ludant, atque oblectentur. Neronem autem, vtpote puerum initio principatus cùm studio equorum immodico teneretur, quadrigas habuisse eburneas constat, quibus super abacum id est mensam vasis escarijs potorijsque continendis accommodatam ludebant. Lego & apud Plinium currum ex ebore factum cum quatuor equis, tantæ exilitatis, vt musca alis operiret. Habuisse interim nobiles Romanos ex ebore adornatos currus, certo est certius. Ouidius: *In Tacito.* G *Naues eburneæ.* *Lib. 5. 6.* *Epist. 77.* *Currus eburnei.* *Ad Liuiã.* H

Regaliq; habitu, curruq; superbus eburno:

In Aulularia. Clarissimè Plautus:

Istas magnas factiones, animos, dotes, dapsileis
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram
Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus redigunt viros.

Oppida eburnea. *Lib. 6.* *Simulacra deorum.* *In Eliacis.* In Cæsaris verò triumpho eborea oppida translata Quintilianus tradit. Potissimùm deorum simulacra ex ebore fiebant. Pausanias liberales propterea ac magnificos, minimeque parcos in pecunijs circa diuinum cultum Græcos extitisse sibi videre ait, quandoquidem ab India vsque & Aethyopia ebur ad concinnanda simulacra aduehi sibi procurarent. Sed & Romæ erant. Virgilius id ostendit, ostenta enumerans, quæ mortem Cæsaris præcessere: Ait enim.

Et mæstum illachrymat templis ebur, æraq; sudant.

Iouis simulachrum. Celeberrimum est simulacrum Iouis a Phidia factum, quem dijs quàm hominibus effingendis, meliorem artificem fuisse ferunt, in ebore verò longè citra æmulum, vel si nihil, inquit Quintilianus

A lianus præter Mineruam Athenis, aut Olympium Iouem in Elide fecisset, cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeò maiestas operis Deum æquauit. De hoc Iouis simulacro sic meminit Strabo: *Præcipuum extitit solidum ex auro Iouis simulachrum à Cypselo Corynthiorum tyranno donatum. Ingentior his omnibus Iouis statua fuit, quam Phidias Carmem Atheniensis filius fabrefecit ex ebore, opus magnitudine tanta, vt ædes sacra sit amplissima, ipse artifex non symmetriam videtur annotasse, sedentem effingens, tectum verò verticem pertingentem.* Meminit huius statuæ Propertius: Lib. 8.

Phidiacus signo se Iupiter ornat eburno.

Iuuenalis etiam elegantiam artificiumque eius indicans:

Phidiacum viuebat ebur:

Id est, tanto succussu erat sculptum, vt viuere videretur. Quare aiunt Iouem, vt gratum sibi fuisse hoc simulachrum indicaret, fulmine declarasse: ad quod alludit etiam Martialis laudaturus effigiem Domitiani:

Quis Palatinos imitatus imagine vultus,
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
B *Hæc mundi facies hæc sunt Iouis ora sereni,*
Sic tonat ille Deus, cùm sine nube tonat.

De hoc simulacro frequens est mentio apud Plinium. Damophon quoque referente Pausania Olympiæ Iouem solutis iam eboris compagibus ad vnguem exactissimè coagmentauit, quare ei sunt ab Eleis honores habiti de Pallade ab eodem ex ebore facta, sic Lucianus in volumine de imaginibus: Ego verò te ò præstans animi mulier nequaquam deabus comparaui, sed eximiorum artificum monumentis atque operibus ex lapide aut ebore confectis. Iam ea quæ hominum elaborantur industria, hominibus assimilare, impium esse non arbitror: nisi fortè tu Mineruam esse suspicata sis simulachrum illud, cuius author atque opifex extitit Phidias. Meminit & Ouidius: *Palladis simulachrum.*

Arcis vt Actææ vel eburna vel ærea custos
Bellica Phidiaca stat dea facta manu.

Quo autem in templo ea locata esset statua, colliges ex hoc Pausaniæ: In eadem via (qua Pellenem itur) propius vrbem est Mineruæ templum, lapide extructum vernaculo, deæ signum ex ebore & auro: artificem Phidiam fuisse dicunt: atque hanc quidem Mineruam elaborasse illum, antequam vel Atheniensibus eam, quæ in arce collocata est, vel suam Platensibus Mineruam fecisset. *In Atticis.* *In Arcadicis*

C Fuere & aliæ Mineruæ eboreæ, Idem Pausanias, Mineruæ Aleæ signum Romanos positum habuisse ait, in eius fori aditu, quod est ab Augusto dedicatum. Fuisseque simulacrum id ex ebore totum. Endium opus fecisse: Item Mineruæ Panachæidis statuam ex ebore & auro factam. Eiusdem denique cum Neptuno pugnantis de Attica signum similiter ex ebore & auro factum. Ait pretera Argis in templo Castoris & Pollucis exigua ex ebore simulacra esse. De thesauro autem Selenūtinorum loquens: ij, inquit, ante suam calamitatem thesaurum suum Ioui Olympio dedicarunt, in quo est liber pater ore, pedibus & manibus eburneis. At in Metapontinorum thesauro (nam & hi suum iuxta Selenuntinorum thesaurum dedicarunt) Endymion est. Signi eius præter vestem ex ebore sunt omnia. De Iunonis eboreo simulacro meminit Statius: *In Athaicis.* *In Atticis.* *In Corynth.* *Bacchi simulachrum.* *Li. 10. Thebaid.* *Apollo eboreus.*

Hoc tunc Argolicæ sanctum velamine matres
Induerant ebur & lachrymis quæstuq; rogabant.

Erat verò Romæ etiam eburneus Apollo, vt meminit Plinius, cùm ait: *Eques Romanus ante Apollinem eburneum, qui est in foro Augusti, mortuus est subito.* Ouidius Pygmalionem fabulatur ex ebore virginis simulacrum fecisse, eiusque amore captum à Venere impetrasse, vt in veram viuamque virginem verteretur. Ptolomæus Philadelphus patri suo ac matri statuas ex ebore posuit, vt canit Theocritus. Quamuis modo tam pretiosum esset ebur, totque ac tanta ex eo pretiosa fierent, Aeliano tamen teste, fertur cornua fæminæ quàm maris maius pretium in hoc genere habuisse. Omne autem ebur temporis vetustate nigrescit: præterquam in agro Tiburtino, vbi etiam posita nigredine candor reparabatur; hinc iocus Martialis in Lycorim, quæ Tibur migrauerat, vt alba redderetur, sed nigra, vt erat, reuertebatur. *Metam. 10.* *Puella ex ebore.* D *Eidil. 17.*

Dum Tiburtinis albescere collibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur:
Venit in Herculeos colles, quid Tiburis alti
Aura valet: paruo tempore nigra redit.

Alicubi etiam ebur ibi candorem recuperare meminit hoc versu:

Lilia tu vincis & adhuc delapsa ligustra
Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Vnde fortassis inuentus est, tingēdi mos ebur. Tingebatur autē purpureo potissimū colore; Hom. *Ebur cur tingeretur.*

Ὡς δ' ὅτε

Ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς, ἠὲ κάειρα, παρήιον ἔμμεναι ἵππων. id eſt,
Sicut autem quando aliqua ebur mulier purpura tingit
Meonia, vel Caria, frenum futurum equorum. E

Lib. de Ei ad Delphos. Plutarchus hunc locum citans, tingere interpretatur contaminare: *Vnum* (inquit) *quod eſt, ſyncerum eſt, & mixtionis purum: alterius quippe cum altero mixtione res contaminantur: quo pacto Homerus inquinari ait puniceo colore ebur tinctum: & infectores colorum mixtos corrumpi dicunt, & mixtionem corruptelam vocant.* Virgilius poëta verſus ad verecundiorem ſenſum reddidit, de Lauinia pudore ſuffuſa; & tingere vertit violare:

Accepit vocem lachrymis Lauinia matris
Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor & calefacta per ora cucurrit:
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur, vel miſta rubent vbi lilia multa
Alba roſis, tales virgo dabat ore colores.

Lib. 5. Ouidius tingendi verbum retinens, eundem Homeri locum imitatus eſt, dum canit de Proſerpina: F

Senſit adeſſe deas, imperfectumq́; laborem
Deſerit, & niueos infecit purpura vultus,
Per liquidas ſuccenſa genas, caſtiq́; pudoris
Illuxere faces; non ſic decus ardet eburnum
Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit oſtro.

Eandem ad Virgilij ſublimitatem aſſurgere Statius quoque conatus eſt:

Lactea Maſſagetæ veluti cùm pocula fuſcant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro.

Li. 1. Amor. Ad eandem rem faciunt etiam hi Ouidiani verſus, ex quibus præterea habemus tingendi cauſam:

Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ,
Aut vbi cantatis Luna laborat aquis.
Aut quod (ne longis flaueſcere poſſit ab annis)
Mæonis Aſſyrium fœmina tinxit ebur.

Si modò habere voles ebur vel oſſa rubro ceruleoue colore, aut quouis alio intincta, purga ea in- G
Vt tingatur rubro aut cæruleo colore, & viridi. primis, inquit Mizaldus, deinde coque in aqua aluminis: tum demum mitte in vrina vel calcis aqua, in qua diſſolutum ſit verzinum vel rubrica, aut cæruleus color, aliuſue, qui tibi arridebit, & vnà iterum coque, perfringerataq; extrahe, & perbellè tincta videbis. Idem ebur, & oſſa quæuis viridi colore tingi ait ad hunc modum: Sume aquam fortem, qua tantum æris, quantum fieri poterit, creditur: in ea oſſa quibus formis viſum erit, elaborata, per noctem ſine, & ita veros ſmaragdos colore imitatura promittit. Patitur cariem. Patitur ebur etiam cariem: id quod Plinius innuit, dum remedium præſcribit: *Vetus oleum*, inquit, *exiſtimatur ebori vindicando à carie vtile eſſe.* Gaudet autem humido & è contrario ſiccitate offenditur, ſi locus, in quo ſeruatur, nimia ſiccitate laboret, vt oſtendit Pauſanias ſimulacri Iouis Olympij exemplo, circa quod in luco, quem Altin appellant, pauimentum fuiſſe ait ex lapide nigro, proximè verò circa ſtatuam baſim, è Pario lapide, vt oleum ſtatuæ infuſum illic exciperetur: Conducere enim ſtatuæ illi ebur, & ne quid vitij ex vligine loci accidat, efficere: cæterùm Athenis in arce Palladis, quam Parthenon vocant, ſimulachrum eburneum, non oleum ſed aquam iuuare. Nam cùm locus valde æditus, ſiccus, ſqualiduſque ſit, aquam & rorem inde naſcentem deſidere. At in Epidauro quærenti ipſi, qui fieret, quòd Aeſculapij ſimulachrum nec aqua, nec oleo rigaretur, reſpondiſſe, ipſum & ſolium cui inſidet, ſuper puteum ſitum eſſe. Aliàs etiam agens de ſimulacro Palladis, quod Phidias fecit: aiunt (inquit) Pellenæi ſub ipſa deæ baſi altè deſcendere aditum, atque ex eo humidum halitum efflare; qui ſit ebori tuendo peridoneus. Sed de hac eboris natura conſule lector Nic. Leonicum in varia hiſtoria. H

Lib. 14. Epi. 91. Democritum inueniſſe aiunt, vt refert Seneca, quemadmodum ebur molliretur. Dioſcorides Zythum potionis genus eſſe ait, quod ex hordeo fit, quo madefactum ebur in omne genus tractiVt emolliatur. le redditur: Græce legitur, *εὐεργὴς δὲ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ.* Hinc apparet Plinium ex Græco aliquo authore ijſdem aut ſimilibus verbis vſo, Zythum reddidiſſe hordei ſuccum, & pro elephante homonyma voce non ebur, vt debuerat, ſed ipſum animal. Plutarchus aliter emolliri poſſe negat in commentariolo, An ad infelicitatem ſatis ſit vitium: Cinere & aceto (inquit, interprete Marcello Virgilio,) madens os licio (ſiue acia malis dicere) ſecatur, & ebur Zytho mollitum flectunt & conformant: aliter autem non poſſunt. Certè ipſa vox *εὐεργὴς* apud Dioſcoridem operi facilem & tractabilem materiam ſignificans, neque de animali, neque de ele-

A phantiasi morbo (vt ridiculè dubitat Marcellus) verba eius accipi posse conuincit. Accedit ratio, ebur scilicet macerari, mollirique Zytho, quoniam is acorem & vim aceto similem, quæ solidissima quæque penetret, in se contineat: facilè enim acescit aqua, in qua hordeum aut aliquæ fruges aliquandiu macerantur. Acetum etiam ex Zytho & similibus, vt cereuisia, potionibus fieri constat. Aceti feruidi vis tanta est, vt saxa penetret, cum cinere ossa emolliat, teste eodem Plutarcho: non igitur mirum, si Zythus etiam acorem in se continens & facilè acescens, eadem facultate eboris soliditatem remittit. Zythum Symeon Sethi φουκᾶν vocat. Elephantina ossa (inquit) in Zytho aliquandiu macerata, ceræ instar molliuntur: addit & reliqua, quæ Dioscorides de Zytho: sed hac quoque de re in elephantis historia dictum est. Quod si quis Plinio patrocinari voluerit, dixerit forte fieri posse, vt pariter vtrumque verum sit, & ebur Zytho emolliatur, & eiusdem potu mitigetur elephas animal: nam cùm vino delectetur, vel ad ebrietatem, vt supra diximus, Zythum quoque libenter ab eo admitti verisimile esse, præsertim cum hordeo gaudeat, ex quo conficitur. Politur, vt ligna, ac potissimùm squatina, vt idem testatur Plinius: nitor verò hebetatur mensibus muliebribus. Habet modò & alios vsus. Ex eo conbusto atramentum ab Apelle adinuentum esse aiunt, id elephantinum vocari, idem tradit. Ebur tota substantia corroborare & conceptum

Aceti vis.

Vt polistur.

Atramentũ ex ebore.

B iuuare à practicis, inquit Syluius, scribitur, frigidum & siccum primo gradu. Hoc si vratur, vt decet, spodium vocatur, pro quo tamen alia quoque animalium ossa, bouis, arietis, canis obtruduntur. Ebori vis astringens, vt Dioscorides & Serapio tradunt, quæ tamen gustu non percipitur, sed emplastica potiùs, & absque morsu siccans: quare suspicandum est Dioscoridi vim siccandi imposuisse: non enim si quid fluxiones siccat, statim astringit. Huius scobe illito, paronychia sanantur, eodem teste; idem apud Plinium quoque legere est; qui & ramentis eius cum melle Attico, nubeculas in facie tolli, vulgò credi ait; sed & Sextus asserit, ebur cum melle contritum & impositum, maculas mirè sanare. Mulier (inquit idem) si quotidie de puluere eboris faciem suam fricauerit, plagas mundabit; per plagas, vt exponit Humelbergius, intelligens, quas priore curatione maculas, Plinius nubeculas vocat. Ebur item & cornu ceruinum quidam miscent aduersus lumbricos. Ioannes Agricola scribit, medicum quendam scobem eboris vino aut liquore alicuius herbæ obstructione liberantis chymistarum fornace extracto maceratum, ieiunis ictericis propinasse non absque successu. Conducit, inquit, hoc remedium obstructionibus diuturnis egregiè, & remouet insuper stomachi dolores supra alia pharmaca, quæ in hunc vsum comparantur. Exhibe-

Eboris vsus in medicina.

Spodium quid.

Lib. 28.c.8.

C tur etiam cum mulsa valde insigni facultate in comitialibus. Qui post ægritudines aliquas, vt lethargum aut pestilentiam, in obliuionem deciderint, eos maximè iuuat (inquit Aetius,) hiera Ruffi, & castoreum cum oleo occipiti illitum. Post purgationem hieræ, scobem dentis elephantis circiter drachmam vnam è mulsa potam non parum iuuare creditur; & castoreum similiter post purgationem drachmæ pondere cum melicrato. Ad elephantiasin ex eodem; Eboris & cornu ceruini ramenta cochlearij mensura sæpe ad prædictam mensuram (pharmaci ex cedria quod sic fit; acetum optimum, cedria, & succus brassicæ singula cyami mensura miscentur, & ieiunis manc præbentur) ammiscentur. Nam & per seipsum vnumquodque eorum potatum vtilissimum existit. Est autem spodij frequentior quàm eboris vis; quamobrem eius præparatio nequaquam præteriri debet. Hæc apud recentiores medicos præscribitur istiusmodi: Eboris in partes secti libram fictili crudo impone, & operculum luto circumquaque obline & agglutina, sic cremari finito, donec fictilia percocta sint; deinde exemptum ebur in tenuissimum puluerem terito & cribrato, mox in patina vitrea liquoris stillatitij rosacei affundens siccato. Vbi verò iam tertio contriueris, admiscebis liquori rosarum camphoræ subtilissimæ tritæ drachmas quatuor; & pariter conteres in tabula marmorea durissima: fingesque pastillos, & in denso aliquo vase, ne expirent, repones. Quod si

Spodij præparatio.

D ebur defuerit, cornu ceruinum similiter præparabis, est enim hoc quoque efficax medicamentum ad multa, præsertim contra venena. Alij monent ebur aperto fictili cremandum esse, sic candidum fieri, secus nigrescere. Emplastrum elephantinum cur sic sit dictum, suprà ostensum est.

MYSTICA.



ANGELOMVS Monachus ad hæc sacræ paginæ verba; *Fecit autem Salamon thronum de ebore magnum &c.* Solium (inquit) ecclesia sancta intelligitur, in qua pacificus noster regnans, iudicia sua facere dignoscitur, quia anima iusti sedes est sapientiæ; & bene de ebore illud factum esse memoratur, quod non ad solas diuitias intelligamus aptatum, sed quoniam elephas, cuius hæc ossa sunt, nimiæ castitatis asseritur, qui inter quadrupedia, & sensu plurimum valet, & temperanter miscetur fæminæ suæ, & coniuge secunda non vtitur. Hoc pudicis animabus decenter aptatum est,

3. Reg. 10.

Castitas indicata.

Pſal. 44 tum eſt, quid illæ ebur fuiſſe noſcuntur, quæ per caſtitatem Christi domini ſecutæ ſunt. Ita & E
Innocentia. Beda in explicatione horum Pſaltis verborum: *Domus eburnea, cor innocentiſsimum & caſtiſsimum*; in ebore, inquit, eſt candor & per candorem deſignatur innocentia, quia vbi candor eſt, nulla macula eſt: ſimiliter vera innocentia à Deo eſt ſine macula, vt nec ſibi nec alteri noceat. Rurſus animal illud, cuius os ebur eſt, caſtiſſimum eſt, quia nec cognoſcit, niſi vnam vxorem, & illam temperatiſſimè, atque ea mortua nunquam aliam cognoſcit. Rectè ergo per ebur deſignatur ca-
Caſtitas. ſtitas & innocentia: Et rurſus alicubi: Ebur non ad ſolas diuitias, intelligamus aptatum, ſed quoniam elephas cuius hæc oſſa ſunt, nimiæ caſtitatis aſſeritur, qui inter quadrupedia & ſenſu plurimo valet, & temperanter miſcetur fæminæ ſuæ, & coniuge ſecundaria non vtitur: hoc pudicis
3. Reg. 10. fæminis decenter aptatum eſt. Sed & doctores (inquit Angelomus ad hæc verba; *deferebantur Salamoni dentes elephantorum*) fortes propter nitorem ſapientiæ deſignari poſſint, de quibus, inquit, ſponſæ dicitur; *Collum tuum ſicut turris eburnea.*

PROVERBIA. F



Eburnei raſtris ſolum vertere. Lib. 2.

EBVRNEIS *raſtris ſolum vertere*, dicitur, qui re inſigni & præclara abutitur, vt ſi quis eruditione pollens, in ea rebus vanis, inutilibus & famoſis abutatur. Vtitur hoc aduerbio Prudentius contra Symmachum;

Haud aliter quàm cum raſtris quis tentat eburnis
Cænoſum verſare ſolum.

Ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ τὸ μολύβδινος ξίφος, id eſt, *In eburnea vagina plumbeus gladius.*

In eburnea vagina plumbeus gladius. Natum ex Diogenis Cynici apophthegmate, quod ante recitauimus. Dicetur, vbi res per ſe præclara illi adhibetur, vbi minimè addecet, vt ſi ſtulto contingant opes, fatuæ forma, genus ignauo eloquentia viro improbo, magiſtratus imperito. His enim rebus non modo ornantur, ſed magis ridiculi fiunt. *Ebur atramento candefacere*, eſt genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obſcuretur magis quàm illuſtretur. Proinde læna Plautina puel-
Ebur atramento candefacere. læ naturali forma præditæ, tamen ceruſſam ad oblinendas malas poſtulanti; *Vna*, inquit, *opera ebur atramento candefacere poſtules.*

G

FINIS.





PARALIPOMENA.

De equis Hispaniæ quædam.



D locum Martialis de Bibili citatum à nobis folio 51. A. Ita omnes habent codices, (inquit Franciscus Ferdinandius de Cordoua Cordubensis in sua multiplici didascalia,) & omnes agnoscunt interpretes, vnico excepto Radero è Societate Iesu; is enim ex authoritate Hieronymi Zuritæ, *non equis & armis*, sed potius *aquis & armis nobilem*, legendum dicit. Quæstio certe non mediocris difficultatis est: nam & vetustorum codicum longæua authoritas, & Hispanorum equorum non inanis, aut recens laus antiquam tuentur lectionem: tum Biblitanarum Salonis fluuij aquarum celebre nomen, & probatissimum Zuritæ ingenium in contrariam nos, vel nolentes traducere possint sententiam. Et quidem Mela de Hispania hæc inter alia: *Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auroque tam abundas*. Citat deinde alias veterum de equorum Hispanorum pernicitate authoritates, quas nos suis quasque locis recitauibus. Ipse verò non tam ob Zuritæ, quàm etiam Gasparis Barreyri eruditissimi æquè ac iudiciosissimi viri authoritate hanc correctionem probat, non leuibus (inquit) adductus coniecturis. Constat enim plus satis celebrem fuisse ac nobilem Salonis fluuij aquis Bilbilim, cùm è contrà Bilbitanos equos à nullo vnquam laudatos certò sciamus. Imo neq; pernices nimium equos gignere alta & scopulosa loca (qualem scimus fuisse Bilbilim) deprehensum est, quantumuis labori perferendo aptissimi sint. Hispanos tamen equos, vt plurimum, pedum potius velocitate & alacritate animi, ac corporis forma, quàm robore pollere quis non videt? ac ne quid intactum relinquamus, Bilbilim in alto loco sitam, ac proinde non eam esse quæ hodiè Calataiud, vt vulgus credit, apertè ostendit Martialis ipse, cùm eam altam vocitet: Cap. 48. Locus in Martiale expensus.

Municipes Augusta mihi, quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis,

vt ex Barreyro legit Ortelius, vel (vt alij codices habent) *alto monte*, quamuis perperam in pluribus codicibus, *agri monte* legatur: sed ego quid sit agri monte non video. Simile illi indidit cognomen, *alta* nimirum, Sidonius Apollinaris.

Quid celsos Senecas loquar, & illum *Quem dat Bilbilis alta Martialem?*

Idem Ferdinandius adductis Varronis aliorumque de Lusitanis equabus, earumque ex vento conceptione, de qua nos agimus fol. 90. & 91. huic ait subscripsisse sententiæ ex recentioribus Florianum de Ocampo non vno in loco, ac Ludouicum Viuem: Resendium verò hanc opinionem, nimirū an equæ ibi ita concipiant, nec improbare, nec approbare: referrre tamen quærentem se à quodā hospite suo agri Beneuentani iuxta Tagum, ecquid hac de re ipse sciret? hæc ab illo accepisse: nunquam scilicet hæc se aut vidisse aut audiuisse, habuisse tamen pulchram quandam equam, quam vt melius proximis nundinis vendere posset, in insula quæ in medio Tago est, solam inclusisset, vt pabuli abundantia saginaretur, eamque post duos menses grauidam reperisse, cùm nullus illic accessisset admissarius; Septimo deinde mense enixam esse, non quidem animal, sed concreti sanguinis informem materiam, abortumque suspicatum. Maiolus verò id pro certo retulit. Et simile quidem ex Solino (vt ait Viues) Diuus Augustinus affert de Cappadociæ equis, eas nimirum affirmans vento concipere, sed non hac de causa id verum esse dicendum est: in ijs enim quæ fidem nostram non tangunt, sacris doctoribus (quod pace eorum dixerim) ea duntaxat fides adhibenda est, quæ ijs, ex quibus illi suam desumpsere narrationem adhiberetur. Aelianus certè id affirmans, equas, ait, vento concipere pastores testantur, quibus assentiunt Homerus & Aristoteles, qui ipsas dicit Venere stimulatas ad Boream aut Notum aufugere. Hanc autem narrationem primus in lucem misisse creditur, à quo accepere cæteri, M. Varro, diligens certè vir, sed qui in multis etiam (homo quippe) verum non est assecutus, & id etiam suorum temporum æqualis Vergilius, licet non de Hispanis (vt Varro) de equis tamen in communi eleganter suo more decantauit. Credo tamen alterum aut vtrumque illorum fabellam hanc mutuatum esse ab Homero. (Poëtarum horum versus suo loco attulimus.) Fabulosum verò esse hoc totum & authoritate & ratione & experientia patet: authoritate quidem summi viri Aristotelis, qui hominem & equum coitu duntaxat generari ait in problematibus, cuius rei rationem reddit: quæ enim animalia vel coitu, vel sponte naturæ generantur, cùm tempus suæ generationis breuissimum habeant, possunt à qualibet causa generari, quæ diuturnum generationis tempus vt decem vel duodecim mensium, ea certe vel ex coitu, vel nullo pacto (vt ipse Lib. 4. c. 5.

inquit) procreantur necesse est; & hoc, quia plurimis & perfectis illis quidem dispositionibus animalia hæc, quæ longo tempore in vtero perficiuntur, vtpote perfecta, indigeant. Perperam autem Aelianus, & alij recentiores authoritate Aristotelis ad hanc fabellam astruendum vtuntur: ille enim solum ait, equas dum equiunt, ni retineantur, currere non in Orientem aut Occidentem versus, sed ex aduerso Aquilonis aut Austri; nec appropinquare quenquam pati, donec vel defatigatæ desistant, vel ad marem deueniant. Non ergo illę Zephyrum ore excipientes, ore ingrauidantur ex Aristotele, sed potiùs currentes marem quæritant. Cur autem potius contra Austrum & Aquilonem, quàm versus aliam partem currant, nec explicauit Aristoteles, nec me assecutum esse adhuc ingenuè fateor. Hoc duntaxat ex eodem authore certò scimus: *Pastorum doctrina statutum interesse ad maris ac fœminæ pecoris fœturam, non solùm si ita accidit, vt initus Aquilonijs, Austrinisue flatibus fiat, sed etiam si cùm pecus coit, spectat ad Aquilonem aut Austrum.* Experientia verò id falsum esse satis constat: non enim vllus vnquam se hoc vidisse affirmauit: quin & nos qui aliquot ab hinc annis totum illum tractum Olyssiponensis vrbis, Hispanarum, ne dicam Occiduanarum maximæ & opulentissimæ oculis perlustrauimus, nihil vnquam simile ab aliquo homine, quantumuis vrbano, quantumuis rustico audiuimus. Quod autem Resendius narrat (si modò illi vera retulit hospes) accidere potuit, vel equi alicuius admissione, qui parum obseruatus flumen tranarit, vel sanguinis ipsius equæ pabuli copia saginatæ superabundantia, partum enim illum fuisse nec ipse hospes certò asseruit. Quòd si ex authoritate Lactantij grauissimi viri, aliqui putent credendum esse hoc, falluntur planè, is enim sic: Quod si animalia quædam vento & aura concipere solere omnibus notum est, cur quisquam mirum putet, cùm spiritus Dei, cui est facile quicquid velit, grauatam esse Virginem dicimus? Illa enim verba non de equarum conceptu, sed ostrearum potius, quæ aperto ore auram excipientes (vt naturales asserunt) grauidæ fiunt, intelligenda procul dubio sunt, neque etiamsi explicitè id affirmaret de equis, aliquid nobis negocij faceret: sancti enim (vt alibi diximus, cùm de Phœnice ageremus) communi vulgi opinione, veluti argumento ad hominem validissimo, quod illis satis erat, sæpe contra Gentes vsi sunt. Iudiciosissimus itaque author Trogus Pompeius, siue eius abbreuiator Iustinus, qui natione creditur Hispanus, hanc de Lusitanorum fœcunditate equarum narrationem iure retulit, vt fabulosam, atque eius non inelegantem reddidit rationem. In Lusitanis, inquit, iuxta fluuium Tagum equas vento concipere multi authores prodiderunt: quæ fabulæ ex equarum fœcunditate & gregum multitudine natæ sunt, qui tanti in Gallatia & Lusitania ac pernices visuntur, vt non immeritò ipso vento concipi videantur. Hęc ille: vera quidem narrans de gregum multitudine, quæ quidem fabulæ causa, in hoc tamen cum cæteris omnibus lapsus, quòd Lusitanos aut Calleicos equos pernicissimos esse Hispanorum omnium crediderit, cùm tamen certò certius sit Bœticos, Cordubenses præcipuè (dicto absit inuidia) reliquos omnes & pedum velocitate & corporis pulchritudine longè anteire. Hucusque ille.

Lib. 4. de generatione animal ca. 2.

Lib. 4. c. 11.

Lib. 44.

DE CENTAVRIS QVÆDAM EX eodem, addenda sententiæ Francisci Floridi Sabini fol. 197.



CENTAVROS etiam esse affirmare videtur Apuleius, licet dubitanter de Hippocentauro grauissimus author Hieronymus (eius verba nos suo loco citauimus) scriptis mandauit; quemadmodum & ex vetustissimis scriptoribus Xenophon malè ab aliquibus pro contraria citatus sententia; aliquando enim dubitat, aliquando verò potiùs videtur affirmare, eius verba hæc. *Quò fit vt maximè ex omnibus animalibus adamem Hippocentauros, si fuerunt; quippe qui tum hominis vterentur ante rem consultandi prudentia, & manuum artificio, tùm haberent equi & velocitatem & vires.* Et inferius. *Itaque hoc sanè melius est, quàm Hippocentaurum esse natum. Hippocentauros enim arbitror multis carere bonis, quæ ab hominibus sunt inuenta, vt ijs scilicet est vtendum: multis enim carere voluptatibus equis innatis, quonam pacto ijs frui oporteat. At ego si equitare didicero, cùm in equo fuero, agam scilicet quæ Hippocentauri sunt; cùm ex equo descendero, & cænabo & induar, & me quieti dabo, quemadmodum alij homines. Quare quid aliud sim futurus, quàm diuisus Hippocentaurus, ac rursum compositus? Insuper his etiam rebus Hippocentaurum antecedo: nam*

Lib. 4. Asini aurei.

bo: nam ille duobus prospiciebat oculis, duabusq. auribus audiebat: at ego oculis quatuor coniectabo; & quatuor auribus præsentiam: aiunt enim equum manifestare hominibus multa, quæ oculis prospicit; ac multa significare auribus, quæ ante auditu percepit, &c. Ita Chrysantes apud Xenophantem. Sed quid per emendicata (vt ita dicam) suffragia huius opinionis quærimus authores? ipsamet id tenet scriptura sacra apud Esaiam. *Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum: & occurrent dæmonia, Onocentaurus, & Pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, &c.* Vbi aduertendum, (inquit Ferdinandius,) quod antiquissimus quidam meus bibliorum liber ante centum triginta quatuor annos Venetijs excussus, aliter legit, nimirum, *& occurrent dæmonia Onocentauris:* ad modum ferè versionis Septuaginta virorum, quæ quidem sæpius in hoc loco Onocentaurorum fecit mentionem: nam ab eo, in quo nostra habet; *& extendetur super eam mensura;* ita legunt Septuaginta: *Et immittetur super eam funiculus Geometriæ deserti, & Onocentauri habitabunt in ea, principes eius non erunt: reges enim & magnates eius erunt in perditionem. & pullulabunt in ciuitatibus eorum spinea ligna, & in munitionibus eius: & erit caula Sirenum & atrium Struthionum & occurrent dæmonia onocentauris: & clamabunt alter ad alterum: illic requiescent Onocentauri, inuenientes sibi requiem: ibi nidificauit ericius, & saluauit terra filios eius cum securitate.* Ecce tibi non vno in loco Septuaginta viros Onocentauri facientes mentionem, quamuis verum sit paraphrastem Chaldæum pro *Onocentauris, Cattis* vertere; quam lectionem Benedictus Arias Montanus secutus, animalia dicit Hæbreo ibi nomine significari rapacia & ferocia, veluti syluestres Cattos, seu potius feles, nobis (Hispanis) Gattos monteses. Verumenimuerò vulgatæ nostræ irrefragabilis fides, & Septuaginta virorum maxima authoritas plus satis huic suffragantur opinioni. Qua quidem perpensa & cum superiori, quæ illi aduersari videtur, collata, duo procul dubio statuenda iudicat; primum, fabulosum esse, dicere centaurorum populos, qui ex parte homines, ex parte equi essent, aut asini, ratione que & equina simul vterentur natura, vllibi gentium vnquam extitisse; idque vel poëtarum fuisse inuentum, vel Thessalorum certè ab effectu cognomen. Plinius de rerum agens inuentoribus. *Pugnare ex equo Thessalos, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem.* Qua de re omnino videndi Seruius & Palephatus. Secundò, tenendum dicit, tam verum esse quàm quod verissimum, extitisse & existere posse hodie in rerum natura Hippocentauros, aut onocentauros, id est monstra quædam, & ferocia animalia rationis expertia, quæ ex equina partim, partim ex humana constarent forma. (Formæ autē nomine figuram, inquit, intelligo.) Idque ratione conuinci, & exemplo: ratione nullam enim in se monstrum hoc inuoluere contradictionem: neque vel tantulum vrgere Lucretij & aliorum argumentationes in contrarium à duplicitate naturæ, seminis diuersitate, disparitate membrorum, ætatum & pastus: Non enim duplicitatem admitti naturæ; hoc enim impossibile futurum, imo verò vnicam naturam & formam Hippocentauri scilicet, aut Onocentauri. Neque seminis diuersitatem, aut disparitatem membrorum obstare, sed neque ætatum, aut pastus. Centauri enim, ait, cum ex partialibus equi & hominis constent formis, temperata ex vtriusque animalis vita fruentur ætate, non enim tam citò senescent, vt equi, neque tam longo tempore, quanto homines viuent, vescenturque vel herbis, vel arborum fructibus, qui pastus multis mortalium cum belluis communis est. Quemadmodum ex equa & asino, vel è conuerso, mulus, ex cane & vulpe vulpicanes, ex lupo & cane lyciscos nasci videmus, ita monstra hæc Onocentauros, ex hominis & equæ, seu asinæ commixtione nasci posse credere par est, quemadmodum & in India accidere refert Plinius ex Duri. Duris Indorum quosdam cum feris coire, mistosque & semiferos esse partus. Vnde bene Plutarchus in Gryllo; *Quando & capris tentauerunt viri & scrophis & equis illudere, mulieres quoq. in bestiarum mares insanierunt: ex huiusmodi enim nuptijs Minotauri vobis & ægipanes, & meo iudicio sphinges suppullulant, & centauri.* Maximè cùm ex Obsequente constet, Tiberio Gracccho, M. Iuuentio Coss. Cere porcum humanis pedibus & manibus natum, mulierem item serpentem pepetisse viuum, L. Scipione, C. Norbano Coss. cuius & Plinius meminit, sicut & Alcipæ partus, quæ quidem elephantem peperit. Xerxi regi vulpem ex equa natam, Alexandro ex muliere monstrum, quod superioris corporis partes hominis, sed mortuas habuerit inferiores diuersarum bestiarum, sed viuentes, ex muliere quoque vitulum natum affirmat Isidorus. Sed qui multa alia prodigiosorum partuum velit exempla, Franciscum de Bouistam Lunai dominum consulat. Sic ferè ille. Cæterùm ridicula planè sunt, & à vero aliena quæ de ratione ait, & exemplo: propterea quod semen humanum (vt cætera taceam) maturum est mense nono, equinum duodecimo; quam rationem maximi facit Aristoteles, & exempla pleraque quæ affert, nulla sunt. Quis enim dixerit Alcipen, quæ elephantem peperit, cum elephante rem habuisse?

Cap. 34.

Hippocentauros dari vt dicendū.

buiſſe? quis equam cum lepore, quia leporem peperit? Quare & ipſe Ferdinandius velit, nolit, ſubiungit. Verùm neceſſe non eſt ex adulterina & nefanda commixtione natos eſſe Hippocentauros aſſeuerare, cùm monſtra hæc vel caſu naſci, vel aliqua talis poſſit ſpecies, quemadmodum & ſatyrorum, vt inferius dicetur, Cynamolgorum in Aethiopia, & India, canina habentium capita, hominum cætera, ex Plinio, Solino, Iſidoro, Hippopodum qui ſeptentrionalium quarundam inſularum accolæ, de quibus Mela. In his eſſe Oonas qui ouis auium paluſtrium & auenis tantùm alantur. Eſſe equinis pedibus Hippopodas. Quem conceptis verbis ſecuti Plinius, Solinus, Iſidorus noſter, quorum etiam meminit Dionyſij interpres ſeu Priſcianus in Periegeſi.

Poſt Hippomolgi ſunt, Hippopodeſq. potentes.

Vnde concludendum dicit ſanctos patres & I. C. ita conciliari poſſe, vt qui priorem ſecuti ſententiam Hippocentaurum dari negent, de eo intelligendi ſunt loqui, qualem deſcribunt nobis poëtæ, nimirum, & ratione, & equi etiam natura prædito: hoc enim quis non videt maximam inuoluere contradictionem? non verò contradicant ſecundæ dari poſſe affirmanti monſtra hæc, quæ formam ſimul equi ex parte, & humanam ex parte (rationem ſemper excipio,) in ſe contineant. Sicut & ſecundæ opinionis authores nullo modo concedere voluiſſe credendum poſſibilem eſſe gentem illam, cùm tamen monſtra hæc conſtanter aſſeuerent. Quod ſenſiſſe, inquit, dixerim Seruium Grammaticum, dùm ad illud ſexti Aeneidos, *Centauri in floribus ſtabulant*: *Bene in foribus*, inquit, *quia ea quæ contra naturam poſſunt creari, ſtatim pereunt. Vbi contra naturam*, id eſt prodigij loco, & præter aſſuetum naturæ ordinem intelligendum. Eſſe namque monſtra hæc ambigendum minimè ex ſupra allatis, ratione nimirum, exemplo (de his quæ dicit, non admiſimus) & authoritate oculatorum teſtium, Plinij & Antonij Magni, cui ne ſpectrum aliquod ſub Centauri forma ſeſe videndum obtuliſſe credamus, ſed verum potius Hippocentaurum, argumento id erit, quod Hippocentaurus ille in vaſtiſſimis Aegypti ſolitudinibus viſus, vnde allatum fuiſſe Claudio Imp. Hippocentaurum, quem ipſe vidit, teſtatus eſt Plinius. Deſerta enim & inuia loca (ſed præcipuè eremus illa Aegyptia, vt & Africana) monſtruoſorum animalium feraciſſima ſunt (vt ait Hieronymus) quemadmodum in ijs Onocentauri reperiuntur, ac Satyri, ex quorum numero alterum in illo itinere Antonius, alterum ſe vidiſſe ipſemet retulit Hieronymus. Atque ita Eſaias propheta loco ſuperiùs adducto, Onocentauros & Piloſos (quo nomine Faunos & Satyros intelligunt interpretes, ego verò (inquit Ferdinandius) pace illorum, ſimias potius aut Cynocephalos crediderim ſignificari,) habitaturos eſſe Hieruſalem prædixit, non ex eo quòd reuera animalia iſthæc illa deberent incolere loca, quemadmodum neque ſtruthiones, ſed quod ad eam redigenda eſſet ciuitas quondam populoſa vaſtitatem ac ſolitudinem, vt deſertum potius, & draconum cubile, ſtruthionum paſcua, onocentaurorum & Piloſorum ſedes, quàm vrbis alicuius veſtigium videri deberet. Atque ita locum illum ex Diui Hieronymi doctrina bene interpretati ſunt Arias Montanus, Ribera, atque alij nonulli recentiores. Hæc ferè ille cap. 8. ſuæ didaſcaliæ multiplicis.

In vita Pauli

In Eſaiam.
In Apocal.

Ex eodem de Monocerote quædam.



IDEM Franciſcus Ferdinandius recitatis cùm veterum, tum recentiorum ſuper monocerote teſtimonijs, quæ, tribus exceptis, Pauli Iouij & Ioannis de Heſe presbyteri Traiectenſis, quem alioqui mendacem eſſe profitetur, & Nicolai de Comitimus recitauimus, miratur ſanctiſſimũ æquè atq; eruditiſſimũ virum Ambroſium ſcripſiſſe aliquando; *Cornua quomodo poſuit vnicornuũ, cum ipſe vnicornus inter generationes ferarum (vt periti aiunt) non inueniatur.* Cùm tamen certò certius ſit, non modò animal prædicta forma, peculiari nomine vnicorne dictum, exiſtere in rerum natura; verùm pleraque etiam alia vnicornua animalia, veluti boues vnicornes Indici, de quibus Plinius: *In India & boues vnicornes ſolidis vngulis vnicornes.* Solinus, *ſunt præterea boues vnicornes ſolidis vngulis, nec bifidis.* Sicut & in Aonia, quæ montana Bœotiæ pars. Oppianus de tauris agens:

Lib. 11. de benedictionibus.

Lib. 1. de Venat.

Solipedes ſunt Aonij varium genus vnicornes
Et ex media cornu exitioſum attollunt fronte.


Boues item in Hercinia Germaniæ ſylua, quos ita deſcripſit Cæſar. *Cerui figura, cuius è media fronte inter aures vnum cornu exiſtit celſius magiſque directum his, quæ nobis nota ſunt, cornibus, ab eius ſummo ſicut palmæ ramique latè diffunduntur.* Sunt & aſini Indici vnicornes; ſunt & rhinoce-

Lib. 6. de bel. Gall.

rhinocerotes: non ergo possunt vnicornua animalia inter generationes ferarum non inueniri: sed cur dixerit isthæc sanctissimus doctor, si nos (fortè quia infirmioris sumus iudicij) adhuc latet, alijs elatioris ingenij scriptoribus perscrutandum relinquere satis erit. Sic ille. Nunc quæ de Monocerote Iouius, & Ioannes de Hese scribunt, recitemus. Hic itaque in suo itinerario (quod tamen totum, inquit Ferdinandius, innumeris ac portentosis scatet mendacijs fabulisque) de quodam agens fluuio, qui à Sinai monte quatuor dierum itinere distat, isthæc inuita & crassa (vt aiunt) Minerua (verba sunt Ferdinandij) refert. *Et adhuc hodiernis temporibus, vt dicitur, animalia venenosa intoxicant illam aquam post occasum Solis, sic quòd bestiæ de illa bibere non possunt. De mane verò post ortum Solis venit vnicornus, ponens cornu suum ad prædictum fluuium, expellendo venenum ex illo, vt in die cætera animalia sumant potum, quod idem ipse vidi.* Nicolaus de Comitibus Venetus, venenatis rebus remedio esse Monocerotis cornu affirmat, illudque animal reperiri in Mangi Orientalis Indiæ prouincia. Paulus verò Iouius elegantissimus scriptor, de [Hist lib. 18.] regno agens Gogiano, quod supra Nili ortum in extrema penè Africa iacet, excelsis montibus, ac densissimis syluis immanium omnis generis belluarum plenis abundante; *idem* (inquit) *affirmant de monocerote, quod animal vnicorne à nostris appellatum, pulli equini forma, colore cinereo, iubata ceruice, hircina barba, bicubitali cornu armatam frontem præferat, quod leuore candoreque eburneo, & pallidis distinctum spiris ad obtundenda, hebetandaq́ venena mirificam potestatem habere dicitur: cornu enim immisso, & per lymphas circumducto fontes expiare perhibent, vt salubriter viuat, si inde virosæ bestiæ præpotarint, id vno animali non detrahi, cum vllis insidijs intercipi nequeat; cornu tamen sponte decisum in desertis reperiri, vt in ceruis accidere videmus, qui ex senecta vitijs renouante natura, vetus cornu exuunt, venantibusq́ relinquunt. Hoc cornu regijs impositum mensis, toxica si qua sunt epulis indita emisso statim admirabili sudore conuiuis prodere narrant. Ex his duos vidimus bicubitales brachiali ferè crassitudine: primum Venetijs, quod postea Senatus Solymanno Turcarum Imperatori dono misit: alterum par propè magnitudine, sed præcisa cuspide argenteæ basi insertum, quod Clemens Pontifex Massyliam profectus, pro insigni munere ad Franciscum regem detulit. Cæterum de vi tantæ dotis in hac animante nihil plus affirmauerim, quàm quod euulgata fama credentibus suadet, cum antiquorum authorum nemo, quod legerim præter vnum Aelianum Græcum, quicquam de hac Monocerotis admiranda potestate memoriæ prodiderit.* Hucusque Iouius. Nicolaus de Comitibus Venetus in suo itinerario cuiusdam meminit portentosi animalis (fortè illud asinus Indicus, quale enim sortitum sit nomen, non declarat hic author, licet Maiolus Rhinocerotem nominasse aliud agens dicat, cum quo tamen aliquam videtur habere similitudinem.) [Dier. Canicul. 1. p. col. 7] Hic igitur scriptor, Mangi Orientalis Indiæ describens prouinciam. *Est ibi etiam*, ait, *quoddam animal caput habens porcino simile, caudam bouinæ, quamuis brachio longius, color illi & proceritas velut elephanti, cum quo illi perpetuum bellum, cornu illud omni dicitur venenatæ rei remedio esse, qua de causa magno est in pretio.* Vulgò certè creditur ab omnibus cornu huic vnicornij dicti talem inesse naturalem vim, vt venena à cibo expellat, vel potu, & ideo in magno vbique gentium æstimatiòne est. Vidimus nos Romæ duo, Clementis VIII. P. O. M. B. alterum, alterum verò ipsius nepotis illustrissimi principis Petri Cardinalis Aldobrandini, quæ quidem inter pretiosam vtriusque supellectilem non minimo habebantur in pretio: vtrumque bicubitali longitudine, brachiali crassitudine. Videramus iam prius aliud Toleti in pharmacopolæ illius taberna, cui regio munere concessum, vt theriaca solus conficiat; quod tamen multò erat breuius; vix enim palmum cum semisse implebat, & nigrius alijs, acutæ quidem cuspidis, sed adeo crassum, qua parte erat rescissum, vt vix tribus posset palmis orbis eius circumscribi. Hoc verò cornu ingenuè fassus mihi est pharmacopola vnicornij non esse; talem ei inesse naturalem virtutem experimento se comperisse affirmauit, vt præsentem contra venena omnia vim haberet; qua de causa illud ipse sibi ad conficiendum theriaca comparauerat: cuius rei fides sit penes authorem: Et quicquid sit de medica asini Indici virtute, (Vnicornij enim propriè dicti cornu haud puto talem inesse potestatem; non enim tot latuisset veritatis & arcanorum naturæ diligentissimos indagatores antiquos) cornua certè, quæ sub hoc nomine circumferuntur, neque monocerotis neque Indici asini, sed neque rhinocerotis etiam esse puto, sed vt plurimùm piscis potius cuiusdam, qui in Septentrionali plaga reperitur, Monocerotis dicti, eò quòd vnicum in fronte maximum cornu habeat, de quo Olaus Magnus. [Li. 21. c. 10.] Monoceros est monstrum marinum, habens in fronte cornu maximum, quo naues obuias penetrare possit, ac destruere, & hominum multitudinem perdere, sed in hoc pietas diuini numinis nauigantibus prouidit, cùm ferox sit hæc bellua, tarditas sua quam habet maximam, præuisa timentibus eius accessum fugam concedit. Cuius etiam piscis meminit in monocerote Albertus Magnus, & alij qui de piscibus copiosè tractarunt. Non itaque nos circulatores cornua venditantes Monocerotis circum-

tis circumueniunt, si huius venditant piscis cornua: ab illorum tamen emptione sensatus quisque, ni suas in cassum abire pecunias velit, abstineat, necesse est. Hactenus Ferdinandus, qui itidem pulcherrimè examinatis de monocerote & rhinocerote scriptorum authoritatibus, num monoceros rhinoceroti idem sit, disputat, vt in rhinocerotis historia Deo concedente apparebit.


APPENDIX ALIA AD HISTORIAM de Elephante.



INTER cætera quæ habeo in musæo rariora, fragmentum est dentis elephantini, sed longè durioris substantiæ, colorisque non vt cæteri dentes, albi, sed ferè buxei. Donabat id Vir fide dignus, idemque aliquot editis de re medica operibus eruditissimis clarissimus D. Ioannes Cecchius, in hoc almo gymnasio professor publicus, atque archiater pontificius, qui non dentis partem esse affirmabat, sed catarrhum in tam duram substantiam conuersum cùm è capite elephantis de stillatione laborantis in dentis concauitatem (qua enim capiti dens inseritur, cauus est) exciperetur, id quod stillæ ipsæ in stirias ijs non absimiles, quas brumali tempore ex tectis pendere cernimus, immutatæ, mihi alijsque, quibus catarrhi diuersi effectus non ignoti sunt, facilè persuadent, ipsaque pictura intuentibus indicat.

CATAR-

CATARRHVS ELEPHANTI lapideſcens.



INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM, NECNON DIVERSARVM Linguarum locupletissimus.

A.



ABORTVS causa in equis. 92. g. eius typus. 123. d
Abydus equis alendis aptus. 49. a
Acanthus auis inimicitia cum asino. 308. g
Aceti vis 367. b 487. a
Acherontinorum numus 233. b
Achillis equi cur ex vento concepti dicantur 79. e equo comparatus. 82. e. eius scutũ & hasta. 224. g
Acoste quid. 97. c
Adhortatione gaudent equi 77. d
Admissarius equus qui. 87. e
Adriani numus. 245. c
Adolescentia pullo similis. 175. b.
in Adulari nescientem emblema. 252. g
Adulteros odit elephas. 441. b
Adulterium punitum. 137. b. & d. eius pœna. 350. e
Aegithallus. 332. g.
cum Aegitho aue asini odium. 308. f
Aemulatio quid praestet. 77. b. 257. d.
de Aeneidẽ dentibus decerpente asino carmen 317. c
Aenippe. 159. b
Aequimentum quid. 87. d
Aequinoctium an per onagrum indicetur. 354. e
Aequitatis typus. 409. c
Aequitas inscribitur numis Neapolitanorum. 224. g
Aes pararium quid. 213. d
Aetha equa. 189. e
Aethion equus. 189. d
Aethon equus Hectoris 189. b. equus Pallantis 189 b equus Plutonis. 189. b. equus solis 189. a
Aethops equus. 189. b.
Agitatoris boni officium. 276
Aganippe. 159. b
Africam indicat elephantus. 478. 479.
Agaso asellum, prouerb. 336. g
Aglaophotis. 163. d
Agon cur certamen dictum. 259. a
Agrigentini vt equos honorauerint 8. b
Agrippa. 158. g
Apria quid. 27. d
Agrippai. 159. c
Aiax asino pascenti assimilatus. 303. c
Aiax elephas dictus. 436. g 458. e
Alistor equus Plutonis. 189, b
Album de quo dicatur. 301. c
Albedo in aestuosa regione. 422. g
Alcibiadis peritia equitandi. 4. g equorum studio- sus. 8. f. eius victoria. 283. a
Alcis cornua vbi. 427. e
Alces decem picti in domo Pompeij. 294. g.
Alces decem Romae sub Cordiano. 294. g
Alcippe. 159. b
Alcippus. 158. b
Alexandri erga Bucephalum humanitas. 10. g. peritia equitandi 4. b. 112. e. Ab equo seruatus. 67. a. eius fortunam equus praesagit. 129. d
Allabanda vrbs. 14. e
Allabandus vnde dictus. 14. e
Alciati emblema. 410. e
Amazonum inuentum. 122. g
Ambra Grisea non satis cognita. 398. f
Ambrosij Parai opinio de vnicornu. 39. f
Amorem debere esse reciprocum vt Ouidius ostenderit. 86. g. eius ardoris vt mitigetur. 380. b. ob eum ludi facti. 289. e. eius vis in elephantibus. 441. d. eius vis typus. 409. d. carnalis typus 318. f ab eo alieni hominis typus. 372. e
Ampyx quid 15. d
Anatum cum mulis sympathia. 370. f
Anchusa onoclea dicta. 312. f
Andreae Baccij de vnicornu liber, in quo id dari, & vires approbat. 395. c
Andreae Marini, libellus de vnicorni Latinè ab authore redditus. 386. b
Andromachae studium in alendis equis. 97. c
Andromache vt equos aleret. 8. f
Anabata qui. 255. d
Angarus quid. 380. g
Angelica ministeria per equos & currus indicata. 167. c.
Angli qui caudati. 136. e
Animae peccatrices asinae. 318. g
Anima sancta per equum significata. 166. f
Animalia carnibus vescentia fraudulenta & crudelia sunt. 454. f. magna cur raro monstra pariant. 92. b. peregrina Romae spectanda data. 294 f. Sanguineorum differentia à pedibus. 1. c
Anni tempora in Circo expressa. 287. a
Anonis. 312. f
Antechristi aduentus. 175
Antigoni astus. 84. g
Antilena. 119. c
Antiochi cum Galatis pugna. 473. b
Antinoi numus. 245. d
Antonini Pij numi. 246. e
Antonij Ludouici opinio de vnicornu. 385. d

Apellis Ephesij error. 24. f
Appellis equus. 226. e
Apene quādo instituta. 255.d. & qualis ludus. 256
Apri centum quinquaginta picti in domo Pompey. 294. g. mille Romæ ad diripiendum dati. 294. h eorū dentes quales. 422. h dētium positura. 424. f
Apium in numis Selenuntinorum. 231. d
Apocynon. 163. b
Apollonia qui ludi. 286. h
Apostoli equi albi dicti. 166. b. 167. b
Apothami qui. 197. d
Apuleius explicatus. 347. d
Aquila altiuolans. 332. g
Aquila in numa Brutiorum. 232. b
Arabum schola cur præ cæteris frequentata. 387. a
Archoleontes decem Romæ sub Gordiano. 294. g
Arcus triumphalis. 223. c
Arethusæ icon in Syracusanorum numis. 230. f. & inde.
Arcadici quales. 301. b
Aratio quæ præferenda. 254. f
Arandi mos apud Vandales. 254. f
Argyrippa. 159. b
Aries à quo inuentus. 204. g
Ariete conspecto elephas ab insania soluitur. 460. e
Aries syluestris. 297. b
Arion equus qualis. 188. g. eius agilitas. 81. b. color 40. f. eius fabula. 178. f
Aristoteles cur mulus dictus. 370. b
Arma campestria. 293. c
Arpanorum numi. 234. e
Arsenicum quale venenum. 389. d
Aruntius Paterculus equo æneo quem inuenerat, inclusus. 229. d. Acheros equus. 189. d.
ex Asina qui filiam susceperit. 311. b. adipis vis. 343. a. admissary optimi. 360. f. & inde. 361. a. de Aegyptio, prou. 333. b
Asinus æneus. 305. d. ab Ambraciotis cur factus. 327. a. cur ab Augusto. 309. c.
Asini æquiuoca, synonyma, etymologia. 295. c. ætas. 307. a. albus cur Bassus dictus. 301. e. alia lacon portat, alia lacon dicit. 336. e. eius amicitia vel inimicitia cum ventis. 308. f. amicitia cùm aqua Stygis. 308. e. animaliū fortissimus habitus. 314. h. an omnino indocilis. 303. d. Antrony landati. 299. c. Antronius, prouerb. 333. a. de eo apologi. 327. b. de eo apophthegma. 329. a. Arcadici quales 299. a. ab aqua sibi cauet. 300. e. asino pulcherrimus, prou. 335. b. auditus optimus. 300. g. augurium quale Augusto. 309. e. supra eius aures iurare. 305 d. in aures eius canere quid. 301. a. aures eius in somno habere quid significet. 310. e. aures eius habere qui dicantur. 300. g. eius auricula alba. 297. d. auriculas mouent, prouerb. 333. c. auriculas motitantes cur pluuiam præsagiant. 310. e. bellatores vbi. 349. a. bibentes cur os parum mergant. 300. f. ab eo ad bouem transcendere quid. 338. f. in eo & boue arare cur vetitum. 319. b. eius caluaria quid præstet in hortis. 309. a. de eo canem mordente lis, prouerb. 337. b. capita eius vbi & cur palis imposita. 351. b. caput habere quid in somnis portendat. 310. e. caput nitro non lauandum. 339. d. caput eius in templo Bacchi. 345. a. ei ossa dare quid. 338. e. carnis qualitas. 206. f. ossium vis. 345. d. carnis eius vis & vsus. 345. b. cerebri vis. 345. b. ad eius claudicationem remedium. 307. d. coeundi tempus. 306. f. ad coitum apta ætas. 361. d. eius color. 297. d. compluitur, prouerb. 335. c. cordis vis. 345. b. ex eius corio quæ fiant. 351. c. eius cum Aegitho odium. 308. f. cum equo comparatus. 295. a. cum mure inimicitia. 308. g. de Cumæo prouerb. 333. cur bibens caput non mergat. 64. f. cur quidam dictus. 311. h. cur pili è cicatrice promere non possint. 326. c. cur Darius in castris reliquerit. 349. a. cur bibentes caput non mergant. 326. b. cur immundus habitus. 320. b. cur olfacto asinorum lotio dentes denudet. 327. a. cur Apollini immolati 340. f. cur Marti. ibidem. cur Priapo. ibid. g. & 333. c. cur minus sentiat verbera. 326. b. cur equam facile impleat. 306. g. cur Aegyptijs exosus. 306. e. cur natura stupidos fecit. 305. b. cur irrisionis symbolum. 300. f. cur Baccho sacer. 342. f. cur ad generandum segnis. 306. e. cur coruus oderit. 308. g. cur non sacrificentur. 340. e. currens quid significet. 314. g. ab eo delapsus, prouerb. 336. g. eius descriptio. 297. 298. doceri posse. 304. e. de eo emblemata & symbola. 316. f. eius encomium. 295. a. equā initurus vt fallatur. 361. c. equitationis periti vbi. 348. g. erga fœtus amor. 305. a. esuriens fustim negligit. 337. d. frenatus quid significet. 314. f. ab eo excuti quid. 337. a. de eo fabulosa. 330. g. & inde. faciem eius circumferre quid. 337. c. fellis vis. 345. b. esse homine beatiorem. 326. f. e quare. ibid. de eius generatione. 306. f. gesticulatores. 303. f. & g. de eo hieroglyphica. 314. e. ab eo historica. 327. b. iecoris eius vis. 345. b. de immolatis fabula. 332. f. impudentia. 301. h. infœcundum esse. 306. e. ei inimicus stellio. 308. b. inimicitia cum spino aue. 308. g. ei insidentis pueri pictura. 327. a. inter apes, prouerb. 334. e. inter flores & vnguenta quid significet. 314. 315. inter simias, prouerb. 334. e. lac eius quale. 306. h. de lactis tēperamento, vi & vsu. 343 d. & inde. lanas eius quærere quid. 329. d. à lapsu se erigentem videre quid portendat. 310. e. Leonis exuuium indutus quid significet. 329. d. Leonem interficiens quid portendat. 309. c.
As. libido. 305. e. de eo librorum Apulei & Luciani intētio. 317. d. Lichenis vis eius. 346. e. lienis vis. 345. e. in litore bibentis & crocodili ei insidentis pictura. 327. a. ab eo loca denominata. 311. c. loquitur. 309 d. 328. f. ex eo lucrum. 295. b. lupi ei inimici. 308. g. ad Lyram, prouer. 333. b. machinarij qui. 348. magni vbi. 298. f. malo vehi quid 337. b. mandibula de quibus dicitur. 338. e.

ministri

ministri Dei facti. 327. a. Medullæ vis. 345. a. morbi 307. c. mortes eius prouerb. 335. c. de eo mulum pingere, prouerb. 375. a. de eo mysteria portante emblema. 316. f. ne equa repallet. 361. d. ne rudat, remedium. 308. f. nimis onusti signa. 305. b. nomen eius cur Aegyptijs exosum. 302. f. nunquam bibentes vbi. 298. f. occisus oraculi monitu. 327. c. ossium vsus ad tibias. 351. c. eum oue permutare quid. 320. g. & inde. eius partus. 306. f. parui vbi. 298. f. patientia. 305. a. paucis contentus. 299. c. & inde. à pediculis immunis. 307. c. penis eius vis. 345. c. percussi à scorpio vt dolorem sentiat. 309. a. ab eo physiognomonica. 332. h. ex eius pilis pannus. 351. d. plostrarij. 348. f. populo distribuit Eliogabalus. 295. b. portans mysteria, prouerb. 335. d. pretium eius. 295. a. de eo problemata. 326. h. propensus ad sterilitatem est. 363. d. de prospectu eius prouerb. 339. a. de eo prouerb. 333. a. pulcherrimi qui. 361. a. Pullo cur sederit Christus. 322. g. de pullo Euangelistæ conciliati. 324. f. qua ætate admittendus. 360. f. quando pane & floribus coronatus. 340. g. quando coire incipiat. 306. a. quando coronati. 348. f. quanto præstantiores muli. prouerb. 374. h. quarum gentium typus. 323. c. ei qui comparentur. 300. g. qui improbentur. 361. a. ab eo qui cognomen accepere. 310. f qui impositi loco pœnæ. 350. e. & inde. in eo qui mutari dicantur. 305. c. qui dicantur. 301. c. & inde. 302. & inde. qui Marti à Saracoris immolentur. 349. a. in quibus locis non sint. 298. h. rectis ilijs vbi. 298. f. renum vis. 345. c. à sancto resuscitatur. 327. d. sancto viro obedit. 327. c. sanguinis vis & vsus. 345. a

Asi. à se occisi locum leo subit. 328. f. semen eius frigidum esse. 367. d. senectutis inditia. 298. e. sepultura eius sepeliri quid. 340. e. eis similes asinos referre. 332. h. solus animalium ad harmoniam non factus. 300. h. species discernit. 304. e. stercoris eius vis 211. a. & vsus 345. g. stercus agris aptissimum. 351. h. sterilitatis eius indicium. 298. e. sub freno currere doces, prouerbium. 333. d. subiugalis quem populum indicet. 171. d. stupiditas. 301. a. stupiditas in quo consistat. 303. a. testium vis. 345. c. ex tardigradis equus prodijt. prouerb. 234. f. timiditas eius. 302. h. eum tondere quid. 339. d. tribunal ascendens quid portēderit. 309. d. varij vbi. 298 f. vbi mingant. 300. f. vbi meliores. 299. a. vbi ephippium & pondera ament. 23. a

As. verbera temnit. 303. b. de eo & Vario apologus. 330. f. veloces vbi. 298. f. vbi immolati. 340. f viuus Patauij suspensus. 349. c

super As. vmbra contendere quid. 338. g. vngularum vis. 345. d. vox. 307. a. ad vrinæ eius difficultatem. 307. d. vrinæ eius vis. 346. e. vsus eius in insignibus. 349. b. vsus ad opprobrium. 350. e. vsus admirandi. 351. c. vsus in agris. 351. h. vsus ad molam & aratrum. 348. e. & inde. vsus in sacris. 340. e. & inde. vsus in medic. 343. c. vsus in ferendis oneribus. 347. a. vsus in cibis. 343. a vsus in bello. 349. a. vt equas amare discat. 362. e. eos vt equos cur diligi iuberet Antisthenes. 302. g vt viam norint. 304. f. vt pinguescant. 300. & picturæ & statuæ. 327. a. & inde. pigritia. 302. g.

Asinorum cornutorum historia. 382. e

Asini cornuti Africani. 382. e. scythici. ibid. Indici. ibid.

Asini cornuti figura feræ descriptio & icō. 382. 383

Asini Indici cornu facultates 382. f. animalis forma. ibid. amor erga fœtus, robur ibid. g.

Asino Indico perperam vires contra venena ascribi. 403. c.

de As. Indici cornu viribus dictum Apollonij. 384. e.

Asin. Indicus vnicornis est 382. h.

Asinus Indicus solus solipedum vnicornis. 404. f.

Asini syl. Indici descriptio. 388. e

As. syluestris & domestici apologus. 329. b

Asini stellæ & earum fabula. 330. g

Asinor. familia. 310. g.

Asellæ qui dicti. 310. f

Asellus & eius æquiuoca. 295. e

Aselli bipedes. 319. d

Asselliones. 310. g

Asinarius. 313. c

Asinarij olim Christiani dicti. 310. g

Asinarij vulgo contempti. 303. d

Asinelli & eorum turris. 310. g

Asiniga. 313. d

Asinij qui. 310. f

Asinini populi qui dicti. 310. g

Assem Elephanto dare quid. 468. 469.

Astrabe. 358. g

Asturcones. 20. e

Astures fuisse in pretio. 50. g

Athenas rex equorum studiosus. 8. h.

Athenæus emendatus. 205. b

Atheniensis populi diuisio. 6. e

Atlas nanus dictus. 380. f

Atramentum ex ebore. 487. b

de Attila portentum. 133. d

Auari natura. 273. a

Auaritiæ typus. 316. f. ab ea similitudo. 272. h

Augusti aliquot numi cum equis & arcubus triumphalibus. 243. d. & inde. 244. & inde.

Auis elephante maior. 422. g

Auræ equæ virtus. 77. c

Aurigarum in curru locus. 279. d. eorum ad victoriam studium. 272. h

Aurigandi ars in quo consisteret. 267. e

Aurium proceritas vnde. 326. h

Auroræ equi. 184. h

Ausonij locus examinatus. 280. g. h

Axilla asina dicta. 296. f

Auspicia de quibus animalibus dicantur. 127. a

Auxuritanorum numus. 232. g

B

BACCHUS eburneus. 485. e. cur cornutus pingatur. 411. c. cur taurina facie pictus. 411. c.
Bagnacauallensium insigne. 224. h
Balbis quid. 261. d
Balena in Tyberi Romæ visa. 407. c
Balænarum ossa pro vnicornu. 385. a
Balia equus. 40. f
Balius equus Achillis. 189. b
Balsamum vbi proueniat. 399. a
Barrire quid. 420. g. 457. b
Barritus quid. 457. b. 420. g.
Barrus. 420. g
Barri qui. 455. b
Beccefelinus qui 301. b
Belbi decem Romæ sub Gordiano. 294. g
Bellerophontis fabula. 194. f. & inde: inuentũ. 122. g eius Pegasus quid. 80. b
Bellony de vnicornu opinio. 394. f
Bellua pro elephante. 419. d
Bellua nigra quæ. 422. b
Bellorum causæ quæ apud priscos.
Belli omen. 128. e. per equum nigrum indicatum. 169. b
Belliscrepa. 291. d
Beneficij memoria. 366. f
Benna. 250. g.
Bertones equi quales. 108. f
Bestiarij qui. 294. f
Bezaar qui primum introdixere. 387. b
Biga quid. 249. c. cur Lunæ attributa. 182. g. eaque primus certauit. 254. b
Bionis dictum. 226. g
Bisulca quæ. 1. e
Borysthenes equus. 189. d
Bonasi color. 43. b
Bononiensium hastiludia. 293. b. & eorum leges ibidem.
Boristhenes equus Hadriani. 9. b.
Bos aquam claram amat. 98. b. arandi causa natus. 248. f. ad eum ab asino trascendere quid. 338. f. in eius corde an os. 27. a. eo citius arant muli. 379. b. cur facile per montes incedant. 95. b in eo & asino arare cur vetitum. 319. b. is & equus inuicem comparantur. 2. b. fidelem indicat. 320. b. laboris omen est. 128. f. macri vsus in electione principis Carinthiæ. 225. b. in magno triũpho immolatus. 222. g. mares cur Lunæ attributi. 184. f. eum si nequeas, asinum agito, prouerb. 338. f.
Boues Paonij. 411. c.
Boues parui vbi. 298. f
Boues qui aratro aptiores. 83. d
Bos Aegyptiacus. 402. f
Bos hippas. 164. f
Bos Luca. 419. d. 420. e
Boues lucæ cur elephanti dicti. 420. f
Bos Lucus. 420. e
Boues vnicornes vbi. 387. d. 403. b. ex Bouillis cornibus antiquos bibisse. 411. c
Bouini stercoris vtilitas. 351. a
Brachiola in equis quæ. 22. b
Brunitus. 18. f
Brutiorum numi. 232. b
Buccina in numo Tarentinorum. 233. d
Bucephalus ex qua regione. 60. f. quando alios admitteret. 73. c. vnde dictus, eiusq; natura. 66. b eius statua. 218. c. eum vt regeret Alexander. 112. b.
Bucephali qui dicti. 63. a. & cur.
Bucephala vrbs quæ. 9. a
Bulga. 165. a.
Bulimus quid. 307. c
Bulimus asinus ac. idit. 307. c
Burao. 18. e. Buraus. ibid.
Burdonis uccoris vis. 381. c
Burae quid. 358. f. sterilis steriles facit. 387. b
Burichus 18. e. Buridus. ibid.
Buseo in numo Fabiorum. 237. d
Buxus asininus. 312. e

C

CABALLVS. 14. a. vnde dictus. 161
Caballarius qui. 165. d
Caballatio quid. 220. g
Cadauera suorum sepeliunt elephanti. 440. b
Cæsaris astus. 123. d. equitandi peritus. 4. f. eius equus imperium præsagit. 129. d. eius equus nullum alium admittens. 67. b. vnde dictus. 478. b elephas dictus. 420. g
Cæsonij Pæti triste omen. 127. d
Calcarium vsum fuisse in bello. 120. f
Calces equorum quid. 22. e
Calenorum numi. 232. g
Caligulæ amatorium medicamentum datum. 28. b eius numus. 244. f. vt equum amarit. 8. f
Callippides. 159. d
Calpe quando instituta. 255. d
Calydon equus. 189. d
Camelum asinus timet. 304. e
Camelus etiam scabiosa, cùm plurium asinorum tollit onera. 336. f. eius lac quale. 208. b. eum odit equus. 123. b. in numo Aemiliæ familiæ pictus. 234. g. quid in numo indicet. 241. a. Sarcina onustus in numo Pinariorum. 241. a.
Camelini lactis tenuitas. 343. d
Camelopardales decem Romæ. 294. g. gratissimæ in spectaculis. 430. e
Camillæ agilitas. 81. a. equino lacte educata. 206. b 207. a.
Campa quid. 22. e
Camphasus equus. 190. e
Campus. 260. f
Cancelli. 263. d

Cancer eques. 13.d
Cancer eques cur sic dictus. 79.d
Cancer in numo Tarentinorum. 233.d
Candor & albor ut differant. 39.e
Canis ad quid natus. 248. f. in Acestaeorum numo. 235. e. cur dentibus firmis utantur usque ad senectutem. 26. g. cur facile pestem sentiant. 368. f cur Darius in castris relinqueret. 349. a. ei dare paleas, asino ossa quid. 338. e. de cane mordente asino lusus, prouerb. 337. b. qui sapientissimi. 34. f. melancholici quales. 142. h. mira pictura. 226. g mira actio. 68. g. uiuacitas. 458. b
Canterius. 17. a. & inde.
Canterij qui. 108. b
Canterius crucians quis. 77. b
Canterius in fossa cur dicatur. 109. a
Canterij an in sacris certaminibus currerent. 278. e
Canterius Gallicus. 17. b
Canterino ritu somniare quid. 202. b
Cantharus unde dictus. 296. b
Canthelia qua. 296. b
Canthelij qui Varino. 347. b
Canthones unde dicti. 296. b
Caprona quid. 24. f
Capuli cultrorum eburnei 482. e
Cappadox qui dicatur: 299. b
Capra cerulea. 41. d
Caprini capitis pelli induta Iuno, ubi colebatur. 241. d
Caprino stercori cur praestet ouillum. 351. a
Capuli cultrorum eburnei. 482. d
Carabulus equus. 20. f
Caracallae numus. 247. a
Cardani de dentibus Elephanti opinio. 424. b
Cardinales quando equis uehi capere. 7. d
Carinthiae princeps ut eligatur 225. b
Carneadis dictum. 252. b
Caro nostra per asinam indicata. 325. b. cur asina nomen conueniat. 319. b
Carniuora qua. 7. d
Caroli V. equitandi peritia. 5. b
Carolus Ruinus exactè de equi anatome scripsit. 26. h
Carceres qui. 261. c. 262. f. 263. b. eorum fabrica. 263. c. cur pictes dicti. 263. c.
Carceres Olympici. 263. d.
Carpentum. 250. c. 251. a
Carpentarius equus. 250. b
Carruca quid. 250. e
Cartazonon. 404. b
Carthago ut aedificata. 128. f
Carrucaria mula. 250. f
Caseus equinus. 207. d. 208. e
Castanea equina cur sic dicta. 146. g.
Castitatis typus. 463. b. 487. d. 488. e
Castoris statua. 240. e
Castoris & Pollucis fabula. 257. a
Catodromus. 260. f
Catanensium numi. 231. f
Catonum modestia. 7. a. b
Cauea eburnea. 483. c
Causar quid. 190. b
Celeritas per equum indicata. 176. f
Celeres qui. 15. c
Celes 15. c. qui equus. ibid.
Celetum certaminis uarietas. 257. c
Celetum nauigium. 15. d
Centauri qui. 122. b. in Aureliorum numo picti. 235. d. an omnino fabulosi. 195. d. & inde. non esse equorum prolem. 94. b. quid significent. 176. f
Centinodia qua. 370. h
Centippe. 159. c
Cerastes unde dictus. 403. b. eius cornuum uis. 413. d
Cereris cognomina. 192. b
Cereales ludi. 286. f
Certaminum equestrium origo. 254. b. sacrorum diuersitas. 284. c. eorum sacrorum mysticus sensus. 286. b
Cerua cur eripes dicta. 353. b
Ceruum conficiens leo in numo Hyelensium. 232. b audien discernit 300. g. cur ἔλαφος dictus. 460. g de eo & equo apologus. 199. b. Lunae ascripti. 184. f mille Romae ad diripiendum dati. 294. b. eorum uelocitas. 81. c. uiuacitas. 458. g.
Ceruus palmati ducenti picti in domo rostrata Pompeij. 294. g
Ceruus uolans. 420. f. 403. b
Chalinus quid. 118. b.
Chelidon quid in equis. 20. b
Chimera. 13. a
Chorosiopi qui. 221. b
Christus auribus asininis depictus. 310. 311. cur asina uehi uoluerit. 321. a. mors dictus. 168. e.
Christiani asinarij dicti. 310. g
Chrysippi mors. 299. d
Cicada matura. 296. b
Cicutam si asini depascantur somno torpescunt. 309. b
Cimon equas suas sepeliuit 8. b
Cingula. 119. c
in Cingulis quid obseruandum. 119. c
Cinnabaris quid. 461. a. unde dicta. 467. a. & eius aequinoctatio. 161. b
Cixtzastra. 293. a
Circus anni temporum imago. 287. a. cur campus dictus 281. a. eius figura. 260. b. eius magnitudo ibid. 259. a. in numo expressus. 245. c. partes eius quot. 265. a
Circus Flaminius 259. b
Circenses ludi cur sic dicti. 266. e. eorum genera. 259. c. origo. 256. f. 285. b. quibus temporibus celebrarentur. 289. a. & inde.
Cirrus quid in equis. 22. g
Cisium quid. 250. e
Clamor barbaricus. 457. b

INDEX.

Claudij Gothici fortitudo. 26.f
Clauis Penelopis. 482.e
Claustrum. 261.d
Clitellarij qui. 347.c
Clodouei regis votum. 135.a
Clœlia equo donata. 11.a
Clœlia statua. 229.b
Clogmos quid. 112.h.
Cnacias equus. 189.d
Cochlea in numo Tarentinorum. 233.d
Corax equus. 189.d
Cogitationes simplices per asinum indicata. 319.d
Coitus vita breuitatis causa. 367.c
Combenno qui. 250.g
Commodi numus. 246.h
Coniectura virorum doctorum quid possit. 409.b
Colox nauigij genus. 15.d
Colubri ab equis deuorati. 133.d
de Coniugato infeliciter prouerb. 337.b
Coniugalis copula. 318.f
Constantini numus. 248.e
Consternationis hieroglyphicum. 464.f
Consus Deus qui. 178.h
Consualiorum antiquitas. 285.a
Consualia quæ. 178.h
Contemptor Dei designatus. 318.319.
in Contemptibiles, prouerbium. 333.b
Conuulsio vnde. 390.h
Copiarij. 221.e
in Corde muli os. 39.d
Cor induratum per equum designatum. 171.h
Cornelij cur Asinæ dicti. 310.f
Corona in equis quid. 21.d
Corona spicea quid indicet. 230.f
ex Cornibus bibere mos antiquissimum. 411.c
Cornu ex quo pocula fierent. 392.e
Cornuum eorundem diuersitas vnde. 401.e. non omnia caua. 424.h. nullam præter esiccatoriam vim habere. 393.c. ea quæ animalia habeant. 424.g. quid significent. 464.f. tria facere quid 171.b. vt à dentibus differant. 424.g.
Cornu ceruinum eboris succedaneum. 487.d
Cornipes. 18.f
Corpora è gloria resurgentia per albos equos indicata. 166.g.
Corui cadauer non inuenitur. 458.h
Coruus cur asinum oderit. 308.g
Cosinitis fluuij vis. 126.f
Cotyle ludus quis. 364.e
Coxendices quibus valentes. 22.h
ex Cranio humano pocula. 392.e
Crassi mortis omen. 127.d
Crater vnde dicatur. 411.c
Credentes qui per asinam indicentur. 325.d
Cribra setacea. 217.c
Crista ex pilis. 217.a.
Crista quid in equo. 24.e
Crocodili ingeniosi. 444.e
Crocodili asello in litore bibenti insidentis icon. 327.a
Cronippus. 158.h
Crucis effigies in asino. 298.e
Crypta. 261.d.263.b
Cuculi cum Luscinia contentio de cantu. 317.a
Culicem non curat elephas Indus, prouerb. 468.f
cum elephanto conferre quid. 468.f
Culices muliones. 371.d
Cupido inter equas cur natus dictus. 86.f
Cura diligens quid præstet. 100.f
Curiosi qui. 221.a.28.g.
Curriculum quid Horatio. 260.h
Curriculum locus in carceribus. 263.e
Currus quid proprie. 248.g
Currus edax, prouerb. 278.f
Curru qui primi triumpharint. 222.e
Currus eburnei. 484.g
Currus naufragi qui. 270.g
Currus Priami qualis. 280.f
Cursus fiscalis. 219.a
Cursus clauicularis qui. 219.a
Cursus publici institutum. 219.e
Cursus vehicularis. 218.e
Cutis duritia stupiditatem indicat. 444.e
Cutis cancellata quæ. 428.g
Cutis humana & equinæ discrimen. 24.h.
Cydippe. 159.b
Cynes quid in equis. 21.d
Cygnus equus. 189.d
Cyllarus equus Castoris & Pollucis. 181.b. qui & vnde dictus. 188.c. eius color. 39.b
Cynisca equos aluit, & in Olympia vicit. 2.h
Cyperum cur loto coniunxerit Homerus. 96.f
Cyrene equestris dicta. 123.a
Cyrsastus. 123.b. cur mulus dictus. 370.g
Cytisus. 96.e

D

DACTILIJ qui. 118.b
Dæmones onoscelis qui. 312.g
Dæmonum typus. 356.f
Damæ ducentæ picta in domo Pompeij. 294.g. mille ad diripiendum data. 294.g
Darij ex mula partu felix augurium. 369.b. victus vt fugeret. 65.c. vt regno Persia potitus. 127.b vt regnum adeptus. 85.a
Datura. 27.d
Decennalia. 288.e
Decursio qualis. 267.b
Decursio funebris. 289.c
Decursio militaris quid. 257.d
Decursio militaris. 290.f
Decursio solemnis. 290.f
Delphini cur in Syracusanorum numis. 230.f. in numo Auxuritanorum. 232.g. in numo Catanensium. 231.c. in numis Emporitarum. 232.e in numo

in numo Messeniorum. 377. b. in Syracusan. numo. 377. a. in Tarentinorum numo. 233. a. in numo Termitanorum. 231. c. solus hominem amat. 70. g. vt hominem amet. 438. f
Dentes vt à cornibus differant. 424. g. non omnes solidi. 425. a. ex ebore. 483. d
Dens Erythræus, pro elephante. 420. h
Dens Indus. 480. e
Dens leporinus quid in equo. 33. d
Desidia per asinum indicata. 32. f. fugiendam esse per asinam docetur. 326. f.
Desperatio per equum indicata. 176. h
Desultor qui. 257. a
Deus quando inuocandus. 316. g
Dextrarius. 249. c
Dextratio. 18. g. vnde dicta. quid Solino. 270. e
Diabolus eques dictus. 169. d
Diabolus equus. 171. d
Diaboli equi qui. 287. b
Diana euripposdicta. 184. g
Diana Euripp e. vnde sic dicta. 11. d
Diaulus quid. 255. c
Dictator cur non veheretur equo. 3. d
Digitata quæ. 1. c
Diligentiæ & prudentiæ vltima felicitas. 253. b
Diomedis fabula quid indicet. 5. d. eius filiæ cur equæ dictæ. 87. a. eius stabula equorum vbi. 63. g
Dionysij numi. 232. f. ei vt omen futuri regni factum. 127. a
Dipsacus cur onocardium dictum. 322. e
Dipsadis & asini fabula. 332. e
Disciplina puerorum equorum domituræ comparata. 109. d.
Doctores legum per equos nigros indicati. 167. d
Domi semper manentis hieroglyphicum. 314. e
Donum facetum. 10. h
Draconum cum elephantis pugna. 460. g
Dromanarij qui. 220. f
Durатei equi statua vbi. 229. a

E

EBRIETATEM fugiendam esse vt indicetur. 314. h.
Ebor. Eboreus. 479. d
Eboris æquiuocatio. 480. e
Ebur atramento candefacere quid 488. f
Ebur cur tingeretur. 485. d. eius dignitas. 480. g. dijs oblatum. 481. b. ab eo mystica. 487. d. pro munere datum. 481. a. pro tributo persolutum. 480. h. ab eo prouerbia. 488. f. quid propriè. 419. d. vsus in medicina 487. b. tempore nigrescit. 485. d. & vbi non. ibid. vnde dictum. 420. g. vt emolliatur. 486. h. vt poliatur. 487. a. vt rubro, aut cæruleo aut viridi colore tingatur. 486. g
Ebur fossile. 385. b
Eborarius qui. 467. a
Eburneus color. 480. f
Eburnea porta. 425. e
in Eburnea vagina plumbeus gladius, prouerb. 488. f
Eburneis rastris solum vertere quid. 488. f
Ecclesia per asinam indicata. 325. b
Ecclesia equus albus dicta. 166. h
Echelidon quid. 260. e
Echinus pars freni. 118. h
Eculeus. 16. h
in Edaces stolidos & ignauos prouerbium. 338. e
Edra quid. 23. a
Elandiæ insulæ equorum mira docilitas. 68. g
Elephātes aciei instruendæ periti sunt 445. a. adipis vis & vsus. 469. c. adulteros odit. 441. b. ænea eius statua. 479. b. æneus vbi. 449. c. Aethiopici vt ab Indis differant. 422. g. affectus, eorūq. cura. 457. c agilitas mira. 445. g. alijs præcinentes. 447. a. amicos esse homini. 438. f. amoris eorū vis. 441. d amor ergo fœtus. 440. e. amor mutuus. 439. d. amor patriæ. 442. f. an auersè coeant. 455. a. an lapides & terram impunè edant. 454. f. an mas fœmina robustior. 436. f. eius anatome. 431. b. antipathia cum Leone. 456. d. de eo apophthegma. 467. b. aquam timent. 435. a. aquam turbidam amat. 454. g. ab eo auguria. 462. h. aures eius quales. 428. e. bello apti sunt. 472. g. belli peritia. 445. a. beneficij memoria. 438. e. cadauera suorum sepeliunt. 440. h. caro eorum qualis. 469. c. caput cur deforme. 428. e. eorum castitas. 441. c choreas in theatro ducunt. 445. h. eorum cibus. 453. d. 454. e. cicures vt capiant feros. 450. e. clementia eorum erga homines. 439. d. clitellæ eorum quæ. 474. h. in coitu pudor. 442. e. 455. d. color. 422. g. conspecto ariete ab insania soluitur 460. e. conuiuantur humano more. 446. f. cor eius non esse duplex. 431. c. in corde os habet. 430. 431. cornua defodiunt. 444. f. de crurum flexu opiniones examinata. 429. c. ei culicem conferre quid. 468. f. cur aquam timeant. 436. e. cur diu viuat. 458. g. cur dentes suos sepeliant. 464. g. cur pullos in transitu fluuiorum præmittant. 467. c. de eo cur author hoc opere agat. 418. e. cur donentur 418. g. cur bello vtiles. 478. f. cur communes hostes dicti. 476. g. cur anguimani dicti 427. a. cur proboscis prominens. 427. b. cur plantis vescantur. 454. f. cur fructibus vesci voluit natura. 454. f. cur in India & Africa. 432. h. custodiunt reges. 445. b. cutis eius an pilosa. 428. h. cutis duritia. 428. f. currus eorum quibus concessus. 479. a. ab eo denominata. 466. c. eius dentes quales. 422. h. dentes, an cornua. 423. b. dentium magnitudo. 422. f. 423. a. situs. 422. 423. vtilitas. 425. d. de eis opinio Cardani. 424. h. exerti an mutentur. 424. g. differentia eorum penes loca & mores. 421. c. discendi promptitudo 444. f. & h. diuinatio. 441. a. domandi & capiendi ratio 449. a. ab eo emblemata. 467. d. eius encomium 418. f. erga rectorem gratitudo. 437. c. fellis situs. 430. h. vis. 469. d. ficti in bello. 475. e. 476. e. fimi

e. simi usus. 469. d. floribus delectantur. 447. d. fragoris impatientes sunt. 436. c. funambuli sunt. 446. c. 471. c. furiunt tempore coitus. 455. d. etiam furiens hominis amicus. 437. d. furoris curatio. 457. d. genera eorum quot, & eorum differentia. 421. b. genitalia. 430. f. gloriæ cupiditas 442. f. gratissimi in spectaculis. 470. c. gressus. 456. e. differentia eius pro ætate. 457. a. homines malos à bonis dignoscunt. 441. b. honor & pretium. 434. c. icon. 465. ictoris vis. 469. d. ignem timent. 462. f. ignominiæ vindicta. 436. b immolati. 478. g. Indicorum duo genera. 421. c. Indi ut à Mauris differant. 421. c. Indus non curat culicem. 468. f. eorum ingenium. 443. 444. eius integra descriptio. 431. c. inuicem pugnant. 475. c. legunt & scribunt. 445. d. libertatis amor. 439. c. iustitia. 441. a. lingua exigua. 427. d. & cur. linguam patriam intelligunt. 445. d. lunam & solem adorant. 443. c. Lybici Indorum odorem ferre non possunt. 421. e. Lychnos dextra & sinistra ferentes. 279. e. ossa, pro unicornu. 393. b. magnitudo. 421. c. d. 422. e. & inde. mandibula superior sola mouetur. 425. d. mammæ ubi. 430. e. & cur duæ. ibid. manus quæ. 427. a. à matris coitu abstinet. 441. d. maximi & optimi ubi. 433. c. medici sunt. 447. b. memoria. 438. b. os ubi. 427 d. mororum sanguine viso ad bellum incitantur. 461. c. ex muliere natus. 462. b. murem timet. 460. f. eum ex musca facere quid. 468. f. musicam amant. 447. b. de eo mystica. 463. a. musica capi. 449. d. mutua pugna. 436. g. natura mites esse. 454. b. ne suis sint damno. 477. d. non semel parere. 456. f. non capit murem. 468. g. noscunt cur petantur. 444. f. noxia sibi noscunt. 447. c. occidit miles unus. 477. a. eos odit equus. 323. c. olim Europæ incogniti. 473. b. pabuli consueti quantitatem agnoscit. 448. f. parentes venerantur. 440. b. pariendi modus. 456. e. partus magnitudo. 456. f. patriæ amantissimus est. 400. g pedum eius constitutio. 418. e. 430. e. pedes anteriores cur robustiores. 430. e. populi & regiones eis abundantes. 433. a. & inde. porcum timet. 460. e eius potus. 454. g. pretium. 418. f. cum prius locusta pariet. 468. g. de eo problemata. 467. c. pro ebore accipitur. 479. c. eius promanus quid. 427. a. proboscidis descriptio & usus. 426. e. proboscis ut à rostro suis differat. 426. g. proboscidis vis. 469. d. utilitas. 454. g. promuscis in Cæciliorum numo. 236. e. pudor. 436. g. puellas amat. 439. a. pugnat tigri. 460. e. pugna cum rhinocerote. 459. d. cum dracone. 460. g. cum militibus. 470. g. & tauris. ibid. cum tauris. 471. a. cum rhinocerote. ibid. c. quæ partes eius in cibo gratiores. 469. c. quæ loca ament. 432. b. quamdiu uterum gerat. 455. d. quando incipiant coire. 454. b. quando hominem timeat. 459. b. quando primum Romæ pugnarint. 470. b. quando primum Romæ visi. 472. e. quando usi Romani. 473. a. qui primus eos in triumpho duxerit. 236. e. 471. d. quibus coloribus visis irascantur. 461. c. quo loco coeant. 455. g. quo loco corporis læso facile occidantur. 428. f. quot annos viuant. 458. e. quot pariat. 456. c. regnum portendit. 462. b. reges cognoscunt. 445. b. regem adorare docentur. 445. c. religio. 443. a. eius robur. 436. f. eum Romani timuerunt. 472. g. senecta dignotio. 423. a. sitis patientia. 454. b. societas cum genere humano. 443. d. ei stipem offerre, prouerb. 468. b. contra eos stratagemata. 475. 476. eos sub alis abscondere quid. 468. g. sui generis animal est. 421. b. suis sæpe fuisse damno. 476. g. tauris syl. infestus est. 460. e. testes cur intus habeat. 430. f. timet sanguisugam. 461. b. triginta duo Romæ sub Gordiano. 294. g. cum eis triumphare rarissimum. 222. f. turres ferunt. 475 a. ubi bello apti & ubi non. 478. e. ubi auribus careant. 428. f. velocitas. 456. b. cum venatoribus pugna. 451. d. vinum amant. 454. g. vis in proboscide. 427. e. unde dictus. 418. b. vox. 457. a. usus in bello. 472. g. usus in cibo & medicina. 469. b. usus in sacrificiis. 478. g. usus in spectaculis. 470. e. usus ad traiiciendos amnes. 473. f. usus in triumphis. 471. d. ut accensis facibus capiantur. 452 f. ut arbores extirpet. 447. e. ut arbori hærens capiatur. 449. a. ut per aquam incedant. 436. e. ut ad bellum instruatur. 474. b. ut bestia insulsissima dictus. 448. b. ut cauponem ulcus. 437. a. ut capiant Nigritæ. 450. b. ut calorem vitent. 447. c. ut crura flectat. 429. d. ut domentur. 452. g. ut & cur homines timeat. 439. c. ut fossas transiliant. 447. d. ut fluuios tranent. 448. e. ut incitentur ad pugnam. 478. e. ut iniurias vindicent. 439. c. ut inutiles in bello reddantur. 475. c. ut lebetem resarciri fecerit. 448. g. ut mansuescant. 452. b. ut in Pegù capiantur. 450. f. ut puellos ament. 438. g. ut sagittis interficiantur. 451. c. ut sus inimica. 426. g. ut venatorum insidias fallant. 444. g. ut visco capiantur. 451. c. utilitas eorum in bello. 473. b. Zelotypia. 436. 437. 442. b.

Elephas Aiax dictus. 458. e.
Elephas mons. 418. b
Elephas marinus. 419. a
Elephas poculum. 419. b
Elephantagogus. 467. a
Elephantarches. 466. b
Elephantarchia. 467. a
Elephantia serpentes qui. 466. e
Elephantia morbus. 466. e
Elephantine. 466. h
Elephantis mulier. 466. h
Elephantistes. 466. h
Elephantophagi qui. 469. b
Elephantophagi ut elephantes capiant. 451. a
Eliogabali numus. 247. e

Empori-

.I N D E X.

Emporitarum nummi. 232.e

Empusa onos ole dicta. 312. b. *unde dicta. ibid.*

Enelis fabula. 191.b

Enceladus equus. 188.b

Entechus. 17.a

Enny equus senio confectus quid significet. 253.a

Enoplia saltatio. 291.d

Enses eburnei. 482.f

Eous equus solis. 189.a

Ephippium quid. 119.c

Epona qua. 87.b

Equa alba cur in magno honore apud Tartaros. 191.d

Equa ne an equus celerior. 83.b. *an ex vento concipiant.* 90.g. *in certaminibus celebrata qua.* 83.d *in ea conceptus signa.* 91.c. *cur Scythæ in bello vtantur.* 83.d. *currendi promptitudo.* 276.e. *facile pariunt.* 92.b. *grauida an coitum patitur.* 86.g. *iuba superbiunt.* 73.b. *leporem peperit.* 133.a. *libido earum qualis.* 86.g. *matrices quales esse debeant.* 48.f. *optima vox.* 365.b.

Equa Phidolæ. 227.a. *in pregnantibus quid obseruandum.* 92.e. *pro virgine mactata.* 134.b. *quæ cantum ament.* 90.e. *quamdiu vtero gerat.* 88.h. *quos asinos recipiant.* 306.g. *quot vni equo sufficiant.* 91.c. *in sacris certaminibus vsum fuisse.* 277.d. *seipsam amat* 66.e. *sterilis vt concipiat.* 89.c. *vt asinos admittant.* 66.e.

Equus abhorret à seruili. b.74.g. *absolutissim. qui.* 29.b.

Equi Acarnaici. 49.a. *Achiui. ibid.* b. *Aegyptij ibid. Aethiopici ibid. Africani ibid. Alanici ibid. Agrigentini. ibid.* c. *Anglici ibid.* c. *Apamij ibid. Apuli ibid. Arabes ibid.* d. *Arcadici.* 50.e. *Argolici. ibid.* e. 20.f. *Armenij ibid.* f. *Astures ibid.* f. *Attici* 16.h. *Barbari.* 16.h. *Britones.* 51.b. *Burgundiones. ibid.* b. *Burici. ibid. Callaici. ibid. Calabri ibid.* d. *Cappadoces ibid. Celtiberi* 52.e. *Chalambrij ibid. Chaonij ibid. Cilices ibid. Colophonij ibid.* f. *Corsici. ibid. Cretenses ibid. Cyrenaici ibidem. Daci ibid.* h. *Dorcades ibid. Elei. ibid. Elandici.* 16.e. *Epei.* 53.a. *Epidaurij ibid. Epirotici. ibid. Erembi. ibid.* c. *Flandrici ibid. Frigisci. ibid. Frisij ibid.* d. *Gallici ibid. Gelanij ibid. Geldrici. ibid.* d. *Germani ibid. Getici.* 54.e. *Getuli ibid.* f. *Græcanici ibid. Heluetij ibid. Hetrusci ibid. Hirpini. ibid.* g. *Hispani ibid.* g. 20.f. *Hollandici ibid. Hunnisci. ibid.* b. *Hungarici ibid. Iberi ibid.* c. *Indi ibid.* d. *Iones ibid.* d. *Insubri. ibid. Istrij* 20.f. 56.e. *Italici.* 56.e. *Iuliaci ibid.* f. *Libyci ibid. Ligures ibid.* g. *Lydi ibid. Lusitani ibid. Mantuani ibid.* h. *Massyli ibid. Mauri ibid. Mazaces.* 57.a. *Medici.* 57.d. *Menapij ibid.* d. *Mosci* 58.e. *Murcibij ibid. Mysi.* 16 f. *Nabatæi Nasamones, Neapolitani ibid. Nigritæ ibid. Nisæi. ibid.* h. *Noruegici.* 57.b. *Numidici. ib.* d. *Odrisij ibid.* d. *Oebalij ibid. Parthi ibid. Pellæi* 60. e. *Persici. ibid.* f. *Pharsalici.* 60.f. *Phasiani.* 60.g. *Pisæi* 60.g. *Poloni.* 16.b. *Psylli. ibid.* h. *Pygmæorum. ibid. Rosceani. ibid. Sacæ. ib. Saphareni. ib. Samaritici. ib. Sardi. ib. Sarmatici. ib. Scenitici.* 61.c. *Scotici. Scythici ib. Siculi ib. Sicani. ib.* d. *Syenes.* 62.e. *Syri. ib.* f. *Sueui. ib. Tarentini. Tanarij. Tartari. ib. Thessalici. ib.* g. *Thraces.* 63.b. *Toringi. ib.* c. *Turcici. ib.* d. *Tyrrheni. ib. Veneti. ib. adhortatione gaudent.* 77.a. *admissarius qualis esse debeat.* 47.d. *admissarij semen quale esse debeat.* 48.f. *admissariorum vitium.* 89.a. *admissus quid Ciceroni.* 84.e. *adornatus superbior.* 73.c. *ægrotantis signa.* 143.a. *æneus.* 16.h. 17.a. *ænei Cynisci* 227.d. *& aliorum ibid. ætatis diuersitas pro loci diuersitate.* 94.f. *ætas generationi apta.* 87.d. *ætas vt cognoscatur.* 25.c. *ætatis signa.* 94.f. *aërogenes qui.* 45.a. *affectus externi.* 149. *& inde. agminales qui.* 216.f. *albis cur oculi casij.* 39.d. *albis cur triumphatur.* 222.b. *albis percurrere quid.* 200.f. *alere quorum sit.* 5.d. 6.e. *alienos fœtus nutrit.* 66.e. *aliquando eis occidendum esse.* 105.d. *alphoryncbi.* 45.b. *amicitia cum gallinis.* 123.a. *cum oside ibid. amor erga fœtus.* 65.c. *amor lasciuus erga dominum.* 71.d. *an fel habeat.* 27.a. *an habeant talos.* 22.f. *an homo salacior.* 87.a. *anhelitus vis.* 211.b. *anatome exactissima à quo scripta.* 26.b. *animi fortitudo vt indicetur.* 35.d *animositas.* 74.f. *senio non perditur.* 74.g. *ad eius ani procidentiam.* 148.f. *de eo apologi.* 199.a. *& inde. apriosus qui.* 145.c. *aquas & balnea amat.* 64.f. *Aquila cur dictus.* 79.c. *asini ruditum horrent.* 308.b. *ab eis ad asinos: prouerb.* 334.f. *eius asthma, orthopnœa, dolor cordis.* 147.d. *ei aureum puluinar substratum.* 9.d. *auribus indicat quæ audiuit.* 67.c. *auxungia vis & vsus.* 209.c. *ad balnea cur duci debeat.* 103.b. *balsani qui.* 38.b. *eorum ad bellum aptitudo.* 211.c. *belli omen est.* 128.e. *bello aptum esse.* 2.g. *& cur b. bellici institutio.* 114.g. *bellico vt vtamur pro pompico.* 115.b. *bellicosorum sexus obseruatus.* 213. a. *biliosi signa.* 141.d. *blande tractandum esse.* 111. b. *& inde. cum boue comparentur.* 2.c.f. *cælestes siue sidera.* 13.b. *calopthalmi.* 34.c. *cærules celeres.* 42.e. *Cæsaris qualis.* 229.c. *calcitroli qui & vt corrigantur.* 113.b. *& inde. candidi laudati.* 39.a. *in eis candor vnde.* 38.e. *canescit.* 24.f. *caput vt macrescat.* 108.f. *capitis doloris signa & cura.* 145.c. *caput habere in somno quid portendat.* 134.c. *Cappadoces laudati.* 299.a. *carnis qualitas.* 206.f. *castrandi ratio & modus.* 108.b. *& inde. castrati victus.* 109 a. *castrati qui in bello vtuntur.* 213.a. *castrationis vtilitas.* 108.e. *cauda vt lata fiat.* 108.f. *in eo cauterij vtilitas.* 156.f. *& inde. celeritas auibus & vento assimilata.* 80.e. *celeritate gaudet.* 79.a. *celeritate gaudent.* 115.f. *celes vt à desul orio dif.* e. *at.* 213.b. *ad certamen qui eligantur.* 270.g. 277.a. *& inde. in certaminibus locus.* 261.e. *& inde in certaminibus fuisse commutatos.* 278.h. *conspirans quid indicet.* 276. h. *eius cibus & potus.* 95.c. 96. *& inde.* 97. 98. 99. *quando & quantum exhibendum.* 101.b. *quæ obseruanda.* 96.h. *cibus proprius.* 97.a. *ad eorum in Circo cursum pertinentia loca.* 264.f. *clitellarij qui.* 248.f. *eius coaguli vis.* 209.c. *coitus.* 87.d. *coeundi tempus.* 88.f. *coit post castrationem.* 109. *colorem pro arbitrio induci.* 108.g. *color quoties mutent.* 26.b.

cur ephippium iuxta humeros amet.22.h. cur fricentur.102.c. cur cauda quibusdam precidatur. 108.c. cur panis & vinum prębeantur.99.c. cur cornipes & sonipes dicatur.30.g. cur nares diuidantur. 33.d. cur & quando spumescant.64.h. cur foëtus ament. 66.e. cur prorigam occiderit. 72.g. cur bibens caput mergit.64.f. cur & ascendēdo & descēdendo facile cadāt.95.b. cur agilis.80.h. cur equo velocior.83.c. cur quidam ex vento concepti dicantur.79.c. cur dicantur sonipedes. 95.a. cur sanctis abominabilis. 7.b. cur eis prohibitus. c. ab eo cur inceperit author. 1.2.3. & inde. cur priuatim iumentum sit dictus.2.f. & quadrupes. eos cur non alerent Spartani. 6.c. cur duce careant. 64.e. cur tardius quàm mulier pariat. 92. h. cur quotannis purgandus. 151.b. cur soli immolatus. 190.h. cur Neptuno tribuatur.178.179.a. cur dicatur esse temperatus. 141. c. eos curare nobile fuisse.e.8. in curatore eius quid requiratur.192.e curriles qui Alberto.248.h. eorum à curribus nomina.249.b. cursus eorum sublatus. 377.c. cursum eorum publicum fuisse antiquum. 219. a. cursus quan. o Olympijs additus. 255.c. cursorum nomina 254.g. curules qui. 248.g. curules fuisse publicos.278.f. cursu victi ab homine. 84.e. cursu alios superare studet. 66. h. in cursu perseuerantia. 81.a. cynobatæ qui. 31.a. decursionis eorum in Circo forma.f. 278.279. desluuium pilorum.149.b. delassati volutatio vt prosit. 105.d. delphinum cur insequatur.81.d. demulcēdo quiescunt. 102.e. dentium pro ætate varietas. 26. e. dentes cur semper firmi vsq; ad senectutem. 26. g. dentes quot & quales. 25.b. & inde; nomina. 26. dentium vis & vsus.209.c. descendere eo qui & quando iubebantur.6.h. desultores qui. 213.c. 256. 257.a. deorum ministri crediti.127.b. dijs & principibus attributorum propria nomina.188. 189.190. Didonis cur stare dictus.75.b. diligens educatio. 278.c. discunt choreas ducere.68.e. doloris cordis, & colici signa.145.c.d. erga eos dominorum humanitas. 10.f. dominos occisos vindicant.70.h. eosdem flent.71.a. domituræ necessitas. 109.d. vt dometur ibidem & deinde. donati dentes inspicere quid. 205.a. dorsi ratio habenda. 106.h. dorsi læsi a sella curatio. 150.e. dysgargiles qui.36.e. educationi eius quæ necessaria.95.c effrenes qui. 113.d. electio eorum vnde petenda. 29.30. & inde. electio à patria & parentibus.45 c. in electione patriam insufficientiam esse.46.h. electionis signa ex colore.37.a. elephantem timent. 459.e. de eo emblemata.252.g. & inde. pitaphiū. 253.254. epitheta à celeritate.79.a. epitheta magnifica.8 e. equabus permistos inutiles esse in venationibus.85.b. equitationis peritum nisi it.67.c erectio vt corrigatur.113 b propter ereptum vindicta.11.d. ab esu eius cur abstineamus.206.f. & vxores quæ iure similes. 100. e. exophthalmi qui 34.e. exhortatio eorum ad cursum. 270.g. de eis fabulosa.194.e. eorum fascinatio.216.g. fauore gaudent.78.e. fellis vis & vsus.209.c. 210.c. feri 40. Romæ sub Coratano.294.g. ficitij.216.g. Flamini cur non liceret tangere. 27. b. fœnum vt exhibendum. 104.g. à foribus ecclesiæ auelli nolens.135.b. fortoli qui.32.e. formidolosi cur noctu doceantur.115.a. in fossam prolapsus quid indicet. 176.h. frenis vbi non egeat. 69.a. frenatus quid indicet. 176. frequentissimè in numis expressus. 230. & inde. gaudens palpis.65.c. genera & differentia.19.a. & inde. generosum non posse habere omnia bonitatis signa. 29.b funarius qui.279.a.ibid.c. gradarius qui.19.d. Græci cur ad certamina sacra eligerentur.277.c. Græcos à barbaris distinguunt.67.c. gratitudo.70.h. gressus. 95.a. hiberalis quis.279.c. habitudo corporis qualis esse debeat.29.d. hamippi qui.313.b. heteroscieles & heteropodes qui.44.f. heterognathi.31.c.33.6. heterophthalmi qui. 44. f. hinnitus quid multis portenderit. 127.b. hinnitus post castrationem quid indicet. 109.c. hodæporici. 218. f. homines adorant. 69.a. hominibus immolati.192.e. ab eo hominē amari. 70.g. ab eo homines puniti.135.d. hordeatio eius quid.148.e. hostes agnoscunt.69.b. improbi signa.36 f. improbi qui.112.h. in incessu superbi.73.c. incitatus vt retinendus. 112. g. inediam magis quam sitim ferre. 64.g. infensus homini nisi rectè tractetur.5.c. ingrata in domitura sunt remouenda.112.f inimicitia cum floro aue.122. b. cum Struthiocamelo. ibid. cum camelo. ibid. cum elephantis ibid. c. iaculantem vt adiuuet. 67. d. inimicitia cum Lupo. 123.d. cum vrso.124.h. cum Leone.125. a. cum sue. 125.a. cum ouibus. 125.a. cum asino. ibid. cum serpentibus. ibid. cum trachuro pisce. ibid.b. cum phoca. ibid.b. cum plātis vt pomis & ficubus. ibid.c. cum hordeo quodam. ibid.d. cum gentiana. ibid.d. cum Stygis aqua.126.e. cum atro colore ibid.g. cum cadaueribus ibid. e. insigne Romanor. 224.f. & quare. eius institutio. 109.d. & inde. inter vrbis munitiones recensitus.2.h. irati dentes denudant. 65.c. iuba quæ probetur.45.c. indituum inesse.66.g. iugales quales esse debeant.252.f. iugalium duo genera.248.f. iūcti celerius currunt. 82. iuncti celerius currunt. 270.e. iuxta nyssam incitare quid.200.g. ex labore non māsuefieri.112.h. lactis vis & vsus.308.h. lassus vt curandus.105.d. lassitudinis signa.106.e. de eis leges. 6.g. libertatis amans.74.e. libido & salacitas. 84.b. & inde. libido vt frenetur.90.f. lienis eius vis.209.d in eis linea candida in fronte quid notet.38.g. linguę vis.209.d. loca plana amant. 48.g. loca ab eis celebria.49.a. & inde. lumbrici vt abigantur.148.f. Lunæ quis.162.h. ad maciem eorum prodest medica.96. g. maculati. 43.c. & eorū nomina. maculati vnde & quales.37.d. magni & parui vbi.19.b. magnanimitas & victoriæ cupiditas.73.a. malacopodes qui.149 c. mas quot feminis sufficiat.86.e. masne an femina diutius viuat.93.d. melancholici signa. 142. h. de eius memoria & iudicio mira historia. 69. d.70.e. menstrua habens. 64. h. militandi peritia. 66. g.

mas

mas quando impleat. 88. f. monstrosorum & prodigiosorum icones. 130. 131. 132. de eius morbis & eorum cura. 143. 144. 145. morborum causæ. 144. e. morbi toti corpori communes. & particularium diuisio. 144. e. morbi acutissimi qui. 144. e mordax qui, sternax qui. 114. e. morigeri signa. 113 d. mortuo domino superuiuere qui recusarit. 71. d. mulares qua. 371. b. munditiæ. 66. f. munditiam seruandam esse. 104. e. ne asinum repellat. 361. d. ne à muscis infestentur. 126. e. ne strepitus armorum timeant. 115. a. Neoptolemo immolandi ingenium. 67. b. neruorum rigoris signa. 145. d. nigrorum probatio. 40. e. nigri generositas. 225. a. nigros videre in somno quid portendat. 134. a. nomina hominum eis imposita. 12. e. non omnes generant. 91. b. ex non sol tis damna. 11. c. nothi cur dicti. 46. g. h. nudorum rariorem fuisse vsum. 119. b. october qui dictus. 190. f. oculi colore variant. 44. e. oculorum color qui probetur. 45. a. oculorum varietas. 44. b. oculorum morbi. 145. 146. omnium perniciosissimus creditus. 81. e. optimus qui. 116. e. ossis de corde vis. 209. d. oris vitia & cura. 146. e. pabulum vt curare curator debeat. 101. b. Palladij qui. 220. f. palmati. 40. f. Parous. 43. b. partium nomina. 21. 22. 23. 24. partes quæ rarò purgandæ. 103. a. partium vsus in bello. 216. e. in eo partes aliorum animalium desiderata. 35. a. Parthici quales. 44. f. partus tempus. 88. b. pauperibus relictus. 135. d. pedum affectus. 149. b. pedum vitia. 149. c. in eo pedum percipuam rationem habendã esse. 30. e. 100. g. pedes vt contra niuem conseruentur. 106. g. Pegasides qui. 218. g. Phidiæ & Praxitelis epitaphium. 229. e. & inde. de phlebotomia. 154. e. 155. & inde. pictura ac statuæ. 226. e. 227. 228. pictus hinniens. 136. e. pilorum vis. 210. e. pituitosi signa. 142. b. pilorum vtilitas. 34. f. in planitiem agere quid. 200. e. plethora vnde. 148. e. possidere eum quid. 3. a. post initam matrem se occidit. 72. f. eis præcurrere quid. 82. e. eorum pretia. 5. e. 278. e. pro donis principum. 10. g. h. pro tributo. 11. b. pro equite accipitur. 12. g. pro quadrigis dicti. 249. a. probi & improbi epitheta. 36. f. g. propensus ad sterilitatem. 363. d. pudicitia. 72. e. de eo prouerbia. 119. d. 200. e. & inde. publicus & eius vsus. 3. b. quibus donatus. e. vt redderetur. 3. puella vbi vim intulit. 87. b. Pulmonis vitia & cura. 146. g. pulueréi qui. 35. b. purgandi diuersi modi. 151. d. qua ætate domandus. 110. e. in eo quæ partes lauandæ & quæ non. 102. b. quæ tympana horreant. 123. d. quæ timere soleant. 114. f. in eo quæ ratio quietis habenda. 104. b. quales in certaminibus olympicis. 255. d. qualem aquam desiderent. 98. g. 99. a. qualis primo equitate discenti eligendus. 113. a. quamdiu vterum ferat. 92. g. quamdiu generent. 86. e. quam diu crescant. 94. b. quam sit docilis. 68. e. quando eis ceperint vincere Romani. 234. f. quãdo edentur. 206. e. quando & quomodo castrari debeãt. 109. a. quando ad bibendum alliciendus. 106. e. quãdo calcaribus vrgendi. 113. a. quantam intelligentiam Homerus tribuerit. 66. g. quanti eum fecerint Romani. 3. a. qui ad venationem præstent. 217. d. qui gyris faciendis idonei & qui non. 116. f. ab eis qui occisi. 136. h. & inde. qui & quando velociores. 212. h. qui bello aptiores. 212. f. qui cito lassescunt. 1. d. qui calcaribus egeat & qui non. 120. f. qui dociles. 75. a. ex eo qui primo pugnarint. 196. e. qui eos adorẽt. 9. e. qui à Iesu dicuntur occidi. 170. g. in quibus morbis cadant. 143. d. quibus vinum prosit. 99. e. quibus adsciuntur. 3. b. à quibus sepulti. 8. h. quibus sacer. 177 178. 179. & inde. quo ferocior, eo domatu facilior. 78. b. quomodo aliquid portenderint. 127. a. in eo quorum animantium mores laudentur. 36. b. quos castrare non oporteat. 109. e. quot modis corrigatur. 112. g. quot annis viuant. 93. d. 94. e. repletio & cruditas. 148. e. sæuitiam noxiam esse. 36. g. sagmarij qui. 248. f. salacitas vt augeatur. 89. b. Saliuæ. 210. g. sanctis obtemperans. 135. b. sanguinis mictus. 149 a. sanguinis vis & vsus. 209. a. sanguinei signa. 141. d. sani signa. 30. e. sarcinarij qui. 248. f. scabies vt curetur. 145. a. & inde. sessinatus. 43. b. Seianus & eius historia. 129. e. ac si pulchrum mactatus. 192. e. in eo sessio qualis esse debeat. 121. c. in eo sessionis præcepta. 121. d. setarum vsus. 216. 217. & inde. si cibum fastidet quid faciendum. 147. d. si fuerit ferox aut ignauus quid faciendum. 112. g. si se prosternat quid agendum. 113. b. simi qui. 34. e. sine auriga per se vincit certamen. 77. e. singulares in bello vsum non fuisse. 213. b. singulari pugnare antiquum esse. 215. a. singularium cursus sensus mysticus. 187. c. ad sobolem reparandam electio. 361. b. soleæ quales esse debeant. 104. b. solidis vngulis vbi. 20. g. somniant. 65 b. somnia. 70. f. Spadices qui. 40. f. Spadice, vt poëta probaret. 40. b. 41. Spumæ vis. 210. f. spuma miro modo expressa. 226. g. stabula sua noscunt. 68. b. stabulum vbi ædificandum. 48. b. stercora cur sicca. 64. e. sternax. 85. c. sternaces qui. 36. f. strata vt imponenda. 119. d. strigosi qui. 29. d. subneruare quid. 170. g. subrenales morbus. 148. g. successores qui 19. d Sudoris vis. 210. f. in eis sudoris prouocatio. 151. a. suillaes inimica. 104. g. summo mane alẽdos esse. 101 d. suspicaces qui & vt corrigantur. 114. e. suspicaces improbari. 36. e. syluestres vbi 19. a. & inde & quales. tamen ex coitu nasci. 91. b. tegumenta duo esse debent. 101. d. temperamento variare. 141. e. tendax qui. 85. c. testiculorum vis. 209. d. tottonarij qui. 117 a. tormenti genus. 229. d. tortores qui. 19. d. trabeati & transtrabeati qui. 38. f. trabeati vnde. 38. b. Traiani statua. 229. d. trepidarij qui. 117. b. ex eo tristitiæ omen. 127. e. triticum sine detrimento non edunt. 97. e. triumphantium ornatus. 222. b. 223. a. Troia fatales. 204. g. Troia fuit exitialis. 129. b. truncatis auribus quales. 108. f. tubæ signo gaudet. 74. b. 75 a belli cupidus. varia significata. 16. e. varijs modis alũtur. 98. e. varicosi. 32. b. vbi post mortẽ detonsi. 9. c.

vbi non sint. 51. a. vbi primum domiti. 195. d. vbi bello inepti. 212. e. vbi arant. 254. f. eis vehi periculosum. 251. d. vectariorum genera. 248. f. vectura qui idoneores. 248. g. eo vehi magnificum esse. 7. a. velatuli equi. 45. e. de vendendis lex. 3. a. in ventrem cubant. 69. a. ventis immolatus. 191. b. veterum soleis carebant. 105. a. victoriæ præ cæteris cupidus. 75. c. victoria eorum sine auriga. 272. g. vinum bibunt. 99. b. vis. 16. e. vitia pessima quæ. 113. b. vmbratici qui. 114. e. vnde dictus. 15. d. 79. a. vngulas mordere quid. 175. c. vngularum vis. 210. c. vngulæ vt roborentur. 103. a. vox. 93. b. vocis mutatio. 93. c. varietas. 93. c. volutatio ei prodest. 103. d. voracitas 64. g. urinæ difficultas. 148. h. urinæ & stercoris vis 210. h. in eo urinandi ratio habenda. 106. f. usus in sacrificijs. 190. f. & inde. usus in triũphis. 222. 223. 224. usus in venatione. 217. d. & inde. usus in agris. 254. e. usus in vectione. 248. f. & inde. usus in insignibus. 224. f. usus in electione principis Carinthiæ. 225. b. usus in medicina. 208. h. 209. 210. 211. usus in bello. 211 212. 213. 214. 215. usus ad terendam segetem 254. f. usus in ludis. 254. g. usus in cibis. 206. 207. 208. ut ad metam flecterentur. 269. 270. ut decimo mense coeant 88. f. ut adornati. 10. e. ut mas concipiatur, ut fœmina. 91. d. ut dormiant 65. e. ut bibant. 64. f. in eos ut conscendendum militi hastato. 121. b. ut frenum admittat & quid in freno obseruandum. 117. d. ut tondendi. 107. d. ut hordeum præbendum. 97. d. ut libidinem inducant. 84. b. ut memoria valeat. 69. d. ut hordeo delectentur. 97. b. ut noctu tractandus. 104. g. ad eum ut accedendum. 102. g. ut frigus noceat. 144. e. ut mordacitatem remittat. 114. e. ut Indi frenent. 119. b. ut post laborem curandus. 105. ut meat secretum. 106. g. ut infrenetur. 117. d. 118. e. in eos ut inscenderent antiqui. 121. a. ut inscendendus. 111. d. ut sanus & robustus conseruetur. 98. g. ut à muscis infestetur. 106. g. ut curatorem suum amet. 100. f. ut conscendendus. 120. g. ex eo ut descẽdendum. 116. h ut tolutim ingredi discant. 116. h. ut se erigat, quid faciendum. 116. e. ut in gyros flecti discat. 116. f. ut purgentur cyclo. 153. b. ut fossas salire discat. 114. g. ut distringendus. 102. f. ut curribus iuncti. 279. b. ut & quando verberandi. 275. e. ut multum bibat. 98. h. ut pulchriores & pinguiores appareant. 98. g. uteri eius vitia. 149. a. Zelotypia. 86. f

Equi aëtogenes. 23. b

Equus coppatias. 205. d

Equi cynopodæ. 22. f

Equiferus. 19. a

Equi feri triginta picti in domo Pompeij. 294. g

Equi hermaphroditi. 93. a

Equi Lycospades qui & Lycophori. 64. e. eorum natura. 66. f

Equus tollutaris. 20. e

Equites cataphracti qui. 212. f

Equites dimachi qui. 214. f

Equites clibanarij. 216. e. loricati. ibid. Ferentarij ibid. Tarentini. ibid. f.

Equites tria cornua habentes qui. 170. b

Eqũes ut ab insessore differat. 174. c

Eques pro equo. 12. b

Equestris ordinis dignitas. 3. a

Equarius qui. 99. d

Equiculus. 165. e

Equila. Equula. 16. e

Equile. 48. b

Equinæ caudæ pilos vellere qui dicantur. 24. e

Equæ quæ mulieres dicantur. 86. b

Equiria quando celebrata. 285. c

Equiria Gothorum pulcherrima supra glaciem. 293. 294.

Equiria ludi Martiales. 285. b

Equi solis. 162. f

Equisetum. 23. d

Equiso. 99. d

Equaria. 48. e

Equitatores boni qui. 120. e

Equitantes multum cur sicco ventre, contra lotium faciunt plurimum. 140. e

Equitandi imperitia quibus sit ignominia. 5. b

Equitandi scientia in quo consistat. 111. a

Equitandi peritia cur regibus utilis. 5. b

Equitandi peritus ne cautes. 200. g

Equitationis commoda & incommoda. 138. f. & inde.

Equitationis equis currentibus noxa. 139. c

Equitationis initium quale esse debeat. 122. e

Equitatio nostri temporis qualis. 122. f. quæ libidinem promoueat & quæ non. 138. g. qui primi inuenerint. 122. g. ab ea qui sibi temperarint. 7. a. b.

Equuleus, Equulus. 15. d. 16. e

Equulei laues. 13. d

Equuli argentei. 230. e

Equulus monetæ genus. 224. g

Equuleus pro tormento. 16. f

Ergata. 296. e

Erichthonij triumphus. 222. h

Erioles equus. 188. b

Eripha equa quæ. 8. b. 189. c.

Eruca ne herbis sint noxiæ. 125. e

Essedum. 250. f

Euentare quid. 91. a

Euexippe. 159. e

Eurippe. 159. e

Euripus cur in ludis Cæsaris factus. 436. e

Exaltationis typus. 409. e

Exercitia antiquorum. 254. g

F

Fabio Max. dictatori equus concessus. 4.e
Fabritij fortitudo. 467.b
in Faciem cadere quid. 175.d
Factiones in certaminibus equorum. 281.b
de Facultatibus quibus tuto iudicari posit. 408.h
Fallopij de vnicornu sententia. 385.d
Falsa cur aliquando à bonis authoribus referantur. 408.f.
Falsa se dixisse, vt Virgilius intelligi voluerit. 425.e
Falx quid in equis. 21.d
Fama & eius ortus vt indicetur. 176.f. vnde sæpè oriatur. 391.d. eius symbolum. 245.b
Fames per equum indicata. 169.b
Farrago quid. 151.d
Fatale quod est, incurabile esse. 329.b
Felicitas vesaniæ causa. 333.a
Ferdinandi Aragonij humanitas erga equum. 10.f
Ferrum equinum. 125.d
Ferulis vescitur asinus. 299.c. 309.a. earum natura. 342.f
Ficos obijcere Mediolanensibus. 350.g
Ficuum mira vis. 299.d
Ficus amat asinus. 299.c
Fidei penuria per asini immunditiam indicata. 320.h
Filix, asini sanguis dicta. 312.g
Fimi equini vsus. 254.g
Flagella ex qua materia. 274.g
Fons caballinus cur sic dictus. 158.g
Fores. 263.a
Formicæ equites. 162.g
Fornicationis typus. 318.f
Fortis qui non dicendus. 337.d
Fortitudinis typus. 409.c
Fortunæ inconstantiam pensitandam esse. 376.h
Fori qui. 261.b
Foruli ludi qui. 261.b
Fremere. Fremitus. 93.b
Frenes qui morbus. 144.e
Frena cur sale conspergantur. 118.f. eorum duo genera. 118.f.g. molle & asperum vt differat. 115.c. partium eius nomina. 118.h. quot & qualia esse debeant. 115.b
Frigoris noxa. 298.h
Frons occipitio prior. 100.f
Frumentum in numis Dionysij. 232.f.g
Frumentum fertilitatis typus. 231.b
Fuscina quid. 352.f
Furor & concupiscentia equi quid indicet. 174.d
Futura qui semper expectent. 315.c

G

Gabrielis Frascati de vnicornu opinio. 395.a
Galactophagi qui. 206.f
Galbæ in equum suum scomma. 127.d. vnde audacior factus. 369.c
Galenus quid in Diosc. animaduerterit. 408.g
Gallæonocecidæ. 311.d
Gallus gallinaceus in numo Selenuntinorum. 231.c in numo Syracusanorum. 231.b
Galli Treboniani numus. 248.e
Gamba quid. 22.e
Cammarus in numo Syracusanorum. 230.h. in numo Tarentinorum. 233.c
Garganus equus. 190.e
Garrectus quid. 22.f
Gelæ vrbis numi. 231.d
Gelo equitationem cantui prætulit. 4.g. eius numi. 232.e
Gemmarum natura. 411.a
Genetti equi cur sic dicti. 54.h
Genserici impietas. 8.h
Gentes per asinos indicatæ. 169.d
Gentium populus indicatus. 321.d
Gentium obedientia indicata. 321.c
Gentiles per onagrum indicati. 357.c
Gentilitas bruta per asinam explicata. 315.a
Gentilitiæ religionis irrisio per asinum indicata. 318.e
Germanis equa caro interdicta. 207.b
Germanorum oculi. 43.a
Gesneri de vnicornibus quadrupedibus opinio. 404.e
Gestatio in vehiculis & lectica quid præstet. 140.f. & inde.
Gestatorium. 250.g
Getæ numus. 247.b
Giluus color qui. 39.d
Ginnus quid. 14.h. & inde. a. 362.g. ab eo vt hinnus differt. 358.f
Gladij pro meta. 266.e
Glaucus equus. 188.h
Glauci fabula quid indicet. 5.d
Glaucus color qui. 41.b
Glaucum deci de oculis. 42.f
Glaucippus. 159.a
Gloriæ cupidi sunt elephantes. 442.f
Gordiani numus. 247.d
Goropij opinio de vnicornu. 385.d
Gothi equitandi periti. 5.a
Græcorum peritia in equitando. 4.f
Gramen natiuus equorum cibus. 95.e
Gratiæ Dei qualibet res est capax. 317.e
Gratitudo etiam in animalibus. 437.e
Gryps in galea Palladis. 232.h
Gryphes timent elephantos. 460.g
Gylippus. 159.a
Gygenius. 18.f

H

Habenae & earum necessitas. 119.a. quæ laudentur. 121.e

B

BACCHVS eburneus. 485. e. cur cornutus pingatur. 411. c. cur taurina facie pictus. 411. c.
Bagnacauallensium insigne. 224. h
Balbis quid. 261. d
Balena in Tyberi Romæ visa. 407. c
Balanarum ossa pro vnicornu. 385. a
Balia equus. 40. f
Balius equus Achillis. 189. b
Balsamum vbi proueniat. 399. a
Barrire quid. 420. g. 457. b
Barritus quid. 457. b. 420. g.
Barrus. 420. g
Barri qui. 455. b
Beccesclinus qui 301. b
Belbi decem Romæ sub Gordiano. 294. g
Bellerophontis fabula. 194. f. & inde inuentū. 122. g eius Pegasus quid. 80. b
Bellonij de vnicornu opinio. 394. f
Bellua pro elephante. 419. d
Bellua nigra quæ. 422. b
Bellorum causa quæ apud priscos.
Belli omen. 128. e. per equum nigrum indicatum. 169. b
Belliscrepa. 291. d
Beneficij memoria. 366. f
Benna. 250. g.
Bertones equi quales. 108. f
Bestiarij qui. 294. f
Bezaar qui primum introdixere. 387. b
Biga quid. 249. e. cur Lunæ attributa. 182. g. eaqui primus certauit. 254. b
Bionis dictum. 226. g
Bifulca quæ. 1. e
Borysthenes equus. 189. d
Bonasi color. 43. b
Bononiensium hastiludia. 293. b. & eorum leges ibidem.
Boristhenes equus Hadriani. 9. b.
Bos aquam claram amat. 98. h. arandi causa natus. 248. f. ad eum ab asino trascendere quid. 338. f. in eius corde an os. 27. a. coctius arans muli. 379. b. cur facile per montes incedant. 95. b in eo & asino arare cur vetitum. 319. b. is & equus inuicem comparantur. 2. h. fidelem indicat. 320. h. laboris omen est. 128. f macrizsus in electione principis Carinthiæ. 225. b. in magno triūpho immolatus. 222. g. mares cur Lunæ attributi. 184. f. cum si nequeas, asinum agito, prouerb. 338. f.
Boues Paonij. 411. c.
Boues parui vbi. 298. f
Boues qui aratro aptiores. 83. d
Bos Aegyptiacus. 402. f
Bos hippas. 164. f
Bos Luca. 419. d. 420. e
Boues lucæ cur elephanti dicti. 420. f
Bos Lucus. 420. e
Boues vnicornes vbi. 387. d. 403. b. ex Bouillis cornibus antiquos bibisse. 411. c
Bouini stercoris vtilitas. 351. a
Brachiola in equis quæ. 22. b
Brunitus. 18. f
Brussiorum numi. 232. b
Buccina in numo Tarentinorum. 233. d
Bucephalus ex qua regione. 60. f. quando alios admitteret. 73. c. vnde dictus, eiusq; natura. 66. h eius statua. 218. c. cum vt regeret Alexander. 112. h.
Bucephali qui dicti. 63. a. & cur.
Bucephala vrbs quæ. 9. a
Bulga. 165. a.
Bulimus quid. 307. c
Bulimus asinus ac. idit. 307. c
Burdo. 18. e. Burdus. ibid.
Burdonis tecoris vis. 381. e
Burdo quid. 358. f. sterilis steriles facit. 387. b
Burichus 18. e. Buridus. ibid.
Buteo in numo Fabiorum. 237. d
Buxus asininus. 312. e

C

CABALLVS. 14. a. vnde dictus. 161
Caballarius qui. 165. d
Caballatio quid. 220. g
Cadauera suorum sepeliunt elephanti. 440. b
Cæsaris astus. 123. d. equitandi peritus. 4. f. eius equus imperium præsagit. 129. d. eius equus nullum alium admittens. 67. b. vnde dictus. 478. b elephas dictus. 420. g
Cæsonij Pæti triste omen. 127. d
Calcarium vsum fuisse in bello. 120. f
Calces equorum quid. 22. e
Calenorum numi. 232. g
Caligulæ amatorium medicamentum datum. 28. h eius numus. 244. f. vt equum amarit. 8. f
Callippides. 159. d
Calpe quando instituta. 255. d
Calydon equus. 189. d
Camelum asinus timet. 304. e
Camelus etiam scabiosa, cùm plurium asinorum tollit onera. 336. f. eius lac quale. 208. h. eum odit equus. 123. b. in numo Aemiliæ familiæ pictus. 234. g. quid in numo indicet. 241. a. Sarcina onustus in numo Pinariorum. 241. a.
Camelini lactis tenuitas. 343. d
Camelopardales decem Romæ. 294. g. gratissima in spectaculis. 430. e
Camillæ agilitas. 81. a. equino lacte educata. 206. b 207. a
Campa quid. 22. e
Camphasus equus. 190. e
Campus. 260. f
Cancelli. 263. d

INDEX.

Cancer eques. 13.d
Cancer eques cur sic dictus. 79.d
Cancer in numo Tarentinorum. 233.d
Candor & albor ut differant. 39.e
Canis ad quid natus. 248.f. in Acestiorum numo. 235.c. cur dentibus firmis utantur usq; ad senectutem. 26.g. cur facile pestem sentiant. 368.f cur Darius in castris relinqueret. 349.a. ei dare paleas, asino ossa quid. 338.e. de cane mordente asinolis, proverb. 337.b. qui sapientissimi. 34.f. melancholici quales. 142.b. mira pictura. 226.g mira actio. 68.g. vivacitas. 458.b
Canterius. 17.a. & inde.
Canterij qui. 108.b
Canterius crucians quis. 77.b
Canterius in fossa cur dicatur. 109.a
Canterij an in sacris certaminibus currerent. 278.e
Canterius Gallicus. 17.b
Canterino ritu somniare quid. 202.b
Cantharus unde dictus. 296.b
Canthelia quae. 296.b
Canthelij qui Varino. 347.b
Canthones unde dicti. 296.b
Caprona quid. 24.f
Capuli cultrorum eburnei 482.e
Cappadox qui dicatur: 299.b
Capra cerulea. 41.d
Caprini capitis pelli induta Iuno, ubi colebatur. 241.d
Caprino stercori cur praestet ovillum. 351.a
Capuli cultrorum eburnei. 482.d
Carabulus equus. 10.f
Caracalla numus. 247.a
Cardani de dentibus Elephanti opinio. 424.b
Cardinales quando equis vehi capere. 7.d
Carinthiae princeps ut eligatur 225.b
Carneadis dictum. 252.b
Caro nostra per asinam indicata. 325.b. cur asinae nomen conveniat. 319.b
Carminora quae. 7.d
Caroli V. equitandi peritia. 5.b
Carolus Ruinus exactè de equi anatome scripsit. 26.b
Carceres qui. 261.c. 262.f. 263.b. eorum fabrica. 263.c. cur picei dicti. 263.c.
Carceres Olympici. 263.d.
Carpentum. 250.c. 251.a
Carpentarius equus. 250.b
Carruca quid. 250.e
Cartazonon. 404.b
Carthago ut aedificata. 128.f
Carrucaria mula. 250.f
Caseus equinus. 207.d. 208.e
Castanea equina cur sic dicta. 146.g.
Castitatis typus. 463.b. 487.d. 488.e
Castoris statua. 240.e
Castoris & Pollucis fabula. 257.a
Catodromus. 260.f
Catanensium numi. 231.c
Catonum modestia. 7.a.b
Cavea eburnea. 483.c
Cautar quid. 190.b
Celeritas per equum indicata. 176.f
Celeres qui. 15.c
Celes 15.c. qui equus. ibid.
Celetum certaminis varietas. 257.c
Celetum navigium. 15.d
Centauri qui. 122.b. in Aureliorum numo picti. 235.d. an omnino fabulosi. 195.d. & inde. non esse equorum prolem. 94.b. quid significent. 176.f
Centinodia quae. 370.b
Centippe. 159.c
Cerastes unde dictus. 403.b. eius cornuum usus. 413.d
Cereris cognomina. 192.b
Cereales ludi. 286.f
Certaminum equestrium origo. 254.b. sacrorum diversitas. 284.c. eorum sacrorum mysticus sensus. 286.b
Cerva cur aeripes dicta. 353.b
Cervum conficiens leo in numo Hyelensium. 232.b auditu discernit 300.g. cur ἔλαφος dictus. 460.g de eo & equo apologus. 199.b. Lunae ascripti. 184.f mille Romae ad diripiendum dati. 294.b. eorum velocitas. 81.c. vivacitas. 458.g.
Cervi palmati ducentis picti in domo rostrata Pompey. 294.g
Cervus volans. 420.f. 403.b
Chalinus quid. 118.b.
Chelidon quid in equis. 20.b
Chimera. 13.a
Chorosiopi qui. 221.b
Christus auribus asininis de pictus. 310.311. cur asina vehi voluerit. 321.a. mors dictus. 168.e.
Christiani asinarij dicti. 310.g
Chrysippi mors. 299.d
Cicada matura. 296.b
Cicutam si asini depascantur somno torpescunt. 309.b
Cimon equas suas sepelivit 8.b
Cingula. 119.c
in Cingulis quid observandum. 119.c
Cinnabaris quid. 461.a. unde dicta. 467.a. & eius aequivocatio. 161.b
Cixtzastra. 293.a
Circus anni temporum imago. 287.a. cur campus dictus 281.a. eius figura. 260.b. eius magnitudo ibid. 259.a. in numo expressus. 245.c. partes eius quot. 265.a
Circus Flaminius 259.b
Circenses ludi cur sic dicti. 266.e. eorum genera. 259.c. origo. 256.f. 285.b. quibus temporibus celebrarentur. 289.a. & inde.
Cirrus quid in equis. 22.g
Cisium quid. 250.e
Clamor barbaricus. 457.b

Claudij

Claudij Gothici fortitudo. 26.f
Clauis Penelopes. 482.e
Claustrum. 261.d
Clitellarij qui. 347.c
Clodouei regis uotum. 135.a
Clœlia equo donata. 11.a
Clœlia statua. 229.b
Clogmos quid. 112.b.
Cnacias equus. 189.d
Cochlea in numo Tarentinorum. 233.d
Corax equus. 189.d
Cogitationes simplices per asinum indicata. 319.d
Coitus vita breuitatis causa. 367.c
Combenno qui. 250.g
Commodi numus. 246.h
Coniectura virorum doctorum quid possit. 409.b
Colox nauigij genus. 15.d
Colubri ab equis deuorati. 133.d
de Coniugato infeliciter prouerb. 337.b
Coniugalis copula. 318.f
Constantini numus. 248.e
Consternationis hieroglyphicum. 464.f
Consus Deus qui. 178.h
Consualiorum antiquitas. 285.a
Consualia quæ. 178.h
Contemptor Dei designatus. 318.319.
in Contemptibiles, prouerbium. 333.b
Conuulsio vnde. 390.b
Copiarij. 221.c
in Corde muli os. 39.d
Cor induratum per equum designatum. 172.h
Cornelij cur Asinæ dicti. 310.f
Corona in equis quid. 21.d
Corona spicea quid indicet. 230.f
ex Cornibus bibere mos antiquissimum. 411.c
Cornu ex quo pocula fierent. 392.e
Cornuum eorundem diuersitas vnde. 401.c. non omnia caua. 424.h. nullam præter exsiccatoriam vim habere. 393.c. ea quæ animalia habeant. 424.g. quid significent. 464.f. tria facere quid 171.b. vt à dentibus differant. 424.g.
Cornu ceruinum eboris succedaneum. 487.d
Cornipes. 18.f
Corpora è gloria resurgentia per albos equos indicata. 166.g.
Corui cadauer non inuenitur. 458.h
Coruus cur asinum oderit. 308.g
Cosintis fluuij vis. 126.f
Cotyle ludus quis. 164.e
Coxendices quibus valentes. 22.h
ex Cranio humano pocula. 392.e
Crassi mortis omen. 127.d
Crater vnde dicatur. 411.c
Credentes qui per asinam indicentur. 325.d
Cribra setacea. 217.c
Crista ex pilis. 217.a.
Crista quid in equo. 24.e
Crocodili ingeniosi. 444.c
Crocodili asello in littore bibenti insidentis icon. 327.a
Cronippus. 158.h
Crucis effigies in asino. 298.e
Crypta. 261.d.263.b
Cuculi cum Luscinia contentio de cantu. 317.a
Culicem non curat elephas Indus, prouerb. 468.f
cum elephanto conferre quid. 468.f
Culices muliones. 371.d
Cupido inter equas cur natus dictus. 86.f
Cura diligens quid præstet. 100.f
Curiosi qui. 221.a.28.g.
Curriculum quid Horatio. 260.h
Curriculum locus in carceribus. 263.e
Currus quid propriè. 248.g
Currus edax, prouerb. 278.f
Curru qui primi triumpharint. 222.e
Currus eburnei. 484.g
Currus naufragi qui. 270.g
Currus Priami qualis. 280.f
Cursus fiscalis. 219.a
Cursus clauicularis qui. 219.a
Cursus publici initium. 219.e
Cursus vehicularis. 218.e
Cutis duritia stupiditatem indicat. 444.e
Cutis cancellata quæ. 428.g
Cutis humana & equina discrimen. 24.h.
Cydippe. 159.b
Cynes quid in equis. 21.d
Cygnus equus. 189.d
Cyllarus equus Castoris & Pollucis. 181.b. qui & vnde dictus. 188.c. eius color. 39.b
Cynisca equos aluit, & in Olympia vicit. 2.h
Cyperum cur loto coniunxerit Homerus. 96.f
Cyrene equestris dicta. 123.a
Cyrtastus. 123.b. cur mulus dictus. 370.g
Cytisus. 96.e

D

DActilij qui. 118.b
Dæmones onosceli qui. 312.g
Dæmonum typus. 356.f
Damæ ducentæ picta in domo Pompeij. 294.g. mille ad diripiendum data. 294.g
Darij ex mula partu felix augurium. 369.b. victus vt fugeret. 65.c. vt regno Persiæ potitus. 127.b vt regnum adeptus. 85.a
Datura. 27.d
Decemnalia. 288.e
Decursio qualis. 267.b
Decursio funebris. 289.e
Decursio militaris quid. 257.d
Decursio militaris. 290.f
Decursio solemnis. 290.f
Delphini cur in Syracusanorum numis. 230.f. in numo Anxuritanorum. 232.g. in numo Catanensium. 231.c. in numis Emporitarum. 232.e

in numo Messeniorum. 377. b. in Syracusan. numo.377. a. in Tarentinorum numo.233. a. in numo Termitanorum. 231. c. solus hominem amat. 70.g. vt hominem amet. 438. f
Dentes vt à cornibus differant. 424. g. non omnes solidi. 425. a. ex ebore. 483. d
Dens Erythraus, pro elephante. 420. h
Dens Indus. 480. e
Dens leporinus quid in equo. 33. d
Desidia per asinum indicata. 32. f. fugiendam esse per asinam docetur. 326. f.
Desperatio per equum indicata. 176. h
Desultor qui. 257. a
Deus quando inuocandus. 316. g
Dextrarius. 249. c
Dextratio. 18. g. vnde dicta. quid Solino. 270. e
Diabolus eques dictus. 169. d
Diabolus equus. 171. d
Diaboli equi qui. 287. b
Diana eurippos dicta. 184. g
Diana Eurippe. vnde sic dicta. 11. d
Diaulus quid. 255. c
Dictator cur non veheretur equo. 3. d
Digitata quæ. 1. c
Diligentiæ & prudentiæ vltima felicitas. 253. b
Diomedis fabula quid indicet. 5. d. eius filiæ cur equæ dictæ. 87. a. eius stabula equorum vbi. 63. g
Dionysij numi. 232. f. ei vt omen futuri regni factum. 127. a
Dipsacus cur onocardium dictum. 322. e
Dipsadis & asini fabula. 332. e
Disciplina puerorum equorum domituræ comparata. 109. d.
Doctores legum per equos nigros indicati. 167. d
Domi semper manentis hieroglyphicum. 314. e
Donum facetum. 10. h
Draconum cum elephantis pugna. 460. g
Dromanarij qui. 220. f
Durasei equi statua vbi. 229. a

E

EBRIETATEM fugiendam esse vt indicetur. 314. h.
Ebor. Eboreus. 479. d
Eboris æquiuocatio. 480. e
Ebur atramento candefacere quid 488. f
Ebur cur tingeretur. 485. d. eius dignitas. 480. g. dijs oblatum. 481. b. ab eo mystica. 487. d. pro munere datum. 481. a. pro tributo persolutum. 480. h. ab eo prouerbia. 488. f. quid propriè. 419. d. vsus in medicina 487. b. tempore nigrescit. 485. d. & vbi non. ibid. vnde dictum. 420. g. vt emolliatur. 486. h. vt poliatur. 487. a. vt rubro, aut cæruleo aut viridi colore tingatur. 486. g
Ebur fossile. 385. b
Eborarius qui. 467. a
Eburneus color. 480. f
Eburnea porta. 425. e
in Eburnea vagina plumbeus gladius, prouerb. 488. f
Eburneis rastris solum vertere quid. 488. f
Ecclesia per asinam indicata. 325. b
Ecclesia equus albus dicta. 166. h
Echelidon quid. 260. e
Echinus pars freni. 118. h
Eculeus. 16. h
in Edaces stolidos & ignauos prouerbium. 338. e
Edra quid. 23. a
Elandiæ insulæ equorum mira docilitas. 68. g
Elephātes aciei instruendæ periti sunt 445. a. adipis vis & vsus. 469. c. adulteros odit. 441. b. ænea eius statua. 479. b. æneus vbi. 449. c. Aethiopici vt ab Indis differant. 422. g. affectus, eorūq; cura. 457. c agilitas mira. 445. g. alijs præiuentes. 447. a. amicos esse homini. 438. f. amoris eorū vis. 441. d amor ergo fœtus. 440. e. amor mutuus. 439. d. amor patriæ. 442. f. an auersè coeant. 455. a. an lapides & terram impunè edant. 454. f. an mas fœmina robustior. 436. f. eius anatome. 431. b. antipathia cum Leone. 456. d. de eo apophthegma. 467. b. aquam timent. 435. a. aquam turbidam amat. 454. g. ab eo auguria. 462. h. aures eius quales. 428. e. bello apti sunt. 472. g. belli peritia. 445. a. beneficij memoria. 438. e. cadauera suorum sepeliunt. 440. h. caro eorum qualis. 469. c. caput cur deforme. 428. e. eorum castitas. 441. c choreas in theatro ducunt. 445. h. eorum cibus. 453. d. 454. e. cicures vt capiant feros. 450. e. clementia eorum erga homines. 439. d. clitellæ eorum quæ. 474. h. in coitu pudor. 442. e. 455. d. color. 422. g. conspecto ariete ab insania soluitur 460. e. conuiuantur humano more. 446. f. cor eius non esse duplex. 431. c. in corde os habet. 430. 431. cornua defodiunt. 444. f. de crurum flexu opiniones examinatæ. 429. c. ei culicem conferre quid. 468. f. cur aquam timeant. 436. e. cur diu viuat. 458. g. cur dentes suos sepeliant. 464. g. cur pullos in transitu fluuiorum præmittant. 467. c. de eo cur author hoc opere agat. 418. e. cur donentur 418. g. cur bello vtiles. 478. f. cur communes hostes dicti. 476. g. cur anguimani dicti 427. a. cur proboscis prominens. 427. b. cur plantis vescantur. 454. f. cur fructibus vesci voluit natura. 454. f. cur in India & Africa. 432. h. custodiunt reges. 445. b. cutis eius an pilosa. 428. h. cutis duritia. 428. f. currus eorum quibus concessus. 479. a. ab eo denominata. 466. e. eius dentes quales. 422. h. dentes, an cornua. 423. b. dentium magnitudo. 422. f. 423. a. situs. 422. 423. vtilitas. 425. d. de eis opinio Cardani. 424. h. exerti an mutentur. 424. g. differentia eorum penes loca & mores. 421. c. discendi promptitudo 444. f. & h. diuinatio. 441. a. domandi & capiendi ratio 449. a. ab eo emblemata. 467. d. eius encomium 418. f. erga rectorem gratitudo. 437. c. fellis situs. 430. h. vis. 469. d. ficti in bello. 475. e. 476. e. simi

e. fimi vsus. 469. d. floribus delectantur. 447. d. frigoris impatientes sunt. 436. e. funambuli sunt. 446. e. 471. c. furiunt tempore coitus. 455. d. etiam furiens homini amicus. 437. d. furoris curatio. 457. d. genera eorum quot, & eorum differentiæ. 421. b. genitalia. 430. f. gloriæ cupiditas 442. f. gratissimi in spectaculis. 470. e. gressus. 456. e. differentia eius pro ætate. 457. a. homines malos à bonis dignoscunt. 441. b. honor & pretium. 434. e. icon. 465. iecoris vis. 469. d. ignem timent. 462. f. ignominiæ vindicta. 436. h immolati. 478. g. Indicorum duo genera. 421. c. Indi vt à Mauris differant. 421. c. Indus non curat culicem. 468. f. eorum ingenium. 443. 444. eius integra descriptio. 431. c. inuicem pugnant. 475. c. legunt & scribunt. 445. d. libertatis amor. 439. c. iustitia. 441. a. lingua exigua. 427. d. & cur. linguam patriam intelligunt. 445. d. lunam & solem adorant. 443. c. Lybici Indorum odorem ferre non possunt. 421. c. Lychnos dextra & sinistra ferentes. 279. e. ossa, pro vnicornu. 393. b. magnitudo. 421. c. d. 422. e. & inde. mandibula superior sola mouetur. 425. d. mammæ vbi. 430. e. & cur duæ. ibid. manus quæ. 427. a. à matris coitu abstinet. 441. d. maximi & optimi vbi. 433. c. medici sunt. 447. b. memoria. 438. b. os vbi. 427 d. mororum sanguine viso ad bellum incitantur. 461. c. ex muliere natus. 462. h. murem timet. 460. f. eum ex musca facere quid. 468. f. musicam amant. 447. b. de eo mystica. 463. a. musica capi. 449. d. mutua pugna. 436. g. natura mites esse. 454. b. ne suis sint damno. 477. d. non semel parere. 456. f. non capit murem. 468. g. noscunt cur petantur. 444. f. noxia sibi noscunt. 447. c. occidit miles vnus. 477. a. eos odit equus. 123. c. olim Europæ incogniti. 473. b. pabuli consueti quantitatem agnoscit. 448. f. parentes venerantur. 440. h. pariendi modus. 456. e. partus magnitudo. 456. f. patriæ amantissimus est. 400. g pedum eius constitutio. 418. e. 430. e. pedes anteriores cur robustiores. 430. e. populi & regiones eis abundantes. 433. a. & inde. porcum timet. 460. e eius potus. 454. g. pretium. 418. f. cum prius locusta pariet. 468. g. de eo problemata. 467. c. pro ebore accipitur. 479. c. eius promanus quid. 427. a. proboscidis descriptio & vsus. 426. e. proboscis vt à rostro suis differat. 426. g. proboscidis vis. 469. d. vtilitas. 454. g. promuscis in Cæciliorum numo. 236. e. pudor. 436. g. puellas amat. 439. a. pugnat tigri. 460. e. pugna cum rhinocerote. 459. d. cum dracone. 460. g. cum militibus. 470. g. & tauris. ibid. cum tauris. 471. a. cum rhinocerote. ibid. c. quæ partes eius in cibo gratiores. 469. c. quæ loca ament. 432. b. quamdiu vterum gerat. 455. d. quando incipiant coire. 454. h. quando hominem timeat. 459. b. quando primum Romæ pugnarint. 470. h. quando primum Romæ visi. 472. e. quando visi Romani. 473. a. qui primus eos in triumpho duxerit. 236. e. 471. d. quibus coloribus visis irascantur. 461. c. quo loco coeant. 455. g. quo loco corporis læso facile occidantur. 428. f. quot annos viuant. 458. e. quot pariat. 456. e. regnum portendit. 462. h. reges cognoscunt. 445. b. regem adorare docentur. 445. c. religio. 443. a. eius robur. 436. f. eum Romani timuerunt. 472. g. senecta dignotio. 423. a. sitis patientia. 454. h. societas cum genere humano. 443. d. ei stipem offerre, prouerb. 468. h. contra eos strategemata. 475. 476. eos sub alis abscondere quid. 468. g. sui generis animal est. 421. b. suis sæpe fuisse damno. 476. g. tauris syl. infestus est. 460. e. testes cur intus habeat. 430. f. timet sanguisugam. 461. b. triginta duo Romæ sub Gordiano. 294. g. cum eis triumphare rarissimum. 222. f. turres ferunt. 475 a. vbi bello apti & vbi non. 478. e. vbi arboribus careant. 428. f. velocitas. 456. h. cum venatoribus pugna. 451. d. vinum amant. 454. g. vis in proboscide. 427. c. vnde dictus. 418. h. vox. 457. a. vsus in bello. 472. g. vsus in cibo & medicina. 469. b. vsus in sacrificijs. 478. g. vsus in spectaculis. 470. e. vsus ad traijciendos amnes. 473. f. vsus in triumphis. 471. d. vt accensis facibus capiantur. 452 f. vt arbores extirpet. 447. e. vt arbori hærens capiatur. 449. a. vt per aquam incedant. 436. e. vt ad bellum instruatur. 474. h. vt bestia insulsissima dictus. 448. h. vt cauponem vltus. 437. a. vt capiant Nigritæ. 450. h. vt calorem vitent. 447. c. vt crura flectat. 429. d. vt domentur. 452. g. vt & cur homines timeat. 439. c. vt fossas transiliant. 447. d. vt fluuios tranent. 448. e. vt incitentur ad pugnam. 478. e. vt iniurias vindicent. 439. c. vt inutiles in bello reddantur. 475. c. vt lebetem resarciri fecerit. 448. g. vt mansuescant. 452. h. vt in Pegù capiantur. 450. f. vt puellos ament. 438. g. vt sagittis interficiantur. 451. c. vt sus inimica. 426. g. vt venatorum insidias fallant. 444. g. vt visco capiantur. 451. c. vtilitas eorum in bello. 473. b. Zelotypia. 436. 437. 442. c.

Elephas Aiax dictus. 458. e.
Elephas mons. 418. h
Elephas marinus. 419. a
Elephas poculum. 419. b
Elephantagogus. 467. a
Elephantarches. 466. h
Elephantarchia. 467. a
Elephantiæ serpentes qui. 466. e
Elephantia morbus. 466. e
Elephantine. 466. h
Elephantis mulier. 466. h
Elephantistes. 466. h
Elephantophagi qui. 469. b
Elephantophagi vt elephantes capiant. 451. a
Eliogabali numus. 247. e

Empori-

INDEX.

Emporitarum nummi. 232.e

Empusa onosole dicta. 312. b. unde dicta. ibid.

Enalis fabula. 191.b

Enceladus equus. 188.b

Entechus. 17.a

Enny equus senio confectus quid significet. 253.a

Enoplia saltatio. 291.d

Enses eburnei. 482.f

Eous equus solis. 189.a

Ephippium quid. 119.c

Epona quae. 87.b

Equa alba cur in magno honore apud Tartaros. 191.d

Equa necan equus celerior. 83.b. an ex vento concipiant. 90.g. in certaminibus celebrata quae. 83.d in ea conceptus signa. 91.e. cur Scythae in bello vtantur. 83.d. currendi promptitudo. 276.e. facile pariunt. 92.b. grauida an coitum patitur. 86.g. iuba superbiunt. 73.b. leporem peperit. 133.a. libido earum qualis. 86.g. matrices quales esse debeant. 48.f. optima vbi. 365.b.

Equa Phidole. 227.a. in pragnantibus quid obseruandum. 92.e. pro virgine mactata. 134.b. quae cantum ament. 90.e. quamdiu vtero gerat. 88.h. quos asinos recipiant. 306.g. quot vni equo sufficiant. 91.e. in sacris certaminibus vsum fuisse. 277.d. seipsam amat 66.e. sterilis vt concipiat. 89.c. vt asinos admittant. 66.e.

Equus abhorret à seruitio. 74.g. absolutissimi qui. 29.b.

Equi Acarnanici. 49.a. Achiui. ibid.b. Aegyptij ibid. Aethiopici ibid. Africani ibid. Albanici ibid. Agrigentini. ibid. e. Anglici ibid. e. Apamij ibid. Apuli ibid. Arabes ibid. d. Arcadici. 50. e. Argolici. ibid. e. 20. f. Armenij ibid. f. Astures ibid. f. Attici 16.h. Barbari. 16.b. Britones. 51. b. Burgundiones. ibid. b. Burici. ibid. Callaici. ibid. Calabri ibid. d. Cappadoces ibid. Celtiberi 52. e. Chalambrij ibid. Chaonij ibid. Cilices ibid. Colophonij ibid. f. Corsici. ibid. Cretenses ibid. Cyrenaici ibidem. Daci ibid. h. Dorcades ibid. Elei. ibid. Elandici. 16. e. Epei. 53. a. Epidaurij ibid. Epirotici. ibid. Erembi. ibid. c. Flandrici ibid. Frigisci. ibid. Frisij ibid. d. Gallici ibid. Gelanij ibid. Geldrici. ibid. d. Germani ibid. Getici. 54. e. Getuli ibid. f. Graecanici ibid. Heluetij ibid. Hetrusci ibid. Hirpini. ibid. g. Hispani ibid. g. 20. f. Hollandici ibid. Hunnisci. ibid. b. Hungarici ibid. Iberi ibid. c. Indi ibi. d. Iones ibid. d. Insubri. ibid. Istrij 20. f. 56. e. Italici. 56. e. Iulsaci ibid. f. Libyci ibid. Ligures ibid. g. Lydi ibid. Lusitani ibid. Mantuani ibid. h. Massyli ibid. Mauri ibid. Mazaces. 57. a. Medici. 57. d. Menapij ibid. d. Mosci 58. e. Murcibij ibid. Mysi. 16 f. Nabatae Nasamones, Neapolitani ibid. Nigritae ibid. Nisei. ibid. h. Noruegici. 57. b. Numidici. ib. d. Odrisij ibid. d. Oebalij ibid. Parthi ibid. Pellaei 60. e. Persici. ibid. f. Pharsalici. 60. f. Phasiani. 60. g. Pisae 60. g. Poloni. 16. b. Psylli. ibid. h. Pygmaeorum. ibid. Roseani. ibid. Saca. ib. Sapharení. ib. Samarici. ib. Sardi. ib. Sarmatici. ib. Scemitici. 61. e. Scotici. Scythici ib. Siculi ib. Sicani. ib. d. Syenes. 62. e. Syri. ib. f. Sueui. ib. Tarentini. Taenarij. Tartari. ib. Thessalici. ib. g. Thraces. 63. b. Toringi ib. c. Turcici ib. d. Tyrrheni. ib. Veneti ib. adhortatione gaudens. 77. d. admissarius qualis esse debeat. 47. d. admissarij semen quale esse debeat. 48. f. admissariorum victus. 89. a. admissus quid Ciceroni. 84. c. adornatus superbior. 73. c. aegrotantis signa. 143. d. aetas. 16. h. 17. a. aetas Cynisce 227. d. & aliorum ibid. aetatis diuersitas pro loci diuersitate. 94. f. aetas generationi apta. 87. d. aetas vt cognoscatur. 25. c. aetatis signa. 94. f. aetogenes qui. 45. a. affectiones externi. 149. & inde. agminales qui. 216. f. albis cur oculi casij. 39. d. albis cur triumphatur. 222. b. albis percurrere quid. 200. f. alere quorum sit. 5. d. 6. e. alienos foetus nutrit. 66. e. aliquando eis ociandum esse. 105. d. alpheryncbi. 45. b. amicitia cum gallinis. 123. a. cum ocide ibid. amor erga foetus. 65. c. amor lasciuus erga dominum. 71. d. an fel habeat. 27. a. an habeant talos. 22. f. an homo salacior. 87. a. anhelitus vis. 211. b. anatome exactissima à quo scripta. 26. b. animi fortitudo vt indicetur. 35. d animositas. 74. f. senio non perditur. 74. g. ad eius animi procidentiam. 148. f. de eo apologi. 199. a. & inde. apriosus quis. 145. c. aquas & balnea amat. 64. f. Aquila cur dictus. 79. c. asini ruditum horrent. 308. b. ab eis ad asinos. prouerb. 334. f. eius asthma. orthopnoea, dolor cordis. 147. d. ei aureum puluinar substratum. 9. d. auribus indicat quae audiat. 67. c. axungia vis & vsus. 209. c. ad balnea cur duci debeat. 103. b. balsani qui. 38. b. eorum ad bellum aptitudo. 211. c. belli omen est. 128. e. bello aptum esse. 2. g. & cur b. bellici institutio. 114. g. bellico vt vtamur pro pompico. 115. b. bellicosorum sexus obseruatus. 213. a. biliosi signa. 141. d. blandi tractandum esse. 111. b. & inde. cum bene comparentur. 2. e. f. caelestes siue sidera. 13. b. calopsbaluni. 34. c. caerulei celeres. 42. a. Caesaris qualis. 229. c. calcitroli qui & vt corrigantur. 113. b. & inde. candidi laudati. 39. a. in eis candor vnde. 38. c. canescit. 24. f. caput vt macrescat. 108. f. capitis doloris signa & cura. 145. c. caput habere in somno quid portendat. 134. c. Cappadoces laudati. 299. a. carnis qualitas. 206. f. castrandi ratio & modus. 108. b. & inde. castrati victus. 109 a. castratis qui in bello vtuntur. 213. a. castrationis vtilitas. 108. e. cauda vt lata fiat. 108. f. in eo cauterij vtilitas. 156. f. & inde. celeritas auibus & vento assimilata. 80. e. celeritate gaudet. 79. a. celeritate gaudent. 115. f. celes vt à desultorio differat. 213. b. ad certamen qui eligantur. 270. g. 277. a. & inde. in certaminibus locus. 261. e. & inde in certaminibus fuisse commutatos. 278. h. conspectus quid indicet. 276. h. eius cibus & potus. 95. c. 96. & inde. 97. 98. 99. quando & quantum exhibendum. 101. b. quae obseruanda. 96. h. cibus proprius. 97. a. ad eorum in Circo cursum pertinentia loca. 264. f. clitellarij qui. 248. f. eius coaguli vis. 209. c. coitus. 87. d. coeundi tempus. 88. f. coit post castrationem. 109. colorem pro arbitrio induci. 108. g. color quoties mutent. 26. b.

cur ephippium iuxta humeros amet. 22.h. cur fricentur. 102.e. cur cauda quibusdam praecidatur. 108.e. cur panis & vinum praebeantur. 99.c. cur cornipes & sonipes dicatur. 30.g. cur nares diuidantur. 33.d. cur & quando spumescant. 64.h. cur foetus amens. 66.e. cur progignam occiderit. 72.g. cur bibens caput mergit. 64.f. cur & ascendēdo & descēdendo facile cadāt. 95.b. cur agilis. 80.h. cur equo velocior. 83.c. cur quidam ex vento concepti dicantur. 79.c. cur dicantur sonipedes. 95.a. cur sanctis abominabilis. 7.b. cur eis prohibitus. c. ab eo cur inceperit author. 1.2.3. & inde. cur priuatim iumentum sit dictus. 2.f. & quadrupes. eos cur non alerent Spartani. 6.e. cur duce careant. 64.e. cur tardius quàm mulier pariat. 92.h. cur quotannis purgandus. 151.b. cur soli immolatus. 190.h. cur Neptuno tribuatur. 178.179.a. cur dicatur esse temperatus. 141.c. eos curare nobile fuisse. e.8. in curatore eius quid requiratur. 192.e curriles qui Alberto. 248.h. eorum à curribus nomina. 249.b. cursus eorum sublatus. 377.c. cursum eorum publicum fuisse antiquum. 219.a. cursus quando Olympijs additus. 255.c. cursorum nomina 254.g. curules qui. 248.g. curules fuisse publicos. 278.f. cursu victi ab homine. 84.e. cursu alios superare studet. 66.h. in cursu perseuerantia. 81.d. cynobatae qui. 31.a. decursionis eorum in Circo forma. f. 278.279. defluuium pilorum. 149.b. delassati volutatio vt prosit. 105.d. delphinum cur insequatur. 81.d. demulcēdo quiescunt. 102.e. dentium pro aetate varietas. 26.e. dentes cur semper firmi vsq; ad senectutem. 26.g. dentes quot & quales. 25.b. & inde; nomina. 26. dentium vis & vsus. 209.c. descendere eo qui & quando iubebantur. 6.h. desultores qui. 213.c. 256.257.a deorum ministri crediti. 127.b. dijs & principibus attributorum propria nomina. 188.189.190. Didonis cur stare dictus. 75.b. diligens educatio. 278.e. discunt choreas ducere. 68.e. doloris cordis, & colici signa. 145.c.d. erga eos dominorum humanitas. 10.f. dominos occisos vindicant. 70.h. eosdem flent. 71.a. domitura necessitas. 109.d. vt dometur ibidem & deinde. donati dentes inspicere quid. 205.a. dorsi ratio habenda. 106.h. dorsi laesi à sella curatio. 150.e. dysgargiles qui. 36.e. educationis eius quae necessaria. 95.c effrenes qui. 113.d. electio eorum vnde petenda. 29.30. & inde. electio à patria & parentibus. 45 c. in electione patriam inspiciendam esse. 46.h. electionis signa ex colore. 37.a. elephantem timent. 459.e. de eo emblemata. 252.g. & inde. epitaphiū. 253 254. epitheta à celeritate. 79.a. epitheta magnifica 8 e. equabus permistos inutiles esse in venationibus. 85.b. equitationis peritum nosse it. 67.c erectio vt corrigatur. 113 b. propter eum vindicta. 11.d. ab esu eius cur abstineamus 206.f. & vxores qua iure similes. 100.e. exophthalmi qui 34.e. exhortatio eorum ad cursum. 270.g. de eis fabulosa. 194.e. eorum fascinatio. 216.g. fauore gaudent. 78.e. fellis vis & vsus. 209.c. 210.c. feri 40. Romae sub Coriolano. 294.g. fictitij. 216.g. Flamini cur non liceret tangere. 27.b. fanum vt exhibendum. 104.g. à foribus ecclesiae auelli nolens. 135.b. fornelli qui. 32.e. formidolosi cur nictu doceantur. 115.a. in fossam prolapsus quid indicet. 176.h. frenis vbi non egeat. 69.a. frenatus quid indicet. 176. frequentissimè in numis expressus. 230. & inde. gaudent palpis. 65.c. genera & differentiae. 19.a. & inde. generosum non posse habere omnia bonitatis signa. 29.b funarius qui. 279.a. ibid.c. gradarius qui. 19.d. Graeci cur ad certamina sacra eligerentur. 277.c. Graecos à barbaris distinguunt. 67.c. gratitudo. 70.h. gressus. 95.a. hiberaldi qui. 279.c. habitudo corporis qualis esse debeat. 29.d. hamippi qui. 313.b. heterosceles & heteropodes qui. 44.f. heterognathi. 31.c. 33.6. heterophthalmi qui. 44.f. hinnitus quid multis portenderit. 127.b. hinnitus post castrationem quid indicet. 109.c. hodoporici. 218.f. homines adorant. 69.a. hominibus immolati. 192.e. ab eo hominē amari. 70.g. ab eo homines puniti. 135.d. hordeatio eius quid. 148.e. hostes agnoscunt. 69 b. improbi signa. 36 f. improbi qui. 112.h. in incessu superbit. 73.c. incitatus vt retinendus. 112.g. inediam magis quam sitim ferre. 64.g. infensus homini nisi rectè tractetur. 5.c. ingrata in domitura sunt remouenda. 112.f inimicitia cum floro aue. 122.b. cum Struthiocamelo. ibid. cum camelo. ibid. cum elephantis ibid. c. iaculantem vt adiuuet. 67.d. inimicitia cum Lupo. 123.d. cum vrso. 124.h. cum Leone. 125.a. cum sue. 125.a. cum ouibus. 125.a. cum asinō. ibid. cum serpentibus. ibid. cum trachuro pisce. ibid.b. cum phoca. ibid.b. cum plātis vt pomis & ficubus. ibid.c. cum hordeo quodam. ibid.d. cum gentiana. ibid.d. cum Stygis aqua. 126.e. cum atro colore ibid.g. cum cadaueribus ibid.e. insigne Romanor. 224.f. & quare. eius institutio. 109.d. & inde. inter vrbis munitiones recensitus. 2.h. irati dentes denudant. 65.e. iuba quae probetur. 45.c. inditum inesse. 66.g. iugales quales esse debeant. 252.f. iugalium duo genera. 248.f. iuncti celerius currunt. 82. iuncti celerius currunt. 270.e. iuxta nyssam incitare quid. 200.g. ex labore non māsuefieri. 112.h. lactis vis & vsus. 308.h. lassus vt curandus. 105.d. lassitudinis signa. 106.e. de eis leges. 6.g. libertatis amans. 74.e. libido & salacitas. 84.b. & inde. libido vt frenetur. 90.f. lienis eius vis. 209.d in eis linea candida in fronte quid notet. 38.g. linguae vis. 209.d. loca plana amant. 48.g. loca ab eis celebria. 49.a. & inde. lumbrici vt abigantur. 148.f. Lunae quis. 162.h. ad maciem eorum prodest medica. 95.g. maculati. 43.c. & eorū nomina. maculati vnde & quales. 37.d. magni & parui vbi. 19.b. magnanimitas & victoriae cupiditas. 73.a. malacopodes qui. 149 c. mas quot feminis sufficiat. 86.e. masne an femina diutius viuat. 93.d. melancholici signa. 142.h.c. eius memoria & iudicio mira historia. 69.d. 70.e. menstrua habent. 64.h. militandi peritia. 66.g.

mas

mas quando impleat. 88. f. monstrosorum & prodigiosorum icones. 130. 131. 132. de eius morbis & eorum cura. 143. 144. 145. morborum causæ. 144. e. morbi toti corpori communes. & particularium diuisio. 144. e. morbi acutissimi qui. 144. e mordax qui, sternax qui. 114. e. morigeri signa. 113 d. mortuo domino superuiuere qui recusarit. 71. d. mulares qua. 371. b. munditiæ. 66. f. munditiam seruandam esse. 104. e. ne asinum repellat. 361. d. ne à muscis infestentur. 126. e. ne strepitus armorum timeant. 115. a. Neoptolemo immolandi ingenium. 67. b. neruorum rigoris signa. 145. d. nigrorum probatio. 40. e. nigri generositas. 225. a. nigros videre in somno quid portendat. 134. a. nomina hominum eis imposita. 12. e. non omnes generant. 91. b. ex non solutis damna. 11. c. nothi cur dicti. 46. g. h. nudorum ratiorem fuisse vsum. 119. b. october qui dictus. 190. f. oculi colore varians. 44. e. oculorum color qui probetur. 45. a. oculorum varietas. 44. b. oculorum morbi. 145. 146. omnium pernicissimus creditus. 81. e. optimus qui. 116. e. ossis de corde vis. 209. d. oris vitia & cura. 146. e. pabulum vt curare curator debeat. 101. b. Palladij qui. 220. f. palmati. 40. f. Pauonii. 43. b. partium nomina. 21. 22. 23. 24. partes quæ rarò purgandæ. 103. a. partium vsus in bello. 216. e. in eo partes aliorum animalium desideratæ. 35. a. Parthici quales. 44. f. partus tempus. 88. b. pauperibus relictus. 135. d. pedum affectus. 149. b. pedum vitia. 149. c. in eo pedum præcipuam rationem habendā esse. 30. e. 100. g. pedes vt contra niuem conseruentur. 106. g. Pegasides qui. 218. g. Phidiæ & Praxitelis epitaphium. 229. e. & inde. de phlebotomia. 154. e. 155. & inde. pictura ac statuæ. 226. e. 227. 228. pectus hinniens. 136. e. pilorum vis. 210. e. pituitosi signa. 142. b. pilorum vtilitas. 34. f. in planitiem agere quid. 200. e. plethora vnde. 148. e. possidere eum quid. 3. a. post initam matrem se occidit. 72. f. eis præcurrere quid. 82. e. eorum pretia. 5. e. 278. e. pro donis principum. 10. g. h. pro tributo. 11. b. pro equite accipitur. 12. g. pro quadrigis dicti. 249. a. probi & improbi epitheta. 36. f. g. propensus ad sterilitatem. 363. d. pudicitia. 72. e. de eo prouerbia. 119. d. 200. e. & inde. publicus & eius vsus. 3. b. quibus donatus. e. vt redderetur. 3. puella vbi vim intulit. 87. b. Pulmonis vitia & cura. 146. g. puluerei qui. 35. b. purgandi diuersi modi. 151. d. qua ætate domandus. 110. e. in eo quæ partes lauandæ & quæ non. 102. b. quæ tympana horreant. 123. d. quæ timere soleant. 114. f. in eo quæ ratio quietis habenda. 104. b. quales in certaminibus olympicis. 255. d. qualem aquam desiderent. 98. g. 99. a. qualis primo equitare discentis eligendus. 113. a. quamdiu vterum ferat. 92. g. quamdiu generent. 86. e. quam diu crescant. 94. b. quam sit docilis. 68. e. quando eis ceperint vincere Romani. 234. f. quādo edentur. 206. e. quando & quomodo castrari debeāt. 109. a. quando ad bibendum alliciendus. 106. e. quādo calcaribus vrgendi. 113. a. quantam intelligentiam Homerus tribuerit. 66. g. quanti eum fecerint Romani. 3. a. qui ad venationem præstent. 217. d. qui gyris faciendis idonei & qui non. 116. f. ab eis qui occisi. 136. h. & inde. qui & quando velociores. 212. b. qui bello aptiores. 212. f. qui cito lassescunt. 1. d. qui calcaribus egeat & qui non. 120. f. qui dociles. 75. a. ex eo qui primo pugnarint. 196. e. qui eos adorēt. 9. e. qui à Iesu dicuntur occidi. 170. g. in quibus morbis cadant. 143. d. quibus vinum prosit. 99. e. quibus adiuentur. 3. b. à quibus sepulti. 8. h. quibus sacer. 177 178. 179. & inde. quo ferocior, eo domatu facilior. 78. b. quomodo aliquid portenderint. 127. a. in eo quorum animantium mores laudentur. 36. b. quos castrare non oporteat. 109. e. quot modis corrigatur. 112. g. quot annis viuant. 93. d. 94. e. repletio & cruditas. 148. e. rusticam noxiam esse. 36. g. sagmarij qui. 248. f. salacitas vt augeatur. 89. b. Saliuæ. 210. g. sanctis obtemperant. 135. b. sanguinis missus. 149 a. sanguinis vis & vsus. 209. a. sanguinei signa. 141. d. sani signa. 30. e. sarcinarij qui. 248. f. scabies vt curetur. 145. a. & inde. sessinatus. 43. b. Seianus & eius historia. 129. e. ac si pulchrum mactatus. 192. e. in eo sessio qualis esse debeat. 121. e. in eo sessionis præcepta. 121. d. setarum vsus. 216. 217. & inde. si cibum fastidet quid faciendum. 147. d. si fuerit ferox aut ignauus quid faciendum. 112. g. si se prosternat quid agendum. 113. b. simi qui. 34. e. sine auriga per se vincit certamen. 77. e. singulari in bello vsum non fuisse. 213. b. singulari pugnare antiquum esse. 215. a. singularium cursus sensus mysticus. 187. c. ad sobolem reparandam electio. 361. b. soleæ quales esse debeant. 104. b. solidis vngulis vbi. 20. g. somniant. 65 b. somnia. 70. f. Spadices qui. 40. f. Spadice, vt pœta probaret. 40. b. 41. Spumæ vis. 210. f. spuma miro modo expressa. 226. g. stabula sua noscunt. 68. b. stabulum vbi ædificandum. 48. b. stercora cur sicca. 64. e. sternax. 85. c. sternaces qui. 36. f. strata vt imponenda. 119. d. strigosus qui. 29. d. subneruare quid. 170. g. subrenalis morbus. 148. g. succussores qui 19. d. Sudoris vis. 210. f. in eis sudoris prouocatio. 151. a. sullaci inimica. 104. g. summo mane alēdos esse. 101 d. suspicaces qui & vt corrigantur. 114. e. suspicaces improbari. 36. e. syluestres vbi. 19. a. & inde & quales. tantum ex coitu nasci. 91. b. tegumenta duo esse debent. 101. d. temperamento variare. 141. c. tendax qui. 85. c. testiculorum vis. 209. d. tottonarij qui. 117 a. tormenti genus. 229. d. tortores qui. 19. d. trabeati & transtrabeati qui. 38. f. trabeati vnde. 38. b. Traiani statua. 229. d. trepidarij qui. 117. b. ex eo tristitiæ omen. 127. c. triticum sine detrimento non edunt. 97. c. triumphantium ornatus. 222. b. 223. a. Troiæ fatales. 204. g. Troiæ fuit exitialis. 129. b. truncatis auribus quales. 108. f. tubæ signo gaudet. 74. h. 75. a. belli cupidus. varia significata. 16. e. varijs modis aluntur. 98. e. varicosi. 32. b. vbi post mortē detonsi. 9. c.

vbi non sint. 51. a. vbi primum domiti. 195. d. vbi bello inepti. 212. e. vbi arant. 254. f. eis vehi periculosum. 251. d. vectariorum genera. 248. f. vecturæ qui idoneores. 248. g. eo vehi magnificum esse. 7. a. velatuli equi. 45. e. de uendendis lex. 3. a. in ventrem cubant. 69. a. uentis immolatus. 191. b. ueterum soleis carebant. 105. a. victoriæ præ cæteris cupidus. 75. c. uictoria eorum sine auriga. 272. g. vinum bibunt. 99. b. vis. 16. e. vitia pessima quæ. 113. b. vmbrati qui. 114. e. vnde dictus. 15. d. 79. a. ungulas mordere quid. 175. c. ungularum uis. 210. c. vngulæ vt roborentur. 103. a. vox. 93. b. vocis mutatio. 93. c. varietas. 93. c. uolutatio ei prodest. 103. d. voracitas 64. g. urinæ difficultas. 148. h. urinæ & stercoris uis. 210. h. in eo urinandi ratio habenda. 106. f. usus in sacrificijs. 190. f. & inde. usus in triũphis. 222. 223. 224. usus in uenatione. 217. d. & inde. usus in agris. 254. e. usus in uectione. 248. f. & inde. usus in insignibus. 224. f. usus in electione principis Carinthiæ. 225. b. usus in medicina. 208. h. 209. 210. 211. usus in bello. 211 212. 213. 214. 215. usus ad terendam segetem 254. f. usus in ludis. 254. g. usus in cibis. 206. 207. 208. ut ad metam flecterentur. 269. 270. ut decimo mense coeant 88. f. ut adornati. 10. e. ut mas concipiatur, ut fœmina. 91. d. ut dormiant 65. e. ut bibant. 64. f. in eos ut conscendendum militi hastato. 121. b. ut frenum admittat & quid in freno obseruandum. 117. d. ut tondendi. 107. d. ut hordeum præbendum. 97. d. ut libidinem indicent. 84. h. ut memoria ualeat. 69. d. ut hordeo delectentur. 97. b. ut noctu tractandus. 104. g. ad eum ut accedendum. 102. g. ut frigus noceat. 144. e. ut mordacitatem remittat. 114. e. ut Indi frenent. 119. b. ut post laborem curandus. 105. ut meat secretum. 106. g. ut infrenetur. 117. d. 118. e. in eos ut inscenderent antiqui. 121. a. ut inscendendus. 111. d. ut sanus & robustus conseruetur. 98. g. ut à muscis infestetur. 106. g. ut curatorem suum amet. 100. f. ut conscendendus. 120. g. ex eo ut descẽdendum. 116. h. ut tolutim ingredi discant. 116. h. ut se erigat, quid faciendum. 116. e. ut in gyros flecti discat. 116. f. ut purgentur cyclo. 153. b. ut fossas salire discat. 114. g. ut distringendus. 102. f. ut curribus iuncti. 279. b. ut & quando uerberandi. 275. c. ut multum bibat. 98. h. ut pulchriores & pinguiores appareant. 98. g. uteri eius uitia. 149. a. Zelotypia. 86. f.
Equi actogenes. 23. b
Equus coppatias. 205. d
Equi cynopodæ. 22. f
Equiferus. 19. a
Equi feri triginta picti in domo Pompeij. 294. g
Equi hermaphroditi. 93. a
Equi Lycospades qui & Lycophori. 64. e. eorum natura. 66. f
Equus tollutaris. 20. e
Equites cataphracti qui. 212. f
Equites dimachi qui. 214. f
Equites clibanarij. 216. e. loricati. ibid. Ferentarij ibid. Tarentini. ibid. f.
Equites tria cornua habentes qui. 170. b
Eques ut ab insessore differat. 174. c
Eques pro equo. 12. b
Equestris ordinis dignitas. 3. a
Equarius qui. 99. d
Equiculus. 165. c
Equila. Equula. 16. e
Equile. 48. b
Equinæ caudæ pilos uellere qui dicantur. 24. e
Equire quæ mulieres dicantur. 86. b
Equiria quando celebrata. 285. c
Equiria Gothorum pulcherrima supra glaciem. 293. 294.
Equiria ludi Martiales. 285. b
Equi solis. 162. f
Equisetum. 23. d
Equiso. 99. d
Equaria. 48. e
Equitatores boni qui. 120. e
Equitantes multum cur sicco uentre, contra lotium faciunt plurimum. 140. e
Equitandi imperitia quibus sit ignominiæ. 5. b
Equitandi scientia in quo consistat. 111. a
Equitandi peritia cur regibus utilis. 5. b
Equitandi peritus ne cantet. 200. g
Equitationis commoda & incommoda. 138. f. & inde.
Equitationis equis currentibus noxæ. 139. c
Equitationis initium quale esse debeat. 122. e
Equitatio nostri temporis qualis. 122. f. quæ libidinem promoueat & quæ non. 138. g. qui primi inuenerint. 122. g. ab ea qui sibi temperarint. 7. a. b.
Equuleus, Equulus. 15. d. 16. e
Equulei leues. 13. d
Equuli argentei. 230. e
Equulus monetæ genus. 224. g
Equuleus pro tormento. 16. f
Ergata. 296. e
Erichthonij triumphus. 222. h
Erioles equus. 188. h
Eripha equa quæ. 8. h. 189. c.
Erucæ ne herbis sint noxiæ. 125. e
Essedum. 250. f
Euentari quid. 91. a
Euexippe. 159. c
Eumeli equæ quales. 94. e
Euippe. 159. c
Euripus cur in ludis Cæsaris factus. 436. e
Exaltationis typus. 409. c
Exercitia antiquorum. 254. g

F

FABIO Max. dictatori equus concessus. 4.e
Fabritij fortitudo. 467.b
in Faciem cadere quid. 275.d
Factiones in certaminibus equorum. 281.b
de Facultatibus quibus tuto iudicari possit. 408.b
Fallopij de vnicornu sententia. 385.d
Falsa cur aliquando à bonis authoribus referantur. 408.f.
Falsa se dixisse, vt Virgilius intelligi voluerit. 425.e
Falx quid in equis. 21.d
Fama & eius ortus vt indicetur. 176.f. vnde sæpè oriatur. 391.d. eius symbolum. 245.b
Fames per equum indicata. 169.b
Farrago quid. 151.d
Fatale quod est, incurabile esse. 329.b
Felicitas vesaniæ causa. 333.a
Ferdinandi Aragonij humanitas erga equum. 10.f
Ferrum equinum. 125.d
Ferulis vescitur asinus. 299.c. 309.a. earum natura. 342.f
Ficos obijcere Mediolanensibus. 350.g
Ficuum mira vis. 299.d
Ficus amat asinus. 299.c
Fidei penuria per asini immunditiam indicata. 320.h
Filix, asini sanguis dicta. 312.g
Fimi equini vsus. 254.g
Flagella ex qua materia. 274.g
Fons caballinus cur sic dictus. 158.g
Fores. 263.a
Formicæ equites. 162.g
Fornicationis typus. 318.f
Fortis qui non dicendus. 337.d
Fortitudinis typus. 409.c
Fortunæ inconstantiam pensitandam esse. 376.h
Fori qui. 261.b
Foruli ludi qui. 261.b
Fremere. Fremitus. 93.b
Frenes qui morbus. 144.e
Frena cur sale conspergantur. 118.f. eorum duo genera. 118.f.g. molle & asperum vt differat. 115.c. partium eius nomina. 118.h. quot & qualia esse debeant. 115.b
Frigoris noxa. 298.b
Frons occipitio prior. 100.f
Frumentum in numis Dionysij. 232.f.g
Frumentum fertilitatis typus. 231.b
Fuscina quid. 352.f
Furor & concupiscentia equi quid indicet. 174.d
Futura qui semper expectent. 315.c

G

GABRIELIS Frascati de vnicornu opinio. 395.a
Galactophagi qui. 206.f
Galbæ in equum suum scomma. 127.d. vnde audacior factus. 369.c
Galenus quid in Diosc. animaduerterit. 408.g
Galleonececida. 311.d
Gallus gallinaceus in numo Selenuntinorum. 231.c
in numo Syracusanorum. 231.b
Galli Trebonani numus. 248.e
Gamba quid. 22.e
Gammarus in numo Syracusanorum. 230.b. in numo Tarentinorum. 233.e
Garganus equus. 190.e
Garrectus quid. 22.f
Gela vrbis numi. 231.d
Gelo equitationem cantui prætulit. 4.g. eius numi. 232.e
Gemmarum natura. 411.a
Genetis equi cur sic dicti. 54.h
Genserici impietas. 8.h
Gentes per asinos indicatæ. 269.d
Gentium populus indicatus. 321.d
Gentium obedientia indicata. 321.c
Gentiles per onagrum indicati. 357.e
Gentilitas bruta per asinam explicata. 315.a
Gentilitia religionis irrisio per asinum indicata. 318.e
Germanis equa caro interdicta. 207.h
Germanorum oculi. 43.a
Gesneri de vnicornibus quadrupedibus opinio. 404.e
Gestatio in vehiculis & lectica quid præstet. 140.f. & inde.
Gestatorium. 250.g
Getæ numus. 247.b
Giluus color qui. 39.d
Ginnus quid. 14.h & inde. a. 362.g. ab eo vt hinnus differt. 358.f
Gladij pro meta. 266.e
Glaucus equus. 188.h
Glauci fabula quid indicet. 5.d
Glaucus color qui. 41.b
Glaucum deci de oculis. 42.f
Glaucippus. 159.a
Gloria cupidi sunt elephantes. 442.f
Gordiani numus. 247.d
Goropij opinio de vnicornu. 385.d
Gothi equitandi periti. 5.a
Græcorum peritia in equitando. 4.f
Gramen natiuus equorum cibus. 95.e
Gratiæ Dei qualibet res est capax. 317.e
Gratitudo etiam in animalibus. 437.e
Gryps in galea Palladis. 232.h
Gryphes timent elephantos. 460.g
Gylippus. 159.a
Gygenus. 18.f

H

HABENAE & earum necessitas. 119.a
quæ laudentur. 121.e

Haeretici cur Onagris similes. 356. *f. Locustae dicti.* 167. *a. b. eorum principes per equum indicati.* 169. *c.*
Hannibalis astus. 435.*b*
Hamippus qui. 214.*f*
Harpages. 352.*f*
Harpe equa. 79.*c*
Harpe equus. 190.*e*
Harpinna equus. 189.*c*
Hastiludia Bononiensium. 293.*b*
Hecate quae. 313.*a*
Hecate tergemina. 184.*g.*
Hector cur hippodamus dictus 160.*f.*
Heluus color qui. 39.*d*
Hermionis triremis. 371.*c*
Hemionos. 371.*a*
Hemium. 118.*h*
Hemionitis. 371.*b*
Hemionium. 371.*a*
Hercules hippodotes dictus 186.*e*
Hermaphroditi equi. 93.*a*
Hermippus. 159.*a*
Heurippa. 160.*f*
Hieronis numi. 232.*f*
Hiero equor. studiosus. 8.*f*
Himerensium numi. 231.*d*
Hinnire. Hinnitus. 93.*b*
Hinnitus frequens quid in equo in dicet. 35.*c.*
Hinis. 15.*a*
Hinna. 15.*h.*
Hinnus quid. 14.*h.* 358.*e*
Hinnus & mulus vt differant. 358.*f*
Hinnus vt matri & patri similis. 359.*c*
ab Hinno vt ginnus differat. 358.*f*
Hinnulus quid. 15.*b. quid Plinio.* 358.*f*
Hinus quid Plinio. 358.*f*
Hippa. 158.*e*
Hippace quid. 207.*d*
Hippades. 158.*e*
Hippago. 164.*g*
Hippagogi milites. 164.*h*
Hippagrus. 19.*a*
Hippagus. 164.*h*
Hippalcus. 157.*b*
Hippalectryon. 162.*e*
Hipparchia quid. 3.*a.* 158.*e*
Hipparchus. 157.*b*
Hippardium. 162.*c*
Hipparenus. 158.*e*
Hipparis. 158.*f*
Hipparion. 162.*g*
Hippasus. 157.*c.*
Hippas ludus. 164.*f*
Hippe. 13.*a*
Hippelaphus. 122.*e*
Hippia. 158.*e*
Hippiades statuae. 164.*g.* 229.*b*
Hippias. 157.*e*
Hippice. 208.*f*
Hippie. 158.*h*
Hippidion. 13.*d*
Hippiscus. 164.*g*
Hippo. 158.*f*
Hippobinus. 164.*b*
Hippobotus. 158.*f*
Hippocampus. 162.*h.* 181.*d*
Hippocentauri an omnino fabulosi. 195.*d. & inde. cur laudati.* 81.*d. Antonio visus.* 197.*a. quid Plutarcho.* 122.*d*
Hippocharis. 162.*h*
Hippodorus. 157.*e*
Hippocles. 157.*c*
Hippocomi. 221.*d*
Hippocomus. 99.*d*
Hippocrates. 157.*d*
Hippocrates & Aristoteles conciliati. 138.*g*
Hippocrene. 13.*a.* 158.*f*
Hippocrenides. 160.*e*
Hippocronia. 165.*a*
Hippodamus. 157.*d*
Hippodamia. 160.*e.*
Hippodromus. 157.*d.* 158.*g.* 260.*e*
Hippodromia. 260.*h*
Hippolapathum. 163.*d*
Hippolochus. 157.*d*
Hippolytus. 157.*d. eius interitus.* 136.*h. ab equis discerptus.* 125.*b*
Hippomachus. 157.*d*
Hippomanes. 157.*d.* 163.*b. herba quae.* 27.*d. quid* 27.*b. c. & inde.*
Hippomania quid. 85.*b*
Hippomarathrum. 164.*e*
Hippomiges qui. 122.*h*
Hippomologi qui. 206.*g*
Hippon. 157.*c*
Hippona dea. 187.*d*
Hipponax. 157.*d*
Hipponicus. 157.*d*
Hipponus. 157.*d*
Hippopera. 165.*a.* 248.*g*
Hippophaes. 163.*a*
Hippophaestum. 163.*a*
Hippophonas herba. 124.*d.* 125.*d.* 163.*d*
Hippopodes qui. 133.*a.* 158.*g*
Hippophorbum quid. 90.*f*
Hippophorbus. 164.*h*
Hippopotamus. 162. *f. eius corium.* 444.*e. dentes quales.* 424.*f. Romae sub Gordiano visus.* 254.*g. vbi dentur.* 434.*h*
Hipporizon. 163.*b*
Hippos. 157.*e*
Hippos auis. 13.*d. piscis ibid.*
Hipposelinum. 164.*e*
Hippostratus. 158.*e*
Hippothele. 306.*g*
Hippothelae qui. 296.*g*

Hippotigris. 162.f.296.g
Hippothelas. 162.e
Hippotos. 157.c
Hippuria herba. 23.d
Hippuris. 163.b
Hippurus. 162.f
Hippus. 158.f
Hirundo in equis quid. 20.h.
Homo equus fallax ad salutem dictus. 205.a. pullo equino assimilatus. 172.h. eum quæ animalia ament.70.g. sanctius animal dictus. 418.e. ubi iumentorum vice. 416.f
Honores sæculares per equum indicati. 8.e
Honor præter meritum datus ut significetur. 333.a
Hordeum ut equis præbendum. 98.e. tosti vis. 25.a.
Hordeum canterinum. 17.b
Hostiæ cur cauiares dictæ. 190.h
Hospites in quadrupeda immutati. 136.f
Humanitas Alphonsi regis. 316.e
Hyæna Romæ decem sub Gordiano. 254.g
Hyelensium numus. 232.h
Hypoglosson. 162.163
Hypophæstum. 163.c
Hypsiaëtos. 332.g
Hysplinx. 262.e

I

Ibices ducenti picti in domo Pompeij. 294.g mille ad diripiendum data. 294.h
Ibyci equus de quo dicatur. 201.d
Idolatra per Balaan indicatur. 325.a
Ignari omnium typus. 314.e
de Ignauis prouerb. 333.b
Ignis terret elephantes. 462.f
ad Ignominiam imposita nomina. 311.a
Ilerda. 190.e
Immortalitas & lumen equi qui dicti. 279.c
Immunditiæ typus. 320.f
in Imperatis facile parentes prouerb. 375.e
Impetus immoderatus & ratione carens per equum indicatur. 173.b
Improbi equi dicti. 175.d
Imprudentes & peruersi equi diaboli. 172.f
Impudens asini typo notatus. 303.a
Incarnationis dominicæ typus. 357.a
propter Incestum equi qui se ipsos occiderint. 72.e
Inchoatum quod cito deseritur, per asinum expressum. 314.g
ab Incœpto turpiter desistentes ab asino excuti dicuntur. 337.b
Incitatus equus Caligulæ. 8.f
Indoctos voce prodi. 329.c
Indiuidua ut inuicem differant. 399.d
Indocilitatis futuræ typus. 314.f
Infans ex equa natus. 197.b
Infans cum capite elephantis. 463.a
Innocentia indicata. 488.e. per candorem indicatur. 463.b
Innus. 14.h. 362.g
Insanos euitantis typus. 464.e
Insidias venatorum ut elephanti fallant. 444.g
Instrumenta musica. 483.d
Integritatis typus. 409.e
Intemperãtia & lasciuia per equum indicata. 173.a
Inulus. 15.b
Ioan. Aemiliani de unicornu opinio. 386.f
Iracundus equo assimilatus. 174.c
Iræ definitio. 461.d
Iris equus. 189.d
Irrisionis signum. 315.a
Isachares asinus dictus. 314.e
Iuba quid. 24.e
Iuba verticalis. 24.f
Iuberti opinio de unicornu. 385.d
Iudæorum populus designatus per asinum. 322.h. 323.a
Iudaicus populus indicatus. 356.h. per mulam indicatus. 373.c
Iudicii inepti typus. 317.a
Iudicium ineptum. 177.a
Iugales. 249.c.279.b
Iumenta quæ. 2.a
Iumenta dossuaria quæ. 347.h
Iunonis equi. 181.a. hippia dicta. 186.e
Iouis currus qui. 222.h. eius currus antiquitas. 186.f. eius equi. 186.e. & inde. motus ut à solis & lunæ motibus differat. 186.g. tunica quid. 266.g
Iurare per equorum deam. 12.e
Iusta equa dicta ubi. 60.f.92.e
Iusti sunt equi albi. 166.f
Iustitia & veritas equi qui dicti. 279.c
Iuuentus ut equo assimilata. 82.e
Iuppiter eburneus. 484.485.

L

Labor fructu permutandus. 320.g
Labores in grauidis equis non obesse. 92.f
Laboris seruilis typus. 314.h
Laborem significat asinus. 320.g
Lactis differentia. 344.e
Lactuca asini. 312.f
Lahippus. 159.a
Lalisio quid. 352.f
Lamina ardens quale tormentum. 16.b
Lampon equus. 190.e
Lampus equus diei. 189.b. equus Hectoris. 189.b
Lamus equus. 190.e
Lapathum syluestre. 163.d
Lapis asinus dictus qui. 296.f
Lascius generare nolentis typus. 372.e
Lasciuiæ typus. 193.a
Lasciuia per equos indicata. 170.e. 173.a
in Laudantes illaudata. 467.d
Laurus in numo Aemiliorum. 234.g. Calpurniorum.

rum. 236.e

Lectica. 250.g

Lecti eburnei. 481.d

Lecticæ à mulis vectæ. 378.e.

Leænæ centum ad necandum datæ. 294.h

Leo asini à se occisi locum subit. 328.f.

Leones centum cæsi in spectaculis Pompeij. 470.h.

Leo ceruum conficiens in numo Hyelensium. 232.h. *cicuratur.* 446.f. *eius clementia erga homines.* 439.d. *elephantem timet.* 459.d. *cum interficiens asinus quid portendat.* 309.c. *cum eo vir pugnans in numo Domitiorum.* 237.c. *iubati centum Romæ ad interficiendum dati.* 294.h. *mansueti.* 60. *Romæ sub Gordiano.* 294.g. *in numo Commodi pictus.* 246.h. *in numo Neruæ lanceam mordicus prehendens.* 245.c. *eius rictus in numo Leontinorum.* 231.b. *cur timent gryphes.* 460.g. *vrsus Numidicus dictus.* 237.c

Leontinorum numus. 231.b

Leontiasis. 466.f

Leopardi mansueti. 30. *Romæ sub Gordiano.* 294.g *Libyci centum, & Syriaci centum ad necandum dati.* 294.h

Leporem equa peperit 133.a. *ex equa natus loquitur* 133.b. *in numo Messeniorum pictus.* 377.h

Leucippus. 159.a

Libido per hinnitum indicata. 169.d. *ei prudentia imperans.* 253.e

Libidinosi equi dicti. 84.h

Libidinosa mulier, asinaria Pasiphaë dicta. 311.b

Libertatis amans equus. 74.e

Libertatem incultam seruituti præferendam esse. 199.b.

Lignum aloes quid sit incertum. 398.f

Limen quid Virgilio. 262.b

Libri elephantini. 484.f

Linea alba. 261.d

Linea extrema quid. 262.f

à Linea incipere quid. 262.f. *pro fune accipitur.* 263.a

Linguæ serpentinæ vis. 413.d

Literæ caballicatæ. 220.g

Loculi eburnei. 482.e.

Locusta elephantus dicta. 419.a. *prius elephantem pariet.* 468.g

Longurium. 261.h

Lotus. 96.f

Lotus pratensis, panis asini dicta. 312.g

Luca pro magno. 420.g

Lucana armenta. 420.g

Lucani Lucæ dicti. 420.g

Lucanus explicatus. 270.e

Luciferi & Hesperi equi. 185.a

Lucri efficatia. 393.c

Lucra in quibus sunt miseriæ, non esse æmulanda. 329.b.

Ludouici Dureti de vnicornu opinio. 394.e

Ludouici Gallorum Regis facetum donum. 10.h

Ludicrum à Caligula inuentum. 293.d

Ludus asinus dictus. 301.a

Ludi Apollinares. 286.g. *Cereales.* 286.f

Ludos in Circo qui ederent. 286.c. *Circensium genera.* 259.c. *Circenses qui.* 284.f. *curules qui.* 288.g. *per desultores equos.* 256.e. *equestrium spectatores qui.* 258.g. *funebres.* 289.c. *Herculei.* 288.f *iuuenales.* 291.d. 292.c. *Latini.* 287.c. *magni.* 284.f. *à Consualibus vt differant.* ibid.g. *magni votiui.* 284.h. *Martiales equiria dicti.* 285.c. *Megalenses.* 285.d. *miscellanei qui.* 288.g. *natalitij* 289.a. *ostentionalis.* 294.f. *Persici qui.* 247.d. *plebeij & à quibus editi.* 288.f. *plebeij toti qui.* 288.g. *celetum.* 256.h. *Romani qui.* 288.f. *Romani toti qui.* 288.g. *qui equis fiebant, genera.* 256.g. *qui in prouincijs celebrabantur.* 259.d. *scenici.* 261.a. *seculares.* 288.e. *seuirales qui.* 256.g. *solennes qui.* 284.f. 288.h. *Taurij quibus sacri.* 287.d. 288.e. *Troianus.* 290.f. *& inde, eius origo ibid.*

Lunæ cur muli sacri. 375.d

Lunæ equi & bigæ. 184.e

Lunatæ pellis quid. 481.a

Lupi asinis inimici. 308.e. *dentes eorum quales.* 124.c. *equi terga prementes quid in somno portendat.* 234.f. *ab eis morsi pulli cur euadent generosi.* 124.f. *eos vt oderit equus.* 123.c

Lupus ceruarius. 359.a

Lupus solitarius. 297.b

Lupus instrumenti genus. 352.f

Lupus quale frenum. 118.g

Lupata qualia frena. 118.g. 124.e

Lusciniæ & cuculi de voce controuersia. 317.a.b

Luxuriæ typus. 318.e. 373.a

Luxuria per asinum indicata. 305.c

Luxuriosi per equum & asinum indicati. 320.f

Lycophori equi. 124.g

Lycospades equi qui. 124.e

Lyra cur barbiton dicta. 483.d

Lysippus. 159.a

M

MACRINI *numus.* 247.c

M *in Maledictis non se commouentes.* 335.c

Maledicentia punita. 136.e

Maliachmos qui morbus. 307.c

Maliæ affectus qui. 307.e

Malua equina. 164.e

Malorum vita lubrica per equum indicata. 169.c

Mamertinorum numus. 233.a

Mammarum in quadrupedibus diuersitas in situ & numero. 430.f

Mandibula inferior edendo solum mouetur, superior semper quiescit. 425.d

Mandra quid. 379.d

Mannus. 18.e. *& inde.*

Mannorum vsus ad nobiliora vehicula. 251.a

Manni tollusanes. 20.e

Manus nasuta elephantis quid. 427.a
Mappa quid. 264.f. 266.e. *in quibus ludis missa.* 286.e.
Mapparium. 266.g
Marca. 18.g
Marcomannus. 18.g.
Mare rubrum Oceanus Orientalis. 401.a
Maris color qualis. 43.a
Maris effigies. 133.a
Maris inuentum. 122.h
Martis equi. 186. e. *ei Romæ equus immolatus.* 190.g
Martialis emendatus. 302.h
Masanissæ modestia. 7.b
Massagetarum prælium. 214.e
Massylorum equitandi peritia. 4.h.
Mastix quid. 274.f
Mauritani ex equo pugnant. 245.d
Maximini nummus. 247.d
Medica. 96.g
Medicæ vis ad maciem. 367.d
Medicamenta singularia non prodesse omnibus venenis. 390.g
Megalenses ludi vnde dicti. 285.d
Melampus equus. 190.e.
Melanippus. 159.a
Menelai regia. 483.b
Mensa delapsi qui dicantur. 337.a
Mensæ eburneæ. 481.b
Menippus. 159.a
Mensis elatio vt indicata. 356.g
Menta equina. 164.e
Meretrices equæ dictæ. 187.a
Messeniorum nummi cum mulis. 377.b
Meta quæ. 265.b. *quot fuerint.* 265.a. *cur campsetria dicta.* 272.f. *eius figura.* 266.e
Metacherum quid. 362.g
Michael Archangelus equus rufus. 168.f
Micon pictor. 24.f.
Midæ aures cur in asininas mutatæ. 300.h. *cur aures asini habere dictus.* 311.c
Midas in aleis quid. 296.e
Miles propter ablatum equum punitus. 11.b
Militiæ dux cordatus & prudens. 177.b
Milton quid. 461.a
Minerua Hippia. 178.f
Minium. 461.a
Minotauri imago in numis Gelæ vrbis. 231.d
Missus quid. 264.f. 266.h
Missum confectum vt intelligatur. 266.h. 267.a
Missus ærarius qui. 267.a
Mithridates à quibus custodiri voluerit. 70.h. *scinges rexit.* 4.g
Mola inferior asinus dicta. 296.e
Molæ quando coronatæ. 348.f
per Molam asinariam quid indicetur. 322.f
in Molles & effæminatos prouerb. 338.e
Monoceros quid significet. 387.c
Monoceros, vide Vnicornis.
Monstra cur raro in magnis animalibus. 92.h. *quando fiant.* 93.a
Monychus Centaurus. 20.g
Morones asini. 361.a
Morsus pro ore. 26.f
Morsus piscis. 419.a
Moxij vt equos honorent. 9.e
Mulieris conceptum cutantis typus. 315.b. *cur equa dicta.* 86.g. *equos timent.* 2.g.
Muliebris fastus equæ comparatus. 74.f. *prægnantiam occultantis hieroglyphicum.* 315.a. *vt concipiat, etiam inuita.* 381.b. *vt steriles reddantur.* 380.b.
de Mulo ænigma. 359.d. *ætas.* 367.c. *affectus & eorum cura.* 368.f. *& inde. amicitia cum aqua Stygis.* 308.e. *an omnino sterilis.* 362.f. *& inde. eorum aratio.* 254.f. 379.a. *cum de asino pingere quid.* 334.g. 375.a. *eius astus.* 366.f. *audacia.* 366.e. *auguria.* 369.a. *& inde. beneficij memoria.* 366. *calcitratio correcta.* 367.a. *celeritas vnde.* 365.d. *centuriatus qui.* 380.g. *ceu volare visus.* 372.g.
Muli clitellati. 380.g. *cibus & potus.* 367.d. *ad clitellas aptitudo.* 378.h. *Cordis vis.* 380.b. *cur victoris præmium positus.* 378.e. *cur carrucaria dicta* 250.f. *cur Bias saginarit.* 375.e. *cur Lunæ sacri.* 375.d. *cur non olfaciat genitale.* 364. *cur diutissimè viuant.* 367.c. *cur Elei careant.* 365.c. *cur pestem facile sentiant.* 368.f. *Dei ministri.* 372.f. *per dossuarios certamen.* 256.e. *equum pariens.* 369.d. *electio.* 360.f. *& inde. fœcundum esse.* 361.f. *equitare regium esse.* 380.e. *eius epitaphium* 376.f. *generosiores vbi & ex quibus parentibus.* 365.b. *genus fœcundum vbi.* 359.c. *eis Græci comparati.* 370.c. *Heneti quales.* 365.b. *ex hiatu terræmotu facto prodiens.* 372.h. *ab eo hieroglyphica.* 372.e. *historica.* 372.f. *ex hordei esu hinniunt.* 367.d. *ingenium.* 366.e *inimicitia cum muribus.* 370.g. *laboris patientia* 365.d. *locuta est.* 370.e. *ad eius maciem.* 367.d. *Mariani qui.* 347.c. *Mariani vnde dicti.* 371.c. *morsus eiusque cura.* 368.h. *matrix quid.* 362.b *Matricis vis.* 381.a. *meritorij.* 380.f. *meritorij cur dicti.* 378.h. *mutuum scabunt, prouerb.* 374.e *natura & mores.* 369.d. *ne à muscis infestentur.* 368.h. *nomen varium.* 358.c. *odoratus.* 368.e. *partus pro ostento.* 362.f. *partus quid præsagiat.* 369 a. *pellis cineris vis.* 381.c. *pertinacia.* 366.e. *ab eo prouerbia.* 374.e. *pumili siue pumilij qui Martiali.* 358.f. *quæ loca ament.* 365.a. *quæ regiones careant.* 365.b. *quanta asinis præstantiores.* 374.h. *qui propriè dicatur.* 358.e. 370.g.

eius Renum vis. 381. a. robur. 378. e. sacramentum veneratur. 372. g. sceuophori qui. 380. g. setarum caudæ mira vis. 381. b. de seipsum in fluuio conspiciente apologus. 376. h. Sterilitatis eius causa. 362. g. de sterilitate opiniones philosophorum. 362. g. sordium auris vis. 381. h. Spumæ oris vis ibid. d. Sudoris vis. ibid. in suo pœmate vt nominarit Simonides. 2. e. stercoris vis. 381. per eos stratagemata. 376. a. synonima. 358. e. sympathia cum auribus natibus. 370. f. temperatura. 364. h. eius Testiculorum vis. 381. a. timor 366. e. vbi primum excogitati. 362. e. vbi aliquando pariant. 364. f. vbi ephippium & pondera ament. 23. a. vbi multi, vbi pauci. 365. a. vngulæ eius quales esse debeant. 360. e. vsus in vectione. 378. e. vsus in bello. 380. f. vsus in sacris. 375. d. vsus in agris & in vrbibus. 379. a. vsus in equitationi. 380. e. vsus in medicina. 380. h. 381. a. & inde. vsus in essedis. 250. h. vt matri & patri similis. 359. c. vt ab hinno differat. 358. f. vt educetur. 367. c. curta quid Horatio. 380. f
Mula herba. 371. a. & eius vis.
Mularia. 371. b
Mulares equæ quæ. 371. b
Mularis herba. 370. h
Mularis materies. 361. b
Muliones vehicularij. 371. d
Mulio perpetuarius. 371. d.
Malus Marianus, prouerb. 375. b
Mulomedicus. 371. d
Mulotriba. 471. d
Munificentiæ typus. 463. d
Munera quæ ingrata. 338. e
Muris inimicitia cum asino. 308. h. eua non capit elephas. 468. g. timetur ab elephante. 460. f. vt fugentur. 370. f
Muscis ne muli infestentur. 368. h
Muscæ promissis. 426. f
Muscæ equisiles. 162. h
Muscarium quid in equo. 23. c
Musimon. 18. f.
Musimones oues. 18. f
Mysteria magna aggredientis typus. 225. a
de Mysteria portante asino emblema. 316. f

N

NAbuchodonosor equus factus. 171. b
Nares cur equis diuidantur. 33. d
Narthesium. 481. g
Natium adustio vt curanda. 121. d
Natura nostra currui similis. 165. eius typus. 193. b
Naues ebore elaborata. 484. g
Naues equi maris dictæ. 179. b
Nautarum celeritas. 275. a
Neapolitanorum numi equum habent insculptum. 224. g. insigne. 349. d
Nestor cur hippolates dictus. 160. f
Neptuno cur equus tribuatur. 178. 179. cur Hippius dictus. 177. c. in equum mutatus. 192. h. eius equi quales. 181. c. qui. 188. h. lupi dicti. 182. e. ei equi immolati. 191. b. eius munus duplex. 179. c.
Neptunus hippocromius. 180. e
Neptuni Petræi fabula. 178. e
Neptunus taraxippus. 180. g
Neronis aurigandi peritia. 279. a. equitandi. 4. f. equum posteriore parte, specie simia vidit. 134. f. eius numus. 244. g.
Neruæ numus. 245. e. numus cum mulis solutis, eiusque explicatio. 377. c
Nestor cur hippolates dictus. 4. g
Nicippus. 159. a
Nicon asinus dictus. 309. c
Niniue equus dicta. 171. c
Nisceorum numisma quid indicet. 410. e
Nobilitatis Roman. signum 481. a
Noctua in numo Tarentinorum. 233. d
Noctua inter cornices, prouerbium. 334.
Nodia herba quæ. 370. h
Noctis equi. 185. b
Nothippus. 159. a
Nucerinorum numi. 232. g.
Numidarum equitandi peritia. 4. h
Numismata cum mulis impressis. 377. a. & inde.
Numi cum elephantis impressis. 478. 479
Nuncij cameræ, qui apud Germanos. 221. a
Nyctæus equus Plutonis. 189. b.
Nyssa quid. 264. g

O

OBedientia gentium indicata. 321. c
Obliuioris ingratæ effectus. 226. g
Oeni pictura. 315. b
October qui equus dictus. 190. f
Oculus domini quid præstet. 99. d
Oceanus Orientalis mare rubrum. 401. a
Ocimum Venerem stimulat. 89. c
Ocium equo inimicum. 84. g
Ocyroë in equam. 193. c
Odonta animal. 131. d
Oenomai regis fabula. 195. b. vt equorum studiosus. 8. f
Offa penita quid. 190. h
Oleastro coronabantur victores in Olympijs. 255. a. & inde. victoriæ præmium vbi. 282. h
Oliua in Calenorum numis. 232. g
Onager ab vnicorni differt. 403. a. eius æquinocca. 352. e. an æquinoctij index. 354. c. assuetus solitudini de quo dicatur. 357. d

capiendi ratio. 355. c. cibus & potus. 355. a. descriptio. 353. a. color ibid. b. duo genera. 353. c. ex eo & equa muli optimi. 360. f. in filios crudelitas. 354. g. gregarij sunt. 353. d. instrumentum quale. 352. b. mansuescit. 354. e. matris erga filios amor. 354. g. ab eo Moralia & mystica. 356. f. mores & natura. 353. d. ossium vis. 356. e. Fellis. 356. e. carnis dorsi. 256. e. Adipis. 256. e. Vrina. 256. e. Vngularum. 356. e. Medullæ. 356 e. Fimi. 356. e. ab eo prouerbia. 357. d. quæ loca ament. 353. d. quibus herbis maximè delectetur. 355. b. quo loco degant. 353. d. eius caro qualis. 355. d. sitis impatientia. 354. b. eius synonyma. 352. e. velocitas. 354. f. 20 Romæ sub Gordiano. 294. g. timidi sunt. 354. e. triginta picti in domo Pompei. 294. g. vbi optimi. 353. d. vsus in cibis & in medicina. 355. a. in eius venatione voluptas. 355. c. vt canes effugiant. 355. a. Zelotypia. 354. f
Onagros fabulæ nomen. 313. e
Onagrus. 352. e
Onagra, & onothera vnde dicta. 312. g
Oncare quid. 307. a
Onobletum. 312. g
Onobrychis vnde dicta. 312. g
Onocichla. 312. f.
Onnos machina. 313. b
Onocentaura. 313. a
Onocentauri. 197. d. 313. a. quos indicent. 318. e.
Onochiles. 312. f
Onocrotalus. 3. b
Onomordus. 312. g
Ononis. 312. f. vnde dicta. 300. f
Onophyllum. 312. f
Onopordon. 312. f
Onopyxus. 312. e
Onoscellia. 311. b
Onosma. 312. f
Oppidum. 263. b
Oppida eburnea. 484. b
Opulenti & alterius non indigentis typus. 463. c
Orchestra. 261. a
Origanum onitis. 312. a
Ornatus incitat admissarios ad libidinem. 89. d
Orneus equus Plutonis. 189. b
Oryx. 382. b. 387. d. 403. b. antiquis cognitum animal. 394. f
Ossa Balænarum pro vnicornibus. 385. a
Os an in corde equi. 27. a
Ossa igne ducit. 425. a. nullam præter exiccatoriam vim habere. 396. c
Ostracinda. 302. e
Otides vt equos ament. 123. a
Ouatio qualis triumphus. 222. f
Ouem asino permutare quid. 320. g. omnis rationis est expers. 303. c. in ouatione immolata. 222. g. quot morbis infestetur. 143. d
Oues feræ plurimæ addirspiendum datæ. 294. b. centum pictæ in domo Pompeij. 294. g
Ouillum stercus cur caprino sit melius. 351. a
Oua vria quæ. 359. a
Ouum vt aceto tenerescat. 367. b
Oxalis equina. 164. b
ex Oxyrincho pisce glutinum. 451. e

P

PÆONIAE vis. 390 g
Palasca quid. 190. b
Palatina quid. 146. e
Palilia quæ. 192. f
Palimpsesti vnde. 351. e
Pallas eburnea. 485. b
Palladij equi qui. 220. f
Palma in Calpurniorum numo. 236. e. in numo Dionisij. 232. f. in numo Emporitarum. 232. e. in numo Suessanorum. 232. g. eius nomine quid apud Lusum intelligatur. 283. c
Panchates equus. 190. e
Papaueris fructus in numo Hieronis. 232. f
Parabatæ qui. 215. b
Paralus nauis. 371. e
Parangaria. 220. b
Parangariati equi qui. 220. f
Paranymphi qui. 221. c
Paraueredus. 218. b. 220. b
Parentes suos venerantur elephanti. 440. b
Parippus qui. 218. b. 221. d
Parippon. 159. e
Parochi qui. 221. a. & inde.
Parthenia equa quæ. 8. b. 189. e.
Parthi cur equos heteropthalmos probarent. 44. g. eorum in equos studium. 4. b. ex equis pugnant. 246. g. vt equorum gressus emolliant.
Partus cur alijs multiplex, alijs non. 467. e
Pasiphae asinaria. 311. b
Pastomis. 119. a
Pastores Ecclesiæ equi dicti. 172. g
Patauini cur asinorum suspensores dicti. 349. b
Patris frugi, familiæ prodigæ typus. 316. e
vt Patriam ament elephanti. 442. f
Patientiæ typus. 305. a
Patroclus elephas dictus. 436. b
Patroclus cur equester dictus. 160. g
ex Paupere diuitem fieri periculosum esse. 338. f
Paupertatem & senectutem humaniter ferendam esse. 253. a
Pacem cur ominentur equi. 128. f. in eam emblema 468. e.
Peccati natura per equum expressa. 172. f
Peccatoris magni typus. 463. a. 356. f. equi dicti. 169. d
Pecten eburneum. 484. e
Pecten marinus in numo Pisaurensium. 234. e
Pedasus equus Achillis. 189. b
Pediculis caret asinus 307. e

Pegasus Bellerophontis quid. 80.e
Pegasus cur alatus dicatur. 80. e. in galea Palladis pictus. 232. h. in caßide Palladis. 233. a. in numo Antinoi. 246.e
Pegasi icon in numo Emporitarum. 232. e. in numo Syracusanorum. 231. b. in numo Petronij Turpiliani. 240. h. in numo Domitiani. 245. b. in Titiorum numo. 243. a. quid indicet. 176. f. in serpentem desinens in numo Syracusanorum. 231. b vbi nascatur. 194.e
Pegasides equi qui. 218.g
Pelops cur plexippus dictus. 160. f. vt Oenomaum vicerit. 293.b
Pelorus equus. 79.c
Peregrinatio homines reddit sapientes. 314.f
Persarum exercitus cur improbetur. 113. c. quæ filios docerent. 4.f.
Peridromus. 260.f
Persequutores sanctorum equi dicti. 170.h
Persius explicatus. 301.c
Pertinax equus qui. 128.e
Pertinax vt imperium nactus. 128.b
Perturbationes quatuor, quatuor equi dictæ. 171.d
Pedum vsus. 1.c
Pestis per equum nigrum indicata. 169.b
Petorritum quid. 249.d
in Petulantes & dicaces incidēs vt indicetur. 334.e
Phenix equus. 189.d
Phaeton equus. 189.b
Pharetra eburnea. 482.g
Phidippides cur dictus 157.b
Phidotæ Corynthij, equa. 77.c
Philemonis mors. 299.d
Philippeij qui. 159.c
Philippicus. 159.b
Philippides. 159.b
Philippus. 159.a
Philippi numus. 247.d
Phoë equus. 189.d
Phormidis equa cum hippomane inclusa. 28.f
Pietatem asinus significat. 317.c
Piger funiculum torquens. 315.a
Pilentum. 250.c
Pilosella cur clauorum herba dicta. 107.d
Pilosella cur clauorum herba dicta. 151.a
Pili caudæ in equo cur in summitate albescant. 38.h
Pili in equis partes corporis. 34. h. in cicatricibus equis renascuntur. 24. g. h. vt cicatribus concolores oriantur. 25.a
Piphinx auis. 332.g
Pipo auis. 13.d. 162.f.
Pisaurensium numus. 234.e
Plato cur equus dictus. 73. d. eius modestia. 7.b
Plaustrum. 250.g
Plinius correctus. 68. e. 87. d. 208. f. explicatus. 344. e. eius locus declaratus. 423. c. eius locus consideratus. 429. a. 453.b
Plostrum. 250.g
Plumbum in cerussam resoluitur. 367.b
Plutonis equi. 185.c
Pluuiæ imminentis signum. 310.c. 370.e
Pocula ex cornibus conficere antiquißimum. 411.c
Podarces equus. 189.d
Podarge quæ. 79.c. 189.b
Podargus equus Hectoris. 189.b
Polea. Polion. 29.a
Polea quid. 165.b
de Poloniæ regno certamen. 273.c
Polydamantis robur. 276.g
Polygonum. 371.
Pompeij de se dictum. 3.d
Pontones naues. 164.h
Popellus rudis per asinum indicatus 319.b
Poplites vnde dicti 22.f
Poppysmus quid. 112.h.
Populus circuncisionis & præputij. 321.d
Populus diabolo consentiens, per equum nigrum indicatus. 169.b
Populus insanus equo aßimilatus. 172.g
Populus sinister & malus, per equum rufum indicatus. 169.a
Porci cur cum elephantis enutriti. 476. g. ab elephante timentur. 460.e
Porcus agrestis. 297.a
Porci posthumi. 15.a
Porcellio. 162.h
Porculus insectum. 295.c
Porta eburnea. 425.c. 483.a
Porticus Metelli equestribus statuis exornatus. 228. 229.
Portitores qui. 221.a
Posidippus. 159.b
Posidoniatæ vrbis numus. 232.h.
Postæ. 218.f
Postarum magistri. 221.a
Posta magisterium quid. 220.g.
Posilena. 119.c
Potniades deæ. 126.f
Postomis quid. 26.h
Potamogeton. 163.e
Potestas aduersaria equus dicta. 171.c
Prædicator sanctus equus. 166.h
Prædo caballorum prætor dictus. 283.d
Præsepe. 48.g
Præsepia qualia esse debeant. 101.b. 107.b
Præsepe celeste. 296.f
Prætoris in Circo officium. 226.f
Pretiosa natura occultauit. 411.a
Principes terræ per equos designati. 172.g
Proboscis vnde dicta. 426.e
Probi de equo celeri dictum. 212. g. eius equus de quo dicatur. 202.h
Probos raro inueniri. 361.f
Procomium quid. 24.f
Profanitypus. 177.a
Promuscis quid. 426.e. vnde dicta ibid.

Pro-

Prophetæ equi albi dicti. 166.e. per equos pallidos indicati. 168.e
Propriarum rerum curam gerendam esse. 338.f
Prosedanum vitium quid. 89.c
Proserpina Leucippos dicta. 185.d
Proserpinaca. 371.a
Prosphori equi epitaphium. 9.a
Protocomium. 24.f
Prouidentia diuina. 356.f
Prudentia libidini imperans. 253.c
Prudentiæ & diligentia vltima felicitas. 253.b
Pruna asinina. 311.d
Psylla equus. 189.c
Psellium quid. 118.b
Pudicitiam quo pretio vendãt, matronæ Indicæ. 418 f. 434.e
Puella eburnea. 485.d
Puella equino pullo assimilata. 174.c
Pugillares eburnei. 483.d
Pugnacitas per equum indicata. 176.e
Pulium. 29.a
Pullium quid 27.c.29.a
Pullus. 13.c. 14. e. cur se ipsum castrarit. 72.g. ei dentes scaliones cur extrahantur. 107. d. ab eo deriuata. 165.b. & inde. labra eius vt mollian-tur. 107. d. à lupis morsi cur generosi euadant. 124.f. optimi descriptio. 29. c. probæ indolis signa. 35.b. quam diu lactet. 107. b. ei quemlibet colorem conciliari. 37.b. vt tractandus. 107.a. eius vngulæ vt indurescant. 107.b. vt ablactetur. 107.b. vt nascantur generosiores. 88. g. eius Zelotypia. 72.b
Pulli Veneris qui. 14.e
Pupillorum asinum abigere quid. 320.e
Purpura Megalensis quid. 286.e
Pyrois equus solis. 189.a
Pyrrhica militaris. 292.f
Pyrrhi cum Romanis pugna. 123.c

Q

QVADRIGA quid. 248. b. accipitur pro equo. 249.a. albas cur Plautus dixerit. 39.c. bigis honestiores sunt. 280. b. cur soli attributæ. 182. g. earum inuentio. 249.b. fictiles. 230.e. & ex ijs augurium. ibid.
Quadrupes. 18.f
Quadrupedum differentia. 1. c. eorum partus. 1. d. quæ ingeniosiora. 1. d. eorum tegumenta. 1. d. vt moueantur. 1.d
Quartarij qui. 371.d
Quinquennalia. 288.e

R

RANA quid in equis 20. b. 21.c
Rectorem imperitum negligunt equi. 77.d
Regna quatuor per equos indicata. 168.g
Religionis onus portantium typus. 326.e
Repagulum. 261.d. 263.a.
aut Rex aut asinus, prouerb. 334.b
Rex asino assimilatus. 300.b
Regum filij cur equitandi periti esse debeant. 5.b
Regis typus. 463.c. 464.e
Rhabarbari planta ignoratur. 398.e
Rhæbus equus. 189.c
Rhasi equi quales. 29.c
Rheda quid. 249.d
Rhinocerotis descriptio. 402. b. est vnicornis à Paulo Veneto descriptus. 405.d. non est vnicornis. 397. b. 402.f. in nummo pictus quid significet. 402.f. pugna cum elephante 459.d. pugna cum elephante. 471.a
Rhinocerotes vbi. 439. b. eius est vna tantum species. 284. d. vnus Romæ sub Gordiano visus. 294.g.
Rhododaphne quibus inimica. 370.f
Rhyta quæ. 411.c
in Ridicula narrantes, prouerb. 335.e
Risus equinus qui. 65.c
Robardi piscis dentes pro vnicornu. 393.b. 294.f
Romanorum equitationis peritia. 4. e. & inde. eorum imperij terminus. 400. g. familiarum eorum nummi cum equi figura. 234. c. vt Aburiæ. 234. f. Aciliæ ibid. Aeliæ g. Aemiliæ f. Aciliæ ib. Aeliæ g. Aemiliæ f. Afraniæ. 235.b. Anniæ ibid. Atiliæ c. Aquiliæ c. Asiliæ d. Aureliæ. ibid. Fabiæ ibid. Cæciliæ ibid. Calpurniæ. 236. e. Carisiæ. ibid. Cassiæ. f. Cipiæ. ibid. Claud. ibid. Cloulia ibid. Cæliæ. g. Considiæ ibid. Corneliæ ibid. Cosconiæ 237.a Cossutiæ ibid. Creperciæ ibid. Crepusiæ ibid. b. Curiatæ ibid. Domitiæ ibid. Durmiæ d. Egnatiæ. ibid. Fabiæ ibid. Fauniorum. 238. e. Flaminiorum ibid. Fonteiorum ibid. Fondaniorum. f. Furiorum ibid. Gelliorum ibid. Horatiorum ibid. Hostiliorum ibid. Itiæ familiæ ibid. g. Iuliæ ibid. Iuniæ ibid. b. Labienæ 239. b. Liciniæ ibid. Luciliæ ibid. Lucretiæ ibid. Mariantæ ib. c. Mamiliæ ib. Manliæ ib. Marciæ ib. d. Memmiorum 240. f. Mettiorum ibid. Minutiorum. ib. g. Mussidiorum ib. Næuiorum ibid. Ogulniorum ib. b. Opeimiorum ib. Papiriæ gentis. ibid. b. Petroniæ. ib. Pinariæ. 241. a. Plautiæ ibid. Porciæ ib. b. Postumiæ ib. Procilia ib. c. Rustiliæ 242. e Sauferæ ib. Sempronianæ ib. Sentiæ ib. Sepuliæ ib. Sergiæ ib. Seruiliæ. ib. f. Spurilliæ ib. b. Tarquitiæ ib. Terentiæ. 243. a. Titiæ ib. Titurię ib. b. Trebaniorum ib. Tulliorum. ib. Valeriorum ib. e. Varguntejorum ib. Vibiorum. ib. Vituliorum. ib. d.
Romuli triumphus. 222.g
Rondeletij de vnicornu sententia. 385.c
Rosmarus. 419.a
Rubri coloris vis. 462.e
Rudere quid. 307.a
Ruellij errores. 104.e

Sacra-

S

Sacramentum à mulo veneratarũ. 472.g
Sacrificia equestria quę. 6.e
Sęculum presens per equam designatum. 175.b
Sagma quid. 248.g
Satones qui. 221.a
Salamonis thronus. 483.a
Salentinorum numus. 233.a
Salo anis quę Gazę. 308.g
Saltatio bellica. 292.f. enodia quę. 291.d. pyrrhica 292.e.
Salutis signum in numo Selenuntinorum. 231.d
Samippus. 159.b
Samsonis fortitudo. 327.b
Samus equus. 189.d
Sanctorum animę equi. 166.f. eis cur equus prohibitus. 7.c. per myrtem indicati. 168.f
Sanguinis intuitus quid prestet. 461.d
Sanguisugam timent elephanti. 461.b
Sapientię symbolum asinus. 314.g
Saturnus in equum. 293.e
Satyros dari. 247.b
Satyri forma. 197.c
Satyriasis 466.f
Saxonum insigne. 224.h
Scaligeri de monocerote sententia. 406.g
Scalpentem vicissim scalpere quid. 374.g
Scarabęus cur asinus dictus. 302.h
Scarabeus equus lunę. 162.b
Scarabęi lucę qui. 420.f
Sceptra eburnea. 482.g
Scientia per rosas ab asino degustatas indicatur. 318 e. non est summum bonum. 66.f
Scilla vt libidinem excites. 89.d
Scipio eburneus. 482.h
Scipionis de Metello dictum. 302.f
Scorpio tormentum. 352.b
Scorpi... in numo Aemiliorum. 234.b. in Marciorum numo. 240. in numo Pinariorum. 241.a
Scuta ex corio Elephantorum. 428.g
Scyphius equus qui. 177.d
Scytha recusans asinum, prouerbium 339.b
Scythę vt reges sepeliant. 9.b
Semiasinus. 358.g
Sectarum diuersitas vnde. 387.a
Seiani equi color. 40.b
Seiuga currus Iouis. 182.g.
Selenontinorum numi. 231.c
Selimi humanitas erga equam. 10.f
Sella. 119.c
Sella curulis. 482.b
Sellaris equus. 15.c
Semiramis vt equum amaris. 8.b
Senectutem & paupertatem humaniter ferendam esse. 353.a
de Senibus mutuum fricantibus historia. 374.b
Sensus sinceri iudices veritatis. 386.b
Septum. 261.d
Sepultura triumphalis. 224.e
Serenitatis futura signum. 331.c
Sergij fortitudo. 242.f
Sertorij de cauda equina dictum. 23.d
Serpens elephanti pedibus constrictus in numo Cęsaris. 478.b
Serpentes quid significent. 463.d
Serpens Aesculapij in numo Tarentinorum. 233.b
Serpentes Cornuti. 403.b
Seueri numus. 247.a
Sermos cur excęcent Schytę. 206.g
Seruitutis futura indicium. 310.e
Sesonchosis inuentum. 122.g
Sessio in equis quid prestet. 139.d
Seta de quibus dicatur. 22.d
Seueri numus. 247.c
Sibulus quibus proprius. 457.a
Sibaryta vt victi. 68.e
Sicilia typus. 231.b
Simia quale animal. 334.e
Simia assueta vinum bibere vnguibus carent. 367.a
Simile simili places. 335.b
Simonides pullus equinus dictus. 74.g
Simplices per asinum indicati. 319.d
Simplicitas fidelium per asinum indicata. 320.e
Simulacra deorum eburnea. 484.b
Singulatores qui. 257.c
Sinuessanorum numus. 232.g
Societatem fugientis typus. 357.d
Soli cur equus immolatus. 190.b
Solem Iudai Deum esse crediderunt. 183.c. ei & Luna cur equi attributi. 182.f. ei equos & currus tribuere vnde natum. 183.d. eius equorum color. 182.h. cibus. 182.c. nomina. 189.a. eius simulacrum vt expressum. 183.c.
Socles ab equo amatus. 71.d
Solea nunquam consumenda. 351.d
Solinus correctus. 94.f
Solipeda quę. 1.c
Solitarij typus. 356.h
Somniare quid. 65.c
Sonipes. 18.f
Spartum quid. 315.316
Spartum torquentis Ocni fabula. 315.b
in Spectaculis videndis populi Rom. voluptas. 257. 258.
Sphęromachia. 301.302.
Sphinx in galea Palladis. 231.h
Spini cum asino inimicitia. 308.g
Spodium quid. 487.b. eius preparatio. ibid.c.
Sponsiones in ipsis certaminibus. 281.a
Spuma vnde fiat. 65.a. cur sic alba. ibid.b.
Stabulum quale esse debeat. 100.f. & inde.
Stadium. 260.f
Stapedes. 120.h. eis veteres carebant. 20.b
Statua Circenses. 229.d. equestres eorum qui in Olympicis vicerunt. 226.g.

Stellæ asini dictæ. 296.f
Stella Orientis symbolum. 246.c
Stellio asino inimicus. 318.h
Stenon equus. 188.h
Sterilis mulieris typus. 362.f.372.e
Stipes quale tormentum. 16.e
Stoliditatis typus. 314.f
Stramonia. 27.d
Stratippus. 159.b
Stratores qui. 222.e
Strepsiadę de filio suo dictum. 6.f
Struthiones mille Romę diripiendi dati. 294.h
Struthiones Mauri miniati picti in domo Pompeij. 294.g.
Struthiocamelus an equum odit. 123.b
Strymon equus. 190.e
Stultitia simulatę icon. 226.g
Stultorum vecordia. 322.b
Stygis aquę frigiditas. 308.e. eius vis. 126.e. venenum vt extinguatur. 370.g
Subsellares. 120.b
Succinum siue ambra coronaria. 398.g
Sucula quid. 295.d
Succussationis noxę. 139.a
Sudor vnde fiat. 391.a
Suessanorum numi. 232.g
Suffrago quid in quadrup. 22.f
Sumpterum quid. 307.c
Superbi equi dicti. 172.f
Superbi per equos & asinos indicati. 320.f
Superbia & magnanimitas equo adscripta. 73.a. eius typus. 318.e. per equos indicata. 170.f.173.a. 373.b. domita per equum album indicata. 225.a.
Sus ex elephanto nata credita. 426.g
Suis rostrum vt ab elephanti proboscide differat. 426.g. vt elephanto inimica. 426.g
Suilla equo inimica. 104.g
Suilli stercoris vtilitas. 351.a
Sybaris fluuij vis. 126.f
Synoris quid. 249.d
Symphytum alterum auricula asini dictum. 312.f
Synagoga per asinam indicata. 322.e.h
Syracusę symbolum. 230.f
Syracusanorum numi cum mulis. 377.a

T

TABVLAE deletiles. 351.d. eburneę. 484.f
Tabellarij. 221.c
Talos an habeant equi. 22.f
Taraxippus. 273.b. Deus qui. 280.g
Tarentinorum numi. 233.a.& inde
Tartari equino sanguine aluntur. 207.a. eorum in lacte equino ceremonia. 191.c. prędandi modus. 65.d. prędantes vt equitent. 214.g.h. vt equos alant. 98.f
Taurus ara insistens in numo Selenuntinorum. 231. ex eo & asina natum animal. 358.f. cur à pluribus nominetur Bacchus. 411.c. cornupeta in numo Arpanorum. 234.e. fluminibus consacrati. 191.c nigri Neptuno immolati. 41.c. eorum pugna cum elephantis. 470.g. 471.a. superbię typus. 318.e
Tauri syl. infestus est eleph.ae. 460.e
Tauri Aethiopici cornua vbi. 424.e
Tauri Cypriani centum picti in domo Pompeij. 294.e
Tauri Lucani. 420.g
Tauri vnicornes. 387.d
Tauri syl. vnicornes. 403.b
Telesippus. 159.b
Temones quot in curru. 280.f
in Temerarios. 252.h
in Temeritatem. 252.g
Temonarium quid. 377.d
Temperantia per mulum indicata. 373.a. eius typus. 464.e
Templa propter ereptos equos erecta. 11.d
Terma siue terminus. 265.a
Termitanorum numi. 231.c
Terror & pauor equi. 188.h
Testitudinem equus insequitur, prouerb. 201.a de eo & equo apologus. 299.a
Theatrum hippicum. 260.b
Themistoclis peritia in equitando. 4.g
Thensa quid. 250.b. quid indicet. 241.d
Theopompi regis dictum. 111.b
Theron equus. 190.e
Thessalorum inuentum. 122.h
Thieldones. 20.e
Thoës equus. 190.e
Thomæ Iordani de vnicorni opinio. 384.f
Thorax militaris ex vngulis equi. 216.b
Thraces vt equos alant. 98.f
Tiberius cur Callippides dictus. 159.d
Tibia eburnea. 484.f
ad Tibias vsus ossium asini. 351.c
Tigris cicuratur. 446.f. decem Romæ sub Gordiano. 294.g. pugnat elephanti. 460.a. vbi copia. 433.b.&c.
Timiditatis causa. 326.h
Tisamenophantippi. 159.d
Titi numus. 244.h
Tormaches qui. 292.h
Torneamenta vnde dicta. 292.g.
Totila equitandi peritia. 5.a
Tractatores. 221.d
Traha vel trahea. 250.b
Traiani numus. 245.e
Trama quæ eiusque vtilitates. 139.b
Triclinium antiquissimum. 411.d
Trifolium caballinum. 96.f
Trifolium caballinum. 164.a
Triga cur inferis attributa. 182.g
Trigarum certamen. 280.h
Trimarcisia quid. 215.a
Tripodes eburnei. 242.e

Trisip-

Trisippium quid. 202.g
Tritonis imago in numis Syracusanorum. 230.h
Triumphandi modus. 222.g
Triumphantium currus qualis. 223.a
Triumphantium equi qualis. 222.h.223.a
Triumphantium filij insidere equis soliti. 223.d
Triumphorum apud Romanos genera. 222.f
Triumphus magnus qui. 222.f
Troglodytæ vt elephantes capiant. 451.b
Troiæ fatum. 317.c
Troiæ ludus, certamen equestre. 257.d
Troia siue Troianus ludus. 290.f.& inde
Troiæ ludi antiquitas. 256.g
Trossuli qui. 15.c
Trotones equi. 19.e
Tuellus quid in equis. 21.e
Turcarum eunuchi toti castrati. 109.c
Turcicorum equorum soleæ & habenæ. 105.a
Turdaria. 312.f
Tyndaræi iusiurandum. 9.a
Tyddones equi. 20.f

V

VACCAE vnicornes. 387.d
Vacerra quid. 48.h
Vaginæ eburnæ. 482.f
Valus equus Belisarij. 40.e
Vaniloquentia despectus indicatus. 464.e
de Vario & Asino apologus. 330.f
Vartomanni de vnicornium ingenio sententia. 393.a.
Vectationis retrouersæ effectus. 140.b
Vaticanum. 259.b
Vectigal carrucarium. 377.d
Vectio per equum duplex. 248.f
Vehia quid. 250.g
Veneni curatio. 380.h
Venenis omnibus medicamenta non prodesse. 390.g
in Ventris explendi gratia contumeliam ferientes prouerb. 337.d
Veneris equi.185.d. hippodamia dicta. 185.d
Veredarius qui. 18.e
Veredarij qui. 218.f
Veredus qui & qualis equus dicatur. 17.c.217.d
Veritas & falsitas vt discernantur. 397.d
Veritas & iustitia qui equi dicti. 279.c
Vermes elephantes inuadentes. 461.c
Vertumnus qui ludus. 257.a
Veri Imp. amor erga equum. 8.g
Vespæ cur ex equo nascantur. 84.g. earum typus. 176.e
Vestæ equus. 187.a
Victor elephas dictus. 497.d
Victoriæ equestris symbolum. 233.a
Victores præmio defraudati. 283.d
Victorum in sacris certaminibus statuæ. 283.b
Victoria vt studiosi auriga. 272.h.273.b
Victor vt declaretur in sacris certaminibus. 283.d
Victoriæ præmia. 283.b.& inde. eius præmium oleaster. 282.h. in sacris certaminibus nobilitas.282 h. eius in sacro certamine typus. 230.f
Vilissima sequentis typus. 464.f
Vinum equus poëtæ. 205.d
Vini potus malis effectus. 367.a
Viri frugis, vxoris prodigæ typus. 315.b
Viri frugi typus. 464.f
Virgilius explicatus. 128.h
de Virgine immolanda somnium 134.f
Virgines hemionides. 371.b
Virtus vitiorum domitrix, in numo expressa.246.h.
Vires quæ præ cæteris admirandæ. 411.b 411.b
Vires suas cuiq; metiendas esse. 330.e
Vires superstitiosæ. 408.f
Viscum ex oxiryncho pisce. 451.c
Vitæ breuitatis causa. 367.c
Vitis vini vel vbertatis vel bonitatis symbolum in numo Poseidoniatæ vrbis. 232.h
Vitis ab asino derosa felicius prouenit. 309.a
Vlyssis stultitiam simulantis icon. 226.f
de Vmbra Delphica pugnare quid. 339.a
Vngula pro equo. 30.g
Vngula caballina. 164.e
Vnicornia animalia quæ. 387.d
Vnicornia duo tantum animalia. 394.g
Vnicornia animalia multa. 403.b
Vnicornis an detur. 384.h.397.c. de eius castitate falsa dici. 409.d. de eo cur diuersimode scribatur. 396.h. 399.c. cur Romæ nunquam delatus. 400.f. dari.394.g. 401.b.eius descriptio ex Barthema. 388.e. ex Cardano.384.g. ex Berthema. 405.d. ex Paulo Veneto. 388.e. ex Paulo Veneto. 405.c. ex Phile. 404.f. & inde. diluuio vniueruersali perijsse fabulosum. 384.h. eius historia cur obscura semper fuerit. 398.h. magnitudo. 392.h. malè à pictoribus pingi. 386.e. ab eo moralia. 409.c. eius nomine quale animal intelligatur.396.f.
cum non dari. 392.g. 396.g. non dari dicentibus respondetur. 397.c. non est rhinoceros. 397.b. in numo Nysseorum expressus. 405.a. de eo opinionum varietas. 384.f.& inde. cum eius pictura, symbola. 410.e. propriè dictus qui. 387.d. quale sit animal. 401.d. cornua qualia. 393.h. quid significet. 387.d. 392.g. quotupliciter accipiatur. 403.a. eius raritas. 399.b. reuera dari etsi sit incognitus. 398.e. de eo recentiorum testimonia. 405.b. recentiorum an sint veri. 405.c. Romæ nunquam visus. 389.b. eius synonyma.396.f. vbi habitet. 404.g. verus qui. 388.f. vt pabulum petat. 393.a. an omni veneno aduersari possit. 413.a. an illato veneno sudet aut in humore bulliat illato veneno.
Vnicornu ab antiquis non visum esse. 506.g. eius color niger vt intelligendus. 406.f. color eius varius.

rius. 406. cur negetur, vnde ortum. 396. e. cur bullas in aqua excitet. 391. b. ex eo cur pocula à regibus facta. 392. e. eius descriptio. 389. a. 419. f. de eo experimenta. 389. c. & d. de eius facultatibus multa. 408. f. de eius facultatibus occultis coniecturæ doctæ. 411. b. eius felix successus. 412. e. fragmenta in officinis qualia. 395. a. eorum quæ apud principes sunt, diuersitates. 397. a.
Vnicornua Anglica qualia. 389. e
Vnicornu Antuerpiani descriptio. 385. d
Vnicornu Cardinalis Tridentini descriptio. 412. g
Vnicornu ducis Mantuæ icon. 415.
Vnicornu Heluetiorum. 389. a. non esse genuinum. 407. b
de Vnicornu Lutetiano iudicium. 388. h. eius descriptio. 284. h. genuinum esse. 407. a. & alia quæ similiter genuina, ibidem, eius descriptio. 394. h
Vnicornu Pontificis. 385. a
Vnic. Sigismundi Polonor regis icon. 415.
Vnicornu Venetorum. 385. a. eius descriptio. 388. h.
Vnicornu genuini truncus vbi. 407. d. pro eo lapis venditus. 410. h. maxilla. 410. g. non esse cardiacum. 393. d. non esse deciduum. 394. h. non sudare illato veneno. 391. a. nostrum, dens est rohart piscis. 394. f. eius occultæ proprietates. 410. h. olim non sumebatur intra corpus. 410. f. g. pro eo ossa balænarum. 385. a. eius pretium. 412. f. de eo quæ vulgo dicantur. 397. a. quibus cordis paßionibus vtile. 394. e. quid sit. 387. e. quo pondere præscribendum. 385. c. de eo recentiorum figmenta. 391. a. sententia Bondeletij. 385. c. eius vires veræ & fictitiæ. 391. b. vires ascriptas esse falsas. 390. e. de eius viribus experimentum. 385. b. vitiatur. 410. g. eius vsum qui primum introduxerint. 387. b. vt sudare dicatur. 413. c. vt omni veneno prodesse sit dicendum. 413. d. vt versuræ in eo intelligendæ. 406. f.
Voluptas asinæ stoliditas dicta. 317. d
Volucer equus Veri. 8. g. 9. b. 189. d. vt adornatus. 10. e. eius simulachrum aureum. 230. e.
in Vocis absonæ hominem. 307. b
Vrania ludus. 334. h
Vrinatores cur nares sibi diuidant. 33. d
Vrsi ducenti ad necandum dati. 294. h. mille vno die spectandi Romæ dati. 294. f
Vrsi Lucani. 420. g
Vrsi Numidici. 273. e
Vrticæ vis in excitanda libidine. 89. e
Vua vini præstantiæ signum in numo Tarentinorum. 233. b.
Vua asinisca. 312. e
Vuallachus. 18. h
Vxores & equi qua in re similes. 100. e
Vxoris prodigæ, viri frugi typus. 315. b
Vxori vt congrediendum. 113. a

X

Xantippus. 159. b
Xanthus equus Achillis. 189. b. equus Hectoris. 189. equus solis. 189. a
Xerxi mulæ partus infaustus. 369. e

Z

Zausij qui. 221. a
Zebræ Indicæ historia. 416. e
Zelotypia equorum. 86. f
Zeuxippus. 159. b

GRAECA.

A

Αγονομόχθος. 358. h
Αἱμίονος. 358. g
Ἄλλα. 14. e
Ἄμπυξ quid. 15. d
Αμφίππος equus. 15. e
Αναβάτης. 87. e
Ανάγυρος. 312. e
Αποκάμπτειν quid. 116. b
Απορράξις. 302. e
Ἅρπαξ. Αρπάγη. 352. f
Αστράβη quid. 347. e. 358. g
Αστραβηλάτης. 371. d
Αφετηρία. 261. b

B

Βαρβὶς. 261. d
Βατὴρ quid. 265. b
Βατραχίζειν. 21. d
Βῆμα quid. 120. h
Βοῦς λαρινοί. 420. g
Βόρταχος quid. 99. d
Βέπαλος. 296. g
Βράχαλος. 93. e
Βραχίονη. 22. h
Βρικὸς. 296. g
Βρωμήεις. 296. g
Βρωμῶμαι. 307. b

Γ

Γαργαλισμὸς. 36. e
Γίννος. 14. h
Γνάθος. 26. h
Γρωθάνη. 296. g

Δ

Δάμνας. 14. e
Δίφρος. 249. e

INDEX.

E

Ἕδρα quid. 23.a
Ἐλέφας τριςὸς. 479.d
Ἐλεφαντότομος. 467.a
Ἐμβάσκις. 426.g
Ἐπιβάτρον. 295.d
Ἑτερόγονον ζῶον. 359.b
Ἐφίππειον. 254.b
Ἐφίππιον quid. 254.b

H

Ἡμιόκυρος. 372.e
Ἡμιόνιον auis. 371.b
Ἡμιονίτιδες ἵπποι. 371.b
Ἡμίονος. 358.g

Θ

Θήρ. 419.e
Θηρίον. 419.e
Θὼς. 359.a
Θοιὰ. 359.a
Θυσίαι ἱππάδες. 6.e
Θρὼς. 359.a
Θὼς. 359.a

I

Ἴκκος. 14.e
Ἴννος. 14.b
Ἵπος quid. 12.e
Ἱππάκη. 48.g
Ἵππος & eius etymum. 12.g. varia significationes. 12.b
Ἵππαγρος. 19.a
Ἱππαφέσις. 261.d
Ἵππας. 12.g
Ἱπποβάμονα ῥήματα. 8.e
Ἱπποβάτης. 87.d
Ἱπποβόται qui. 6.f
Ἱππόνομα quid. 88.d
Ἱπποτροφοῦντες. 6.f
Ἵπποι ἡμιονίτιδες. 371.b
Ἱπποφορεὺς. 20.f
Ἱπποστάσιον. 48.g
Ἱππόθορον quid. 90.f
Ἱππῶν. 48.g

K

Καβάλλος. 14.g
Κακκάβη. 14.e
Κάλπις. 14.e
Κάλπις qualis equus. 256.e
Καμπτὴρ. 262.e
Καμπτός. 262.e
Κανθήλιος. 296.b
Κανθὶς. 296.g
Κάνθων. 296.g
Καπρία quid. 37.e
Κελήτιον quale nauigium. 15.d
Κέλης. 15.b
Κέντρον σιδηροῦν quid. 274.g
Κέντρον. 17.a
Κεράσαι quid. 411.e
Κερχίσιον. 260.b
Κήλος asinus qui. 297.b
Κίλλα. 296.b
Κιλλὸς. 296.b
Κιλλακτὴρ. 313.e
Κλητῆρες. 297.a
Κολοκώνη. 262.e
Κοπρὸς quid propriè. 254.g
Κορύνη. 298.e
Κόττος. 13.e
Κρεάγρα. 752.f
Κτήνη. 14.e
Κτήνη. 421.a
Κτῆνος. quid Graecis. 2.e
Κύνοπλος. 21.d
Κυθύλος. 296.a

Λ

Λέπαργος. 21.d
Λύκος. 352.f

Ξ

Ξύλον βασανιστήριον. 16.f
Ξυστρὶς. 249.d

M

Μάρονες. 361.a
Μεγάμυκος. 296.g
Μίμων. 297.d
Μέρων. 14.e
Μισοκυνίον. 21.d
Μετακύνιον quid. 22.e
Μιμηγμὸς. 93.e
Μονιὸς. 297.a.352.e
Μονίππος. 15.e
Μονοςραβὴς. 358.b
Μυκάομαι. 307.b
Μυκασμὸς. 426.e
Μύκλα quid. 298.e
Μύλος ὀνικός. 296.f
Μυκτὴρ. 426.e
Μυχλὸς. 297.b
Μωρία. 14.e

Νάνος

N

Νάννος. 15.a
Νίννος. 15.a
Ναυτίας. ναυτοφόροι. 374.f

O

Ογκηστὴς. 297.b
Ογκηθμὸς. 307.b
Ὄζαι quid. 353.c
Ὀκρίβας. 297.b
Ὄλκας. 359.a
Ὄναγρος. 352.e
Οναγρόβοτα loca. 355.e
Ὀνάριον. Ονίδιον. Ὀνίσκος. 296.g
Ὄνιυος machina. 313.b
Ονηλάτης. 313.e
Ὀνίσκος. 295.e. æquivoca ibid. 296.e
Ὀνῖον. 313.e
Ὄνος & eius æquivoca. 295. 296. unde dictus. 293.e
Ὄνου πόκες. 315.e
Ὀνοβάτην. 313.e
Ὀνοβάτις. 313.e
Ονοβάτις quæ mulier dicta. 350.e
Ὀνόγυρος. 312.e
Ὀνοκάρδιον. 312.e
Ονοκώλη. 312.b
Ὀνοπέταλον origanum. 312.g
Ὀνόπη. 312.e
Ὀνόπυξος. 312.e
Ονόσκελοι dæmones. 312.g
Ονοσύπταξ. 302.f
Ὄνωνις. 312.f
Ὄνωσις. 312.f
Ὀπλή. 20.b
Ορνόκομος. 371.d
Ορεὺς. 359.a
Ορθοδρομεῖν quid. 116.b
Ὀρεόκομος. 371.d
Ὀσφὺς quid. 338.e
Ὄτρια. 359.a
Οὐρεὺς. 359.a
Οχεῖον. Οχευτής. 87.e

Π

Παλιντριβὴς. 347.e
Πέδη quid. 117.e. 256.e
Πέθλος. 254.g
Πελλὰς. 297.b
Περίοσας. 419.e
Περόνη quid in equis. 22.e
Πρόβατον quid indicet. 320.g
Προβόσκις. 406.e
Προίπτωσια κομβωνίματα. 256.b
Προτομαία quid & cur sic dicta. 426.f
Πυρὸς quid. 97.d
Πωλεῖα. 14.e
Πωλεύειν. 14.e
Πωλίον. 14.e
Πωλοδαμεῖν. 14.e
Πῶλος. 14.e

P

Ῥόγχος. 26.b

Σ

Σῖνος. 359.a
Σῖρος. 359.a
Σκάλαξις. 14.e
Σόβα quid. 23.d
Συσίας. 22.f
Σπατίλη. 254.g
Συριγμὸς quid. 457.a
Σφενδόνη. 265.e
Σχέλη. 22.g
Σωματηγὸς. 359.b

T

Τέτρωρον. 249.b
Τέτριππον. 249.b
Τίλος quid. 254.g
Τόρμη quid. 292.b
Τρίπηδαν quid. 117.e

Υ

Ὕννος. 15.d
Ὑποζύγια. 249.e
Ὑποζύγιον. 257.e
Ὑποχρίειν. 20.f

Φ

Φοράδες. 14.e
Φορειὺς. 299.e
Φῦκα quid. 425.b
Φρυμάττεσθαι. 93.b
Φρυάττεσθαι quid. 73.d

X

Χαλινόν. 118.b
Χρεμετίζειν. 93.b
Χρυσάμπυξ. 15.d

Ψ

Ψάλιον. 26.b

HEBRAICA.

Achastranim. 352.f
Achastramin. 359.b
Aiim. 297.d
Atonot. 297.e
Behemah. 420.b
Boredlo. 352.e
Caar. 297.e
Chamor. 297.d
Dephil. 419.a
Dephil. 421.a
Gaiedor. 297.a
Ponda. 359.b
Nusi. 12.f.
Pered. 352.d
Pered. 359.b
Perutyah. 359.b
Phil. 421.a
Pirdach. 359.b
Rechem. 297.e
Reem. Remin. 399.c.
Reem. 401.d
Remin. 401.d
Rekesch. 12.f.
Rekesch. 359.b
Schen. 421.a
Sus. 12.f
Sus. Susah. 12.e
Sarbas. 297.a

CHALDAICA.

Cudana. 359.b
Cili. 297.e
Ramakim. 12.
Remena. 402.d
Romena. 399.e
Husuatha. 12.f

ARABICA.

Alcherchedam. 13.b
Alpheraz. 13.b
Atan. 297.e
Beale. 359.b
Beluz. 421.a
Cenalfa. 421.a
Faras. 12.f
Kegal. 359.b
Metha. 351.d

ITALICA.

Alicorno. 396.f
Acchinea. 18.e
Cauallo. 18.g
Cauallino. 18.e
Chinea. 20.f
Destriero. 18.g
Elefante. 421.a
Lioncorno. 396.f
Leofante. 403.d
Leofante. 421.a
Naspa. 296.e
Palafreno. 18.e
Roncino. 18.f
Vbino. 20.f

HISPANICA.

Asno. 297.e
Cauallo. 18.b

GALLICA.

Asne. 297.e
Cheual. 18.g
Elephant. 421.a
Hacquenee. 20.f
Iumant, quale animal.
Nohare. 419.a

GERMANICA.

Esel. 297.e
Gaul. 18.b
Gaul. 18.b
Haspel. 296.e
Helfant. 421.a
Hoxs. 18.f
Kernen. 21.d
Marc. Mer. 18.g
Roß. 18.b
Kalem. 224.b

BELGICA.

Elefant. 421.a
Esel. 297.e
Merrie. 18.b
Merrie. 18.b
Raerte. 18.b
Ruyn. 18.b
Tellenaer. 20.e
Sprinckheinst. 18.b

ANGLICA.

Asse. 297.e
Horse. 18.b
Mare. 18.g
Ramage. 18.f
Olefant. 421.a

POLONICA.

Konij. 18.b

BOE-

INDEX.

BOHEMICA.

Kum. 18.h

ILLYRICA.

Kobyla. 18.h
MeZace. 359.b
Micha. 18.e
Osel. 297.c
Sion. 421.a

VANDALICA.

Kobyla. Saumar. 18.h

AETHIOPICA.

Ytembo. 421.a

INDICA.

Amme. 421.e
Ati. 421.a
AZete. 421.a
Pacos. 18.h
Ruch. 422.g



Mendã

MENDA LECTOR AMICE SIC EMENDA.

In eodem, lege, in eosdem f. 3. d. ὀρνίθιον. l. ὀρνίθων. 13.e.comprehẽsem.l.cõprehensam.24.e.χάρτην. l. χαίρην. ibid. prebentur.l.probentur.25.b.quasit.l.quatit.30.g.oblenga.l.oblonga. 32.e.bonorũ oculorum & pilosæ caudæ. l. bonos oculos & pilosam caudam. 35.a.veberetur.l.veheretur. 39.a.hamus.l. hactenus.47.d.Strabo.l.Stradano.53.b.verbetibus.l.verberibus.78.f.Bellephorontis. l. Bellerophontis.80.c. incundam l. ineundam.89.d. ductu l. dictu.90.g.optimam.l.optimum. 100.e.fremi l.freni. 103.b.curilibus.l.curulibus.107.d.fiet.l.fiet. 108.f.animosi.l.annosi.110.g. in margine.sonontes.l.sonantes.111.e.Mardacitatem.l.mordacitatem.114.e.grandarij.l.gradarij.117.a. stimul.l. stimuli.119.b.equotum.l.equorum.124.g.Pertinax victus fuit, dele victus.128.h.requirisse.l. requisiuisse.129.d. acderet. l.accederet.131.a.diuendubant.l.diuendebant.136.e.hon.l.hoc. 138.f.cunt.l.eunt.141.d.ocdicit.l.occidit.144.e.macesset.l.macrescit.144.f.multa l. multo.147.b.Pheicippides.l. Pheidippides.157. in margine. deuorandum. l. deuorandam. 157. d. ἱπποογνώμων.l. ἱπποογνώμων 158.e. duruum l. durum.168. f. infermi.l.inferni. ibid. regi. l. rei.172.f. ocrusset.l.occurrisset. 173.c. Sole.l. solere. 176.g.Etimolugus.l. Etimologus.178.f.Hippocromius.l.Hippocronius.180. e. quod l. quos.183.d.meliora l.meliore.191.c.firmem.l.firmam.193.b.antiquam.l.anticam. 198. g.argente.l.vrgente.201.b.Tragidi.l.Tragici.ibid.d.donatio.l.donato.205. a.equas l.equus. ibid.b. capitolo l.capite 207.d.aut l.autem.ibid.Hermaleo.l.Hermolao.208.f.miseri.l.misceri.209. c. contractionem. l. contractione.2.a.loco.l.loca.214.c. ducit.l.ducunt.ibid.g.possit.l.possunt.ibid.locuplex.l. locuples. 215. a. temones.l.temone.ibid.c.annullis.l.annulis.216.h.Grocopius.l. Procopius. 218. f. lolocutus. l.locutus.219.d.Chlamydie.l.Chlamide.223.b.Calandis l.Calamidis.226.h.in margine.astens. l.astans.229.d. grypho l. gryphe. 232.g.desultoribus.l.desultorijs.240.f.suum.l.suorum.241.c.desultoriarum.l.desultoriorum.257.c.Comitus.l.Comicus.262.f. logunrium. l. longurium.ibid. foror. l. furor.271.a.imper.l.impiger.276.e.nisi.l.misi.278.g.alijq; l.alijsque.281.a.Taurios.l.Tauricos.287.d. facere.l.faceret.289.d.b.ius.l.eius 297.d. multummos.l.multinummos.299. c. discerneant. l. discernant.300. g. dolecturum.l.doliturum.305.a. ex hoc salutis sibi pabulum spernere & ad aquam preparare, dele omnia.309.c.nuncupantur l. nuncupatur.313.c. asina. l.anima.319.c. in simul l. in boues simul.322.h. insideret.l. insideret.327.c.vtrisque. l. vtrosq; 329. c. omnis.l. ominis.334.f.hububus l. hi bobus. ibid. g. quidem l. quidam. 337. a. elexisse l. elegisse 349. a. vtilis.l.vtile.350. h. libinis l. libidinis.354. h.modestiam l. modestam.360.f.bobus l. bolus.389.d. Dauidi l. Damidi.390. f. coloris. l.caloris ibid. g. in margine. alter l. aliter. 398. inseruiunt l. inseruiuit.405. e. striatur. l.striatum.408 e. & l. eo. 409. a. Cetulus l. Getulus.428. h. verò l. vero.429. a. notandum l. natandum.430.e.Aristoles l. Aristoteles 436. f. accedissent l. accidissent. 438. g. specterent.l. spectarent, ibid. mitescente l. nitescente.443. b. contignis l. contiguis 450.f. coorcet l. coërcet 453.c. coeundi mundus l. modus. 455. b. in margine. Cillius.l.Gillius 456. d. picibus. l. piscibus.456.d. quodque l. quoque 461.b.crassique.l.crassosque 466.g. vitæ.l.viæ 477.d. eburnei l. eburneis 488. f. in margine.



REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp

Qq Rr Sſ ✠✠ Tt Vu Xx Yy.

Omnes ſunt Terni, exceptis ✠ Sſ ✠✠ Tt Vu Xx, & Yy, qui ſunt Duerni.



BONONIÆ.

Typis Victorij Benatij Impreſſoris Cameralis.

SVPERIORVM PERMISSV. M. DC. XVI.

Sumptibus Hieronymi Tamburini.